Ad eos qui putant quod illis ad Vitam æternam sufficiat, si male non fecerint.	Ap. V	2231
De Vita Christiana.	Ap. VI	1031
De Cognitione veræ Vitæ.		1005
De Vita Eremitica.	Ap. I	1451
De Conflictu Vitiorum et Virtutum.	Ap. VI	1091
De Urbis excidio tractatus unus.	VI	715

INDEX

IN OMNIA OPERA

SANCTI AUGUSTINI.

Prior Romana arithmetica nota, tomum designat, posterior arabica, columnam.

Aaron medius inter Moysen et populum. III, 599. Aaronis et Moysis non solum officia, sed et mortes, fuerunt signa futurorum. III, 744. Summum sacerdotium cœpisse videtur ab Aarone. III, 684. Aaronis sacerdotio quare promissa æternitas, cum finiendum esset. VII, 536. Aaronis sacerdotium defecit. VII, 534. In Aarone ministerium fuit, in Moyse principatus. III, 599. Aaroni imputatur peccatum Israelitarum. III, 645. Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non consensit inductus, sed cessit obstrictus. VII, 419

Abaddires numen paganorum. II, 82.

Abagari Regis ad Christum epistolam citat Darius. II, 1022. Christum ad Abagarem perrexisse, multaque illi et civitati illius beneficia præstitisse ait Darius. II, 1022.

Abba et pater idem. IV, 1012, 1419. Cur simul junguntur ab Apostolo. IV, 1011, 1419. Abba et pater, quia duo populi in Christo. V, 858.

Abbir Germaniciana. IX, 211.

Abdias quid prophetavit. VII, 587. Quando prophetavit non invenitur. VII, 587.

Abel interpretatur Luctus. VII, 461. Abel gratia electus et prædestinatus. VII, 438. Abelis sacrificium cur Deo acceptum. III, 2017. Abel sacrificium, novi Testamenti fides. VIII, 258. Abel immolatus, primitiæ Ecclesiæ. IV, 1589. Abel martyrium dedicavit. X, 1375. Abel figura Christi. VII, 443, 460, 461; VIII, 259. Et justorum persecutiones ab impiis sustinentium. VII, 456, 614. Abel initium fuit civitatis Dei. IV, 1846. Abel primus civis civitatis cœlestis. VII, 437. Abelis sanguis clamat de terra. IV, 442.

Abelonii seu Abeliani vel Abeloitæ Hæretici. VIII, 47. Filios non generabant, sed adoptabant qui sibi succederent. VIII, 47.

Abennezer interpretatur Lapis adjutoris. VII, 539.

Abeona Dea. VII, 128, 136.

Abigail flexit David et a sanguine mariti revocavit. V, 1409.

Abimelech interpretatur Regnum patris mei. IV, 302, 308, 602. Abimelech rex Philistinorum. VII, 509, 514. Nomen Abimelech pro Actis positum. IV, 301. Abimelech ad quem abiit Isaac, an alter ab eo ad quem perrexerat Abraham. III, 569. Abimelech et feminis ejus an libido detracta et postea restituta. X, 454, 722. Abimelech ignorantia justitiæ nomine male nuncupatur a Juliano. X, 521.

Abitinenses. IX, 106, 108, 233.

Ablactare volentium mos translatus ad ablactationem spiritalem. IV, 246. Ablactari ante tempus. IV, 1715.

Abnegare se omnibus jussum est. V, 588. V. Negare se.

Abominari, seu abhominari, sic aliquem habere, ut nec homo videatur. V, 84.

Abominari Deus quandoque dicitur, non ad perditionem, sed ad disciplinam. IV, 1415. Abominati solent dici exhæredati. VI, 86.

Abominatio ab omen dicta. I, 586. Abominatio desolationis tunc facta est, quando eversa est Jerusalem. II, 916.

Abortivi fœtus an resurgent. VI, 172. Abortivos fœtus resurrecturos nec affirmare nec negare audet Augustinus. VII, 776. Probabilius videtur resurrecturos. VII, 776.

Abortus. Ad homicidium non pertinet puerperium informe. III, 625.

Abrahæ patria. VII, 492. Abraham quo tempore natus. VII, 497, 561. Et quo anno vitæ Tharræ natus et egressus de Charran. III, 554. Quoto vitæ anno de Charra egressus est. VII, 495. Abraham tempore antecedit sapientiam Ægyptiorum. VII, 597.

Abrahæ cur nomen mutatum, et quæ utriusque nominis significatio. VII, 507. Abraham cur primum nomen cum posteriore non retinet, Jacob vero e contra, V. 682. Ex Abraham Hebræos sic appellatos fuisse credibile est. I, 636.

Abraham an ex fide justificatus, an ex operibus, IV, 238. Abraham fide placuit Deo. IV, 1948. Abrahæ cor electum ad fidem. V, 27. Abrahæ opus sine fide qualecumque esset, nihil prodesset. IV, 259.

Abraham an fuerint Angeli qui apparuerunt Abrahæ et Loth. VII, 508. Abrahæ Trinitas tota apparuit. VIII, 806, 808. Abraham animo exire de terra sua primitus jussus est. VII, 496. Abraham Transfluvialis appellatus est ex ea regione unde venerat. III, 536.

Abrahæ promissio quo anno facta. VII, 524. Duplex promissio Abrahæ facta est. VII, 496, 509, 524. Abrahæ facta est promissio terræ amplissima. III, 585. Promissio facta de danda Abrahæ et ejus semini terra Chanaan. VII, 499. Quomodo promittitur Abraham terra Chanaan in æternum. VII, 505. Terra Abrahæ promissa in possessionem æternam aut spiritaliter accipi debet, aut secundum tempus cujus non constituitur finis. III, 557.

Abrahæ promittitur posteritas multiplicanda ut stellæ cœli. VII, 500. Promissio facta Abrahæ de spiritali semine impleta per incarnationem Christi. VII, 525. Posteritas Abrahæ cœlesti felicitate donanda hoc promisso significari videtur. VII, 500. Multiplex seminis Abrahæ segregatio. VII, 514, 519. Quomodo orbis terrarum in semine ejus contentus. VII, 521. Abraham non dubitavit in fide quando petiit signum. VII, 501. Quid significat sacrificium quod Abraham obtulit, cum poposcisset ut de his quæ crediderat doceretur. IV, 1362; VII, 501. Abrahæ sacrificium figura immolationis Christi. V, 133.

Abrahæ nondum proles de Sara promissa, cum de Agar suscipere voluit. VIII, 271. Abraham non peccavit accedens ad Agar ancillam. VII, 503. Nec aliquo se contaminavit adulterio. VIII, 656.

Abrahæ corpus quomodo emortuum. X, 712. Abrahæ corpus emortuum dicitur respectu Saræ senioris. III, 557. Non erat emortuum respectu Cethuræ. III, 557, 566. Abraham per miraculum suscepit Isaac de Sara. III, 557, 566. Abrahæ fecunditas restituta est, non libido. X, 449, 712. Abrahæ, cum genuit Isaac, concupiscentia non defuit. X, 449. Abraham concupiscentiæ malo bene usus est. X, 1439. Caro Abrahæ simul habebat et vulnus prævaricationis et medicamentum vulneris. III, 424.

Abraham castitatem cœlibum habebat in habitu, castitatem nuptiarum in usu et habitu. VI, 392. Abraham qua ratione melior sit continentibus. VI, 392. Abraham continentiæ merito, quam in habitu habebat, Joanni non impar. VI, 391. Abraham laudatur quod vir viriliter usus sit feminis. VII, 504. Quid significat quod post mortem Saræ alteram uxorem duxit. VIII, 557. Conjugium Abrahæ cum Cethura aliquid mystice significat. III, 566. Abraham, Isaac et Jacob propter Christum conjuges, propter Christum patres fuerunt. VI, 396.

Abraham uxorem suam ad concubitum duobus regibus venditasse calumniabatur Faustus. VI, 166. Abraham a Faustis crimmationibus vindicatur. VI, 166; VIII, 420. Abraham non mentitus est dicendo Saram esse sororem suam. III, 553. Sed cautela humana tacuit uxorem. VIII, 422, 423, 599. Quid hac cautela figurabat. VIII, 424.

Abrahæ risus quid significat. VII, 503. Abrahæ risus admirationis fuit et lætitiæ; Saræ autem dubitationis. III, 558. Abrahæ cur seni natus filius. V, 504. Convivium quod celebravit Abraham die quo ablactatus est Isaac, referendum est ad spiritalem significationem. III, 560.

Abrahæ tentatio a Deo. V, 28. Abraham non peccavit quod filium Deo jussus voluit immolare. III, 702, 811; VII, 35, 39. Abrahæ factum quando voluit filium immolare, quod Deo jubente fuit obedientia, Deo non jubente, quid fuit nisi dementia? IX, 731. Abrahæ fides et pietas in filii sui oblatione. V, 27, 31, 32. Et obedientia. VII, 510. Abrahæ obedientia magna, quia res difficillima imperata. VII, 423. Abrahæ fides in oblatione filii Isaac, et hujus rei sacramenta. IV, 244. Abraham in similitudinem Patris æterni adducitur. VII, 511. Abraham propter obedientiam et fidem Isaaco præferendus. VII, 514.

Abraham fuit Propheta. III, 1712; VII, 597. Quidquid Scriptura dicit de Abraham, et factum est, et prophetia est. V, 31. Abraham vidit Verbum in sinu Patris. III, 1712. Abrahæ demonstratum est sacramentum Filii Dei. VI, 334. Et Christi Incarnatio revelata. X, 401. Abraham Incarnationem Domini

novit. III, 1712. Quare Abraham fecit jurare servum suum sub femore suo. III, 1712; IV, 502.

Abrahæ semen secundum hyperbolen dicitur futurum sicut arena maris. III, 536. Abraham in Christo pater multarum gentium. VII, 507. Una gens ex omnibus gentibus vocata pertinet ad semen Abrahæ. IV, 1392. Abrahæ progeniem perdidit, qui ab ejus fide degeneravit. IV, 1948. Abrahæ progeniem perdiderunt Judæi non credendo. IV, 1948. Abrahæ nomen inmerito jactant Judæi. IV, 530. Abrahæ duo fil i, duo Testamenta. III, 2133.

Abrahæ semen, et filii, qui. IV, 1070, 1392, 1476, 1948. Abrahæ filii ii qui sunt ex fide. II, 894, 895. Abrahæ filii credendo facti sumus. IV, 244, 1948. Fideles omnes Abrahæ sunt filii. VI, 334, 338. In semine Abrahæ benedicuntur qui fidem Abrahæ imitantur. VIII, 332. Abrahæ filii nos imitando ejus fidem. III, 1465. Abrahæ semen facti sunt imitatione fidei, credentes in Christum. VIII, 421, 514. Reges gentium quomodo ex filio Abraham. III, 557.

Abraham olea. X, 855. Abrahæ inseritur oleaster gentium. X, 984. Abraham ad Ecclesiam pertinet. V, 59. Abrahæ quod per promissionem donavit Deus, ad fidem nostram pertinet. X, 592.

Abraham in divitiis pauper. IV, 1083; V, 113. Et in bonis operibus non inflatus. V, 113. Munera ab Abrahamo filiis concubinarum suarum distributa mystice quid significant. III, 566.

Abraham patruus Loth. VIII, 437. Secessio pacifica Loth et Abrahæ, ex caritate. VII, 498. A diluvio ad Abraham mille septuaginta et duo anni fluxerunt. VII, 489. Ab Abraham usque ad Moysen generationes septem per Jacob numerantur duodecim per Esau. III, 579.

Abrahæ sinus. I, 765; II, 711; III, 481; V, 113; VIII, 514; X, 558. Abrahæ gremium. VII, 26. Abrahæ sinus intelligitur remota sedes quietis atque secreta ubi est Abraham. I, 765. *Nota* (*a*). Abrahæ sinus an ad inferos pertineat. II, 834. Abrahæ sinum non esse in inferis censet Augustinus. II, 711. Abrahæ in sinu præsentia divinitatis antiqui justi fruebantur. II, 712.

Abrahamium, locus ubi sunt corpora Patriarcharum. III, 592, 593. Distat a monte Calvariæ triginta millibus. III, 592.

Ἀβρασάξ. VIII, 26.

Abrenuntiatio in mysteriis baptismatis usitata. X, 1241. V. Baptismus.

Absalon sive Abessalon interpretatur patris Pax. IV, 73, 97. Quomodo patri pax cum patrem bello persecutus sit. IV, 97. Absalon impius plus patrem sanctum David extinctus quam rebellis afflixit. IX, 720. Quid potuit consolari David de morte Absalon. II, 807 Absalon figuravit Judam proditorem et falsos fratres. IV, 73, 97, 1847.

Abscindere oculos aliquorum, amorem eorum conciliare. III, 729.

Abscondit se a conspectu Dei, qui deserto ipso incipit jam amare quod suum est. III, 208.

Absconditum vultus Dei. IV, 252, 253; V, 1613.

Abscouditum tabernaculi Dei, quid sit. IV, 204.

Absens, qui sensu abest, censetur. IV, 1274.

Absentius. IX, 245.

Absolvere est innocentem judicare. V, 152. Deus reum non absolvit, sed peccata donat converso. V, 152. V. Solvere. Absolvendi potestas Ecclesiæ tradita. III, 1762. Absolutio peccatorum per Ecclesiam dari potest, suscitari autem ipse mortuus, non nisi intus clamante Domino potest. IV, 1306.

Absorpti vivi, et mortui absorpti quinam sint. IV, 761. Ecclesia non absorbet vivos, sed prius macerat. IV, 341, 1642.

Abstinentias ceremoniarum observare non licet nisi quas ratio approbaverit. III, 746. Abstinentia Manichæorum superstitiosa. I, 1361. Non immunditia obsonii timenda est, sed immunditia cupiditatis. I, 798. Abstinentiam ab aliquibus cibis nihil prodesse putavit Jovinianus. VIII, 45. Abstinentiæ laudabilis triplex causa, ad comprimendam delectationem, ad quendam infirmitatem, propter caritatem. I, 1358, 1360. Abstinentia rerum terrenarum sæpe facilior est quam temperatus usus. VI, 390, 392. In abstinentia cibi et potus discretio servanda. II, 960. Abstinentia qualis suscipienda tempore Quadragesimæ. V, 1043, 1047. Abstinentia delicata et ridenda. I, 1359. Abstinentia a vino delicata. V, 1033. V. Quadragesima.

Abstinere ab omni re mala quis dicatur. X, 306. Abstinere a carnibus quia immundæ putantur contra fidem est. II, 221.

Abstractum innuitur plus esse quam concretum. III, 1684.

Abundantia intelligitur quasi rei nimium exuberantis effusio. I, 973. Abundantia hominis in paradiso vera: post peccatum abundantia quæ est? ærumna, calamitas. IV, 224. Ab ipsa abundantia nec egestas aliena est. I, 973. Abundantia non est apud divites. IV, 224. Abundantia nostra ipse Deus. IV, 1628.

Abundare et scire, non nisi eorum est, quos abundantia non corrumpit. VI, 390.

Abundare dicitur per antiphrasim, quod non est. III, 800, VI, 534.

Abundantio in fundo Strabonianensi diœcesis Hipponensis ordinato presbytero ecclesiam committere noluit Augustinus ob malæ conversationis ejus indicia publica. II, 234.

Abusus rerum culpandus, non res ipsæ. I, 1239.

Abyssus quid. IV, 1354, 1943. Abyssus cor hominis. IV, 473, 980. Abyssi nomine latentia corda mortalium, et profundæ cogitationes significantur. IV, 1748. Abyssus est in corde bono, et in corde malo; sed hæc nuda sunt Deo. IV, 1749. Abyssus humanæ conscientiæ nuda est oculis Dei. I, 779. Abyssus profunditas peccatorum, quo quisque pervenit contemnendo Deum. IV, 348, 349.

Abyssus prædicatores verbi. IV, 981.

Abyssi nomine intelligitur materies informis in Genesi. VIII, 612. Abyssus et tenebræ super faciem abyssi. I, 827. Abyssus abyssum invocans quid. I, 830.

Academia. In Academia, Archesilæ Polemon, Polemoni Xenocrates, Xenocrati Plato successit. II, 439. Academiæ tertiæ princeps auctorque dictus Carneades. I, 955. Academia, schola Platonis. VII, 361. Sic dicta quod a populo esset secreta. I, 943.

Academica Philosophia, VIII, 1073, 1074. De rebus etiam manifestissimis dubitabat. VIII, 1019, 1056. Academiæ utriusque veteris ac novæ dissidium. I, 926. Nova Academia non tam contra veterem, quam contra Stoicos commota est. I, 926. Unde nata sint quæ novæ Academiæ tribuuntur. I, 955.

Academici philosophi a Platone instituti. VII, 623. Academici Philosophi iidem qui Platonici. VII, 237. Academici veteres quid senserint de finibus bonorum et malorum. VII, 625, 626, 627. Academici veteres longius aberraverunt novis, ponentes beatitudinem in hac vita. VII, 630. In quo differunt novi Academici a veteribus. VII, 623.

Academicis novis incerta sunt omnia. VII, 646. Academicorum placita fuerunt, homini scientiam non posse contingere. I, 923. Et tamen hominem posse esse sapientem. I, 923. Academici sentiebant verum non posse comprehendi. I, 923. Sapientis totum munus in conquisitione veri collocatum esse. I, 923. Sapientem nulli rei assentiri debere. Errare enim eum qui assentiatur rebus incertis. Omnia autem incerta esse. I, 923. Suspensionem assensionis magnam esse sapientis actionem. I, 924. Nihil esse turpius quam opinari. I, 923. Academici non potuerunt in dubium vocare animi quasdam perspicuas perceptiones rerum verarum. VIII, 1075. Academicorum dubitationem tamquam dementiam Christiani detestantur. VII, 646. Academici putantes errorem peccatum, et ideo omnem assensionem suspendendam, refelluntur. VI, 242.

Academici philosophi longe in alia, quam vulgo creditum est, fuere sententia. II, 61. Academici Philosophi Platonicam doctrinam occultabant, ne irruentibus passim pecoribus et rudibus, nullo modo posset liquida puraque servari. II, 61. Quia metuenda erat falsi approbatio. II, 62. Quia nonnulli inventionem ipsam veri in carnis sensibus ponebant, II, 441. Academicorum sententiam de fallacia sensus humani quomodo explicet Petilianus. IX, 359

Academicorum argumenta eruditis quoque negotiorum facessebant. I, 919. Vel etiam ipsi Augustino. I, 903, 904, 930. In Academicorum sententiam propendebat Augustinus initio. VIII, 78, 79. Credit tamen eos certo consilio sententiam suam dissimulasse, neque sensisse uti vulgo putantur. I, 933 et seq. Contra Academicos libri tres ab ipso scripti in secessu ante baptismum. I, 903, 904, 930.

Academici a Monnica dicti Caducarii. I, 968. Lepidus Ciceronis locus de Academicis. I, 941.

Acatius clausis oculis natus cataplasmate ex Eucharistia curatus. X, 1315.

Acca nutrix Romuli. VII, 578.

Acediari. III, 953.

Achab abstulit labores Nabuthæi injuste, Israel vero abstulit labores Chananæi juste. II, 811. Achab cur fallaciæ spiritu seductus. IV, 1001.

Achæi. VII, 86.

Achan. Quo Dei judicio peccato Achan cæsi sunt ab hostibus filii Israel. IX, 743.

Achilles. VIII, 585.

Achitophel interpretatur fratris Ruina. IV, 97.

Achis Rex Geth, IV, 301. Achis interpretatur, Quomodo est. IV, 302, 303, 308, 315. Achis intellectus nomine Abimelech. IV, 301.

Accedere. Non locorum intervallis acceditur ad Deum, aut receditur a Deo: dissimilis factus, longe recessisti, similis factus, proxime accedis. IV, 1273, 1217. Accedimus ad Deum, vel recedimus ab eo, non loco, sed conscientia; non vehiculo, sed animo; non pedibus, sed affectibus. IV, 1871. Acceditur ad Deum per pœnitentiam. IV, 314. Accedunt gentes, fide sectando, corde inhiando, caritate currendo, IV, 313. Accedamus ad Christum, ut illuminemur, non ut tene-

bremur. IV, 313.
Accentus in codicibus græcis non contemnendi. III, 592.
Accessio critica medicis vocatur. I, 719.
Accessus ad Deum. I, 673. V. Accedere.
Acceptio personarum. II, 1656. Acceptio personarum quid. X, 580. Acceptio personarum non est, ubi iniquitas non est. X, 580. Acceptio personarum non est quod gratia uni detur, alteri non detur. X, 580, 581. Acceptio personarum in electione ad honores ecclesiasticos, non leve peccatum. II, 740.
Acceptorem personarum Deum non esse ex parvulorum causa probatur. II, 585.
Accidens arguit semper aliquam rei mutationem. VIII, 913. Accidens separabile et inseparabile. VIII, 913.
Accipere iniquitatem, pro, ignoscere aut oblivisci iniquitatem. III, 502.
Accipitrem necat panis. I, 1349.
Acclamatio plebis. V, 166.
Accusatio perversa fati, fortunæ, diaboli vel Dei in peccatis. VI, 558. In accusationibus nonnullorum adversus alios quomodo judicandum. IX, 610. Accusationes hæreticorum contra catholicum presbyterum admitti nec possunt nec debent. II, 1068.
Accusatorum duo genera. I, 928. Accusant multi in altero, quod in corde proprio cogitant facere. IV, 800.
Acetum Christo in cruce oblatum, quod gustare noluit, quid significet. IV, 477, 851.
Acies luminis, quo lux et tenebræ dijudicantur, per oculi pupillam dirigitur. IV, 146.
Actionis bonitas aut malitia unde dignoscenda. VIII, 446. Tota hominis actio bona, est converti ad Deum. III, 382. Quid in actione quærendum est. VII, 647. In omni motu actionis et initium et finis debet attendi. VII, 200. Actio quæ ad gloriam Dei spectat qualis sit. II, 188. Quod fit a te, Deus facit in te. Nunquam fit a te, quod non ipse Deus facit in te. Sed aliquando facit in te, quod non fit a te. V, 380. Juste ac bene aliquid fieri non ideo putandum, quia Deus fieri sinit. VI, 585.
Actionis laborem cur plerique vitant, quamvis regendis populis idonei esse possint. VIII, 136. Actionis negotium justum suscipit necessitas caritatis. VII, 648. Actio beatorum non erit operosa. VI, 312. Actio et cognitio beatum hominem facunt. VI, 209. Actionis cognitionisque ordinata consensio, pax animæ rationalis. VII, 640, 642. V. Agere.
Activa vita prius et uberius fecundatur. VIII, 134. Activam vitam nemo propter se expetit, sed propter contemplativam. VIII, 432, 433.
Actus Apostolorum quidam Manichæi repudiant. II, 1055. VIII, 69, 368, 505. Et huic libro nolunt credere. III, 1262. Actuum Apostolorum lectio celebris in Ecclesia. X, 962. *Nota* 2. Actuum Apostolorum liber omni anno in Ecclesia recitatus. III, 1455. Actuum Apostolorum liber legi solitus a Dominico Paschæ. V, 1426.
Aculeus mortis peccatum, quare. IV, 93. Acutissimorum hominum vanitas dolenda. VII, 209.
Acyndinus præfectus et consul. III, 1254.
Adamas nulla alia vi præter hircino sanguine vincitur. VII, 715.
Adam interpretatur Homo, vocabulum commune utrique sexui. VII, 460. Adam hebræo sermone hominem significat. X, 1583, 1585. Adam orbem terrarum nomine suo significat. IV, 1256. In nomine Adam quatuor orbis terrarum partes. demonstrantur. III, 1465. 1473. Et quadragenarius senarius numerus invenitur. III, 1474.
Adam primus homo. VIII, 211. Adæ et Evæ origo juxta Manichæos. I, 1375 et eorum parentes. VIII, 37. Adam a principe tenebrarum creatum dicunt Manichæi. VIII, 569.
Adam qua ætate aut statura conditus fuerit. III, 348. Adam et Eva non formati in illo die spiritali primitus condito. III, 341. Adam non aliter formatus fuit quam haberent causæ primordiales. III, 349, 351. Insufflatio Dei in Adam quid significet. III, 201. Dei flatus in Adam aut ipsa anima est, aut ipso facta est. II, 348. Difficultates variæ si anima Adæ non prius creata quam corpori inspirata. III, 370.
Adæ ecstasis. III, 408. Per ecstasim factus est Adam particeps Angelicæ curiæ. III, 408. Ex costa Adami soporiti formata Eva eique matrimonio juncta quid sibi velit. III, 205. Quando immisit ei Deus soporem, ut de latere illi conjugem faceret, typum gerebat Christi dormientis in cruce. IV, 668, 1381, VII, 778. Adam figura Christi, Eva figura Ecclesiæ. IV, 461. Adam evigilavit tanquam prophetiæ plenus. III, 408. Ad quid Adamo data femina. VI, 331. Adamo Deum creasse duas mulieres unde genealogiæ infinitæ, anilis traditio Judæorum. VIII, 637.
Adam qualis creatus. VII, 790. Ad imaginem Dei quomodo creatus. VI, 331. An sapiens conditus sit. I, 607, 1303. Sapientia in Adamo excellentissima. X, 1432. Adam creatus est justus. V, 1426, et cum bona voluntate. VII, 418. Adamo dona gratiarum in creatione collata. X, 935. Gratia si homini defuisset, non sua culpa occidisset. X, 936. Gratia primi hominis qualis. X, 274, 935. Fortissimo dimisit Deus atque permisit facere quod vellet. X, 940. Adamo non tanta gratia collata est, quam sanctis. X, 937. Potentior est gratia in Christo data, qua efficitur ut homo in bono permanere velit, quam gratia Adæ. X, 935. V. Gratia. Primus homo catholico dogmate magis bonus conditus prædicatur, quam Pelagiano. X, 1536. Manichæus negans Adamum bonum a Deo conditum, non Genesis vel Paulinæ epistolæ auctoritate, sed ratione convincitur. X, 1537. Sic oportebat prius hominem fieri, ut et bene velle posset et male : postea vero sic erit, ut male velle non possit. VI, 336. Libera servitus Adæ expediebat. VII, 425.
Adam in natura sine culpa et vitio. V, 172. Adæ natura inculpata et sine vitio creata. X, 247, 271, 932. Adam non creatus est in carne infirma, neque aliquem genuit ante peccatum. II, 588. Generaturus fuisset posteros etiamsi non peccasset. I, 601, 603. Adam non est creatus in carne peccati. X, 149. Adæ caro non est similitudo peccati. X, 815. Adam et Eva cæci creati. X, 416. Apertio oculorum in Adamo et Eva quid. X, 417, 565. Adam malum nescisset, nisi fecisset. VIII, 613.
Adæ felicitas ante peccatum. VII, 434. Homo quam beatus et liberæ voluntatis ante peccatum. X, 1531. Homo ante lapsum beatus, sed non plane. X. 932; futurus perfecte beatus, si stetisset. X, 933. Quæ ista beatitudo. X, 933. Adam in paradiso ante peccatum beatior, quod ad delectionem præsentis boni, quolibet justo. VII, 328. Adami natura ante peccatum quam sublimiter stabat. X, 1532, 1535.
Adam a Deo factus voluntatis bonæ. X, 1496. Adami voluntatis vires ante peccatum. X, 935, 940. Adam ante peccatum poterat omnia quæ volebat, quomodo. VII, 423. Adam sic factus est, ut nihil omnino voluntati ejus resisteret, si vellet Dei præcepta servare. VIII, 124.
Adam Dei lumine et amore egebat ad perseverandum. VII, 422. An Adamus acceperit perseverantiæ donum. X, 931. Adam quomodo peccaverit non perseverando, si perseverantiæ donum non accepit. X, 931. Primus homo gratiam sibi ad perseverandum necessariam acceperat, sed in ejus relictam arbitrio. X, 935, 938. V. Perseverantia.
Adam liber ad opus bonum creatus est. X, 271, 1144. Adam poterat legem facile custodire si vellet. X, 149. Adam per liberum suum arbitrium stare potuit. X, 935. Adam poterat et non peccare si nollet. X, 1536. In conditi hominis erat viribus non discedere a Deo. X, 1001. In Adæ arbitrio erat cum Dei adjutorio diabolum vincere. VII, 435. In potestate Adæ non erat, bene vivere sine Dei adjutorio, erat autem male vivere. VII, 435. Justitiæ retinendæ non sufficiebat ejus liberum arbitrium, nisi divinum adjutorium præberetur. VI, 281. Adam adjutorio, quod necessarium est jam ad resistendum concupiscentiæ, non indigebat. X, 933. Homo per liberum arbitrium Deum deseruit. X, 933. Adam arbitrio suo factus est malus. V, 409. Adam per liberum arbitrium perdidit merita, per quod potuit illa habere. X, 939. Adamo merces fuisset meriti non posse peccare, si perseverasset. X, 936. V. Libertas.
Adæ corpus quale fuit. VII, 393, 395. Adam secundum corpus terra erat. X, 110. Adæ primo corpus animale. VII, 393, 397, 402. Adami et Evæ corpora ante peccatum non erant corruptibilia. VI, 332. Adami corpus prius animale, postea spiritale factum esse quidam opinati sunt. III, 352. Discutitur hæc opinio. III, 352. Adæ corpus spiritale factum fuisset merito obedientiæ. VII, 402.
Adam non patiebatur discordiam carnis et spiritus. X, 172, 173, 1536. Nec necessitatem certandi cum vitiis. X, 802, 818. Adæ corpus animæ ejus perfecte famulabatur. X, 172. Anima Adæ ante peccatum, etiamsi nondum spiritale corpus, sed animale, tamen pro arbitrio regebat. II, 589. Adam plenum habebat dominium in membra sua. X, 565. Adam si concupiscentiam ante peccatum habuisset, miser fuisset. X, 1531. Adamum miserum faciunt Pelagiani etiam in paradiso. X, 1536. Præscientia Adami miserum eum fecisset. X, 933. Adam ante peccatum nudus a simulatione, sed divina luce vestitus. III, 208. An Adam habuerit affectus timoris et doloris ante peccatum. VII, 417. Nullam pati poterat corporis ægritudinem. I, 601.
Adam mortalem factum, qui sive peccaret sive non peccaret moriturus esset, dogma Cælestii. X, 333; et Pelagianorum. VIII, 48 ; X, 1170, 1178, 1362, 1559, 1560, 1561, 1570, 1571. Hoc dogma Pelagius in judicio Palæstino damnavit. X, 1178. Ficto corde damnavit hæresim suam. X, 1089. Damnavit hæresim suam, ne damnaretur. X, 1536. Licet in judicio Palæstino damnaverit dogma suum Pelagius, tamen non timent tenere Pelagiani. X. 1275, 1279. Adam etsi non peccasset, fuisse vel corpore moriturum desinunt Pelagiani dicere, uti existimat Augustinus. II, 873. Adam mortem non timebat. X, 1536.
Adam immortalis est creatus. X, 1598. Adam immortalis creatus est, quatenus poterat non mori. III, 354. Adam

poterat non mori si peccare noluisset. X, 1536. Adam non mortuus fuisset nisi peccasset. VII, 395, 397; X, 109, 1536. Adam in corpus spiritale mutandus fuerat. X, 110. Adam si non peccasset, sine defectu fuisset annosus et tempore quo Deus vellet a mortalitate ad immortalitatem sine media morte venturus. X, 110. Adam et posteri ejus potuissent in angelicam formam citra mortem mutari. III, 397. Si Adam juste vixisset, corpus ejus in spiritalem habitudinem mutatum fuisset, nec ivisset in mortem. III, 353, 354, 355, 395. Adam post genitos filios, sine interpositione mortis, ad meliora perductus fuisset, si non peccasset. VI, 281. Adam et Eva eorumque posteri si præceptum Dei non violassent, ita erant victuri quamvis in corpore animali, ut nunc vivunt Elias et Enoch. X, 1597. Adam si non peccasset, talis esset, vita sanctorum sine mortis experimento, qualis erit post resurrectionem. VII, 417.

Adam, licet spiritalis mente, corpus tamen habuit animale, etiam in paradiso constitutus. III, 355. Adæ non spiritale, sed animale corpus a Deo formatum est. III, 351. Corpus Adæ ex hoc mortale, ex quo animale. III, 353, 354. Adæ corpus factum est propter peccatum, non mortale, sed mortuum. III, 354. Adam quatenus mortalis creatus. X, 1090. Adam mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis beneficio Conditoris. III, 354. Adam etiamsi non peccasset, mortuus fuisset, nisi de ligno vitæ edisset. VII, 396. Adam in paradiso habebat ex lignorum fructibus refectionem contra defectionem, et de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem. X, III. Adam ante lapsum usus est ligno vitæ. X, 172.

Adam morti addictus, quia peccavit. X, 1571. Adam mortuus merito culpæ, non necessitate naturæ. X, 1560. Adam et Eva ex quo peccaverunt, per mutabilitates ætatum, morbo quodam concepto ierunt in mortem. X. 120. Adam mortuus esse dici potest ipso die, quo de ligno comedit. VII, 396. Adam quot modis mortuus est. VII, 587. Adam mortem animæ, non corporis, peccato meruisse quidam non recte arbitrantur. III, 353. Adæ spiritus quadam morte infidelitatis extinctus. X, 113. Adam per peccatum factus est homo vetus qui corrumpitur, etc. III, 354. Adam mortalis factus genuit homines mortales. VII, 379.

Adæ quomodo locutus sit Deus. III, 392. Aliqua specie corporali. III, 387. Adamo cur arbor vetita. VIII, 562, 615, 616. Adam cur prohibitus sit a re bona. IV, 896. Adam et Eva quare a ligno scientiæ boni et mali prohibiti. X, 172. Prohibitio acta Adamo non vescendi de ligno scientiæ defenditur. VIII, 613, 615. In prohibitione, etc., nec instituit Deus quod obesset, nec voluit quod non potuit, nec infructuose voluit quod homo non erat servaturus, jubere. VIII, 615, 616. Ideo præceptum licet levissimum dedit ei Deus, ut se esse Dominum commoneret. VII, 422. Adamum non cibus, sed prohibitus cibus perdidit. II, 140. Vide Lignum scientiæ.

Adamus cur creatus, qui præsciebatur peccaturus. VI, 332. Cur Deus jusserit Adæ et Evæ, quod sciebat illos non esse servaturos. X, 165. Adæ tentationem et casum cur Deus permisit. V, 172; VII, 435, 436. Adam Deus in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisset si præscisset non peccaturum. VI, 276. Deus non iguarus fuit Adamum peccaturum, sed simul præscivit quid boni et justi de peccante esset facturus. VIII, 614. Tentatio et culpa Adami permissa est ad utilitatem posterorum. III, 435. Adam animalis primum, deinde spiritalis tum effectus est, cum in paradiso præceptum perfectionis accepit. III, 201.

Adami lapsus causa. III, 1603. Qua ratione Adamus ad peccandum inductus sit. III, 433, 434. Adam non credidit serpenti. III, 432, 433. Adam dicitur ab Apostolo non esse seductus. VII, 419. Adam licet non seductus, non tamen ideo minus reus. VII, 419. Adam non errore sed necessitudine sociali peccavit. VII, 419. Et amicali quadam benevolentia, non carnis victus concupiscentia. III 433. Adam imitatus est Evam peccando. X, 1225.

Adæ peccatum ab animo cœpit per elationem. X, 685. Adam superbia cecidit. III, 2040 Adæ peccatum a superbia primo incœpit. VII, 420, 421. Et defectione a summo bono. VII, 420, 421. Adam appetivit non esse sub dominatione Dei. III, 384. Adam inter paradisi delicias noluit servare justitiam. X, 183. Adam avaritia cecidit, quippe cui Deus sufficere non potuit. III, 2039. Rapere voluit divinitatem, perdidit felicitatem. IV. 848. In Adæ prævaricatione voluntas mala malum opus præcessit. VII, 420. Adam sine certamine victus. X. 1123. Ad umbram fugit a facie Dei. IV, 1854. Credidit Deum facile indulturum veniam peccati. III, 446. Excusationes Adami et Evæ plenæ superbia. III, 449. Quo sensu dixit Deus, Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis. III, 451. Adam prius deseruit Deum, quam desertus est. VII, 387. Adæ peccatum ex eo tempore requiri debet, ex quo potuit vivere vel bene vel male. III, 346.

Adami lapsus nihil Deo nocuit. VI, 333. Vide Homo. Adami peccatum non potuit perturbare Dei consilium. VII, 418. Adami casus ad experimentum cavendi debet nobis valere, non ad imitationem peccandi. Ideo ille cecidit ut nos surgamus. IV, 559. Peccatum Adæ necessarium fuisse absurdum est credere. VII, 450. Adam etiamsi non peccasset, potuissent tamen posteri ejus peccare. VII, 418.

Adam in paradiso peccavit. X, 471, 794. Adami apostasia ineffabilis. X, 1274, 1275. Culpa magna fuit. X, 1572. Peccatum magnum. X, 1179. Tanto gravius, quanto facilius, peccatum est. X, 258, 937. Adæ tanto gravius peccatum, quanto ei fuit liberius ab eo abstinere. X, 1148. Vide Libertas. Adæ peccatum grandius, quam indicare possumus. X, 471, 1555. An Adæ peccatum gravius quam Cain et Sodomitarum. X, 1555. Adæ peccatum quare tam grave. VII, 420, 423; X, 1440.

Adæ impietas quanta fuerit indicat et divina Scriptura, et ipsa generis humani miseria. X, 1277. Adæ peccatum granditate supplicii æstimandum. X, 1555, 1556, 1572. Adæ peccatum ut non videatur grande, leve ac prope nullum supplicium esse contendit Julianus, quod meruit. X, 1569, 1572, 1575. Adami peccato peccata posterorum quamlibet horrenda æquari vel præferri non debent. X, 1553, 1554. Cur Adam post lapsum ante Evam interrogatus. III, 449.

Adæ damnatio justa. VII, 423. Adami pœna. III, 450. Adæ peccati pœna justissima. X, 260. Quæ fuit Adæ pœna. VII, 422, 425. Quid perdidit Adam per peccatum. III, 355. Adam imaginem Dei perdidisse peccato, quomodo accipiendum. I, 640. Adam amissa beatitudine in miseriam projectus est. V, 209. De pœnis Adæ et Evæ inflictis. III, 211. Adam in quales miserias ceciderit malo usu liberi arbitrii. VII, 386. Adami posteri post liberum ejus peccatum, in necessitatem peccandi facti sunt. VIII, 124, 125. Ab illa necessitate, Adami posteri per gratiam liberantur. VIII, 125. Adæ inobedientiæ inobedientia retributa est. VII, 423. Inobedienti homini hæc est pœna reddita in semetipso, ut ei vicissim non obediatur, nec a semetipso. VIII, 613. Obedientia Adamo fuisset mercedi; pœna inobedientiæ sanctis ejus posteris est exemplo. VIII, 614. Adam priusquam peccaret, nec carnem peccati habuit, nec similitudinem carnis peccati. X, 1384. Adam non talis factus, quales nascuntur hodie infantes. X, 1496. Alia fuit Adæ et Evæ conditio, alia posterorum. X, 1552. Adam non ad infantilem hebetudinem ac infirmitatem peccato vel pœna redactus est. VII, 379. Quod in Adam fuit voluntarium, in nobis factum est naturale. VIII, 166. De pœnis Adæ, quæ in posteros transeunt. I, 1297; III, 211. Per peccatum Adæ nuntiata nuditas. X, 1070. V. Membra. Nuditas. Adam cur indutus tunicis pelliceis. IV, 1341.

Adam paradiso expellitur III, 451. Adam cur de paradiso dimissus. X, 183. Adam separari debuit a ligno vitæ. III, 451. Adam tanquam excommunicatus fuit. III, 451. Quare Adam contra paradisum collocatus. III, 451. Adam post peccatum e paradiso a Deo dimissus dicitur, non exclusus, quare. III, 213. Adam civis Jerusalem, peccando factus est peregrinus. IV, 1658. Adam homo qui descendebat ab Jerusalem in Jericho. III, 1340. In punitione Adami et cæterorum peccantium, nec futurorum improvidus Deus, nec impotens, nec malitiosus, nec æmulus. VIII, 614, 616, 617.

Adæ peccatum ipsum solum læsisse et non genus humanum, dogma Cælestii. X, 338. Et Pelagianorum. X, 431. Adæ peccatum non ipsi soli nocuisse, et infantes non esse in eo statu, in quo Adam fuit ante peccatum, quo sensu intellexit Pelagius. X, 393. Adam primus accepit morsum serpentis cum veneno. V, 1342. Adæ culpa mors omnium. II, 825, 826; X, 1157. Et ejus prævaricatione polluti omnes. X, 1227. Adam unus homo et totum genus humanum. III, 1473. In Adam genus humanum tanquam radicaliter institutum est. III, 345. In Adam omnes unus homo fuimus. X, 115, 194, 444, 1219, 1401. In Adamo omnes fuerunt quando peccavit. VII, 386. In Adamo omnes peccaverunt. X, 953. Adæ posteri vinculo damnationis obstricti. II, 843, 858, 859. In Adamo omnes fuerunt ratione seminis quando damnatus est. VII, 378; X, 1442. Peccato et morti primi hominis obnoxii omnes nascuntur, et simul justitiæ vitæque æternæ secundi hominis sociati renascuntur. X, 121. Ex Adamo trahitur originale peccatum. I, 649, 654. Adami peccatum ab omni nascente etiam de parentibus renatis trahitur. X, 471. Adæ posteri per naturalia jura propaginis et peccato et damnationi obnoxii. X, 1353. Omnes filii Adæ naturaliter mali. X, 1251. Adæ peccato humanum genus oleastrum factum est. X, 433. Ex Adam et super Adam multa peccata nascuntur. IV, 1735. Adæ peccatum quomodo et nobis alienum, et nostrum. X, 1210.

Adam. Initium peccati ex Adam factum esse quatenus cæteri eum imitati sunt, docebant Pelagiani. II, 679, 684. Pelagiani, qui docebant initium peccati ex Adam factum esse quatenus cæteri eum imitati sunt, refelluntur. II, 684. Adam an posteros exemplo tantum peccandi vitiarit. X, 1161. Adam exemplum quidem est voluntate peccantibus, sed

origo est cum peccato nascentibus. X, 114, 115. Si in Adam omnes imitatione peccaverunt quia primus peccavit, in Abel omnes justificantur quia primus juste vixit. X, 119. In Adam peccaverunt omnes, non imitatione tantum, sed contagione. X, 251, 868, 1217. Adæ peccatum non imitatione tantum, sed propagine in omnes transiit. X, 462, 463, 1186. Similitudo transmissionis peccati ex Adamo. X, 1218. Ad Adam pertinet omnis qui ex illa successione propaginis nascitur, sicut ad Christum omnis qui in illo gratiæ largitate renascitur. X, 1211, 1224. V. Omnes.

Adam et Christus ab Apostolo propositi, ille ut generationis, hic ut regenerationis auctor. X, 1165. Adam et Christum Apostolo proponente, imitationem imitationi, non regenerationem generationi opponunt Pelagiani. X, 1202. Secus Apostolus. X, 1265. In Adam non prima secundum Julianum forma peccati, sed maxima : similiter et in Christo non prima justitiæ forma, sed maxima. X, 1557. 1573. Adam forma peccati propter generationem, non propter imitationem. X, 1233. Peccare in similitudine prævaricationis Adæ quid. X. 116.

Adam ante lapsum sanguine Christi non indiguit. X, 933. Adamo ad quam rem proficerit pœnitentia. X, 1582. Adamus recte creditur per Christum ab inferni vinculis solutus. X, 1523, 1582. Adamum per Christi gratiam, quando descendit ad inferos, ab inferni doloribus liberatum credit Ecclesia. X, 1553. Adam Dei misericordia liberatus ex inferno. X, 258. Adam solutum fuisse doloribus inferni Ecclesia consentit. II, 711. Primi parentes salvati. X, 185. Adami saluti contradicunt Tatiani. VIII, 30.

Adam primus, Adam secundus. X, 1553. Adam quatenus forma futuri Adæ secundi. X, 462, 1171, 1223, 1225. Adam quomodo forma Christi. II, 684. Omnes in Adam, omnes in Christo. V, 1333. In Adam Christus, et Adam in Christo. IV, 1296. Nemo in mortem nisi per Adam, nemo in vitam nisi per Christum. II, 843. Adæ caro simul habuit et vulnus prævaricationis, et medicamentum vulneris. III, 424. Adam non potuisse erui ex prævaricatione, nisi statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus, ait Innocentius. II, 785. Quia cecidit Adam, ideo descendit Christus; ille cecidit superbia, ille descendit misericordia. IV. 1596. Christus plus præstat regeneratis, quam eis Adam nocuerat. II, 684.

Adam vicit in Job. III, 2007. Adam victus in paradiso, vicit in stercore. III, 2007. Adam in stercore cautior, quam Adam in paradiso. IV, 220. Ab Adam homines, a Christo filii hominum dicimur in Scriptura. II, 548. Non tamen ubique. II, 548. Adam homo, non filius hominis. IV, 550. Cur quorumdam tantum filiorum Adæ nomina exprimantur in serie generationum. VII, 456.

Adam an solos Cain et Abel ante Seth genuerat, non potest affirmari. VII, 456.

Adam utrum soleret corporeis oculis Deum videre, non evidenter apparet. VIII, 856.

Ab Adamo nondum sex millia annorum complentur. VII, 599.

Adam si hodie moreretur, paucos dies vixerat. V, 1518.

Adam origo duarum civitatum. VII, 466.

Adamiani Hæretici, eorumque dogmata. VIII, 31.

Adelphius a Thasbalte. IX, 222.

Adeodutus naturalis filius Augustini. I, 769. Augustino horrori est illius ingenium. I, 769, quod magnum quiddam pollicebatur. I, 962. Adeodatus interloquitur in libro de beata vita. I, 965, 968. Sensa ipsius sunt omnia, quæ ex alterius collocutoris persona referuntur in libro de Magistro edito Romæ cum esset in annis sedecim. I, 769. Ætatis anno ferme 15, cum Augustino baptizatur. I, 769. Adeodatus præmatura morte rapitur. I, 769.

Adeodatus episcopus. II, 759, 780.

Adeona dea. VII, 128, 196.

Adeps frumenti. IV, 1046, 1959. Adipem in escam non sumunt Judæi. III, 684.

Adhærere Deo quantum bonum. VII, 350. Adhærere Deo beatissimum. I, 1322. Bonum est creato spiritui adhærere Deo semper, ne quod adeptus est conversione, aversione lumen amittat. I, 846. Adhærere Deo incorporaliter potest, qui potest Deum invisibiliter videre. II, 613. Adhærere Deo non valemus, nisi dilectione, amore, caritate. I, 1322.

Adimantus Manichæi discipulus. V, 100; VIII, 129, 130. Prænomine dictus est Addas. VIII, 129, 130. 665. Adimanti opus sive liber. VIII, 207, 665, 232. Adimanti error de anima refellitur. VIII, 144. Ejus calumniosa objectio ex Apostolo. V, 100. Adimanto solum Manichæum præferebat Faustus. VIII, 207, 232.

Adjuro te, pro, jura mihi. III, 492.

Adjutorium Dei nobis necessarium. V, 108, 121, 375, 856, 894, 895, 1167, 1171. Illud orandum ad faciendum bonum, X, 1292, 1293. *Vide* Gratia. Deo desistente ab adjutorio, laborare potes, vincere non potes. IV, 1424. Sine adjutorio Dei non potest homo intelligere et obedire oculis et auribus cordis. III, 770. Adjutorium Angelo et primo homini necessarium, si tunc defuisset, non sua culpa cecidisset : nunc quibus deest, pœna est peccati. X, 936. Adjutorium Dei si desit, non ideo est excusabile hominis vitium. III, 771. Adjuvat Deus ut faciamus ejus jussa a quo speramus promissa. V, 1669. Non est durum et grave quod Deus imperat, qui adjuvat ut fiat quod imperat. V, 584. Adjuvat non solum sanctificando, illuminando, etc., sed etiam caritatem dando. X, 1291. Adjuvantur omnes sancti a Deo, sed intus ubi nemo videt. IV, 625. Adjutoriorum duo genera. X, 321. Adjutorium sine quo aliquid non fit, et quo aliquid fit. X, 936. *Vide* Gratia.

Admetus Rex. VII, 571.

Admirationem quænam causent. VIII, 871. Admiratio oboritur ex re insolita et insperata. I, 981; III, 179. Non est sine quadam formidine IV, 1412. Quædam admiratione digna in homine fideli. IV, 469. Quod fidem credentium admiratur Christus, nobis mirandum esse significat. III, 180.

Admiratio pro laude. II, 707.

Admominare aliquam, id est, facere eam uxorem. III, 624.

Adolescentes paucissimi sunt, qui ab ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata committant. VII, 750. Adolescentiæ quænam vitia adsolent abundare. VII, 556. In adolescentibus qui dant operam litteris, coercendi sunt æmulationis et inanis jactantiæ motus. I, 991. Adolescentibus præcepta morum traduntur. I, 1006.

Ἀδολεσχῆσαι quid. III, 565.

Adonai interpretatur Dominus eo modo quo solus Deus dicitur Dominus. VIII, 313.

Adonis a primo dente extinctus. VII, 185.

Adoptio filiorum. V, 348. Adoptandi consuetudo antiqua in populo Dei. III, 1072. Adoptionis vinculum a veteribus antiquorum moribus alienum non fuit. VIII, 215, 216; neque a sacris litteris. V, 349. Adoptionis varia exempla. VIII, 215. Adoptans dici potest genuisse non carne, sed caritate, quem filium sibi adoptaverit. III, 1073. Adoptionis lex filios etiam mortui adoptabat. I, 633. Adoptionis genus duplex. VIII, 206.

Adoptionis nomen plurimum valet in nostræ fidei sacramento. VIII, 215. Adoptio filiorum Dei quæ. III, 1268. Adoptio hominum quomodo fit a Deo. VIII, 215. Adoptionem parvulorum in baptismate agnoscebant Pelagiani. X, 578, 583. Dei misericordia et benevolentia homines adoptando. III, 1394. Adoptio credentium jam facta, spiritu, non corpore. III, 2075. Adoptio nostra non erit perfecta nisi in cælo. VII, 729. Adoptio et glorificatio hominis non ex meritis ipsius, sed ex gratia Dei. III, 1276.

Adorare et rogare non convertuntur. VIII, 751. Adoratio humanitatis Christi. IV, 1264. Nemo Christi carnem manducat, nisi prius adoraverit; et non solum non peccamus adorando, sed peccaremus non adorando. IV, 1264. Homo fit similis ei quem adorat. III, 1466. Non adorandæ creaturæ unde aliqua similitudo ducitur ad Christum vel sanctos significandos. IV, 1193. Christiani nullum mortuorum colunt, nihil ut numen adorant quod sit factum et conditum a Deo. II, 83. Adorare in templo et ad templum differunt. IV, 86.

Adquirere quid significat. VII, 537.

Adrastus Cyzicenus nobilis mathematicus. VII, 720.

Adrumetum. IX, 204.

Adrumetini monachi turbantur quibusdam in illis sic gratiam prædicantibus, ut negent liberum arbitrium, Deumque redditurum unicuique secundum opera ejus; non recte intellecta Aug. epistola ad Sixtum, de qua Evodium consulunt. II, 969. Illis Aug. epistola rescripsit Evodius. II, 969. *Vide* Notas. Augustini epistolam ad Sixtum apud ipsos interpretatur Sabinus presbiter, nec sedatur contentio. II, 976. Adrumetinorum monasterii Cresconius et Felix erant monachi. II, 969. Cresconius et Felix ad Augustinum perrexerunt ante festum Paschæ, II, 970; et cum eis alter Felix, et cum eo Pascha egerunt. II, 971. Augustinus Valentinum rogat mittatur ad se is a quo se turbatos dicebant, II, 970, scilicet Florus. II, 973. Florus ad Augustinum venit. II, 977, cum Valentini litteris quibus ab erroris suspicione liberatur. II, 976. Adrumetini monachi inter se de gratia et libero arbitrio dissidentes consulunt Augustinum, qui ad eos librum super ea re scribit. I, 656. Librum *de gratia et libero arbitrio* ad ipsos scribit Augustinus. II, 972. Ad ipsos mittit Augustinus quæ contra Pelagianum errorem conjecta erant. II, 972. Adrumetinorum monachorum occasione de *Correptione et gratia* prodit liber. II, 1002.

Adscensionis et adventus Spiritus sancti festa traditione recepta sunt. II, 200.

Adscensio Christi pignus nostræ. V, 1210. Non adscendit in cælum, nisi qui inhæret Christo. V, 570.

Adscensus interior in Deum. IV, 413, 1629, 1659, incipit ab humilitate. IV, 1605, 1672.

Advenæ, adventitii perhibentur. IV, 1518.

Adventus Christi duplex. IV, 1235, 117; V, 124, 128,

vel in Ecclesia, vel in corpore proprio. II, 920. Adventus Christi primus et secundus quid differant. III, 1624. *Vide* Christus. Comparantur inter se duo adventus. IV, 1258. Adventum Christi Danielis hebdomades transactum significant, non futurum. II, 899, 911. Ita censent ejusdem prophetiæ expositores. II, 912, 917, et Hesychii mens est. II, 903, 911. An ad utrumque adventum pertineant hebdomades Danielis. II, 911. Adventus Christi quæ fuit utilitas. IV, 1766.

Adventus Domini ad judicium, computatis annis ab Adam, post septem annorum millia futurus a nonnullis creditur. IV, 90. Refutatur hæc opinio. IV, 90. Qui dicit Domini adventum citius esse futurum, et qui dicit tardius esse futurum, uterque errat. II, 924, 925. Adventus Christi optandus. IV, 811, quomodo. IV, 811. Diligendus et exspectandus. II, 909. Si amamus Christum, utique adventum ejus desiderare debemus : perversum enim est, si tamen verum, quem diligis, timere ne veniat; petere adventum ejus, et timere ne exaudiaris. IV, 1913. Adventus Christi durus est duris, mitis est piis. IV, 1257. Tribulationes facit Christus ad inflammandos animos desiderio adventus sui. IV, 125. In potestate tua est quomodo exspectes venturum Christum : ideo differt venire, ut cum venerit, non te damnet. IV, 1257. Adventum Domini vere desiderat et exspectat, qui pie vivit. II, 904, 905, 909. Ad eum quisque se præparare debet. II, 903, 906, 907, 908. Non resistamus primo adventui, ut non exaresceamus secundum. IV, 1235.

Adversarius occultus grande malum. VII, 652. Adversarius a nobis vincendus ut coronemur, quis sit. VI, 289. Adversarius auxilio Christi vincitur. VI, 291. Adversarii et nocentes tolerandi ut phrenetici, parvuli et infirmi. III, 1258. Adversarius tuus cui debes consentire dum fueris in via, quis sit. IV, 542; V, 76, 245, 636, 1171, 1698. Adversarius est voluntatis tuæ sermo Dei, donec fiat auctor salutis tuæ. V, 636.

Adversa quare justis et injustis communia. VII, 20, 21. Amatores hujus sæculi crebrius inter adversa quam inter prospera cordis aures admovent veritati. II, 938. In adversis magis cogitant amatores hujus sæculi evadere unde anguntur, quam capere unde curentur. II, 938. In ferendis adversis constantia. V, 623. Adversis in rebus contra Deum non murmurandum. V, 1557. *Vide* Flagellum. Tribulatio. Non deest suis Deus in adversis. VII, 28. Deus affligi permittit quos diligit. II, 424. Adversitates temporales necessariæ sunt exercendæ atque perficiendæ virtuti. III, 1220. Adversitas, vel supplicia quibus puniuntur peccata, vel exercitationes quibus diluuntur. VIII, 588. Adversitates temporales a Deo possunt imperari, et propter Deum debent tolerari. VIII, 451. Adversitas donum est admonentis Dei. II, 957. Ad sedes felicitatis æternæ venire non possumus, nisi temporalibus malis exerciti non detecerimus. II, 267. In tormentis beati dicuntur pii, quia spe beatitudinis adipiscendæ mala hujus vitæ fortiter pertulerunt. II, 673. Adversitas quælibet temporalis facile toleratur, ut æterna pœna vitetur, æterna quies comparetur. V, 444. Spe beatitudinis adipiscendæ mala hujus vitæ pii fortiter pertulerunt. II, 668, mala sæculi tolerant recti corde. III, 1025. *Vide* Afflictiones.

Adversitates quibusdam utiles sunt, quibusdam perniciosæ. VIII, 451. Adversitas nulla frangit quem felicitas nulla corrumpit. IV, 1058, aut quem non decipit sæculi hujus prosperitas. V, 687. Adversitas omnis corporalis atque spiritalis eleemosynis et jejuniis atque orationibus superandæ sunt. V, 1042. Adversitas et prosperitas, utraque cavenda est, ista ne corrumpat, illa ne frangat. IV, 1824. Adversitates devitandæ cum Deus apertissime adjutor est. III, 613. Per malos et iniquos Deus flagellat pœnis temporalibus quos voluerit. II, 995.

Adulatio est fallaci laude seductio. V, 1561, falsa laus. IV, 1824. Adulatione plerumque homines mentiuntur. IV, 87. Adulatio comes est omnibus malis. IV, 142. Adulatio oleum peccatoris. IV, 1824; IX, 66. Nemo gratuletur homini qui prosperatur in via sua, cujus peccatis deest ultor, et adest laudator : major hæc ira Domini est. IV, 126.

Adulator. V, 579, 1229. Adulatores laudem suam tanquam oleum venditant stultis. II, 571 ; IV, 1921 ; VI, 46. Peccatoribus adulari quantum malum. IV, 581. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis; delectat enim ea facere in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudator auditur. IV, 126. Adulatione trahunt in se, quos ad peccata illectant, et eos tanquam devorant. IV, 87. Adulator, adstipulator est facti. IV, 581.

Amor inimicorum. Cur Dominus præceperit diligendos inimicos, et odio habendos parentes et filios. I, 615. Qui inimicum odit, is odio se ipse gravius vastat, quam aut inimicum vastet, aut ab inimico vastetur. I, 674.

Amores duo, socialis et privatus. III, 437. Amores omnes prius sunt in hominibus de se, et sic de alia re. V, 1654. Qui se diligit, non aliud esse vult quam beatus. VII, 279. Solus se novit diligere, qui Deum diligit. I, 1331. Se spiritaliter diligit, qui ex toto quod in eo vivit, Deum diligit. I, 132. Nisi diligat Deum, nemo diligit se ipsum. II, 499, 768. Timeri et amari velle ab hominibus non propter Deum, misera vita est et fœda jactantia. I, 803. Duo tantum præ-

cepta caritatis data sunt, quia homo et Deum et seipsum eadem dilectione diligit. II, 672. Amor sui non diu subsistit in se, sed cito in vanis evanescit. V, 585. Sibi placentes multum Deo displicent. I, 806. Animus si placet sibi, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. I, 1308. Amor sui perversus, verius est sui contemptus. V, 1457. Amor sui, causa cur a Deo ad infima deflectitur. VIII, 1006, 1007. Amor sui prima hominis perditio. V, 585. Amor privatus et superbia, fontes malorum. III, 436. Amor sui animam turbat. VII, 396.

Amor Dei et amor sæculi opponuntur. V, 482, 633, 694, 1512. Amandus est solus Deus; omnis vero iste mundus, id est, omnia sensibilia contemnenda, utendum autem his ad vitæ necessitatem. I, 1327. Creatura si diligatur ab homine qui negligit Deum, fit pœnalis dilectori suo. I, 138. Amor Dei, amor proximi caritas dicitur; amor mundi, amor hujus sæculi cupiditas dicitur. IV, 260. Vitia quæ sunt in amore. VII, 632. Amor rerum vanarum et noxiarum pœna primi peccati. VII, 784. Amor rerum inordinatus, non ipsa res in vitio. VII, 336. Peccatum ipsum non amatur, sed ipse inordinatus amor creaturæ est peccatum. V, 145. Amor sæculi non comparatur amorem Dei. V, 694. Amor Dei minuit amorem creaturæ, et e contra. III, 1647, 1691. Amor temporalium rerum non expugnatur nisi aliqua suavitate æternarum. I, 1190. Amor rerum terrenarum viscum est pennarum spiritalium. V, 646, 1415. Amas sæculum, absorbebit te; amatores suos vorare novit, non portare. V, 482. Amore eorum quæ exinsecus sentiuntur, comparescunt interiora. III, 845. Amore subduntur homines creaturis, et subditi judicare non possunt. I, 783. Deus jubet nos tolerare, non amare præsentia. IV, 251. Amore rerum etiam concessarum ædificatur fœnum, stipula, etc. IV, 1045. Amando res noxias miseri; habendo, miseriores. IV, 202. Propitius Deus, cum male amamus, negat quod amamus; iratus dat amanti quod male amat. IV, 202. Cum id amamus, quod vult Deus ut amemus, procul dubio daturus est nobis. IV, 202. Amor mundi laboriosus. I, 1186. Amorem perniciosissimum rerum corporearum vera et divina philosophia monet frenare. II, 63. Quæ remedia contra amorem rerum vanarum et noxiarum Deus opposuit. VII, 785. Amorem suum ab eo quod abesse a se invito potest, disjungere nititur Augustinus. II, 63.

Amor utilis, et amor noxius. V, 1654. Amor illicitus. V, 1530. Amor tartareus. IV, 1816. Deum esse amorem turpis et vitio favens finxit libido. VIII, 374. Amoris impuri vis. V, 584, 883. Amor turpis quantas molestias habet. IV, 1531. Amor immundus in ima præcipitat, amor sanctus ad superna levat. IV, 1518. Quisquis amat carnaliter, necesse est ut cum zelo pestifero amet: at amor sapientiæ sine zelo. IV, 310. Amori corporeo cum animus moritur, dulce vivit. II, 72.

Amando bonum, nos meliores efficimur. IV, 1869. Tales sunt homines, quales sunt amores. V, 584. Non faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali amores. II, 672; V, 1417. Amores duo contrarii possunt esse in homine. VII, 341.

Amor egenus et indignus ita diligit, ut rebus quas diligit, subjiciatur. III, 251. Amor est gratior non profluens ex indigentia. VI, 315.

Amor justitiæ castus, unde probatur. V, 965. *Vide* Timor. Amor justitiæ, non pœnæ timor, innocentiam parit. IV, 1190. Amore lex impletur, non timore. V, 199, 1171. Amore et timore differunt homo novus et vetus, et utrumque Testamentum. V, 81, 207. Amor inflammat, timor humiliat. IV, 1027. Ex ipsius amoris vario affectu virtus quadripartita. I, 1322, 1330. *Vide* Dilectio, Testamentum, Lex, Caritas, Homo, Odium.

Amorrhæi, interpretantur Amaricantes. IV, 1750.

Amos Propheta quid et quo tempore prædixit. VII, 583, 585. Amos prophetæ eloquentia quam sana. III, 96.

Ampelius episcopus. II, 759, 780.

Amphitheatrum. V, 334, 1026. Amphitheatrum ludorum gladiatoriorum. I, 726. Amphitheatri cruenta certamina. VI, 639.

Amphionis fabula. VII, 570.

Amplitudo quid sit. VI, 22.

Amsanti vallis. X, 1069.

Amulius frater Numitoris. VII, 577, 578, expulso fratre Albæ regnavit. VII, 91. Amulius decimus quartus ab Ænea rex in Latio. VII, 577.

Amurca, oleum. V, 121, 137.

Amyntas octavus decimus rex Assyriorum. VII, 569.

Ἀναβαθμοί quid sint. IV, 415, 1596.

Anachoretarum institutum laudatur. I, 1338.

Analogia quid. V, 364; VIII, 69.

Ananiæ et uxoris ejus saluti spiritali, morte corporali consulebat Petrus. IX, 84; hæc correptio non fuit severior. V, 799. Ananiæ et Sapphiræ credendum est quod post hanc vitam perpecerit Deus. V, 799.

Ἀνάστασις suscitatio, ἐξανάστασις resurrectio. III, 487.

Anastasius Pontifex Romanus. IX, 300. Anastasio Papæ Ruffinus libellum obtulit. II, 719.

Anastasius episcopus Maximianista. IV, 376.

Anathema unde dictum et quid significet. III, 510.

Anathematizare mortuum Cæcilianum paratus Augustinus, si crimina in eum objecta probentur. II, 794.

Anatomicam artem continet ars medicinalis. X, 528.

Anatomici medici. VII, 791.

Anaunenses clerici (Sisinnius, Martyrius et Alexander) a Gentilibus occisi. II, 536.

Anaxagoras auditor Anaximenis. X, 776. Quid de rerum causis sensit. VII, 226. Solem esse lapidem ardentem non vero deum dixit. VII, 601. Mentem deum esse dicit. II, 442, 443.

Anaximander auditor et successor Thaletis. VII, 226, quo tempore claruit. VII, 582. Quid sensit de rerum principiis. VII, 226. Mundos innumerabiles admisit. VII, 226.

Anaximenes discipulus et successor Anaximandri. VII, 226, quo tempore claruit. VII, 582. Aerem deum esse credidit. I, 782; II, 443. Aeri infinito rerum causas tribuit. VII, 226. Anaximenes deos ex aere ortos credidit. VII, 226. Contra Anaximenis et Anaxagoræ sententiam de Deo Cicero disputat. II, 443, 444.

Anchises pater Æneæ. VII, 81.

Ancilla et servi nos sumus. IV, 1633.

Anconæ exstructa memoriæ Stephani ante ipsius corporis detectionem. V, 1445.

Ancones et Anconisci. III, 764.

Ancus Marcius rex apud Romanos. VII, 92, 582; rex quintus. VII, 581.

Andabatarum mos X, 1057.

Andreas. Apocrypha Scripturæ sub nominibus Andreæ et Joannis. VIII, 626.

Andreas ex insula Capraria (monachus). II, 189.

Androgyni seu hermaphroditi. III, 294; VII, 486.

Andromache Hectoris uxor a Pyrrho in Græciam abducta, eique nupta. VII, 88.

Andromeda uxor Persei, in cælum post mortem recepta. VII, 572. Stella nomine Andromedæ appellata. VII, 572.

Anebon Ægyptius, ad quem scripsit Porphyrius ut de diversitate dæmonum doceretur. VII, 288.

Angulus conjunctus duos parietes Christus. IV, 712, 1222.

Angusta via ambulandum est, ut concupiscentiæ carnis exuantur. IV, 682. Angustatus es in terra, nigra in cælum. IV, 1736.

Angelorum nomen latius acceptum. I, 602. Angeli, latine nuntii. III, 1596; V, 64, 230, 691; VII, 468. Angelus, latine nuntius, officii nomen est, non naturæ. IV, 1348, 1757; V, 64. Angelus, natura spiritus est; cum mittitur, fit angelus. IV, 1348. Angeli, spiritus rationales, cælestibus corporibus præsidentes. VI, 708.

Angelorum creatio. III, 222; per lucem primo die facta intelligitur. III, 228. Angeli non sunt coæterni Deo, nec tamen passi vicissitudinem temporum. I, 851. An Angeli potuerint semper esse. VII, 363. Angeli de substantia Dei geniti, secundum Manichæos. VIII, 308, et post Christum a Patre geniti. VIII, 581. Manichæorum error de Angelis post Christum a Patre genitis, refellitur. VIII, 382.

Angeli quandonam creati sunt. VII, 324, 347. Angelorum creatio an anterior quam mundi. VII, 345. Angelorum creationem non evidenter expressit Scriptura. VII, 324, non tamen prætermisit Scriptura. VII, 324, 347. Angelica creatura prima omnium creata est. III, 326, quare. III, 326. Angelica natura dies est primitus conditus. III, 331. Angeli quomodo creati, aut Deo non coæterni, si semper fuisse intelliguntur. VII, 364. De Angelorum creatione quibus conditionibus licet disputare. VII, 345.

Angelorum origo, informatio, et beatitudo, a Deo trino. VII, 338. Nihil melius instituit Deus quam Angelos. VII, 751. Angelorum pulchritudo. V, 136. In Angelis prima omnium creata est sapientia. III, 313. Angeli beati, sapientia creata. I, 851. Angelos Deus creavit simul eis et condens naturam et largiens gratiam. VII, 357. Angeli secundum aliquod temporis spatium, non prius fuerunt tenebræ. VII, 327. Angelos sanctos sine Dei amore nunquam fuisse credendum est. VII, 357. Angeli adhæserunt continuo luci creanti. III, 317. Ex quo creati sunt Angeli ipsa Verbi æternitate pia et sancta contemplatione perfruuntur. III, 270. An omnes Angeli æqualis felicitatis ab initio creati. VII, 329.

Angelorum cognitio matutina et vespertina. VII, 343. Quæ nam Angelorum cognitio dicitur vespertina et matutina. III, 354, dies et vespera. III, 313. In Angelica cognitione dies vespera et mane. III, 315, 326, quomodo. III, 316, non tamen inde ignobilior ista cognitio. III, 316. Lucem creantem et se in illa viderunt Angeli in puncto creationis. III, 317, viderunt etiam se in se. III, 317. Angeli in ipso Verbo

Dei prius noverunt rationes æternas creaturarum, deinde in ipsis creaturis III, 313. Angelica cognitio in creatura non remanet, sed creaturam refert in laudem Dei. III, 313. Sexta repetitione Angelicæ cognitionis matutinæ et vespertinæ, consummata est universa creatura. III, 313. Dies vespera et mane an simul in cognitione Angelica initio creationis et nunc. III, 316. Angeli non tantum in Deo norunt quod absconditum est, sed etiam hic eis apparet cum efficitur. III, 335. Angeli quomodo Deum Trinitatem cognoscunt. VII, 343. Angeli concordissima contemplatione Verbi Dei, sunt unus dies quam fecit Dominus. III, 513. Angeli creaturam melius norunt in Verbo, quam in ea ipsa. VII, 543. Ordo quo Angeli opera Dei noverunt. III, 317, 320. Angeli in Deo veritatem incommutabilem vident, et secundum eam suas dirigunt voluntates. III, 390. Angeli mysterium regni cælorum noverunt a sæculis. III, 554. Angeli cogitationes nostras, etiamsi nolimus, noverunt; nos autem ipsorum, nisi ostendantur, nosse non possumus. III, 473. Quomodo sensibilia cognoscunt. III, 269. Angeli unde temporalia et mutabilia certius noverunt. VII, 263. Angeli nunquam in futurorum cognitione falluntur. VII, 274, 275. Angelis numeratum est, quod homini videtur infinitum. IV, 1906. Angelis cognitio temporalium et mutabilium vilis est. VII, 263. Ineffabili modo de actibus suis æternam veritatem tanquam legem incommutabilem consulunt. IV, 1009. Quomodo, veritatem Dei consulant. VI, 146. Angelis sive bonis, sive malis Deus loquitur multis modis. V, 102; quomodo iis loquatur. III, 391.

Angelorum omnium natura bona. VII, 349. Angelica natura ipso vitio quo misera est, optimam se institutam docet. VII, 753. Angeli natura mutabiles. I, 851; III, 133. Angeli mali, non a Deo mali sunt conditi, sed peccando facti sunt mali. VIII, 561, recedentes a summo bono. X, 819. Angeli cum libero arbitrio creati. VII, 751. Angelorum bonorum permansio, malorum casus, per liberum arbitrium. X, 932, 935. Quare Deus liberum arbitrium malis angelis non ademit, cum præsciret eos illo male usuros. VII, 751.

Angelorum genera duo secundum Porphyrium. VII, 303. Genus duplex Angelorum admittendum esse non habetur ex Scriptura. III, 439. Inter Angelos bonos et prævaricatores, vel præscientia, vel opere, Deus divisit. VII, 546. Angelorum diversitas non ex natura, sed ex voluntatibus et cupiditatibus. VII, 349, 353. Bonorum et malorum discretio quando facta. VII, 333. Angelorum societates duæ, una bona, altera perversa, lucis et tenebrarum nomine declaratæ. VII, 346. Angelorum bonorum et malorum discretionem significari aquarum discretarum nomine quidam putant. VII, 347, 348.

Angeli prævaricatores quatenus ante peccatum participes fuere sapientiæ, non potest definiri. VII, 327. Angeli prævaricatores non obtinuerunt excellentiam sapientis beatæque vitæ. VII, 327. Angeli prævaricatores an ante peccatum aliquam beatitudinem habuere, etsi non præsciam. VII, 329. Angeli prævaricatores aut minorem acceperunt gratiam, aut minus adjuti sunt quam qui steterunt. VII, 357. Quomodo Angeli qui steterunt amplius adjuti quam qui ceciderunt. VII, 357. Angeli quomodo extrinsecus adjuvantur. III, 391. Angelorum et hominum sic Deus ordinavit vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, justitiæque judicium. X, 932. Angeli desertores immortales simul et mortui. VII, 402. Angeli mori potuerunt, quia peccare potuerunt. VIII, 767.

Angelicæ ruinæ causa, superbia. III, 435, 437, 441; IV, 1608, 1623; VII, 751. Angeli tanto minus quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt. III, 1925. Angelorum lapsus nihil Deo nocuit. VI, 333. Tanto damnabilior judicata est Angelorum culpa, quanto sublimior erat eorum natura III, 1925. Cur irreparabiliter cecidit Angelus. X, 1553. Cur nihil gratiæ Deus iis reparandis contulit. III, 1925, 2122. In eorum locum succedet pars hominum reparata. VI, 246.

Angeli de paradiso spiritali ceciderunt. VII, 1419. Angeli peccantes in hujus aeris caliginem detrusi sunt. III, 730. Iis aer est velut carcer. VII, 346. Angeli desertores, et vitiatores, possessores ac consortes hominis peccatoris. VI, 245. Angeli reprobi, exterminatores et angeli iracundiæ. III, 156, ultimi servi. III, 156; caro dicuntur. VII, 470; in secundam mortem post ultimum judicium sunt præcipitandi. VII, 402; communi orbis incendio non sunt consumendi. IV, 1313; sensu doloris non carebunt. VII, 402.

Angeli an habeant corpora. II, 355; VII, 467, 468. Angelorum corpora. I, 626; IV, 1094; V, 1262. Angelorum caro quo sensu dici possit. V, 1622. Angelorum corpus spiritale. VIII, 870. Qualia sint, in quibus apparuerunt corpora, et quomodo mentibus ingerant visiones, difficile explicatur. VI, 260; VII, 870. Angeli per verum corpus assumptum apparent. V, 104. In corporibus apparuerunt quæ videri et tangi possent. VII, 468. Angeli cum sint spiritus, an corporaliter cum mulieribus possint coire. VII, 468. Angeli apud Abraham vere manducarunt. V, 1617. Angeli qui apparuerunt, cibos, non quia indigebant, sed quia volebant et poterant, sumpserunt. VII, 396. Angelus manducat non ex necessitate, sed ex potestate, et ut hominibus congruat. V, 1618. Deum in Angelis an et quomodo Abraham et Sara agnoverint. III, 557, 558. Angelus apparens vice Dei, Dominus appellatus. V, 65. Angelus gestans personam Dei apparuit Jacob. V, 57. Angelus luctans cum Jacob, et teneri se nolens, quid significet. V, 58. Angelus qui apparuit Manue significabat Christum. III, 824. Angeli animalia. VII, 267. Angelorum ministerio, vox Patris in monte, et species columbæ visa, potuerunt fieri. II, 747. Per Angelum quandoque Deus loquitur. IV, 1395.

Angelorum beatitudo ex Deo solo. VII, 220, 275, 349, 553. Angeli Deo debent quod sunt quod vivunt, quod juste vivunt, quod beate vivunt. IV, 893. Angelis præceptum dedit Deus ut laudent illum. IV, 1941. Angelus lux est, non in se ipso, sed in Deo. VII, 325. Angeli hinc beati, unde et nos, etiam secundum Platonicos. VII, 279. Angeli beati nunquam sunt peregrinati, sed ita formati, ut sine ullo defectu contemplationis, sine ullo intervallo mutationis, æternitate et incommutabilitate Dei perfruantur. I, 831. Angeli eo beatiores, quod nunquam peregrinati sunt. VII, 323. Angeli in sublimibus sedibus non Deo coæterni, sed de sua sempiterna felicitate securi. VII, 328, 329, 346, 337. Angeli æternitate Dei sunt firmi, veritate certi, munere sancti. VII, 284. Angeli beati stabiles, non natura, sed voluntate, quia magis Deum quam se diligunt. I, 133. Angeli facti sunt de sua nunquam casura stabilitate securi. VI, 246. Non posse peccare facta est Angelis sanctis merces meriti. X, 936. Angeli non essent beati, si beatitudinis suæ incerti essent. III, 436, 437. De nullo eorum, ne peccando fiat diabolus, formidamus. VI, 359; X, 1117.

Angelorum naturæ convenit, ut Deo adhæreant. VII, 350. Angeli beati, liberaliter Deo serviunt: neque hoc Deo, sed ipsis prodest. I, 133. Angeli æterno Dei imperio liberaliter, quia suaviter, serviunt. VIII, 418. Angeli a contemplatione Dei nunquam resiliunt. III, 390. Angeli fiunt participes æternitatis, veritatis et voluntatis Dei. III, 390. Angeli sancti nunquam deserunt Deum. VIII, 614. Angelus cum avertitur a Deo fit immundus. VII, 325.

Angelorum panis. I, 1286. Angelis Deus ipse est tanquam vita victusque communis. VII, 751. Verbo vitæ tanquam pane suo cibantur. III, 1978. Angelos Verbum Dei incorruptibiles incorruptibiliter pascit. IV, 993. Angelorum cibus et satietas. VI, 707. Angeli in Verbo Dei requiescunt in sancto silentio. VI, 331. Angeli habent contemplationem et actionem suam. VIII, 418. Angeli quomodo vident aciem Patris, ita et nos videbimus Deum sicuti est. II, 606. Naturam Angelicam nihil prorsus delectat illicitum. III, 453.

Angelorum perfecta justitia. III, 1634; X, 601. Angelus non secundum Angelum, sed secundum Deum debet vivere. VII, 407. Angeli in comparatione Dei justitiæ, non justi, quomodo. VIII, 677. Angelos etiam sanctos, adhuc a peccatis suis esse purgandos, male asserebant Priscillianistæ. VIII, 674. Pro Angelis Christus non est mortuus. VI, 261. Angeli opera sunt Christi. III, 1823. In Angelis diffusa caritas per Spiritum sanctum. VII, 357.

Angelorum numerus nobis ignotus. VII, 457.

Angeli beati, officio superiores animis rationalibus, non natura. I, 1287. Angeli majores quidem homine, sed corrupto. VIII, 803. Ad Angelorum multitudinem, omne genus humanum, ad unam comparatur ovem. VIII, 727.

Angelorum quæ sint differentiæ, et an ex eorum numero sint sidera, incertum. VI, 259. Beatos spiritus inter se differre credit Augustinus, sed quid differant, nescire se fatetur. VIII, 678. Angelis hominem præponere, qua pro eo Christus mortuus est, quid est aliud, quam de impietate velle gloriari? III, 1924.

Angelos creare corpora tantum, non animas voluit Plato. VII, 575. Quid inde sequitur. VII, 575. Angeli creare non possunt. III, 404. Angeli sive boni sive mali, non creatores. VIII, 876, 878. Ne ullius quidem naturæ quamlibet minimæ creatores. VII, 373, 374. An Creatori cætera facienti ministerium præbuerunt. VII, 374. Angeli nonnullam operam præstare possunt, ut aliquid creetur. III, 404. Materia corporali visibilium elementorum possunt uti Angeli, et boni et mali. IV, 1001.

Angelis beatis solus Deus imperat, ipsis autem universus mundus subjectus est. I, 1287. Quænam beatis Angelis subditæ creaturæ. III, 390. Angeli cœlorum præpositi super potestates aereas. IV, 1385. Ex illa lege faciunt quidquid hic fit. IV, 1385. Gentes alienigenas sub Angelis Deus constituerat, portionem sibi faciens populum Israel. IV, 1121. Cur Angelis tribuantur affectus, cum peragunt officia. VII, 261.

Angeli officium est, ut animam restituat ante conspectum Domini. VIII, 727. Angelus quomodo ad Deum venit. VII, 484. Angeli boni non possunt esse medii inter miseros mortales, et beatos immortales; possunt mali. VII, 268.

Angeli sive boni sive mali, ad beatitudinem obtinendam mediatores hominum esse non possunt. VII, 276. Angelorum bonorum favor nobis necessarius ad beatitudinem assequendam. VII, 304. Angeli miserantur nos, et jussu Domini auxiliantur nobis. IV, 751. ngeli Deo offerunt orationes nostras. IV, 1009. Quomodo Angelus dicatur intellectum dare homini. IV, 1353. Angeli de salute hominum lætantur. IV, 1379. Angeli cum exaudiunt, Deus in eis exaudit. VII, 291. Angelos sanctos ad homines mitti dicunt Christiani, Platonicis non placet. VII, 276. Angeli adjutores nostri. VI, 69, 258. Quanta nobis misericordiæ officia impendant. III, 31. Sine dolore et gemitu id præstant. VI, 69. Angeli in obsequium, non in adjutorium Christi, mitti potuerunt. IV, 666. Quando et quomodo manibus portarunt Christum. IV, 1166. Angeli in Ecclesia ascendunt et descendunt super Filium hominis, quomodo. IV. 507.

Angelos quomodo spectat hominum redemptio. VI, 261. Homini sapienti amicos Angelos esse volunt philosophi. VII, 627. Angelorum amicitia nobis manifesta esse non potest. VII, 636. Amicitia Angelorum per bonæ voluntatis similitudinem quærenda. VII, 252. Angeli dæmonibus amici esse non possunt. VII, 252. Angeli beati honorantur a nobis caritate, non servitute. III, 170. Angelos venerantur et amant Christiani, sed non illis sacrificant. VII, 654. Angelis iis qui sibi sacrificari jubent, non sacrificandum, docet vel naturæ sensus. VII, 294, 295. Angeli nolunt nos sibi sacrificare. VII, 284. Angeli divinos honores nolunt, et apertissime quandoque respuerunt. VII, 298. Angeli, nec cultum nec sacrificium exigunt. VII, 303, 304. Angelus ideo in Apocalypsi prohibet hominem adorare se, quia talis apparuerat, ut pro Deo posset adorari. III, 564. Angeli nolunt se pro Deo coli. IV, 1090, 1246, 1757. Angeli milites sunt, non norunt quærere gloriam, nisi Imperatoris : si autem suam quæsierint, ut tyranni damnantur. IV, 1357. Angeli sancti ideo dii nusquam forte in Scripturis appellati, ne illis homines Latriæ cultum exhiberent. IV, 1757, 1757. Angelos imitandos potius quam invocandos admonet Porphyrius. VII, 304. Angelis iis qui nolunt sibi, sed uni Deo serviri, credendum est de beata vita. VII, 293. Angeli et homines, vivum sacrificium Dei, vivum templum ejus. VII. 303,312,357.

Angeli boni et mali habent quædam opera similia. III, 445. Multa per Angelos agit Deus. VII, 220. Quemadmodum in hoc mundo operentur non novimus. III, 405.

Angelorum quanta potentia. IV, 1232. Angeli boni, potentiores malis. III, 444; VII, 717. Angelorum potentiam omnis homo desiderat, sed non justitiam. IV, 1232. Angelis malis bene utitur Deus. IV, 1002. Malis quæ homines patiuntur, an præpositi quidam sint angeli mali. IV, 1396. Angelis malis utitur Deus, non solum ad puniendos malos, sed etiam ad probandos et manifestandos bonos. IV, 1001. Mala morum per malos Angelos exerceri in eos qui illis divina æquitate subduntur, convenientissime creditur. IV, 1001, 1003. Dolores corporum plerumque immittuntur ab angelis satanæ. IV, 1709. Angelos malos non propter justitiam, sed propter malitiam pœna humana delectat. IV, 105.

Angeli reprobi infima ministeria appellantur. I, 156; IV, 105; et angeli iracundiæ. IV, 105.

Angeli, cives Jerusalem. IV, 1901. Angeli et homines sancti una civitas Dei. VII, 284, 325, 357. Angelorum cives sumus. VII, 797. Quatenus Angelis, etiam in terra carnis conditione habitantes, jungi possumus. VII, 252. Angeli proximi nostri deputandi sunt. III, 31. Potest mens humana divinitus rapi ex hac vita ad angelicam vitam, antequam per istam communem mortem carne solvatur. II, 610. Paulus raptus ad vitam Angelicam. II, 610.

Angelorum cœlestis habitatio. IV, 1093. Angeli beati, domus Dei. I, 830. Templum Dei. IV, 1776; V, 1190. Curia cœlestis Imperatoris, cœlestis militia. I, 748. Angeli beati, excellentissima et sancta Dei ministeria. I, 170. Angelica ministeria, currus Dei dicuntur. VII, 692. Membra Christi ad Angelorum æqualitatem divinæ gratiæ largitate perducta sunt. III, 1924, 1925. Angelos imitari gratiæ beneficium. X, 1164. Angelis futuros nos æquales non desperamus, quibus Angelorum Dominus ministravit. III, 574; IV, 1776. Angeli sancti deorum nomine possunt intelligi. VII, 275. Et ita appellantur in Scriptura. VII, 275. Angeli etiam Dei, homines nuncupati. VII, 468. In Scriptura nuncupantur viri. VIII, 808, 810. Nomine virorum solent appellari. III, 802. Sed nomine animarum non solent significari. I, 601, 612.

Angeli appellari solent homines aliquid nuntiantes. VIII, 527. Angeli omnes qui salutem cœlestem hominibus annuntiant. V, 1344. Angeli dici possunt Israel IV, 1901. Dicuntur oves et boves. IV, 114. Angeli organa cæli. III. 879. Angeli nomen universæ supernæ civitati tribuitur. III, 334.

Angeli beati dicuntur cælum cæli. I, 380.

Angelum videndi etsi potestas non est, ut videre possimus, promerendi gratia est. II, 604. Deus nunc fortasse videtur a quibusdam Angelis, eo modo, quo videtur sicuti est. II, 603.

Angeli ascendentes et descendentes in scala Jacob, quid significent. IV, 1377. Angelus movens aquam piscinæ. V. 690. Angelos Ecclesiarum septem de quibus in Apocalypsi, Tichonius intelligit Ecclesias. III, 81.

Angelorum codex. I, 852.

Angelus cuique adhibitus. VII, 680.

Angelus præpositus cuique rei visibili. VI, 90. Angeli his corporalibus judicandis et administrandis præsunt. III, 484.

Angelici hæretici. VIII, 32.

Anna vidua magni meriti. V. 1657.

Angustia. Per angustias transitur ad locum latitudinis. V, 1366.

Anianus pseudodiaconus Celedensis. II, 928. Alienæ, scil. Pelagii blasphemiæ, trivola verba subministrat. II, 928. *Not.* b. Ejus libros ab Eusebio presbytero suscipit Hieronymus. II, 928. Anianus Traduciani nomine Augustinum aut Hieronymum designare videtur. II, 928. Latinitate donavit homilias Joannis Chrysostomi. II, 928.

Aniciana familia. II, 645; VIII, 574.

Anima. Quæstio de anima valde difficilis. III, 335, 336; X, 520. Nec facile solvitur ex Scripturis. III, 415. An eo ipso, quo distat natura nostra a pecore, de origine animarum disquirere ac disserere novit. X, 532. De natura spiritus et animæ nostræ multa ignorare, an vitio dari possit et debeat. X, 530. An turpe sit animæ, hæc ignorare X, 528. Et magnum doctrinæ Ecclesiæ detrimentum. X, 498. Animarum originem ad nos forte non pertinet in hac vita nosse. X, 520. De origine animæ incerta erat Machabæorum parens. X, 814. Vincentii Victoris sententia de animarum origine difficultatibus plena X, 508. In quæstione de origine animæ quid cavendum. X, 493, 484. Quatuor devitanda in quæstione de origine animæ. X, 493, 494. Undecim quæ cavenda sunt in quæstione de anima. X, 546.

De anima opiniones duæ. III, 412. Animæ origo tribus modis intelligi potest. III, 410. Quatuor de illius origine sententiæ. I, 1296. Anceps Augustinus de origine animæ. X, 150, 489, 490, 501, 506, 523, 525, 547, 1400. De ejus origine nihil definit Augustinus. II, 588, 717, 857. Et Hieronymum consulit sicut et Marcellinus. II, 864. De origine animæ nihil certi in Scripturis canonicis comperit Augustinus. II, 862. Circa originem animarum varia expenduntur Scripturæ testimonia. III, 412, 413, 414, 419. Quatuor de origine animæ sententiæ. II, 776. Quæcumque sententiarum de origine animæ vera sit, Deum sine dubio laudandum esse voluit Augustinus in libro de libero arbitrio. II, 587. Qui aliquam ex quatuor sententiis Augustini de animarum origine, cæteris tribus rejectis vult propugnare, aut aliquid de Scripturis, quod non possit aliter accipi, proferat; aut rationem tam certam, ut contradictio nulla existat. II, 590. Versus 7 capitis 12 Ecclesiastæ adhiberi potest ad deferendam quamlibet quatuor sententiarum Augustini de animarum origine. II, 587, 589. In quæstionibus de animarum origine, cavendum ne negetur originale peccatum. II, 728, 729, 882, 732, 733. Quidquid de animæ origine cujuslibet inquisitione vel affirmatione disseritur, si contra peccatum originale est, verum esse non potest. X, 608. Anima unde sit, a Deo est. III, 366, 411, 412, 418.

Anima non est a se ipsa. VI, 11. Anima Deum habet auctorem. VI, 11. Anima omnis nonnisi a Deo esse potest. VIII, 93. Anima magis tribuenda Deo, quam lux sensibilis. VIII, 95, 99. Animæ omnes per Christum creatæ et conditæ. VIII, 93.

Animam de nihilo esse factam non credebant Manichæi; sed ejus, cujus est Deus, esse naturæ dicebant. VIII, 34, 35. Manichæorum error de anima. X, 1325. Anima non templum Dei, sed pars aut membrum ejus secundum Manichæos. VIII, 380, 381. Animam esse ipsam Dei substantiam Manichæi dicunt. III, 361. Et id quod Deus est. VI, 296. Animam esse a propria Dei substantia, Stoici, Manichæus, et Hispana Priscilliani hæresis censuit. I, 1237, 1242. Priscilliam error de anima. VIII, 666, 667, 668, 671, 672. Animam de nihilo esse factam non credebant Priscillianistæ. VIII, 668, 669, 670. Sed ejus, cujus est Deus, esse naturæ dicebant. VIII, 44. Et esse partem Dei. VI, 523. Sicut et Gnostici. VIII, 27. Animam a Deo factam, non ex nihilo, sed ex semetipso, error Victoris. X, 477, 512. refellitur. X, 477, 512.

Anima ex Deo est, non de Deo. VIII, 117, 549, 669. Anima non est Deus. VIII, 116. Non substantia Dei III, 366, 372; IV, 1822. Anima non est natura Dei, sed illam participando potest illuminari. II, 541. Anima non est de ipsa substantia Dei. III, 356, 358, 412. Anima quoniam mutabilis est, facta esse de Deo qui immutabilis est, non potest. X, 477. Anima non est pars Dei contra Manichæos. II, 721; VIII,

549, 614. Non est pars Dei, sed magnum bonum. V, 853. Animam portionem esse Dei dicere, et blasphemia est et hæresis. X, 496, 498.

Anima flatus Dei, sed non de ejus substantia. VII, 373, 402. Animam non esse partem halitus Dei ostenditur. X, 512, 513. Insufflatio Elisæi in faciem pueri, frustra adducitur ad probandum animam partem esse Dei flatus. X, 514, 136. Anima et Deus, non unius ejusdemque naturæ. X, 497. Animæ naturam a natura Dei, distinguunt philosophi. III, 361. Animam Deo coæternam putabant Platonici, quo fundamento. VII, 311. Animam, Angelos, dæmones, unius esse substantiæ, sed pro meritis distingui, asserebant Priscillianistæ. VIII, 668. refelluntur. VIII, 674, 676. Anima non est ex Angelis. III, 411. Animæ ratio causalis non fuit inserta in natura Angelica. III, 368. neque in creatura corporea. III, 368. Animam rationalem ex irrationali fieri, nonnulli philosophi putarunt. III, 360. Animam mulieris ex anima viri factam, quidam opinati sunt. III, 407. refelluntur. III, 408. Anima non est ex terra. IV, 1518. Anima Adæ non ex aliqua creatura. III, 414.

Animarum propaginem Occidentalis Ecclesia solebat sentire. II, 864. Animas ex tradice esse Tertullianus, Apollinaris, et Occidentalium maxima pars censuit. II, 719. De animarum traduce, opinio Tertulliani et Manichæi, X, 1218. De hoc errore Catholici a Pelagianis accusati. X, 1218. Animæ quomodo traduci possint, non potest explicari. II, 862. Per semen concumbentis transfundi etiam semen animæ, volunt Traduciarii. III, 424. In anima non est materia seminis manifesta, aut ratio seminis occulta. III, 425. Animæ an sint ex traduce, an de novo creentur, ambigit Augustinus. III, 425. Sententia Traduciariorum de animarum creatione de novo, præponderare videtur. III, 426; eorum argumenta. III, 415, 418, 422. Animarum propaginem unde nonnulli adstruere putant. X, 491. Animarum propaginem defendentium testimonia solvuntur. II, 863. Quid cavendum Traduciariis. III, 426. Animas a Deo, non ex propagine fieri, an aliqua Scripturæ testimonia evincant. X, 484, 485, 486, 487, 488, 507. Anima an sit ex traduce, nihil certi Scriptura habet. X, 196. nec ex Scriptura potest demonstrari. X, 492.

Anima si ex traduce non est, ex nihilo est, non ex Dei natura. X, 487. Anima non de Deo nata, sed creata est. II, 858. Anima a Deo facta, non ex se ipso, sed ex nihilo. X, 477, 497, 499. Anima an ex nihilo. III, 338, 414. facta est ex nihilo. VIII, 117. Animas de cælo lapsas esse putarunt Pythagoras, Platonici, Origenes. II, 718. Animas vixisse antequam ista corpora gererent, Plato docuit. VIII, 1011. Opinio Platonicorum de vita animæ ante corpus, figmentum. X, 402. De animæ incarnatione, quatuor sententiæ. II, 587, 723.

Animas pro diversitate peccatorum, diversa corpora meruisse, sensit Origenes. VII, 336; refellitur. VII, 337. Anima non detruditur in corpus, propter mala sua demerita. II, 717, 727, 731, 858. Animas pro diversis meritis, in diversa corpora detrusas esse, non dicendum. III, 345, 419. Animæ non habent aliqua merita antequam corpori inserantur. III, 413, 419, 421, 422. Animæ in carne peccati creantur, ut meritum comparent. III, 418. Anima, an ad corpus venit propria volontate, an Dei nutu. III, 368. Si proprio nutu corpori inserta anima, non fuit præscia futuri. III, 369.

Anima an a Deo descendit, necne, magna quæstio videtur Augustino. VIII, 116. Animæ origo qua fit ut sit in corpore, Augustino etiam seni ignota. I, 587. Animas olim conditas, in thesauro Dei haberi, quidam Ecclesiastici existimarunt. II, 719; urgentur. II, 732. Animas Deum per infinitum tempus, atque ita semper dare, sicut semper est ipse qui dat, error Victoris. X, 515. Animas viri et mulieris prius creatas quam corpora, Scriptura non permittit credere. II, 343. Hieronymus Marcellino insinuavit suam esse sententiam, singulas animas novas nascentibus fieri. II, 747; et suam sententiam exposuit in opusculis contra Ruffinum. II, 719, 864. Animarum novarum sine propagine insufflationem, dicendi minime prohibet Augustinus. X, 493. Difficultates circa creationem animarum de novo. III, 410; X, 483. Animæ si creentur singulæ singulis, quomodo peccatum originale contrahant. II, 723. Animæ quatenus secundum Vincentium, peccato originali obnoxiæ, si non sint ex traduce. X, 502. Animam ante peccatum meruisse esse peccatricem, et inquinari per carnem, error Victoris. X, 477, 478, 516; refellitur. X, 478, 481, 482, 502. Anima ante carnem, aliquem statum et aliquod meritum an habuit. X, 501; habuisse aliquem statum bonum, et meritum bonum, error Priscillianistarum. X, 515. Animam ante carnem alibi peccasse, ut damnaretur in carnem, dici non potest. X, 482; nec ob delicta alibi commissa, in corpora meritis suis convenientia detrudi, in iisque magis minusve affligi. X, 126, 127. Animam meritum aliquod perdidisse per carnem, tamquam boni meriti fuerit ante carnem, error Victoris. X, 515. Error de animarum peccato ante corpus unde. V, 905.

Anima peccato originali non est obnoxia nisi per carnem X, 479. Animam per carnem reparare habitudinem priscam et per illam renasci, per quam meruerat inquinari, error Victoris. X, 516. Anima, quatenus originale peccatum contrahat, anceps Augustinus. X, 507. Quid secundum fidem de anima tenendum putabat. X, 525. Animæ, cum ex Adam non veniant, tamen ex illo justam sortem damnationis inveniunt, nisi ad remissionem peccatorum renascendo perveniant. II. 864. Animæ parvulorum innumerabiles, quas Deo certum est sine baptismo de corporibus exituras, quomodo juste dentur in damnationem. II, 778. Animas innocentes et mundas non implicat Deus peccato, eas carni peccatrici admiscendo. X, 478. Anima data corpori ut bona faceret. VII, 310. Animas novas creari asserentium solvuntur testimonia. II, 863.

Animæ passiones esse ex terreni corporis moribundis membris putarunt Platonici. VII, 711; refelluntur. VII, 408. Anima propter originale peccatum miserabili ignorantia prægravatur. X, 180. Vitium animæ non natura ejus, sed contra naturam ejus est, nihilque aliud est quam peccatum et pœna peccati. III, 141. Non sicut peccatum in animæ potestate est, ita etiam pœna peccati. I, 1171. Anima etiam renata, ab omni peccato et ignorantia non potest esse libera in hac vita. VI, 60. Anima motibus perturbatur sæcularibus secundum suas inferiores partes. IV, 1887. Anima desideriorum diversitate verberata, portat plagas saucia, divisa per amores multos. IV, 1887. Sanitas animæ quando firmissima erit. I, 1171.

Anima an et quomodo condita in primis sex dierum operibus. III, 338, 366, 368, 409. Anima quid sit, vix potest exprimi. III, 366. Utrum anima sit corporea. X, 534. Animarum non Deum, sed Angelos creatores esse de igne et spiritu, volunt Seleuciani. VIII, 41. Animam aerem esse quidam putaverunt. VII, 326. Anima non est aeria. X, 534; non est ignis, aer, aut aliquod corpus. VIII, 981, 982; non est ex elementis. III, 338, 362, 363, 366. Animam quintum corpus esse Aristoteles dixit, Plato nullum. VII, 773. Animam ex atomis esse Lucretius scribit. VIII, 72. An animæ creationem materies aliqua præcessit. III, 338; non potest dici qualis fuisset ista materies. III, 339. Anima si de materia facta, saltem de materia spiritali. III, 370.

Animam immortalem quidem, sed eam corpus esse contendit Tertullianus. VIII. 46, 47; X, 499. Animas ex traduce fieri qui putant ex sententia Tertulliani, eas esse corpora volunt. II, 861. Animam corpus esse credidere, qui ex parentibus eam creari opinati sunt. III, 425; alii idem sensere propter arentem divitis linguam. III, 376. Tertullianus quia incorpoream cogitare non potuit. III, 427. Colorem aerium et lucidum et sensus, animæ dat Tertullianus. III, 427. Animam crescere substantia, noluit Tertullianus. III, 428. Quid de incrementis animæ sensit Tertullianus. III, 428. Quid alii qui eam corpus esse crediderunt. III, 425. Animam de corpore formam accipere et cum corporis incremento protendi et crescere absurdum est dicere. X, 541, 543; Animam se subtrahere cum membra præciduntur, Victoris sententia. X, 540. Animæ quantitas molis quidem nulla, fuse per totum librum de hoc argumento editum. I, 1037, 1038; quantitas vero virtutis distincta in septem gradus, per ordinem ad corpus, ad se ipsam, ad Deum. I, 1076.

Animam esse corpus alius error Vincentii Victoris. X, 477. Anima non est corpus. III, 372, 425, 426, 365; neque ex ullo corpore. III, 365. Anima non est corporea. III, 480, 363, 364, 366; VI, 671; X, 538, 539, 544; non est qualitas corporea. III, 426; non est temperatio corporis. I, 1029; Aliud anima, aliud organa corporis. III, 365. Potest tamen habere similitudinem corporis et corporalium membrorum. III, 480, 481, 365, 364. Fieri potest ut sit in anima similitudo quædam corporis, nec ipsa sit corpus. X, 540. De animæ conformatione. VI, 27. Desistentibus nuntiis sentiendi et ministris movendi, anima abscedit. III, 364; his autem deficientibus ejus intentio turbatur. III, 364. Unde fit ut anima abstrahatur a sensibus. III, 364. Anima delectatur lenitis, vel contristatur offensis corporis sensibus. III, 1584. Non parvum animæ malum, tristitia. III, 482.

Anima non est subdita corporibus, ne quidem cælestibus. III, 278. Ut vel anima ex corpore afficiatur, vel corpus ex anima, faciunt congruæ rationes in sapientia Dei incommutabiliter viventes. VIII, 877. Anima quatenus læta aut tristia patitur. X, 540. Anima vere læta aut tristia patitur, et si non per corpora, sed per corporum tantum similitudines sentiat. X, 540, 542. Animæ vox in dormiente, quæ. IV, 1517. Anima dolet cum corpore, dolet sola in corpore, dolet et extra corpus. VII, 711. Aliud est in anima quo corpora vera sentimus, aliud quo similia corporibus, non corpora cernimus, aliud quo nec corpora nec corporum similitudinem contuemur. X, 542. Falsum est quod si anima est incorporea, careat forma. X, 537. Unde error eorum qui opinantur animam esse corpoream. VIII, 978, 979.

Anima si corpus est, sequitur etiam Deum esse corpus. III, 426. Anima si corpus est, erit et sexus. X, 542. Utrum anima humana magicis carminibus evocata, vivorum conspectibus apparere possit, corporis lineamenta gestans. VI, 144. Animæ corpus vel quasi corpus, quod vehiculum nonnulli dicunt. II, 78.

Anima utrum sit spiritus. X, 535, 545, 546. Anima spiritus est, non corpus. II, 858; est simplex quiddam et propriæ substantiæ. I, 1035; spiritalis est, incorporea, vicina substantiæ Dei. IV, 1886.

Anima caro nominatur, cum carnalia bona adhuc appetit. VI, 194. Anima secundum se vivens, est carnalis. V, 834. Animæ cupiditates, quatenus carnis dicantur. X, 802. Anima terra dicta est. III, 223. Anima iniqua terra dicitur. III, 1237.

Animæ humanæ excellentia. III, 1451; V, 429. Anima nihil potentius, nihil sublimius. III, 1585. Anima ad imaginem Dei facta. V, 562. Nihil melius in natura animæ, quam quod ad imaginem sui Creatoris facta est. VIII, 1039, 1040. Anima secundum quid facta sit ad imaginem Dei. VIII, 1040. Animæ rationales, Angelis officio quidem impares, sed natura pares. I, 1287. Si quid aliquando eorum quæ Deus creavit, est melius anima, hoc peccato ejus fit, non natura. I, 1078. Animam factam, corpus autem fictum a Deo, putarunt quidam. IV, 1551. Animæ præstantia supra res corporeas. III, 364. Philosophorum opiniones de animæ substantia refelluntur. VIII, 978, 981, 982.

Anima et spiritus duo quædam sunt, sed sæpius uno nomine nuncupantur. X, 495. Anima aliquando cum mente, aliquando excepta mente, intelligitur. VI, 13. Animæ caput, mens, et spiritus. IV, 74, 77. Animæ pars duplex, intellectualis et spiritalis; utriusque differentia. VII, 287. Animæ pars superior mens rationalis. IV, 1887. Animæ partes inferiores. IV, 1887.

Animas duas constituebant Manichæi. VIII, 94, 95, 255. Manichæi error de duabus animabus, altera mala, altera bona, deque earum commixtione ac pugna. X, 1518, 1510. Animarum duo genera non haberi, ex deliberatione in malam et in bonam partem sequitur. VIII, 108, 109. Animarum an diversæ naturæ, quia sunt diversæ voluntates. VI, 27. Animæ tres gradus juxta Varronem. VII, 212. Animæ rationales trium generum sunt. VII, 238. Animæ intellectuali quantum Platonici tribuant. VII, 508. *Vide* Mens. Anima quomodo aut in somnis, aut corpore exonerata, cognoscat. X, 541.

Anima omnis a veritate habet, ut omnino anima sit. VI, 11. Cum cœperit esse capax rationis, aut a sapiente mente regitur, aut ab errore. III, 1518. Anima nostra errore ac stultitia irretita, viam, si qua est, quærit veritatis. VIII, 75, 76. Animæ oculus mens. III, 1658. Animæ lumen Deus. III, 479. Ex Deo est quidquid intelligit anima, sicut valet. III, 480. Anima intelligendi potentia, de rerum varietate, deque ipsa cogitatione judicat. VIII, 186. Cum anima intellectuali visione Deum videt, etiam supra se videt illum. VIII, 480. Cum lumen illud anima conatur intueri, palpitat infirmitate et minus valet. VIII, 479. Anima quædam legit in æterna Dei luce. IV, 1888. Ut Deum resque divinas et spiritales intelligat, a lumine oculorum se avertit. III, 562. Anima nisi se ipsa super se effundat, non pervenit ad cognitionem substantiæ inconmutabilis. IV, 1712. Animæ cur præceptum, ut se cognoscat. VIII, 977. Quomodo seipsam quærat. VIII, 979. Animæ omni voluit Deus inseminare initia intellectus, initia sapientiæ. V, 667. Anima capit rerum infinitarum imagines. IV, 1886. Animam humanam habere vim quamdam divinationis in seipsa, nonnulli volunt. III, 464; impugnantur. III, 464. Anima, mala non disceret, si non faceret. VII, 310.

Animæ humanæ falsas promittit beatitudines Plato. VII, 776. Anima unde beata. VIII, 1051, 1052; unde ærumnosa. VIII, 115, 115; unde misera. VIII, 127, 1051, 1052. Anima beatitudinis amissæ non reminiscitur, sed Dei. VIII, 1052; et regularum justitiæ. VIII, 1052. Animæ, ut beata sit, corpus omne fugiendum ait Porphyrius. VII, 387, 390, 776, 799; refellitur. VII, 390. Animæ felicitati non obstabit corpus incorruptibile. VII, 794. Anima lætabitur in corpore in quo gemuerit. VIII, 794. Anima cum Deo solo, in Deo solo, de Deo solo est beata. III, 1584, 1585; VII, 257. Animæ quies in solo Deo. II, 212, 213. Anima non habet ultra Deum, quod appetat. X, 240. Anima bene uti potest corporali felicitate servando ordinem in creaturis, si eam fecerit servire Creatori. II, 539. Animam beatam esse non posse nisi participato lumine Creatoris, noverunt Platonici. VII, 277. Novit et Plotinus VII, 279. Animam, etiam cum sapientiam perceperit, transire de beatitudine in miseriam, et vicissim, quidam tenuere. VII, 361; quam impium et absurdum, hoc asserere. VII, 369, 370, 371; hanc sententiam ipse Porphyrius rejecit. VII, 310, 392, 795. Animæ si redituræ sunt ad corpus, beatæ esse non possunt. V, 1136. Animarum spes hic esset felicior, quam in illa felicitate. V, 1136. Anima si semper ejus miseria et beatitudo alternat, non vere beata. VII, 319. Ex transitu animæ de beatitudine in miseriam, et vicissim, quomodo veritas elicitur. VII, 795. Animæ rationalis pax in quo sita est. VII, 640. 642.

Anima est immortalis. III, 372, 1737. Animæ vita post mortem adstruitur in numeris. III, 756. Animæ immortalitas probatur. I, 896, 897. *Item* in libro de hac re scripto. I, 1021. Ad indagandam solius animæ immortalitatem, vix pauci ingeniosissimi et eruditissimi pervenire potuerunt. VIII, 1023. Qualem beatitudinem invenerunt, qui ad indagandam ejus immortalitatem pervenire potuerunt. VIII, 1023. Animæ immortalitas modum quemdam habet. VIII, 1040. Anima modo suo immortalis. V, 428. Anima est immortalis, non ita ut Deus. II, 588, 721. Animas cum corporibus mori, et in fine sæculi utrumque resurgere, dixerunt Arabici. VIII, 46. Animas quidam Philosophi crediderunt esse mortales, alii immortales: utriusque sententiæ varia placita. VII, 601. Animam immortalem et miseriæ vel beatitudini obnoxiam permanere tenuerunt philosophi multi. II, 589.

Anima licet immortalis, est mutabilis. III, 365, 1548, 1563; VI, 38. Id ostenditur contra Manichæos ex ipsorum doctrina. VIII, 584, 585. Anima vel in deterius, vel in melius mutari potest. III, 356. Animæ mutabilitas quæ. III, 359. Anima cum sit immortalis, quomodo mutabilis. VIII, 669. Anima, quia mutabilis est, non proprie est. III, 1685. Anima est quodammodo mortalis, quia est mutabilis. III, 1588; VIII, 768. Anima, mortalis aliquo modo intelligi potest. III, 372. Quomodo mortalis. VI, 194; VIII, 885.

Anima et vitam et mortem suam habet. VIII, 1040. Animæ vita Deus. III, 1550, 1586, 1737; V, 415, 428, 881. Anima corporis sui vita, vita ipsius animæ Deus. V, 1248. Sicut tota vita corporis est anima, sic beata vita animæ Deus est. I, 783, 791, 1263. Animæ vita sapientia. VIII, 614, 616. Veritas. VI, 240. Animæ anima fides. III, 1754.

Anima quomodo mori potest. V, 428. Animæ mors duplex. VII, 710. Animæ mors, deseri a Deo. VII, 377. Animæ mors insipientia. VIII, 614, 616. Hæc est mors animæ, ut Deum nesciat. III, 835. Animæ quæ mors pejor est, quam libertas erroris? II, 963. Anima immortalis simul et mortua potest esse, quo sensu. VII, 402. Ea vitando vivit anima, quæ appetendo moritur. I, 857. Non alia salus animæ est, aut renovatio, aut reconciliatio auctori suo, nisi ut omnia corporea contemnat universoque huic mundo renuntiet, uti præcipitur in mysteriis. I, 1037.

Anima sine caritate mortua est. III, 1462. Anima mortua quid significat. III, 711. Animæ mortuæ motus tres, fastus elationis, delectatio libidinis, venenum curiositatis. I, 857. Animæ mortuæ corpus sepulcrum est. IV, 1117.

Animæ resurrectio. III, 1550, 1552. Animæ mors et resurrectio. VII, 665; VIII, 890, 898. Resurrectio animarum fit per substantiam Patris et Filii æternam: resurrectio corporum per dispensationem humanitatis Christi. III, 1591, 1592. Anima quomodo resurgit a peccato. III, 432. Ut mors carnis differatur, omnes sedulo laborant; ut mors animæ evitetur, vix aliqui curant. III, 1747. Anima sine gratia redire non potest. VIII, 1007. Se ipsam vulnerare potuit, sanare non item. V, 1269. Animæ suscitatio differt a suscitatione corporis. IV, 893. Animæ vivæ quare sic dictæ. III, 239.

Anima qualis sit. VI, 639. Animæ meritum non ex gradu corporis quod inhabitat, pensandum. VII, 240. Animæ non possunt dici magis vel minus bonæ, nisi vel moribus vel differentia temperaturæ corporum. III, 421. Anima media inter Deum et corpus. III, 1585. Inter Creatorem et creaturas. II, 539. In meditullio quodam rerum est ordinata. III, 201. Superior anima, solus Deus. I, 1170. Anima sub Deo et supra cætera collocata. VIII, 538, 547, 591, 592, 977, 1051. Anima habet infra se carnem, supra se Deum. VI, 710. Anima Deum dominum habet, servum corpus. IV, 1887. Anima, unum est in rebus proximum Deo. I, 961, 1077.

Anima subdenda Deo, animæ caro. V, 715. Animæ colendus est Deus solus, qui solus ejus est auctor. I, 1078. Animæ bonum Deo adhærere. VI, 38. Oportet animam et regi a superiore, id est Deo, et regere inferiorem, id est corpus. I, 1170. Anima in medio quodam constituta, legem accepit, hærere superiori, regere inferiorem. IV, 1887. Deus subjicit animæ corpus, animam sibi, et sic omnia sibi. I, 1079. Anima tanto minus subditur Deo, quanto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit. I, 1201. Rationalis anima si Creatori suo serviat, cuncta ei cætera servient. I, 1231. Intenta in Deum anima magis est, intenta autem in corpus minus est. I, 1170. Ut serviat sibi caro, serviat et illa Deo. VI, 711. Anima famula est caro bene obediens. IV, 1887. Anima infelix est, quæ a corpore exspectat consilium. IV, 1887. Anima cum se ad Deum refert, sacrificium est. VII, 283.

Animæ motus omnes nihil aliud quam voluntates sunt. VII, 409. Animæ pes amor, amore movetur tamquam ad locum, quo tendit. IV, 124. Anima non movetur pedibus, sed affectibus. III, 1741. Anima ad Deum levanda, tamquam vas ad fontem. IV, 1854. Anima nisi sitiat, non recte irrigabitur. IV, 1350.

Anima non habet ex se lumen, non habet ex se vires, etc. IV, 704, 1858. Anima non per seipsam, sed participatione lucis Dei est pulchra et virtute pollens. VIII, 261. Anima rationalis ut luna splendescere debet. III, 740. Anima non potest justa, salva, sapiens, aut beata esse, nisi participatione incommutabilis boni. II, 571. Anima fit bona, casta, pia, etc., participatione bonitatis, castitatis, pietatis quæ in Deo est. III, 1684. Anima humana non vegetatur, non beatificatur, non illuminatur, nisi ab ipsa substantia Dei. III, 1584. Anima nostra est ad Deum, quod aer ad lucem. VII, 326. Anima si ad lucem suam adtenderit, tenebratur ; si ad lucem Dei, illuminatur. IV, 1261. Anima dat ipsa sibi consilium ex luce Dei per rationalem mentem, unde concipit consilium firmum in æternitate Auctoris sui. IV, 1887. Anima avertens se a luce justitiæ, quanto magis quærit quod inveniat contra justitiam, tanto plus a luce repellitur, et in tenebrosa demergitur. IV, 765.

Animæ fœditas, quæ. VIII, 636. Animæ pulchritudo, virtus, veritatisque doctrina ; deformitas, vitium est. III, 339. Anima rationalis deformiter vivit, cum secundum trinitatem exterioris hominis vivit. VIII, 988. Anima si seipsam sequitur ut virtutem adipiscatur, stultum aliquid sequitur. I, 1314. Animæ natura perfecta est, cum spiritui suo subditur. VI, 194. Animæ quasi maritus est spiritus hominis. VI, 58. Anima tanto est pietate purgatior, quanto privato suo minus delectata legem universitatis intuetur. VI, 90. Anima propria voluntate bonum sibi esse non potest, sed malum. II, 571. Anima valentior peccat, et post peccatum divina lege imbecillior, minus potens est auferre quod fecit. I, 1170. Anima, sicut se illuminare de se non potest, ita se satiare de se non potest. I, 853. Animam fœdam Christus ut pulchram faceret, fœdus factus est. IV, 1338. Anima humana tantum dilecta est fœda, pulchra quomodo fulgebit? IV, 204. Anima Christi quibus malis repleta fuerit. IV, 1110.

Anima sibi sufficit, ut perdat se, Dei est salvam facere. V, 138. Animæ virtus, caritas. IV, 1353. Animæ ossa, id est, firmamentum ejus et fortitudo. IV, 92. Anima nostra posita in mediis tentationibus sæculi, nihil infirmius. IV, 1634. Anima, unde infirma et tenebrosa. VIII, 1030. Anima vires tanto consumit citius, quanto eum deserit, a quo datæ sunt. III, 1344. Anima deterior fit appetitu inferiorum. II, 539. Anima tanto Deo propinquior, quanto similior : tanto dissimilior, quanto rerum mutabilium cupidior. VII, 271. Anima obligata amore terreno, quasi viscum habet in pennis, volare non potest. IV, 1618. Animam curvari quid sit. IV, 1849.

Anima sæcularium amore capta fit adultera et inimica Deo. IV, 1178. Anima quomodo a Deo deflectit, et fornicatur. VIII, 998, 999, 1005, 1006. Animæ fornicatio, quænam sit. VIII, 138. Animæ aversio a Deo. VIII, 102. Anima unde a Deo avertitur. VIII, 977. Anima foras exiit a Deo propter superbiam. III, 1605, 1605. Animam esse causam peccati ostenditur ex ipsius peccati pœnitentia et indulgentia. VIII, 121, 123.

Anima Christi sponsa. VIII, 424. Animæ panis, verbum veritatis. IV, 752, 754. Ejus vir legitimus, Verbum divinum. VI. 58. Animæ humanæ cum Verbo Dei copulatio, difficilis ad intelligendum. VIII. 425. Anima peccato et legi peccati moritur, ut nubat Christo. VI, 62. Anima per fidem et spem in Christo est. IV, 1843. Animæ sanctæ, cælum et sedes Dei. IV, 330, 1186, 1260. Originalis regio beatitudinis animi, habitatio animæ et patria, Deus est. I, 587, 1036. Anima munda, locus Dei. VI, 16. Anima justi, framea Dei. IV, 324. Anima, census noster. IV, 388. Animarum jactura, jactura pastoris est. IX, 754. Animæ consulendum, non ut habeat bona, sed ut ipsa sit bona. V, 629. Animæ bona solus Deus donare potest. II, 591.

Anima Christiana in hac vita debet desolatam se reputare. II, 494, 496. Et ut desolata orare. II, 506. Anima, quæ intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius Dei, vere vidua est. IV, 1725. Anima cum hic est in ista carne, habet etiam ipsa solatia verbi, solatia orationis, solatia disputationis. IV, 755. Anima luctans cum morbis suis, diu differtur a medico, ut ei persuadeatur in quæ mala se peccando præcipitaverit, ut diligentius tueatur receptam sanitatem, utque intelligat quanta pœna impiis præparatur, qui se nolunt convertere ad Deum. IV, 92. Animæ divitiæ. VIII, 165. Animæ fames. VIII, 656. Anima nostra pigro corpore involuta, velut nix facta est. IV, 1932. Animæ, per virgines quinque in Evangelio significatæ. IV, 1920. Animæ quæ tradendæ sunt bestiis. IV, 942. Anima numquam a Dei laudibus silere debet, IV, 1316. Animæ virtutis capaces ac fertiles præmittunt sæpe vitia, quibus indicent, cui virtuti sint potissimum accommodatæ, si fuerint præceptis excultæ. VIII, 444. Animæ malum accidit nulla addita detractave substantia. VIII, 193. Anima perverse utens creaturis, non effugit ordinationem Creatoris. II, 539.

Anima a Deo facta, per liberum arbitrium peccavit, peccato polluta est, et per misericordiam Dei in pœnitentia est liberata. VIII, 547, 550. Oportebat ut Deus animæ daret liberum arbitrium. VIII, 118. Animas quæ natura sua bonæ sunt secundum Manichæos, solas peccare quomodo ostenditur. VIII, 107. Animas voluntate non natura malas esse, sequitur ex utilitate pœnitendi. VIII, 109, 110, 119. Et ex earum justa damnatione. VIII, 106, 107. Anima sua culpa lapsa, sola Dei misericordia liberatur. II, 722. Animam terrenis peccatis obrutam Lazarus in monumento significat. VI, 59. Anima temporalibus voluptatibus dedita semper exardescit cupiditate, nec satiari potest. IV, 82. Unde anima voluptatem corporis pluris æstimat, quam ipsam sanitatem. I, 1170.

Animæ vis in corpus suum. VIII, 989. Modus quo anima corpori adhæret, non potest comprehendi. VII, 725. Anima per se movetur. VI, 13. Anima est vita quædam. III, 1349 ; V, 880. Est vita corporis. III, 1586, 1737. Anima, summum corporis bonum. I, 1313. Quid corpori præstat. I, 601, 1074. Anima humana quodammodo condit putores. III, 1451.

Anima viva appellatur a Scriptura administratio corporis. III, 363. Anima totum corpus animat et vivificat. VI, 301. Tota est in qualibet corporis parte. II, 723. Tota sentit in singulis particulis. VIII, 183. Anima non modo universæ moli corporis sui, sed etiam unicuique particulæ illius sola simul adest. I, 1054. Dissecto corpore vermiculi, anima non secatur. I, 1071. Animæ officium. VI, 711. Anima, quomodo moveat corpus. III, 388, 389. Anima, domina curam gerens luteæ domus. VI, 667. Animæ in carnem jus. VI, 710. Corpus administrat per lucem et aerem. III, 363, 364. Leges in inferiorem non habet, nisi a superiore Deo. VI, 711. Anima regere corpus non potest, nisi ipsa regatur a Deo. IV, 887. Anima primi hominis ante peccatum, etiamsi nondum spiritale corpus, sed animale, tamen pro arbitrio regebat. II, 1108. Post peccatum regit, non omni modo pro arbitrio suo, sed sicut leges universitatis sinunt. I, 1287 ; II, 587. Animæ quanta sit vis ad immutandam materiam corporalem, longum est disserere. VIII, 877.

Anima an aliquid a corpore patiatur. I, 1167, 1168. Anima per sensus accipit, quidquid eam corporalium non latet. III, 363. Anima quomodo regitur a sensibus, quomodo ab intellectu. III, 1317. Corpus in anima facere quidquam fortasse non posset, si non esset primo peccato in deterius mutatum. I, 1166. De animis rationalibus operari, non per corpus sed per seipsum, solus Deus potest. I, 1183. Peccatorum conditione fit, ut permittantur animæ de animis aliquid agere per alterutra corpora. I, 1183. Anima, qualia onera, cum in corruptibili corpore agit, patitur. IV, 1320. Animam corpus non aggravabat ante peccatum. X, 1381. Anima corpore gravatur propter originale peccatum. X, 1268. Animæ corporibus coaptatæ, tanquam oblivione pregravantur. III, 418. Anima nondum passa sensibilium sensuumque vanitatem, minus est obnoxia falsitatibus. I, 70. Anima illuditur, non similitudinum rerum vitio, sed opinionis suæ. III, 473. Lux oculorum impedimento est animæ ad intelligenda spiritalia. III, 363.

Anima memoria capit maximorum locorum imagines. VIII, 183, 186. Cogitat quæ non vidit, demendo et addendo. II, 69. Quomodo videat et audiat ubi non est, difficile explicatur. II, 517, 518. Anima quædam accipit per corpus quæ commutat, quædam quæ non commutat : et per seipsam quiddam accipit quod commutat, quiddam quod non commutat. VI, 27. Animæ carnisque discordia in naturam versa, unde. X, 681. De anima et corpore sententia Manichæi. X, 1319. Animæ et corporis consortium. III, 1584. Anima de corpore non maculatur, nisi cum mortalia ejus bona concupiscit. VI, 187.

Anima naturaliter appetit corpus. III, 369. Appetitu corpus administrandi, retardatur a visione summi cæli. III, 483. Animæ est esurire et sitire. IV, 217. Animas nec in suis corporibus semper esse, nec sine corporibus durare perpetuo sentiebat Plato. VII, 392, 795.

Animæ commendatio. IV, 1883. Anima cujusvis pecoris quam admirabilis. III, 1451. Anima nostra quamvis peccatis tabefacta, melior est quam si in hanc lucem visibilem verteretur. I, 1276. Anima muscæ, immo omnis anima etiam vitiosa, præstantior luce. VIII, 96. Anima peccatrix melior est quolibet præstantissimo corpore, non meritis, sed natura. IV, 1883, 1886. Anima licet vitiosa melior corpore etiam sanissimo. VII, 264. Primo corpori anima extrema præponitur. I, 1279. Anima rationalis præferenda rebus iis quæ pro diis habentur. VII, 229. Animæ rationalis et irrationalis facultates. VII, 154.

Animam humanam sanguinem esse nusquam in Scriptura invenitur. VIII, 143. Non frustra per sanguinem significatur. VIII, 650. Anima pecoris, quo sensu sanguis dicitur. VIII, 144, 146.

Animam, sive spiritum animalia omnia habent. IV, 1272. Anima irrationalis in bestiis. VII, 640, 642. Animæ animantium, a Deo. VII, 374. Animas rationales volucribus tribuere, ad hæresim pertinet. X, 330. Animarum irrationalium semina vitiare possunt maligni spiritus, ut cum sui generis vitiis nonnulla nascantur. X, 1382.

Anima diversimode in Scriptura sumitur. IV, 1411. Anima pro vita. III, 496, 535, 540, 704, 711, 1291. Anima vita est qua vivimus. IV, 1776. Anima vegetativa, non anima dici solet, sed vita. III, 230. Anima pro homine. III, 517, 521, 588, 1740; VII, 408; VIII, 954. Anima est homo interior. X, 156. Anima aliquando sumitur pro corpore. II, 863, 864. Pro delectatione animali. III, 744. Animæ nomen aliquando positum ab Augustino, pro universa creatura incorporali. I, 603. Anima cur mundo data, systema Porphyrii. VII, 310. Anima cur datur morituris. II, 726. Animam secum attulisse omnes artes, nec aliud esse discere, quam reminisci, quomodo accipiendum. I, 594, 787.

Animæ omnium Christianorum, propter unam fidem, una anima est. IV, 1336.

Animam ponere, mori est. III, 1738.

Animam alicujus quærere, et in bono et in malo dicitur. III, 504.

Animam suam perdere quid significat. III, 75. Animam suam amare et perdere duobus modis intelligitur. V, 1459. Animæ quidam amor perversus, et quoddam rectum odium. V, 1633. Animæ amor perversus abundat, rectus valde paucorum est. V, 1633. Animam diligendi modus. V, 1633. Anima hic non amanda. V, 1398. Cujus gratia animam perdere jubemur. V. 1394. Animam odisse quid. III, 1767. Animam perdit qui amat, quomodo. III, 1767; V, 1633. Animam perdere ut inveniatur. V, 1394. An illam odit, qui carnalem ejus affectum interimit. II, 1056. Animam appendere cum pecunia. V, 1457. Animæ impiorum in pœnis vivunt. VII, 382. Justorum in requie sunt. VII, 382, 392, 393.

Anima. De Animarum statu post mortem, quid senserint Philosophi. V, 1132, 1135. Quid circa animas agitur a die mortis, usque ad resurrectionem. X, 978. Animarum judicium in ipso de corpore exitu. X, 499. Animarum receptacula ante resurrectionem. VI, 158, 283. Animarum receptiones diversæ. III, 1731. Animæ piorum in sinu Abrahæ secure exspectant judicii diem. IV, 361. Animæ ab omni contagione corruptionis purgatæ, in placidis sedibus constituuntur, donec corpora recipiant. VIII, 1069. Anima continuo post mortem requie fruitur, si digna est: sed vita æterna cum Angelis in fine datur. III, 1731. Animæ sanctorum ante resurrectionem corporis, sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione qua corpora recepta vegetantur. II, 527. Utrum animæ cum a corpore excesserint, loco corporali contineantur. III, 376. Animæ pro meritis feruntur ad loca, vel pœnarum, vel quietis, similia corporibus. III, 480, 481. Mutari anima potest, non localiter, sed temporaliter. III, 130. Anima nullo modo locorum spatia, sua mole occupat. VIII, 184, 185. Animæ locus, non in spatio aliquo est, sed in delectatione, quo se pervenisse per amorem lætatur. IV, 124. Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. IV, 1604. Anima non exit de corpore cum corpore, quo possit ad loca corporalia ferri, et his contineri. II, 699, 706. Anima cum exierit de corpore, non habet aliquod corpus. III, 480. Anima ad corporalia loca, vel non fertur nisi cum aliquo corpore, vel non localiter fertur. III, 480. Vera est pœna aut lætitia animæ post mortem, licet non sit corporalis. III, 480, 481. An in inferis se non corporibus, sed corporum similitudinibus agnoscat. X, 540. Animarum alia est sine corporibus requies aut pœna, alia cum corporibus. V, 1283, 1454. *Vide* Martyres.

Animæ purgatio. III, 832. Animam quæ Deo mittente polluta est, Deoque deficiente mundari non potuit, in globo tenebrarum perpetuo vinculo puniri, Manichæorum doctrina. VIII, 284, 285. De animarum purgatione phantastica et ridicula Euchitarum fabula. VIII, 40, 41. De purgatione animæ per sacrificia et consecrationes, sententia Porphyrii. VII, 286, 287. Animam spiritalem purgatione theurgica posse purgari, non vero intellectualem, dicebat Porphyrius. VII, 306. Sine theurgicis artibus et teletis, virtute continentiæ posse purgari, fatebatur Porphyrius. VII, 306. Teletis idoneam fieri susceptioni spirituum, et ad videndos deos, docebat Porphyrius. VII, 286. Non vero intellectualem, ad videndum Deum suum. VII, 287. Animam ab ignorantia per nullas teletas purgari, putabat Porphyrius. VII, 307. Animæ purgationem in principiis esse, Platonici profitentur. VII, 300. Anima, veri Dei cultu mundatur et saptur. VII, 288. Animæ defunctorum an sciant, vel curent quæ geruntur circa vivos. IV, 1457. Animas sapientium in astra ferri, stultorum vero ad corpora, sive hominum, sive bestiarum revolvi, Platonicum dogma. VII, 392. Animas eorum qui inhoneste vixerint, ut luant pœnas, ad alia hominum corpora, Porphyrius; Plato etiam ad bestiarum redire docuit. VII, 375. Animas etiam purgatas, ad corpora iterum redire, stulte Platonici asserebant. VII, 311. De animarum reditu in corpora post purgationem, melius Platone Porphyrius philosophatus est. VII, 310. Virgilio non placet doctrina de animarum reditu in corpora. V, 1154. Animarum revolutio usque ad corpora bestiarum, Platoni et Plotino probata est, Porphyrio displicuit. VII, 310. In alia humana corpora transmigrare animas, docuit Porphyrius. VII, 310. De animarum revolutione, Manichæorum sententia. VIII, 226, 231, 383, 384. Animas cæteras, præter Auditorum et Electorum, in pecora redire putant Manichæi, et in omnia quæ radicibus fixa sunt et aluntur in terra. VIII, 37, 143, 144. Non tamen in minutissima animantia. VIII, 144. Opinio Manichæorum, animarum transmigrationem admittentium, deterior quam philosophorum. III, 361. Animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos et ad corvos revolvi, futilis quorumdam opinio. IV, 1911.

Animas sceleratorum verti in dæmones, et in quæque animalia suis meritis congrua, quædam hæresis docet. VIII, 45. Animas hominum pessimas post mortem in dæmones verti, putavit Tertullianus. VIII, 47. Animas hominum, dæmones esse post corpora, dixit Plotinus. VII, 265. Triplex genus dæmonum in quos animæ mutari possunt. VII, 265. Animæ natura in naturam corporis non convertitur. III, 411. Nec in naturam animæ irrationalis, nec in naturam Dei. III, 411. Animarum quarumdam fictitiæ transmigrationes. III, 361. Plato solas animas a Deo conditas putans, easque in bestias revolvi, refutatur ab Ambrosio in libro *de Philosophia*. X, 686. Animas hominum in pecora, vel pecorum in homines posse transferri fides veritasque catholica non admittit. III, 360, 361. Nec morum similitudo evincit. III, 361. Animas ad propria corpora reverti, doctrina Angelorum, Prophetarum, Christi et Apostolorum. VII, 310. Animæ cupiditas revertendi ad suum corpus. VII, 711, 794. Anima resumptum corpus numquam ulla morte deponet. VII, 794. Animarum liberatarum numerus an possit semper augeri. VII, 371.

Animus definitur substantia quædam rationis particeps, regendo corpori accommodata. I, 1048. Animus, summus gradus animæ. VII, 212. Hæc pars animæ, mundi dicitur Deus. VII, 212. Animus ad capiendum seipsum angustus est. I, 785. Animus quid sit non incongrue nos dicimus ideo nosse, quia et nos habemus animum. VIII, 953, 954. Animus in homine vocatur genius. VII, 212. Animus ipse, rectissime sensus dicitur. VII, 318. Animi partes tres. VII, 427.

Animi potentiæ sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt. I, 597, 1268. Animi motus omnis aliquid facit in corpore. II, 72. Animi perturbationes quatuor. I, 788. Animus unde mutabilis esse cognoscitur. VII, 231.

Animus melior est quam omnia corpora. III, 1561. Animus melior corpore. II, 65. Nullo modo ullo animo ullum corpus potentius. I, 1185. Corporis decus animus: animi decus, Deus. III, 1643.

Animus nonnisi conversione ad Deum fit bonus. VIII, 950. Animi pulchritudo, justitia. VIII, 954. Animus cum ad corpus declinat, quodammodo corporascit. VIII, 588. Et terrenorum cupiditate sordescit. III, 1289; VIII, 89, 90. Animus fit Deo similis, dum ei se subjicit: quantoque id fecerit studiosius, tanto erit sublimior, et illo solo dominante liberrimus. I, 1319. Animus nimis intentus humanis actionibus, Deo quodammodo vacuatur. III, 619. Animus tanto fit plenior Deo, quanto in superna atque æterna liberius extenditur. III, 619.

Animus diligendo corpus, fit infirmus. III, 27. Ægritudo hæc animi est, quia non totus assurgit veritate sublevatus, consuetudine prægravatus. I, 759. Animi sanitas secundum Stoicos. V, 1528, et secundum veritatem. V, 1528. Animus per sapientiam sanatur. VII, 636. Sanitas animi est, firmissime inhærere incommutabili Deo. III, 27. Animus non sanus æstimandus est, qui non temporalibus æterna præponit. II, 499.

Animus cum ordinate se vincit, laudis atque virtutis est. VII, 431. Nullo modo animus potestati alterius animi, nisi suis cupiditatibus subditur. I, 1032. Animum prosternere est in eis quæ sublimia sunt in corporibus, quietem voluntatis appetere. VIII, 898, 899, 1005, 1006, 1009.

Animi mors et resurrectio quædam. III, 25. Cujus animus non moritur huic sæculo, is non resurgit ad vitam, sed ad supplicia. III, 25. Animus cum seipso sibi quasi suo bono gaudet, superbus est. II, 439. Animus in hac vita famem patitur. III, 1281. Animi pabulum veritas. II, 62. Animus

tanto magis inseritur veritati, quanto familiarius in ea volutatur. II, 66. Animus cibo præceptorum reficiendus est. III, 1287. Inde animus pascitur unde lætatur. I, 863.

Animi in corpus imperium, quale. VII, 430. Animus corpori recte non imperat, si Deo ipse non servit. VII, 656. Animus imperat corpori, et paretur statim; imperat animus sibi, et resistitur. I, 760. Animus facilius corpori imperat, quam sibi. VII, 430.

Animus corporis dominator, rector, habitator, videt res sine corpore. IV, 468. Animus absque simulacris potest aliquid cernere. III, 301. Non videtur Deus nisi ab animo, non tamen ut animus. IV, 469.

Animo non essent passivi homines et dæmones, nisi essent miseri. VII, 241. Animo locus est affectio sua. IV, 95. Animus an post resurrectionem, sine organo corporis valeat corporalia nosse, nescire se affirmat Augustinus. II, 629. Animus de consuetudine id semper inquirit, unde gaudere solet. VI, 46. Animi magnitudo non est seipsum interimere quacunque ex causa. VII. 35.

Animalia mortalia, a minoribus diis seu Angelis facta, sentiebant Platonici. VII, 373, 375. Inepta Manichæorum de fabricatione animalium in gente tenebrarum, fabula irridetur. VIII, 395. Animantia an uno die multiplicata fuerint. III, 240. Animalium ex aquis eductio prius narratur, quam quæ de terra, quare. III, 279, 280. Potuerunt animalia noxia etiam creata, nihil nocere, si causa non exstitisset, vel puniendorum vitiorum, vel probandæ virtutis. III, 288. Animalia noxia vivos homines aut pœnaliter lædunt, aut salubriter exercent, aut utiliter probant, aut ignoranter docent. III, 289. Animalia venenosa ante peccatum hominis videntur creata. III, 289. Animalia vere adducta sunt ad Adam ut iis nomina imponeret. III, 400. Hoc significationem propheticam habet. III, 400. Quomodo animalia adducta ad Adam. III, 402. Animalia carnivora non vixisse carnibus in Arca, magis credendum est. III, 550. Animalia in Arca inclusa, figuræ variarum gentium in Ecclesiam introducendarum. VII, 485. An in insulis à terra remotissimis animalia propagata sint ex iis quæ servata sunt in Arca. VII, 485.

Animantibus Deus certos numeros seminum dedit. III, 240. Animalia, quæ nulla præcedente commixtione oriuntur, ex vi quæ elementis inest, oriuntur. VIII, 875.

Animalia quædam in veteri Testamento cur immunda censebantur. VIII. 233. Significationis tantum causa, immunda erant Judæis. VIII, 498. Animalia munda et immunda quid significant, et quomodo illa figuris propheticis de Christo a Moyse commemorata sunt. VIII, 337.

Animalium motus, quibus appetunt vel fugiunt aliquid, an appellandæ voluntates. VII, 151. Animalium merita, non pro gradibus elementorum existimanda. VII, 240. Animal irrationale beatum esse non potest. VI, 12. Animalia quædam in mediis ignibus vivunt. VII, 709. Animalia domestica subito efferata Romæ, quid portendebant. VII, 104. Animans animal, ex animo constans et corpore. VII, 264.

Animositas. Ingenii majoris est animositatis flammas confitendo exstinguere, quam falsitatis nebulas intelligendo vitare. IX, 332.

Anna interpretatur gratia. VII, 528. Anna mater Samuelis, figura Christianæ religionis et gratiæ. VII, 528. Anna prophetissa unde maxime commendetur. VI, 440. Cur etsi filios non habuit, secundas nuptias recusavit. VI, 436.

Annæus Seneca Apostolorum temporibus claruit. VII, 190.

Annas et *Caiphas* pontifices, alternos annos agere solebant. III, 1937.

Annianus consul. IX, 687.

Annibal de Romanis multas victorias reportat. VII, 180. prope Romam fulminibus deorum territus est. VII, 101. Annibal à Scipione Africano majore victus. VII, 102.

Annibonius Robautensis Episc. IV, 381.

Annona Retica. VII, 575.

Annus circuitu solis animadversus est. VIII, 893. Quis annus magnus sive Platonis. III, 236. Anni manifesti et obscuriores quinam sunt. III, 236. Anni diversimode numerabantur apud populos diversos. VII, 451. Anni Ægyptiaci quaternis mensibus quondam finiebantur. VII, 338. Anni primorum hominum an nostris æquales. VIII, 450. Annos primorum hominum æque prolixos fuisse ac nostros ostenditur. VII, 454. Annorum primorum hominum numerus, aliter in codicibus Hebræis, aliter in nostris recensetur. VII, 449. Unde nata est diversitas in dinumeratione annorum Hebræorum et LXX interpretum. VII, 453. In dinumeratione annorum, magis Hebræorum quam LXX sequenda auctoritas. VII, 452.

Anni æterni. IV, 752, 976. Anni sine annis. IV, 418. Anni Dei, unus dies. I, 815. Anni Dei I mnes simul stant. I, 815. Anni illi non deficiunt, qui stant. Vo, 1623. Anni nostri deficientes dicuntur, sive quia in eis deficimus amando quæ transeunt, sive quia ad paucitatem redacti sunt. IV, 1145. Anni stant in vita æterna, hic autem transeunt, imo pereunt. VII, 531.

Annorum numerus unicuique computandus est, ex quo facta est prima mortalis nativitas. III, 875. Annos crescentibus non addi, sed subtrahi, exemplo probatur. IV, 795. Anni homini magis decedunt, quam accedunt. V, 638.

Annorum multa millia quidam falso in historia temporum computant. VII, 338. Absurda hæc vanitas retellitur. VII, 338. Ab creatione hominis ad Augustini tempora, nondum sex millia annorum completa erant. VII, 338. Annorum sex millibus hoc sæculum definierunt quidam. IV, 1143. alii, septem. 22. d. Anni CCCCXC. sunt in hebdomadibus LXX. Danielis. II, 941. Annorum multitudo diei nomine aliquando significatur. II, 910, 911. Annus senario numero pollet. VIII, 893.

Anni per agnos, vindemias, messes, aut aristas aliquando numerantur. III, 572.

Annus bissextus. III, 431.

Anniversarius Ordinationis episcopi. V, 1483, 1687.

Annuli aurei, insignia dignitatis apud Romanos. VII, 100. Annulorum aureorum modios tres e Cannensi prælio Carthaginem misit Annibal. VII, 100.

Anseri solemnia celebrabant Romani. VII, 70. Anseribus non facile quidquam edacius invenitur. VIII, 198.

Ansulæ de ossibus struthionum in digitis, genus superstitionis. III, 50.

Antæi fabula. VII, 570.

Ante Deum, id est in honorem Dei. III, 615, 618.

Anticategoria. IX, 510.

Antichristus a Daniele prædictus. VII, 787. et ab apostolo Paulo. VIII, 685. Pseudo-prophetæ nomine in Scriptura designatur. VII, 679. ab Apostolo Paulo, refuga appellatur. VII, 685. De tribu Dan exsurrecturus est. III, 788. Antichristus usque adeo beatus videbitur hominibus, ut etiam Deus putetur. IV, 126. In quo templo Dei sit sessurus incertum. VII, 685.

Antichristus quomodo mendaciter operabitur. VII, 687. per nefarias artes perveniet ad vanum et inane culmen dominationis. IV, 126. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis. IV, 128. Antichristi tribulatio, ignis per quem uniuscujusque opus probabitur. VII, 745. Persecutio per Antichristum ventura, violenta et fraudulenta erit. IV, 128. Antichristus totam nequitiam et impietatem, quam omnes pseudo-prophetæ inchoaverunt, impleturus est. IV, 127. In Antichristi laqueos irruent Judæi. IV, 1418. Antichristus interficietur spiritu oris Christi. II, 908. Antichristus damnationi ultimæ destinatus. IV, 126. De Antichristo illud exponitur, *Constitue Domine legislatorem*, etc. IV, 125. Antichristi persecutio tribus annis et sex mensibus erit. VII, 677. Antichristi persecutionis tempus ignotum. VII, 616. Antichristus manifestus futurus est. II, 908. Antichristus prius veniet, et tunc veniet dies judicii. III, 1998.

Antichristi et pseudo-Christiani. IX, 151. Quinam dicuntur. IX, 231. Antichristi multi in Ecclesia. III, 1999; scilicet qui ore profitentur Christum, et moribus dissentiunt a Christo. III, 2002. Antichristi hæretici appellantur. VII, 687. Neronem resurrecturum, et Antichristum futurum nonnulli suspicantur. VII, 686. Alii nec occisum putant, sed subtractum. VIII, 686.

Antidicomaritæ Hæretici. VIII, 40.

Antidotum contra omnia peccata. V, 1270; ex sanguine Christi. VI, 636.

Antiochena Ecclesia, ubi primum discipuli appellati sunt Christiani. IX, 414.

Antiochiæ basilica Machabæorum. V, 1379.

Antiochus, Machabæorum persecutor. V, 1379, 1382. Judæos ad idola colenda compellit. VII, 606. Meruit obdurari. V, 1381. Misericordia Dei indignus. V, 1507.

Antiochus feneus Platonicus. I, 935. Philonis auditor. I, 935, 926. Academiæ utriusque sententias in simultatem adducit. I, 926. Antiochus magister Ciceronis et Varronis, Stoicus magis quam Academicus. VII, 627.

Antipater procurator Judææ. VII, 607.

Antiphrasis. VI. 534.

Antipodas esse non putavit Augustinus. VII, 487.

Antiqui eadem cum fidelibus nostri temporis fide in Christum salvi facti sunt. II, 680, 845, 760. 858. Antiquis erat aliquod occultum regenerationis sacramentum. II, 843. *V.* Patres.

Antisthenes philosophus Socraticus, summum bonum in virtute animi posuit. VII, 227, 601.

Antitheta, ornamenta elocutionis decentissima. VII, 332.

Antoninus Christianorum persecutor. VII, 614. Antonini lex in adulteros. VI, 475.

Antonius vitiis omnibus inquinatus, regni potentiam affectare videbatur. VII, 110. Antonio resistebat Cicero. VII, 110.

Antonius Ægyptius monachus. I, 755. Vir sanctus et perfectus. III, 17. Antonius ad Deum conversus audita Evangelica voce, *Vade, vende*, etc. I, 762. Antonius scripturas

divinas et memoriter audiendo tenuit, et prudenter cogitando intellexit. III, 17. Ex ejus vitæ lectione, convertuntur duo aulici. I, 757.

Antonius unus e Patribus Carthaginensibus. II, 758, 780.

Antonius lector, episcopus Fussalensium ordinatur. II, 954. Variis criminibus accusatur a Castellanis et aliis. II, 954. Communione privatur nisi prius Fussalensibus omnia rederentur. II, 955. Antonius episcopus Fussalensium communione privatus Numidiæ Primatem inducit ut se Papæ Bonifacio commendet. II, 955. Fussalensibus et judicia, et publicas potestates, et militares impetus tanquam executores Apostolicæ sedis sententiam comminatur. II, 956. Judicio consentit; agit postea ut ei communio reddatur. II, 955.

Antonius Notarius. VIII, 713.

Antropiani. *Nota* (*a*). IX, 589.

Antropomorphitæ quidam dicuntur. II, 628; VII, 189. Deum habere membra dicebant. II, 628. Tolerabilius et honestius de Deo sentiunt, quam Manichæi. VIII, 189. Antropomorphitæ schismatici, non hæretici. VIII, 59. Antropomorphitæ monentur. IV, 1747.

Anubis. I, 750.

Anulinus Proconsul. IX, 610, 626. Per eum Cæciliani causam ad Constantinum miserunt Donatistæ. II, 492. Duæ ejus relationes ad Constantinum Imperatorem. IX, 627, 657, 640. Anulinus transmisit libellos duos ad Imperatorem. II, 305. Unum contra Cæcilianum. II, 327. Alterum forte supplicem. II, 305. *Vide Notas*.

Ἀοφασία quid. VII, 781.

Ἀπάθεια bona plane et maxime optanda est, sed non est hujus vitæ. VII, 415. Ἀπάθεια quædam est omnibus vitiis pejor. VII, 415, 417. Animus hominis desperatius ægrotat, quando et doloris amiserit sensum. III, 1798.

Apelles hæreticus. VIII, 29, 556.

Apellitæ seu Apelliani, ab Apelle sic dicti. IX, 589. Eorum dogmata. IX, 589.

Apes de boum cadavere nascuntur. I, 1372. Apibus nihil inest maris vel feminæ. VII, 475. Apes semina filiorum non coeundo concipiunt, sed tanquam sparsa per terras ore colligunt. VIII, 876. Sic operantur generationem filiorum, quemadmodum ceræ speciem liquoremque mellis. III, 399.

Apex flaminis. VII, 60.

Apis tertius rex Argivorum. VII, 563. Apis factus est Serapis, omnium maximus Ægyptiorum deus. VII, 563. Bovem in honorem Apis alebat Ægyptus. VII, 563.

Apocalypsis liber, quam obscurus. VII, 683. Apocalypsin non accipiunt Alogi. VIII, 31. Apocalypsis an a Pelagio sit accepta, dubitat Augustinus. V, 1376.

Apocryphæ scripturæ quænam sint. VII, 470; VIII, 245.

Ἄπειον Chaos. VIII, 193.

Apollinaris Laodicenus, Psalmos interpretatus est. II, 261.

Apollinaris hæresiarcha. VIII, 40, 687.

Apollinaristæ hæretici ex Apollinari auctore suo dicti. VI, 93. Eorum errores. IV, 217, 1084; VI, 93, 248, 324; VIII, 40, 687; X, 1366. Apollinaristarum error de Christo. I, 746. Apollinaristæ Verbum in Christo, loco animæ fuisse asserebant. III, 716. Apollinaristæ animam humanam Christo defuisse putaverunt. VII, 404. Et non habuisse animam, aut non habuisse rationalem. II, 542; III, 1586, 1737. Apollinaristarum argumentum ut probarent Christum caruisse anima. X, 492; convellitur. VI, 94.

Apollinaristarum tres sectæ. X, 1054. Dubitatur an Apollinaristarum hæresis exstent reliquiæ. IV, 217.

Apollo duplex. I, 983.

Apollo frater Dianæ, qui et sol esse dicitur. VII, 207. Apollo ignarus futuri. VII, 79. Ambiguum Apollinis oraculum de Pyrrho. VII, 97. Apollinis oraculum Christum vituperabat. VII, 620, 653. Apollo Cumanus quatriduo flevisse fertur. VII, 86. Quid de Apollinis fletu aruspices dixerint. VII, 86. Apollo pro Trojanis pugnabat. VII, 79. Apollinis servilia ministeria in exstruenda Troja. VII, 79. Apollo quare sagittas tenet, VII, 207. Apollini Delphico quare instituti ludi musici. VII, 569. Apollo ephebus pingitur. VII, 184.

Apollo deus medicinæ cum Æsculapio. VII, 129. Apollo divinator et medicus. VII, 207.

Apollo filius Latonæ Admeti regis armenta cum Hercule pavit. VII, 571. Alter ab illo qui reddebat oracula. VII, 571.

Apollonius Tyaneus. II, 383, 514. Magnus multo melior, quam Jupiter. II, 533. Apollonium Tyaneum conferre Christo vel etiam præferre, quidam conati sunt. II, 533.

Apophoretum relationis. II, 645. *V. Not.*

Apostasia primi hominis, quam magnum peccatum. X, 1274, 1275, 1277.

Apostata, sal infatuatum. III, 1543. Apostata pejor est quam ille qui non deseruit fidem, quam nunquam tenuit. VII, 742. Apostatæ seu desertores difficilius veniam consequuntur. IX, 478. Humiliorem agere pœnitentiam tenentur, quam qui in Ecclesia nondum fuerunt. IX, 605. Apostata sacramentum fidei non amittit. X. 420. Ad quid manet sacramentum. X, 429.

Apostatæ nullum in Catholica Ecclesia, possunt honorem habere. IX, 514. *Vide* Episcopi. Ad militiam clericatus non eligendi. II, 228; IX, 605.

Apostatare a Deo, quid sit. I, 1188.

Apostatica radix. VI, 278. Apostatica creatura. X, 1177.

Apostolici hæretici. VIII, 32. Encratitis similes sunt, et Apotactitæ appellantur. VIII, 32.

Apostoli latine Missi appellantur. III, 1781. Apostolorum duodenarius numerus, magnum sacramentum. IV, 1103, 1359. Apostoli non de mundo. III, 1677. Apostoli quid reliquerunt ut sequerentur Dominum. IV, 1371. Apostolos cur Christus humiles elegit. VII, 611. Cur infirmos. IV, 788. In tam contemptibilibus testibus, ut in Apostolis, multo mirabilius divinitas se ipsa persuasit. VII, 756. Quomodo Apostolis hic omnia nota facta sunt. V, 180. Apostoli et discipuli baptizati. X, 519. Apostoli ante passionem Domini baptizati sunt. II, 178, 1086; X, 519.

Apostoli Dominum tantummodo hominem putaverunt. IV, 1798; V, 1149. Non omnes Christum videbant, ait Ambrosius. II, 604, 610. Apostoli in passione Domini trepidaverunt. IV, 1799; V. 493. In passione ipsum relinquentes fidem amiserunt. III, 1901. De Christo dubitantes, a latrone victi sunt. IV, 1851; V, 749, 1116. Apostoli spem amiserant. IV, 847, 1927. In passione Domini titubantes, ejus resurrectione firmati sunt. IV, 1798, 1799. Ante Christi mortem nondum erant martyrio maturi. III, 1807. Ante ejus resurrectionem humana magis quam divina sapiebant. III, 1899. Apostoli Ecclesiæ personam gesserunt quando Spiritum sanctum acceperunt, et potestatem remittendi peccata. IX, 150.

Apostoli etiam post Christi resurrectionem peccato obnoxii. V, 749. Apostoli non sine peccato. X, 631. Licet nihil iis sanctius in novo Testamento. X, 599. Apostoli sub Lege nondum a cupiditatibus liberi. V, 794. Apostolis, sicut et nobis, convenit dicere, *Dimitte nobis*, etc. IV, 1849. Apostolos libidine pollutos fuisse, calumnia Juliani. X, 556. Apostoli tanta humilitate et pietate de concupiscentia carnis gemebant, ut optarent eam potius non habere, quam domare. X, 562.

Apostoli Judæis et Gentibus Evangelium annuntiaverunt. IV, 541. Apostoli missi sunt ad gentes ad quas Prophetæ missi non erant. IV, 1121. Eorum prædicatio in omnem terram. III, 124. Et ad omnes Gentes. V, 159. Apostoli pervenerunt usque ad extremum terræ. IV, 1674. Apostolorum verba in fines orbis terræ quomodo pervenerunt. IV, 1122. Apostolorum prædicationem confirmant oracula Prophetarum. VI, 180. Apostolorum eloquia, mira fuerunt facta, non verba. VII, 756. Majora videntur fecisse miracula quam Christus. IV, 1707. De ipsis Deus coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat consolationes. IV, 1626. Apostoli in miraculis faciendis non sibi arrogabant potentiam Domini sui. IV, 1199. Apostolos Christus sicut luminaria, et aptaverat verbo, et accenderat Spiritu sancto. VII, 612. Apostoli igne divino ferventes, tanquam ligna ardentia, dum fugarentur e loco in locum, totam silvam mundi suo igne impleverunt. IV, 253.

Apostolis quomodo præceptum, ne aliquid secum portarent in via. VI, 307. Permissum ipsis mulieres sibi necessaria ministrantes habere, exemplo Christi. VI, 552. Apostolis data licentia vacandi ab opere corporali. VI, 551. Apostolis permittebatur aut victum ab aliis accipere, aut manibus operando quærere. VIII, 165.

Apostoli bonus odor Christi sunt et iis qui pereunt, et iis qui salvi fiunt. X, 990. Apostoli nec cum suspicerentur ab hominibus, nec cum despicerentur, elisi. III, 76 Apostoli in pressura laudant Deum. V, 500. Apostoli Christi conjuge suscepta, filios ei procreant. V, 1683. Ecclesias non sibi, sed Christo genuerunt. IV, 508.

Apostoli Jerosolymis decreverunt ne quisquam cogeret Gentes judaizare, non autem ne quisquam Judæos judaizare prohiberet. II, 279. Apostoli sabbato non vacarunt, nec jejunaverunt. II, 138. Non solebant solemniter die Dominico jejunare. II, 149.

Apostolorum et Evangelistarum testimonium de Christi genealogia immerito rejicitur. VIII, 239, 240. Apostoli de Domino quæ ipsi viderant confitendo, mortui sunt. V, 1414. Apostoli et martyres cur hic non regnaverunt. VIII, 449.

Apostolorum quibusdam divinæ substantiæ visionem fuisse concessam, non incredibile. II, 610. Apostoli leges ab Imperatoribus non postularunt, quare. II, 801. Apostolos sexaginta, relictis XII, cum Christo Domino, apostatas a fide recessisse, et apostolos tamen putatos esse, dicit Petilianus. IX, 271.

Apostoli arietes vocantur ab Augustino. II, 1026. Arietes gregis. V, 749, 1414. Duces ovium, præcipua membra Pasto-

ris. IV, 785, 916. 1849. Apostoli, barbæ nomine designati. IV, 1733. Apostoli, boves. III, 1470. Canes Domino fidem servantes et contra inimicos latrantes. IV, 833. Apostoli cælorum nomine significati. III, 1664; IV, 288, 817, 1121, 1243, 1864. Apostoli cælum facti, quia justificati. IV, 1626. Apostoli dicti colles. IV, 785. Columnæ. IV, 950, 1831. Columnæ Dei vivi. VI, 692. Columnæ quæ passione Domini nutaverunt, resurrectione firmatæ sunt. IV, 950. Apostoli, filii sponsi. IV, 1845. Filii excussorum, quia filii Prophetarum. IV, 1674, 1677. Firmamenta et columnæ Ecclesiæ. II, 353 Flumina vocem suam per orbem elevantia. IV, 1187.

Apostoli fundamenta et portæ Ecclesiæ. IV, 1103. Fundamenta civitatis supernæ. IV, 1101. Apostoli duodecim, duodecim horæ diei. III, 1750; IV, 650. Apostoli lapides pretiosi. IV, 166. Lumen et lucerna, quo sensu. IV, 1566; V, 1311. Luminaria mundi, ignes sancti et decori. I, 856. Apostoli dicti sunt montes. IV, 547, 517, 781, 817, 882, 1355, 1650. Montes æterni, montes magni. IV, 961. Mons Sina. IV, 817. Apostoli, nubes. IV, 547, 520, 980, 1212; VII, 532. Nubes Christum portantes. IV, 814, 833, 1255. Apostoli oculi Christi. IV, 1114. Oculi Ecclesiæ. III, 843. Ossa seu firmamenta corporis Christi. IV, 168, 1297. Apostoli, patres. IV, 513. Pedes Domini. IV, 1167. Piscatores hominum. IV, 781. Principes. IV, 834. Throni seu sedes Dei. IV, 1625. Apostoli, quibusdam vasa sunt mortis, et sagittæ acutæ. IV, 106. *et seq.*

Apostolorum Memoria, liber hoc titulo donatus. VIII, 667.

Apostolus cum dicitur, si non exprimatur quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus. X, 589. Apostoli intentio in Epistola ad Romanos. VI, 124. Ejus scopus in exemplo Jacob et Esau. VI, 112. Apostolum ipsum, ad quæstionem de electione et reprobatione, defecisse in responsione, inopia reddendæ rationis, putant quidam stulti. VI, 278. Apostolus Rom. VII et sua et justorum persona locutus est. X, 865, 867. Julianus sensum novum et distortum excogitat in verbis Apostoli. X, 868. Apostoli Pelagiana interpretatio. X, 1131, 1132, 1430. Apostolum pro qualitatibus ingeniorum in quinque personis locutum esse, commentum absurdum. VIII, 639, 647. Apostolus sic omnibus omnia factus, ut fallere non intenderit. VIII. 638, 639, 640, 641, 642, 657, 658. Apostoli monita sunt de re libera, quandoque tamen de re imperata. VI, 464. Apostoli merita, Dei dona. X, 890.

Apotactitæ seu Apostolici hæretici. VIII, 32.

Apparitiones Dei antiquis Patribus factæ. VIII, 806, 807. An Trinitas ipsa, an aliqua seorsim persona Patribus apparuerit. VIII, 833, 835. Apparitiones quædam factæ in veteri Testamento, Verbo tribuendæ. VIII, 140. Soli Filio tribuuntur ab Arianis. VIII, 739. Apparitio Dei Adamo, in specie humana. VIII, 853, 856. Patri tribui potest. VIII, 855, 856, 857; et toti Trinitati. VII, 857. Non evidenter apparet utrum aliqua ex Trinitate persona, an Deus ipse Trinitas visus fuerit Abrahæ. VIII, 857, 858; et Loth. VIII, 859. An Trinitati, an personæ alicui seorsim, an Angelis tribuenda apparitio in rubo. VIII, 859, 860; et apparitio in monte Sina. VIII, 861. An Trinitas, an aliqua proprie persona in apparitione in monte Sina loquebatur. VIII, 862. Cui tribuenda apparitio in columna nubis et ignis. VIII, 861. Non temere dicendum quænam ex Trinitate persona cuilibet Patrum apparuerit. VIII, 868. Apparuit sensibiliter Trinitas in baptismo Christi. V, 353. In apparitionibus divinis, vox Patris, species corporalis qua Spiritus sanctus demonstratus est, quomodo facta. VIII, 910. Apparebat tota Trinitas in Angelis, et aliquando sine distinctione personæ, aliquando quædam seorsim persona figurabatur. VIII, 885, 886. Apparitiones factæ in veteri Testamento quomodo et Dei et Angeli esse dicuntur. VIII, 140.

Apparitiones Dei quomodo factæ, latet. VIII, 881, 882. Nunquam oculis corporeis apparuit Deus. VIII, 855, 856, 862, 863. Essentia Dei nunquam per se apparuit. VIII, 881, 882, 885, 886; sed per subjectam creaturam. VIII, 723, 811, 812, 852; et Angelorum ministerio. VIII, 882, 883, 884, 886. Apparebat Moysi Deus in specie visibili assumpta. III, 647. Quot modis creatura assumitur ad significandum. VIII, 879. Objectio ex locutionis modo in apparitionibus Dei ducta, diluitur. VIII, 882. Dubitationes variæ de apparitionibus divinis. VIII, 853. *Vide* Deus.

Apparitiones extra somnum et in somno. II, 697. Quomodo fiant, explicare non audet Augustinus. II, 699. Apparitiones solum affirmat Augustinus non fieri qualitatibus aut motibus corporeis. II, 699, 700. Apparitio Augustini adhuc viventis, ipsomet inscio. V, 1444, 1445.

Apparere (ex Ambrosio) dicitur, quod prævideri non potest. II, 603.

Apparitores qui et Stationarii appellantur. IX, 807.

Appetere. Quatuor ab homine naturaliter appetuntur. VII, 621.

Appetitus naturalis, non omnis malus et inhonestus. X, 446.

Apponi alicui rei, id est, eam amare. III, 495.

Apponi ad populum, quid. III, 594.

Ἀποτελέσματα quid. III, 278.

Appius. II, 752.

Approbare quod bene facit, et improbare quod peccat, nemo potest, nisi clamante intus voce veritatis. V, 102.

Aprilis quasi Aperilis. VIII, 546.

Apringius, frater Marcellini. II, 511.

Aptugnitani. IX, 540.

Aptum et pulchrum, quid. I, 701, 703.

Aptus docebat judaizare Christianos. II, 898.

Apuleius Afer Platonicus nobilis. VII, 237. librum de mundo scripsit. VII, 113; et de deo Socratis. VII, 238. Librum quem de deo Socratis scripsit, de dæmone Socratis debuisset appellare. VII, 239. Asini aurei libros scripsit. VII, 574.

Apuleius Madaurensis, magus. II, 383, 514, 534. De magicis artibus accusatus. VII, 242. Se contra magicarum artium crimina defendit. II, 521, 534; copiosissima oratione. VII, 244. Apuleius Madaurensis magus cum omnibus suis magicis artibus, ne ad aliquam quidem judiciariam reipublicæ potestatem, potuit pervenire. II, 534. Apuleium magum conferre Christo vel etiam præferre quidam impie conati sunt. II, 533.

Aquam non a Deo creatam, sed ipsi coæternam, quædam hæresis dixit. VIII, 45. Aquas a Deo factas esse, impie negatur. VII, 348. Aqua quando creata. III, 256. Aquæ nomine materies informis insinuatur in Genesi. III, 233, 250; VIII, 612. Et tota materia corporalis intelligitur in Scriptura. VI, 167. Quare super aquas Spiritus sanctus superferebatur. III, 250, 251. Cur solus Spiritus sanctus, non vero Pater et Filius. I, 847, 848.

Aqua, quando speciem propriam accepit. III, 275. Aquarum divisio. III, 181. Naturam aquarum non posse esse super sidereum cælum, multi asserunt. III, 265. Non refelluntur recurrendo ad omnipotentiam Dei. III, 263. Aquas esse supra cælos, quomodo quidam conatus est demonstrare. III, 265. Aquas esse super cælum non dubitandum est, quælibet, aut quoquomodo sint. III, 267. Aquas super cælos non vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate pendere, quidam autumant. III, 267. Aquas esse etiam super sublime cælum, non repugnat. III, 266. Aqua supra firmamentum, et sub firmamento, quomodo intelligenda. III, 232.

Aquarum congregatio est ipsarum formatio. III, 181, 232. Aquarum congregatio, quomodo facta. III, 233; VIII, 612. Omnis aquarum congregatio, Hebræis dicitur mare. III, 181. Non omnis aqua, mare est. III, 234.

Aquam rerum omnium principium putavit Thales. VII, 226, 230. Ex aqua generantur omnia. V, 67. Cuncta genera vel animalium, vel herbarum, atque lignorum. III, 328.

Aqua aeri similis. III, 280. Aquarum tenues habitus aeri vaporaliter inseruntur. III, 283. Aqua sumpta pro aere crasso III, 184; et terris contiguo. III, 237, 238. Terræ vocabulum aquis etiam tribuitur. III, 393. Aqua omnem potum significat. III, 514, 652. Aqua viva quæ. III, 1514.

Aqua in sanguinem versa, V, 62, 67; significat de rerum causis sentire carnaliter. IV, 1000. Aqua marina sterilitatem inducit. IV, 1354. Vapor aquarum marinarum decoctarum sinuato cooperculo exceptus, humorem dulcem gustantibus exhibet. III, 259. Aqua sine substantia, quæ. IV, 1645.

Aquæ in Scripturis significationes diversæ. III, 1528, 2026. Aquæ nomen ubi in Scriptura reperitur, non statim baptismus intelligendus est. IX, 384. Aqua vitæ salutaris. IV, 270. Aqua irrigat aut abluit, et significat Christum. IV, 175. Aquæ nomine, Spiritus sanctus significatur. III, 216; IV, 1353. Aqua et populum significat, et Spiritum sanctum. III, 79. Aquæ nomine, Angeli intellecti. I, 852. Aquæ populos in Scripturis significant. IV, 68, 213, 980, 986, 1038, 1425, 1865; V, 690; IX, 65, 148, 339, 367. Aquæ nomine, peccatores populi intelliguntur. IV, 1644. Aqua quinque porticibus cincta, populus Judæorum Lege conclusus. IV, 1065. Aquæ contradictionis, populi persequentes. IV, 1865. Aqua piscinæ turbata, passionem Christi figurabat. IV, 1065. Aquæ quomodo intraverint in animam Christi. IV, 842. Aqua, caritas. IV, 1353. Aqua est symbolum gratiæ. III, 757. Vis quædam rationi subjecta, qua ratione Deus veritasque cognoscitur, recte aqua divinitus appellata est. III, 232. Potest et intelligi vita spiritalis informis, nomine aquæ. III, 250. Aqua, prosperitas sæculi. IV, 797. Aquæ multæ, variæ doctrinæ. IV, 269.

Aquarii hæretici. VIII, 42.

Aquatilibus solis cur benedictio, sicut homini impertita. III, 286.

Aquila Scripturam ex Hebræa lingua in Græcam transtulit. VII, 603. Quo tempore. VII, 603, *Not.* (*b.*) Aquilam cæteris interpretibus Judæi anteponunt. VII, 470.

Aquilas non vixisse carnibus in arca magis credendum est. III, 330. Aquilæ non egent potu. I, 1566. Aquilarum oculi perspicaciores nostris. I, 1049; III, 176. Aquilis quanta

vis oculorum. VII, 799. Aquilæ pulli quomodo probantur. III, 1666. Aquilæ renovatio, resurrectionis similitudo. IV, 1323. Aquila rostri partem in senecta exuberantem ad petram excutit, ut possit cibum capere. IV, 1323. Aquila symbolum Christi. III, 884. Aquila ideo te quærit, quia cepisti leporem. IV, 1646. Aquila quomodo nobis imitanda. IV, 1323, 812.

Aquilo numquam sumitur in bono in Scripturis sacris. III, 876. Aquilo significat diabolum et regnum ejus. IV, 534. Glaciem peccati. II, 561. Aquilonis latera, quæ. IV, 534.

Arabia gentes figurat. IV, 911.

Arabici hæretici. VIII, 46.

Aralius vel Analius, quintus rex Assyriorum. VII, 562.

Aratus astrologus. VII, 500.

Arbiter, medius ad componendam causam dicitur. IV, 1583.

Arbitrium liberum a Manichæo agnitum. VIII, 543, 558, 1087. Arbitrium voluntatis non omnibus naturis datum. III, 390. Arbitrium liberum asseritur. VIII, 121. Arbitrium liberum in Angelis et hominibus. VIII, 537, 538, 542, 545. Primus homo per liberum arbitrium suum stare et ipse potuit. X, 935. Arbitrio nostro ut facti sumus ex bonis mali, ita ex malis bonos fieri posse qui dicunt refelluntur. V, 409; X, 1541, 1542, 1544.

Arbitrium laudabiliter liberum, quodnam sit. X, 1402. Arbitrium tunc vere liberum, quando est liberatum. X, 234. Arbitrium hominis liberandum a servitute peccati, quod ei nunc cum morte dominatur. VI, 282. Arbitrium voluntatis tunc est vere liberum, cum vitiis peccatisque non servit. VII, 418. Non liberatur arbitrium, nisi per gratiam. VI, 282. Arbitrium liberum pertinet ad gratiam. X, 241.

Arbitrium liberum non sic defendendum est, ut adjutorium Dei non putetur necessarium. III, 1778. Arbitrium voluntatis sine Dei gratia tentationes vincere, et præcepta Dei implere posse, suadent Pelagiani. VI, 329. Liberum arbitrium extollendo præcipitant Pelagiani. X, 1246. Arbitrii libertate non fidendum. VII, 467. Arbitrium voluntatis cum gratia commendatur. X, 342. Liberum arbitrium sine gratia non sufficit. X, 202, 203. Liberum arbitrium adjuvatur per gratiam, ut quod naturaliter volumus, hoc est, beate vivere, bene vivendo habere possimus. X, 1566. Liberum arbitrium parum est naturæ ad non peccandum, nisi adjuta, sanetur gratia. X, 293. Deo volenti salvum facere, nullum hominum resistit arbitrium. X, 942. Deus non aufert, sed adjuvat bonæ voluntatis arbitrium. III, 757. *Vide* Libertas.

Arbores quomodo et quando creatæ. III, 275. Tertia die creatæ secundum rationes causales. III, 259. De herbis et arboribus non solum dicitur, secundum genus, sed, et secundum similitudinem. III, 287. Arbor scientiæ boni et mali cur appellata est. IV, 897. Arbor scientiæ boni et mali ex se non perniciosa, sed ex obedientia violata. X, 172. Arbor paradisi bona erat, et ideo solum tangi non debuit, quia Deus prohibuerat. IV, 896, 897. Arbor paradisi interdicta ad commendandum obedientiæ bonum. VII, 394.

Arbor vitæ. III, 214. Ad eam nemo nisi per tolerantiam et scientiam pervenit. III, 214.

Arbor bona et arbor mala in Evangelio, quid. X, 461, 1455, 1458. Arbor bona vel mala, voluntas est. X, 667, 668, 672, 754, 1454. Arborem bonam vel malam quo sensu faciat homo. X, 370.

Arborum insitio. III, 403. Arbor ex semine, et semen ex arbore, quomodo. III, 558. Omnia quæ ad arborem pertinent, primitus in semine fuerunt vi et potentia causali. III, 357. Arbores sic vivere putant Manichæi, ut sentiant et doleant, cum læduntur. VIII, 37.

Arca Noe de lignis imputribilibus. IV, 1917. Et de lignis quadratis exstructa, quo mysterio. IV, 1103. Arca quomodo bicamerata et tricamerata. III, 349. Cubita in mensura Arcæ, an fuerint geometrica. VII, 474. Cubita fuisse geometrica, putat Origenes. III, 349. Arca diluvii secundum rationem corporis humani, a Philone explicata. VII, 472; VIII, 274. Arca cur tot annis ædificata. V, 1610. Arcam aliam ædificans Christus, quid nos admoneat. V, 1611. Quænam animalia in Arcam introducta sint. VII, 475. Cur de Arca conjuncti exeant, qui disjuncti intraverunt. VIII, 263. Difficultatibus eorum qui Arcæ historiam impugnant, satisfit. VII, 473.

Arcæ significationes exponuntur. VII, 472. Arcæ Noe allegorica expositio. VIII, 262, 263. Neque historia sola sine allegoriis, neque allegoriæ solæ sine veritate historiæ admittendæ, ubi de Arca et diluvio agitur. VII, 472. Arcæ bituminatæ allegoria, Donatistarum errori accommodata. IX, 397. Arcæ altera allegoria veritati magis consentanea. IX, 397. Arca Noe figura Christi. VII, 477. Figura Crucis, III, 1464. Et Ecclesiæ. III, 1434; IV, 1358; VII, 472, 476; IX, 597. In Arca quædam ad Christum, quædam ad Ecclesiam referuntur. VIII, 274, 275. Arca qualiter Ecclesiam figurarit. IX, 196. Ut illa omnia animalium genera continebat, ita Ecclesia omnes gentes. IV, 1358. Arca Noe, prophetia nostrorum fuit temporum. VII, 598. Arcam Noe, nomine pancarpi exagitabant Manichæi. VIII, 598.

Arca in qua Lex inclusa est, unde dicta est Arca testimonii. VII, 295. Miracula quæ per Arcam facta sunt, Divinitati adtestantur. VII, 295. Arca testamenti, pro sacratiore quadam præsentia Domini, accipi potest. VI, 144. Arcæ et propitiatorii mystica expositio. III, 633. Arca sanctificationis Christi, Ecclesia vel Corpus quod ex Maria natum est. IV, 1722. Arca Domini in æternum manet, quomodo. IV, 1005.

Arcades a dæmonibus Arcadibus homines in lupos conversi dicuntur. VII, 575.

Arcadius Imperator. VI, 722. Arcadius Augustus, bis Consul. VIII, 111, 112. Arcadius III consul. IX, 529, 574. Arcadii tempore Constantinopolis igne cœlesti peritura revelatur. VI, 722.

Archelaus, auditor et successor Anaxagoræ, quid de rerum principiis sensit. VII, 226.

Archesilas Zenonis condiscipulus sub magisterio Polemonis. I, 955. Polemoni eidem successit. I, 955. Academiæ sententiam dissimulavit. I, 955. Archesilas auctor academiæ novæ. VII, 226.

Ἀρχιμάγειρος, præpositus militiæ, vel coquorum. III, 582, 584.

Archimedis geometricæ litteræ, pertinaciter impugnatæ ab Epicuro. VIII, 74.

Architectonica etiam dicitur ars opificum ex auro, argento, et metallo. III, 654. Architectonicum opus in textilibus. III, 515, 516.

Archisynagogi filia, et hæmorroissa, quid figurent. V, 485, 486.

Archontici hæretici, eorumque dogmata. VIII, 29.

Arcus in nubibus quid significet. VIII, 265, 266, 650.

Arcus Dei extentus, sunt minæ ejus. IV, 686. Arcus nomine, Scripturæ sanctæ intelliguntur; IV, 106. Arcus Domini quas sagittas habeat, et quæ vasa mortis. IV, 106. Arcus iniquorum, insidiæ ipsorum. IV, 365.

Ardea civitas. VII, 93.

Area Dominica, Ecclesia. III, 127. Area Domini in qua nunc triticum, non sine palea. V, 119, 1174. Area ante ventilationis tempus non deserenda. IV, 190.

Arelatum. IX, 41.

Arelatense Concilium in causa Cæciliani. II, 161, 169, 198; IX, 41, 640.

Arenæ maris nomine, infirmi et carnales in Ecclesia intelliguntur. II, 336.

Areopagos Atheniensium Curia. V, 808. Unde sic dicitur. VII, 567.

Argentinus deus, dei Æsculani filius. VII, 103.

Argentius. II, 120.

Argentum probatum. III, 586. Argento probati, qui? IV, 1429.

Argirius in Priscillianistas aut nesciens irruit, aut ejusdem hæresis retibus implicatus. II, 1034.

Argivis primus regnavit Inachus. VII, 597. Argi seu Argivi unde sic dicti. VII, 564. Series regum Argivorum. VII, 562. Argivorum regnum simul cum Abrahæ nepotibus ortum est. VII, 562. Argivorum regni occasus. VII, 572.

Argus, filius Apis, rex Argivorum. VII, 564. Argus post obitum ut deus haberi cœpit. VII, 564.

Arguendi mali. V, 78, 549. Neque consentientes sitis malis, ut approbetis; neque negligentes, ut non arguatis; neque superbientes, ut insultanter arguatis. V, 550. Arguit in misericordia, qui non odio arguit. IV, 1824. Arguentur in ira Dei quidam, et non emendabuntur; quidam vero in emendatione fient salvi. IV, 597. Argui non vult in ira Dei, quisquis in hac vita sanari desiderat. IV, 91.

Aridum. Non omne aridum terra est. III, 234.

Aries hærens cornibus, figura Christi crucifixi. IV, 244. Aries rubricatus, figura Christi et Martyrum. III, 635.

Ariminense Concilium. VIII, 710, 711, 730, 772; X, 1100. Ariminensis Concilii auctoritate non se teneri dicit Augustinus. VIII, 711.

Aristippus philosophus Socraticus, voluptatem summum bonum esse dixit. VII, 227, 601.

Aristobolus filius Alexandræ reginæ Judæorum. VII, 607. Primus apud Judæos et rex et pontifex factus est. VII, 607. Vinctus ducitur Romam VII, 607.

Aristodemus tragicus actor, sæpe ad Philippum legatus ab Atheniensibus missus. VII, 56.

Aristonicus rex a Romanis victus. VII, 86.

Aristoteles sectam Peripateticam condidit. VII, 237. Aristoteles vir excellentis ingenii, eloquio Platoni impar. VII, 237. Cum Platone consentire visus. I, 956. Aristoteles loquente Christo apud inferos, contremiscit. IV, 1828.

Arithmetica non est ex instituto hominum. III, 61.

Arionis Methymnæi nobilissimi citharistæ fabula. VII, 28.

Arius. V, 1641; VI, 714. Heresiarcha a quo Ariani. VIII,

59. Arius non intravit per ostium in ovile. III, 1721. Arii hæresis de Filio Dei. III, 1609; IV, 288, 857, 1040, 1712; VIII, 923. Arium et Eunomium Pascentius anathematizat. II, 1039.

Ariani. V, 55; IX, 395, 469, 589. Arianorum fides de SS. Trinitate. II, 1049. Patris et Filii et Spiritus sancti diversas substantias esse dicunt. II, 792. Patrem invisibilem dicebant, Filium vero visibilem. III, 1779. Patrem invisibilem, Filium vero et Spiritum sanctum visibiles dicebant. II, 626; III, 1779. Ariani putant substantiam Filii Dei nullo assumpto corpore, per seipsam esse visibilem. III, 392. Et Patrem solum esse invisibilem. III, 392.

Ariani Filium Dei negant verum Deum. VIII, 930. Dicunt aliud esse Patrem, aliud esse Filium. III, 1737. Patrem dicunt non genuisse id quod est. II, 750. Negant Filium esse æqualem Patri. III, 1672, 1711, 1796, 1820. Et Spiritum sanctum Filio. III, 1796. Refelluntur. III, 1537, 1559, 1560, 1802. Ariani aut non colunt Christum, aut non unum Deum colunt. VIII, 743, 763. Ariani duos Deos et Dominos consequenter admittebant. VIII, 769, 770. Christum sine anima carnem suscepisse sentiunt. VIII, 39. *V.* Christus, Filius. Ariani diversas dicere naturas Patris et Filii convincuntur. VIII, 779, 780. Ariani per Filii injuriam, Patrem falso honorant. V, 772. Ariani cujusdam interrogationi utrum Deus volens genuerit Filium, an nolens, quomodo responsum. VIII, 1087. Ariani peccabant in Spiritum sanctum. II, 814. Ariani refelluntur asserentes Patrem majorem, Filium minorem, Spiritum sanctum multo inferiorem. VI, 640, 648, 658, 683, 692, 697. Ariani refelluntur. V, 664, 665, 701, 746, 770, 774, 989, 1150, 1496, 1676, 1689. Ariani minus intelligentes quam Judæi. III, 1744. Concilium Sardicense, quod Donatistæ proferebant, Arianorum fuisse advertit Augustinus. II, 176.

Ariani Sabellianos nos esse criminantur. X, 458, 1461. Ariani dum Sabellianos fugiunt, in pejus aliquid inciderunt. X, 1462. Ariani Donatistas sibi sociare tentarunt. II, 176; IX, 516. Arianorum fidem ipsi Donatistæ aliquando professi sunt. II, 793. Inter errorem Arianorum et Donatistarum quid intersit. II, 793. Arianus et Photianus, ambo hæretici, adversum se divisi. V, 447. Ariani damnati. VI, 650.

Arianis ad Ecclesiam redeuntibus gradus honoris servabantur. II, 813. Hoc displicuit Lucifero Calaritano, unde et in tenebras schismatis cecidit. II, 813. Quidam Reges ab Arianorum hæresi, conversi. VIII, 759. Ariani rebaptizant. VI, 652, 692, 706; VIII, 39. Persecutio per Arianos facta. VI, 308. Imperiales leges contra Arianos. VIII, 709. Ariani toto orbe abjecti. VI, 685. Ariana hæresis Augustini tempore pene exstincta, similis cadaveri putrescenti, aut homini animam agenti. III, 1689. Arianus olim mortuus et renascens. VI, 696. Arianorum sermo, seu synopsis dogmatum eorum. VIII, 678, 679, 680.

Arma dextera et sinistra. IV, 426, 1215. Armatur Deus pro nobis. IV, 323. Magnum spectaculum est videre Deum armatum pro te. IV, 323. Armatus Deus, quomodo intelligendus. V, 1423. Arma Dei, si bene profecerimus, et nos erimus, quomodo. IV, 323. Arma contra tentationes fortissima, desideria æternæ vitæ. IV, 1774. Arma quibus expugnatur inimicus, et invictissimum scutum. IV, 89. Arma contra diabolum. VI, 637, 658. Arma nostra comburenda sunt igni, priusquam armet nos Deus armis Evangelicis veritatis, continentiæ, etc. IV, 523. Arma templis deorum detracta. VII, 100. Arma diaboli. VI, 637, 638.

Armaniter octavus rex Assyriorum. VII, 562.

Armemanensis fundus. II, 235.

Arreptitii. VII, 50. Arreptitii idolorum, tanquam ranæ de paludibus. IV, 520.

Arrha et pignus quo differant. V, 158, 858, 1675.

Arrogantia non ita caveatur, ut veritas relinquatur. III, 1712. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii et eloquentiæ multo molestissima. III, 1794.

Ars unde dicitur. VII, 128. Ars in animo residet. I, 1024; III, 179. Ars affectio quædam animi. I, 1182. Ars constat imitatione et ratione. I, 1086. Artium genus triplex. III, 57. Artium omnium lex, æqualitas et unitas incommutabilis. III, 147. In artibus sapientia, quo sensu. III, 515. *Vide* Studium. Ars non habet vitium, non novit. IV, 334. Ars Dei nescit vitia, et judicat vitia. V, 579.

Artis genus duplex. I, 1053. Artium liberalium utilitas. I, 1015. Ars vulgaris quid. III, 146. Artem malam qui delegerunt unde vitam transfigant, puniendi sunt; quia inde se volunt pascere, unde offendant eum a quo omnes pascuntur. IV, 1692. Artium professores unde sic appellantur. III, 1793. Artium cognitio aliquid confert ad intelligentiam Scripturæ. III, 57. Ars in brutis non reperitur. I, 1086.

Artifex vix ullus est, qui non habeat artem suam pecuniaria mercede venalem. VII, 197.

Artificia discere, quam pœnale sit pueris. VII, 728. Artefactorum forma per artificis manum trajicitur a sapientia Dei, VI, 90.

Artemon seu Artemonius hæresiarcha. VIII, 34.

Arteriæ aeris venæ. X, 527.

Articuli temporum quinque. VI, 313, 358.

Artotyritæ hæretici unde sic dicti VIII, 31. Artotyritas jungit Pepuzianis Epiphanius. VIII, 31.

Aruspicum libri superstitiosi. III, 30.

Asaph interpretatur Synagoga. III, 1347; IV, 916, 929, 1011: congregatio. IV, 970, 1033, 1051.

Asbestos Arcadiæ lapis, semel accensus non potest exstingui, VII, 715, 719.

Ascanius filius Æneæ, tertius Latinorum rex. VII, 576. Albam ædificat. VII, 89.

Ascalades rex Assyriorum. VII, 568.

Ascensus. *Vide* Adscensus.

Ascitæ hæretici. VIII, 42.

Asclepius nepos Æsculapii. VII, 253.

Asellus diaconus. II, 718.

Asellus Domini, populus mitis. IV, 272, 310.

Asia totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem dimidia reperitur. VII, 561. Asiæ dimensio. VII, 578. Asia nomen provinciæ, et etiam tertiæ partis terræ. III, 785; VII, 497. Asia a Nino subjugata. VII, 578. Asiam pene universam Scythæ aliquando tenuerunt, III, 794.

Asiatica luxuria. VII, 103.

Asina Balaam loquens quid significet. III, 742.

Asinius Pollio. II, 263.

Asinus aureus liber ab Apuleio scriptus. VII, 574.

Aspasius Paternus, proconsul. V, 1410.

Asper Grammaticus. V, 83.

Aspis ne audiat vocem incantantis, allidit unam aurem terræ; et de cauda obturat alteram. IV, 680, 681; V, 1432. Aspidi comparantur surdi verbum Dei audire nolentes. IV, 117. Aspides insidiosæ. IV, 684.

Aspidiscæ. III, 636.

Assaraci domus, id est, Romani. III, 533; VII, 462.

Assur figurate pro diabolo. IV, 1033.

Assuri, IX, 235. Assuritana civitas. IX, 233, 507, 528, 550.

Assuritani. IX, 108, 180.

Assyrii interpretantur dirigentes. IV, 1021. Assyriorum regnum, a Nino longe lateque porrectum. VII, 116. Assyriorum regnum, Asiæ universæ, excepta India, dominabatur. VII, 497. Assyriorum regnum florentissimum. VII, 560, 561. Florebat Abrahæ temporibus. VII, 497. Assyriorum regnum, mille ducentos et quadraginta annos permansit. VII, 117, 577. Assyriorum regnum ad Medos translatum. VII, 117, 577. Assyriorum regnum quo tempore desiit. VII, 577. Assyriorum regnum series. VII, 561.

Astaroth, et Astarte nomen Junonis. III, 797.

Asterisci in codicibus Græcis significant ea quæ habent Hebræi, nec habent LXX interpretes. III, 590; IV, 821.

Asterius Cretensium rex. VII, 569, *not. b.*

Asterius subdiaconus litteras Hieronymi ad Augustinum retulit. II, 237, 245. Asterius creatur episcopus. II, 276.

Asterius Scythopolitanus Psalmos interpretatus est. II, 262.

Astrologia, ejus inventio. I, 1014. Astrologia magnum religiosis argumentum, tormentumque curiosis. I, 1014. Astrologorum vanæ divinationes. I, 694, 707, 737, 915. Astrologia fatalibus stellis homines colligatos, et corpus secundum duodecim cœli signa compositum, volunt Priscillianistæ. VIII, 44.

Astrologorum nugæ refutantur. VI, 112. Astrologi unde vera respondeant. VII, 147. Astrologorum perspicacia et cæcitas. V, 438. *Vide* Mathematici.

Astuti, male cordati intelliguntur. III, 431.

Asystaton. X, 1095.

Asylum constituere Romulus et Remus. VII, 45. Asylum Romuleum, umbra quædam remissionis peccatorum. VII, 161. Asylum Apostolorum longe tutius, quam deorum. VII, 17.

Athanarici regis Gotthorum persecutio in Gothia adversus Catholicos. VII, 616, et *not. b.*

Athanasius Alexandrinus episcopus catholicus. IX, 516. Vir magnæ constantiæ, et fidei sanissimæ. X, 1101. A Constantino specialiter quærebatur. II, 1016. Pro utilitate Ecclesiæ se servavit. II, 1017. Athanasii tempore omnis pene mundus a fide Apostolorum dilapsus. X, 1100. Ex DCL. Episcopis vix septem cum Athanasio in Trinitatis confessione permanserunt. X, 1100. Athanasius modulationes in Psalmorum cantu non probabat. I, 800. Mos ille cantandi non improbatur ab Augustino. I, 800.

Athanasiani vel homousiani vocabantur ab Arianis Catholici. X, 1101.

Athenarum civitas sub Cecrope rege vel instaurata est, vel condita. VII, 566. Athenæ unde dictæ. VII, 566. Sub Cecrope rege sic dictæ sunt. VII, 566. Qua occasione. VII, 566, 567. Athenis nihil habuit Græcia clarius. VII, 567. Athenis non

parva ex ntteris et philosophis gloria accedit. VII, 561.
Atheniensium in omni litteratura apud omnes fama. V, 308. Athenienses claruerunt in Græcia, plus fama quam re ipsa. VII, 561. Athenis loquacissimæ philosophorum hæreses exstiterunt. IX, 454. Atheniensium regnum in rempublicam mutatum. VII, 577. Athenienses feminæ publicis intererant consultationibus. VII, 566. Quare e publicis consultationibus expulsæ. VII, 567.
Atheus quomodo convincendus. I, 1246. Nonnihil pro Deo habet, cui cultum impendit. III, 153.
Atlas astrologus rex Mauritaniæ, frater Promethei, maternus avus Mercurii majoris. VII, 599. Florebat tempore quo Moyses natus est. VII, 599. Cursum solis, lunæ ac siderum primus observavit. VII, 234, *not.* 1. Quare cœlum portare fingitur. VII, 565. Atlas laturarius. VIII, 307, 309, 374.
Atlas mons. VII, 565.
Atlantici philosophi. VII, 234.
Atomi, principia rerum secundum Epicurum. VII, 230. Atomorum concursu fortuito, et mundos innumerabiles, et animantia, et animas, et deos ipsos fieri dicit Epicurus. II, 444. Refellitur a Cicerone. II, 444, 445. Atomus in corpore et in tempore. V, 1624.
Atria, ampliora spatia domus intelliguntur. IV, 1736. Atria Domini, pro futura beatitudine. IV, 1067, 1059, 1281. Atrium sanctum Domini, Ecclesia Catholica. IV, 1253.
Atys, formosus adolescens, abscisus. VII, 185. Atys fabula. VII, 215.
Avaritia quid. VII, 556. Avaritia generalis, qua plus appetit quisque, quam sat est. IV, 1550. Avaritia est velle esse divitem, non jam esse divitem. V, 525. Avaritia crescit copia. IV, 1639. Avaritia inexplebilis. IV, 330, 422, 438; V, 1651. Avaritia pereat, et dives est natura. V, 395. Avaritiæ fauces major pecunia non claudit, sed extendit; non irrigat, sed accendit. V, 328. Avaritia sæpe crevit in iis qui lasciviam compresserunt. VI, 448.
Avaritia grave peccatum. IX, 89. Opus est mali hominis, non Dei. IV, 1691. Avaritiæ crimen et pœna. V, 958. Avaritiæ onus. V, 897. Avaritia catena pedum. III, 2057. Avaritia inimica Christi. IV, 1249. Damna eorum, qui ob lucra peccant. IV, 1645. Avaritia excusatur specie pietatis erga filios. V, 89.
Avaritia quædam vitæ, etiam ipsa cavenda. V, 663. Avaritia quædam est in libidine et in idololatria. V, 630. Avaritia pro amore privato ponitur. III, 436. Qui sua repetunt, caveant ab omni cupiditate. IV, 1570. Amat et avaritia unitatem, IV, 451. Avaritia plures allicit, quam peritia. VII, 197. Avaritiæ consilium imprudens et stolidum. V, 527. Consilium Dei id jubentis, quod avaritia. V, 529. Avaritia aliud contra Deum jubet, aliud Deus contra avaritiam. IV, 675. Avaritia omnis præcidenda. V, 627, 630.
Avaritiæ remedium. IV, 1656. Christianis quæ fugiendæ avaritiæ doctrina traditur. V, 954. Avaritiæ dura jubenti impigre obeditur. V, 257. Avaritiæ homo servit, non Deo. V, 1205. Avaritia jubet dura, et obeditur; levia Deus, et non obeditur. IV, 1691. Ab avaritiæ et luxuriæ jugo Christus liberat. V, 526. Avaritia omnis a nobis circumciditur, si gratis colatur Deus. IV, 1531. Ab avaritiæ sordibus purgat amor sapientiæ. VII, 204. Ut saccellus tuus impleatur nummis, anima tua febrit curis. V, 405. Avaritia, cum arguitur, incipit odisse et criminari. IV, 1691. Avaritia verbis apud omnes damnatur, non factis. V, 955. Avaritia et luxuria, dominæ duæ contraria jubentes. V, 526. *Vide* Cupiditas.
Avaritia sancta. V, 526.
Avaritia vitæ æternæ optima. IV, 1169.
Avari. Non essent homines amatores pecuniæ, nisi eo se putarent excellentiores, quo sunt ditiores. III, 437. Tanto avari sunt homines, quanto elati. IV, 1909. Avarorum adagium: Quantum habebis, tantus eris; frange lunam, et fac fortunam. IV, 610; VI, 674. Avarus est, non solum qui rapit aliena, sed et qui cupide servat sua. V, 628. Avari vel sua cupide servantis periculum. V, 651. Avarus suorum reconditor, damnatur. V, 961. Avarus hydropis. V, 410, 956. Avari æstus quanti et quam inutiles. V, 405. Avarus quasi Martyr auri. V, 1461, 1470. Auro torquetur unde misericors adjuvatur. V, 327. Avari, pauperes. VII, 204. Avarus non tam habet, quam se credit habere. VI, 674. Fides ei potior proponitur. VI, 674. Avari insania. IV, 422. Avarus ministrum lucri sui facit Deum. IV, 250. Avarus lucrum invocat, non Deum. IV, 250, 617. Avarorum crudelitas. IV, 1778. Avarorum sarcina, pauperibus erogando, minuenda. VI, 673.
Avarorum inepta excusatio. V, 956. Avarorum falsa pietas in filios. V, 89, 528. Avari excusatio crudelis, filiorum obtentu. VI, 673. Avarus vocem habet pietatis, sed excusationem habet iniquitatis. IV, 422. Avari filio mortuo sua pars transmittenda. V, 528. Mortuo filio debetur, quod vivo servabatur. V, 528. Christus filiis annumerandus in patrimonii divisione. V, 528; VI, 673.
Avari formicis comparati. III, 361. Acute in quosdam avaros cæcos. VI, 674. In eos qui res alienas concupiscunt. IV, 451. Avarus laborat, ut habeat unde impleat arcam, perdat securitatem. III, 2056. Avarus cum labore amat quod amat; sine labore amatur Deus. III, 2056.
Avarus est Deus ad salutem nostram. V, 580. Avarus et amor Dei. VI, 674. Avare, Deus si ad te veniat sine auro et argento, non vis illum? quid tibi de his quæ fecit Deus sufficit, cui Deus ipse non sufficit? IV, 250. Avaris quid sufficit, si Deus ipse non eis sufficit? V, 141. Avarorum colloquia cavenda. VI, 675.
Auctoritas. Gemino pondere impellimur ad discendum, auctoritatis et rationis. I, 957, 1001, 1007. Tempore auctoritas, re autem ratio prior. I, 1007, 1311. Ad discendum, auctoritati credere, magnum compendium. I, 1042. Auctoritas duplex, divina et humana. I, 1007. Rationi roborandæ, hominum auctoritatem quærere, est imbecillitatis. I, 1152.
Auctoritatis culmen, lumenque rationis, in uno Christi nomine, atque in una ejus Ecclesia constitutum est. I, 1009. Auctoritate divinitus constituta, velut gradu quodam ad Deum adtollimur. VIII, 89. Auctoritas divinitus constituta quomodo nos movet. VIII, 89, 90. Auctoritate decipi miserum est, sed certe miserius non moveri. VIII, 89.
Auctoritas utilis ad bonos mores populis persuadendos. VIII, 90, 91. Bonorum vita facillime, non disputationum ambagibus, sed mysteriorum quibus initiamur, auctoritate, purgatur. I, 1007. Juvat sequi auctoritatem et præcepta sapientum, et per hæc loqui sibi Deum credere. I, 1075. Auctoritas velut canonica non constituatur in scriptis Doctorum. VI, 160. Disputatorum quorumlibet sententiæ non tanquam auctoritas canonica. X, 194.
Auctores sacri pauci esse debuerunt, quare. VII, 600.
Aucupes insidiosi. VIII, 67.
Audientes et Catechumeni. V, 754.
Auditorum erga doctores officium. V, 155. Auditor negligens, prædicatoris vitia ne causetur V, 971. Auditores, terræ nomine significati; prædicatores, cœli. V, 1234. Auditores quinam carnales, quinam spirituales. V, 156. Auditorum verbi divini, alii ædificant super petram, alii super arenam. V, 971. Auditorum acclamatio. V, 135, 1373, 1388, 1415.
Audire coram Deo, quid. IV, 193. Audiat Deum qui vult audiri a Deo. V, 126. Non audire, quasi non ædificare, malum est. V, 971; IV, 1812. Audire et non facere, in arena ædificare est; audire et facere, in petra ædificare est; nec audire nec facere, nihil ædificare est. IV, 1335. Qui bona audit et mala operatur, pro dulci pluvia spinas generat. IV, 1345. Quomodo fortis poterit esse in faciendo, qui deficit in audiendo? IV, 1211. Audiendo credimus, et credendo videbimus. IV, 310. Prius audi, postea vide. IV, 537. An audire et auribus percipere differant. IV, 544. Audire vocem laudis, est intelligere intus; quia quidquid in te mali est, tuum est; quidquid boni est, Dei est. IV, 193. Audire verbum Dei tutius est, quam prædicare. V, 966. Audire magis optet servus Dei, quam dicere. IV, 1812. Audire, trahi et discere a patre. X, 972. Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad Christum. X, 971. Audire et discere, est manducare. IV, 1874.
Auditores apud Manichæos. VIII, 33; IX, 357. Merito a mandatis Evangelicis alienati. VIII, 228. Auditorum suorum animas in Electos aut in Electorum escas resolvi, arbitrantur Manichæi. VIII, 57. *Vide* Manichæi.
Auditus fit ex percussione aeris. I, 232. Auditus duplex, bonus et malus. IV, 344, 1236. Audiendi libido etiam in divinis canticis. X, 770.
Aduras, nomen fundi. VII, 767.
Aventinus rex Latii, deorum numero additus. VII, 577.
Aventinus mons. V, 63. Unde dictus. VII, 577.
Averni puteus. X, 1069.
Avertere. Rogandus Deus ut faciem non a nobis avertat, sed a peccatis nostris. V, 132.
Aversio voluntatis ab incommutabili bono ad mutabile bonum, vel proprium, vel exterius, vel inferius, efficit hominem superbum, curiosum, lascivum. I, 1269. Aversione a Deo, homo tenebratur; conversione ad Deum, illuminatur. IV, 193.
Aves ex aquis a Deo creatæ, ut intelliguntur. III, 183. Aves non in firmamento volant, sed secundum firmamentum. III, 283. Aves in aere sublimiore volare non possunt. III, 237. Aves quadrupedes. I, 636. Avium vita et memor et garrula, et in nidis construendis, et educandis fetibus, solertissima. III, 283. Aves pollent memoria. I, 790. Inter aves nonnullæ sunt quæ aquam non bibunt. III, 237. Aves, non animæ vivæ, sed volatilia animarum vivarum dicuntur. III, 284. Aves cur Abraham in sacrificio non divisit. IV, 1362.
Avo nomen patris aliquando tribuitur. III, 494.
Auferre et tollere, quo differant, IV, 908.

Augendiarensis sive Augendus Arensis episcopus. IV, 381.
Augurationes illicitæ in quo a signis licitis differant. III, 564.
Auguria irridet Cicero. VII, 136.
Augustinus natus est idibus novembris. I, 962. Thagastæ, municipio Africæ. I, 677. Apud mediterraneos natus atque nutritus. II, 70. Madaurenses, et fratres et parentes vocat. II, 1029. Parentes ejus Patricius et Monnica. I, 870. Ejus pater, municeps Thagastensis, admodum tenuis. I, 677. Augustinus hominem pauperem et de pauperibus natum se profitetur. V, 1580. Augustini parentes, fide ac moribus dispares. I, 669, 677. Frater ejus Navigius. I, 962, 980. Soror monialibus præposita. II, 959. Consobrini, Lastidianus et Rusticus. I, 962. Consanguineus, Licentius. II, 106. Et Severinus Donatista. II, 194. Mater ejus, et omnis domus, præter patrem, credebant in Christum. I, 669.
Augustini infantia. I, 664. Unde loqui didicerit. I, 666, 671.
Augustini pueritia. I, 666. Augustinus, ab utero matris in christiana religione fuit educatus. I, 668, 921. Positusque a parentibus in Catechumenorum gradu. I, 729. Signatus signo Crucis et Sacramento salis initiatus. I, 668, 921. Satagebat Monnica ut Deus pater esset Augustino. I, 669. Pater ejus non evicit in eo jus maternæ pietatis, quo minus in Christum crederet. I, 669. Augustinus stomachi pressu laborans adhuc puer, baptismum pie instanterque flagitat. I, 669. Reparata valetudine baptismus differtur. I, 669.
Augustinus datur in scholam ut discat litteras. I, 667. Refugit litterarum rudimenta, ubi legere, scribere et numerare discitur. I, 670. Litteras latinas amat, græcas odit. I, 670. Latinas litteras inter blandimenta nutricum didicit. I, 671. Sentiebat tunc, ut poterat, Deum esse magnum aliquem, qui posset, etiam non apparens sensibus, exaudire et subvenire. I, 667. Quantum metuebat ne in schola vapularet. I, 667. Fatetur peccasse, minus scribendo, aut legendo, aut cogitando de litteris, quam exigebatur. I, 668. Ludere amabat, in certaminibus superbas victorias, et scalpi aures suas falsis fabellis. I, 668. Innumerabilibus mendaciis fallebat pædagogum, magistros, parentes. I, 674. Furta ejus domestica. I, 674. Fraudulentas victorias aucupabatur in ludo. I, 674. Gulæ et iræ deditus erat. I, 674. Quid recte vivere ipsi proponebatur. I, 667. Cura tantum erat ut disertus fieret. I, 677. Ipsi in scholis sese exercenti, acclamatur præ multis coætaneis et condiscipulis suis. I, 673. Ob progressum in litteris *bonæ spei puer* appellatur. I, 673. Reducitur a Madauris, in quam urbem, litteraturæ atque oratoriæ percipiendæ causa, peregrinatus fuerat. I, 677.
Augustinus annum ætatis XVI in paterna domo intermissis studiis transigit, genio ac libidinibus indulgens. I, 675. Interposito otio creverunt vepres libidinum. I, 675. Matris monitus, pro muliebribus habet. I, 678. Nunquam tamen in matrem contumeliosus, aut verbo durus. I, 776. Augustinus furtum nocturnum committit. I, 678. Inter coætaneos pudebat eum minoris dedecoris. I, 678. Libebat malum facere, non solum libidine facti, verum etiam laudis. I, 678. Hac de causa fingebat se fecisse quod non fecerat. I, 678.
Augustinus studiorum causa Carthaginem mittitur ætatis anno XVII. I, 683. capitur theatricis spectaculis. I, 683. Amore capitur. I, 683. Amari et amare, dulce ipsi erat, magis si et amantis corpore frueretur. I, 683. In solemnitatum sacrarum celebritate, intra ecclesiæ parietes concupiscit. I, 685. Ob quod peccatum a Deo verberatur. I, 683. Augustinus, in schola rethoris, major est. I, 685. Studia ejus ad fora litigiosa tendebant. I, 685. Augustinus, a moribus protervis condiscipulorum qui eversores dicebantur, abhorret, pudore tamen impudenti, quod talis non esset, I, 685, 712. Sub id tempus orbatur patre. I, 685.
Augustinus prosequitur studia, matre sumptus suppeditante. I, 685. Et adjuvante Romaniano ejus Mæcenate. I, 920. Augustinus Ciceronis Hortensio ad sapientiæ studium incenditur. I, 685, 757, 961. Ardebat revolare a terrenis ad Deum. I, 686. Quam alte a puero Christi nominis amorem et reverentiam imbiberat. I, 686. Scripturam negligit, ut indignam quam Tullianæ dignitati compararet. I, 686.
Augustinus adolescens, laicus, catechumenus in Manichæorum hæresim incidit. I, 686; VIII, 174, 304; IX, 591. A Manichæis deceptus. IX, 545. Duplici ratione deceptus. VIII, 102. Qua de causa in Manichæos incidit. VIII, 66. Non Electus, sed Auditor fuit apud Manichæos. VIII, 113. Ejus interim errores de Deo. I, 687, 703, 704, 705, 715, 736. De Christo. I, 716. De natura mali. I, 715. De veteri Lege. I, 688. De peccati causa. I, 735. In cujus inquisitione torquetur. I, 736. De rationali et irrationali natura. I, 703. De terræ fructibus. I, 691. Augustinus in Manichæorum hæresim alios inducit. I, 693. Inter illos Romanianum. I, 920. Et Alypium. I, 725. In ea novem annos, scilicet ab anno ætatis XIX ad XXVIII, persistit. I, 692, 710, 1526, 1374; VIII, 66, 180. Præconcepta ejus opinio de sanctitate Manichæi. I, 710. In difficultatibus quas Augustinus proponebat, ad Faustum remittebatur. I, 710. Augustini convictum refugit Monnica detestans errores ejus. I, 691. Apud Deum plangit ejus perditionem. I, 691. Monnica de ejus futura resipiscentia admonetur per somnium. I, 691 Et per Episcopi cujusdam responsum. I, 691. Augustinus *filius lacrymarum* ab ipso appellatus. I, 692.
Augustinus liberales doctrinas docet. I, 693. Et Rhetoricam. I, 693. Primum Thagaste. I, 696, 925. Tum Carthagine. I, 712, 724. Quo impatientia doloris ex amici cujusdam sui morte, migraverat. I, 698. Nec non illustrioris professionis gratia. I, 920. Utraque in urbe auditorem habet Alypium. I, 724. Quem a circensium insania convertit. I, 725. Vanæ gloriæ cupiditate ductus, poeticen agonem subit. I, 693. Haruspicem sibi palmam in litterario certamine promittentem detestatur. I, 694. Augustinus consulere solet Mathematicos. I, 694. A quibus evocare eum frustra nititur Vindicianus senex. I, 695. Et Nebridius. I, 696, 737. Istud divinationis genus vanum esse intelligit demum, audita narratione Firmini, et prorsus rejicit. I, 737. Augustinus concubinam fovet, servatque ipsi thori fidem. I, 695, 732. Ex ea filium suscepit, Adeodatum nomine. I, 769. *Vide* Adeodatus.
Augustinus categorias Aristotelis, et liberalium artium libros, annos natus ferme XX, per sese intellexit. I, 704. Ingenii Augustini quanta solertia, quanta perspicuitas. I, 705. Deformiter et sacrilega turpitudine, in doctrina pietatis errabat. I, 706. Falsa tunc de Deo cogitabat. I, 705. Unde in amorem eorum quæ tempore rapiuntur, lapsus sit. I, 701. Augustinus, libros *de Pulchro et apto* duos aut tres scribit. I, 701. Circiter annum ætatis XXVI. aut XXVII. I, 704. Quos Hierio, Romanæ urbis oratori nuncupat. I, 702.
Augustino diu optatus, diu exspectatus Faustus venit Carthaginem. I, 707. Augustinus a Manichæis alienari incipit comperta Fausti imperitia circiter annum ætatis XXIX. I, 711. Non tamen omnino recedit. I, 711. Augustinus inveniendæ ac retinendæ veritatis desiderio, ab ineunte adolescentia, flagravit. VIII, 65, 66, 78, 79. Augustinus credit, precibus matris datam sibi eam mentem, ut inveniendæ veritati nihil omnino præponat. I, 1019.
Augustinus, pertæsus licentiæ scholarium Carthaginensium, Romam navigat. I, 712. Invita et decepta matre. I, 712. Augustinus, Romæ febri correptus, periculose laborat. I, 713. In domo cujusdam Manichæi ubi convalescit. I, 714. Romæ jungebatur Manichæis, tam Auditoribus, quam Electis. I, 714. Ab insana eorum de natura mali opinione, nondum liber erat. I, 714. De invenienda apud Manichæos veritate desperat. I, 715. Academicis omnia dubia æstimantibus, suffragatur. I, 715. Familiaritas Manichæorum, studium ejus ad verum indagandum infringebat. I, 715. Errores ejus circa malum, circa naturam Dei, circa Incarnationem. I, 715. Quid Augustinum in errore retinebat. I, 716.
Augustinus Rhetoricam docet Romæ. I, 716. Sedatiores Augustini discipuli Romæ, quam Carthagine. I, 716. Multi ne mercedem magistro reddant, subito conspirant. I, 716. Cur tales tunc odio haberet. I, 716.
Augustinus Mediolanum mittitur a Symmacho urbis præfecto, Rhetoricam docendi causa. I, 717. Augustinus excipitur benigne ab Ambrosio. I, 717. Ejus amore capitur. I, 717. Et facundia delectatur. I, 717. Veritatem in Ecclesia catholica inveniri posse desperabat. I, 717. Audiendo Ambrosium, sensim veritatem admittit. I, 717. Manichæos relinquendos decernit. I, 717. Quid Augustinum a secta Manichæorum revocavit. VIII, 66. Movetur Helpidii disputatione contra Manichæos apud Carthaginem. I, 716. Necnon Nebridii contra eosdem argumento. I, 734. Quo timore, qua cupiditate Manichæos reliquit. VIII, 577, 578. Quo pacto a duabus naturis admittendis revocatus. VIII, 130. Augustinus, audita unius aut alterius loci Scripturæ tractatione, cognoscit fidem catholicam docendi posse contra Manichæos. I, 718. Sed adhuc de omnibus dubitans catechumenus in Ecclesia catholica esse statuit, donec aliquid certi eluceat. I, 718. Ab errore facile resiliisset, si substantiam spiritualem cogitare potuisset. I, 718. Cur conatus Augustini ad indagandam veritatem, inutiles. I, 720.
Augustinus ætatis anno XXX, nec Manichæus est, nec Catholicus. I, 719. Quod Monnicæ matri Mediolanum adventanti renuntiat. I, 719. Ecclesiæ doctrinam magis magisque intelligit concionante Ambrosio. I, 721. Necessitatem fidei et Scripturarum auctoritatem agnoscit. I, 722. Inhiat adhuc honoribus, lucris, conjugio. I, 723. Ambitionis et cupiditatum vanitatem edocetur, viso mendico præ vino jocante et lætante. I, 723. Augustinus panegyrim habet in laudem Imperatoris. I, 725. Forte Valentiniani minoris. I, 725. Bautoni consuli panegyrim dixit Mediolani. IX, 362.
Augustinus anxius de vitæ ratione ineunda. I, 728. Conversionem de die in diem differt. I, 729. Augustinum ab ineundo conjugio revocare conatur Alypius. I, 730. Augustino uxor quæritur, ut conjugatus baptizetur. I, 730. De

ejus futuro matrimonio revelationem expetit mater, sed frustra. I, 729. Augustinus, concubina in Africam redire permissa, aliam ipse procurat. I, 730. Augustinus, a gurgite carnalium voluptatum metu mortis et futuri judicii revocabatur. I, 732. Qui metus ab ejus pectore nunquam recessit. I, 732. De vita communi agenda cum amicis deliberat. I, 731. Decem ferme venturi erant in unam societatem, quo ex numero bini annui necessaria curarent, cæteris quietis I, 731. Consilium istud abjicitur. I, 731.

Augustinus ætatis anno XXXI, ignorantiæ tenebris involutus errat adhuc circa Dei naturam. I, 735. Verum contemplatione gradatim adsurgens, pervenit demum ad id quod est; sed figere aciem non valet. I, 745. Augustinus credit in Christum stabili fide, sed informi. I, 737. Et erronea. I, 746. Paulatim assuescit Ecclesiæ doctrinæ, quam tantopere damnaverat. I, 721. Eamque præfert Manichæorum doctrinæ. I, 722. Ecclesiam catholicam semper illi commendaverant parentes. I, 718.

Augustinus qua via venerit ad catholicam Religionem. VIII, 78, 79. De Dei existentia numquam dubitavit. I, 723. Non tamen recte de Deo sentiebat, quia corporeum adhuc aliquid cogitare cogebatur. I, 723. Platonicorum librorum lectione ad inveniendam veritatem adjuvatur. I, 740, 961. Ex his libris peritior quidem, sed inflatior evadit. I, 746. Augustinus transit ad Scripturam sacram, maximeque ad Apostolum. I, 747. Cujus lectione mirum in modum proficit. I, 747, 921.

Augustino, anno ætatis XXXII, displicet agere in sæculo. I, 749. Amore tamen feminæ detinetur. I, 749. Vis malæ consuetudinis in Augustinum. I, 754. Ligatus erat non ferro alieno, sed sua ferrea voluntate. I, 753. Quam implicatus olim vitæ hujus mundi. VIII, 67. Augustinus Simplicianum adit. I, 753. Movetur et angitur, audita a Simpliciano conversione Victorini. I, 751. Movetur audita vita Antonii narrante Pontitiano. I, 755. Et audita conversione duorum Agentium in rebus. I, 756. Augustinus adolescens petebat a Deo castitatem, sed cito exaudiri nolebat. I, 763.

Augustinus secedit in hortum sequente ipsum Alypio. I, 758. Spiritus ejus et carnis luctamina. I, 758. Augustinus nec plene volebat, nec plene nolebat converti; ideo secum contendebat. I, 759. Plus in ipso valebat deterius inolitum, quam melius insolitum. I, 760. De difficultatibus ab ipso superatis. I, 921, 961. Augustinus ab Alypio paululum secedit, et sub ficu se sternens, vim lacrymarum profundit ac Dei misericordiam deprecatur. I, 761. Augustinus vocis admonitu legit Apostolum et totus convertitur. I, 762. Indicat matri. I, 762. Gaudet mater, exsultat, triumphat de filii conversione, et Deo benedicit. I, 762.

Augustinus per Ambrosii os potissimum ab errore liberatur, et ab ipso baptizatur. II, 621; X, 436, 645. Trans mare baptizatus est in Ecclesia nota universo orbi terrarum. IV, 394. Conversio Augustini fidelibus et quotidianis matris ejus lacrymis concessa. X, 1026. Augustinus cœlibem vitam amplectitur, abjecta omni spe sæculi. I, 762. Deserere professionem Rhetorices usque ad vindemiales ferias differt. I, 762. Quam paucissimorum dierum dilationem excusat. I, 764. Quamquam haud culpa vacasse non diffitetur. I, 765. Augustinus munus docendi tandem deserit. I, 767. Cogente quidem dolore pectoris. I, 764, 769, 907, 961, 980. Sed magis alliciente desiderio vacandi Deo. I, 764; II, 67.

Augustinus, feriarum vindemialium tempore, in Verecundi villam, Cassiciacum secedit cum suis. I, 765. Ruris otium in studio sapientiæ insumit. I, 907. Inveniendi veri gratia dimidiam fere noctis partem pervigil agere solitus. I, 981. Quotidianis fletibus Deum rogat ut sanentur vulnera sua. I, 991.

Augustinus Ambrosium per litteras consulit quid potissimum de Scripturis sibi legendum sit, ut ad baptismum se digne comparet. I, 769. Isaiam legere jubetur. I, 769. Augustinus libros aliquot ibi conscribit et ad Nebridium Epistolas. I, 766. Augustinus instituendis discipulis Licentio et Trigetio curam adhibet. I, 908, 980. Quotidie ante cœnam dimidium Virgilii volumen audit. I, 989, 924. Ipsis morum præcepta tradit. I, 620. Pueriles æmulationis et inanis jactantiæ motus reprimit. I, 991. Hanc rogat magistro mercedem reddant, boni sint. I, 991. Augustinus inchoat libros contra Academicos, paucis diebus post secessum, exeunte anno ætatis suæ XXXII, Christi CCCLXXXVI. I, 905, 908. Augustinus scribit librum *de Beata Vita*, Idibus Novemb. anni Christi CCCLXXXVI, quo ipse die in annum ætatis XXXIII progrediebatur. I, 959, 962. Disputat cum Alypio, et Nebridio de finibus bonorum et malorum. I, 732. Libros *de Ordine* edit eodem tempore. I, 977, 980. Augustinus perficit postmodum libros *contra Academicos*. I, 924. Recitatione Psalmorum vehementer afficitur Augustinus catechumenus, in villa cum catechumeno Alypio feriatus. I, 766. Psalmum quartum meditatur, adversus Manichæos pie excandescens. I, 766. Augustinus dolore dentium acerrimo cruciatur. I, 768, 880. Augustinus orat cum suis, et dolor fugit. I, 768. Augustinus *Soliloquia* scribit ætatis anno XXXIII. Christi CCCLXXXVII. I, 869, 878. Quinam tunc ejus mores et affectus. I, 877.

Augustinus Mediolanum revertitur, nomen daturus inter baptizandos. I, 769. Ibi librum *de Animæ Immortalitate* anno Christi CCCLXXXVII scribit. I, 1021. Et inchoat libros *Disciplinarum*. I, 591. Augustinus baptizatur cum Alypio et Adeodato. I, 769. Gaudium ejus spiritale post baptismum, fugiente omni sollicitudine anteactæ vitæ. I, 769. Lacrymæ et motus pietatis ad hymnos et cantica Ecclesiæ. I, 769, 801.

Augustinus reditum in Africam cum suis suscipit. I, 771. Augustinus apud Ostia Tiberina cum matre colloquitur de æterna vita, atque in ejus contemplationem ambo rapiuntur. I, 774. Vilescit ipsis mundus iste cum delectationibus suis. I, 775. Hinc elapsis vix quinque diebus ægrotat Monnica, et die nono ægritudinis suæ, anno ætatis LVI, et ætatis Augustini XXXIII, corpore solvitur. I, 776. Mortem ejus luget Augustinus. I, 776. Funus pro solemni more celebratum prosequitur absque lacrymis. I, 777. Augustinus orat pro ejus salute. I, 778. Augustinus Romæ moratur, ibique libros *de moribus Ecclesiæ et de moribus Manichæorum* anno Christi CCCLXXXVII scribit. I, 1310. Ibidem libri *de Libero Arbitrio* ab ipso inchoati eodem anno; postea autem in Africa anno CCCXCV absoluti. I, 1222. Augustinus reversus in Africam scribit libros duos *de Genesi contra Manichæos*. III, 171, 172. Circiter anno Christi CCCLXXXIX. III, 174. Sub id temporis absolvit libros *de Musica*, quos Mediolani anno CCCLXXXVII inchoaverat. I, 1082. Item librum *de Magistro* cum Adeodato. I, 769, 1194. Librum *de Vera Religione* nondum presbyter. III, 121, 122. *Vide* infra ubi de Operibus Augustini. Augustinus trans mare peregrinatus, alius ivit, alius redivit, IV, 394. Quandonam Africam repetiit. IX, 362.

Augustini deliciæ, occupari Dei memoria. I, 794. Spes ejus nonnisi in magna valde misericordia Dei. I, 796. Augustinus ab actionibus necessitatis, quantum relaxari potest, ad Dei contemplationem refugit. I, 807. Castæ ejus deliciæ, Scripturæ divinæ. I, 810. Si quid temporis liberum habet, in illis totum impendit. I, 810. Augustinus, secessum in solitudinem aliquando animo agitans, prohibetur a Deo, ut non sibi soli, sed aliis vivat. I, 808. Amor ejus in Deum vehemens. I, 782, 795. Non dubia, sed certa conscientia Deum amat. I, 782. Augustinus incitatur a diabolo ut signum a Deo aliquod petat. I, 803. Dolet spectaculis aliquando se interfuisse. IV, 1919.

Augustinus juvenis, abjecta omni spe sæculi, dum quærit ubi monasterium constituat, Hipponem venit, invisendi amici causa, quem secum in monasterio habere cupit servientem Deo. V, 1569. Augustinus monasterium Hippone instituit in horto dato per Valerium. V, 1569. Augustini monasterium. X, 1017.

Augustinus ante presbyteratum fama pollet inter servos Dei. V, 1569. Augustinum ad clericatum petunt Hipponenses. II, 480. Augustinus apprehensus fit presbyter. V, 1569: et ordinatur invitus. II, 88. Augustino Valerius prædicandi onus imponit. II, 117. Augustinus spatium temporis usque ad Pascha petit, ut in secessu vacet precibus et studio. II, 89. Augustinus rarissime tacere permissus est, ubicumque Valerio præsente, loqui opus esset ad populum. I, 584. Augustinus presbyter Hipponensis jam creatus, disputat contra Fortunatum Manichæum. I, 612. Et biduo contra Felicem. I, 633.

Augustinus coepiscopus Valerii creatur. II, 123, 126; V, 1570. Imminente Christi Natali. II, 123. Quam vehementer episcopatum timebat. V, 1569. Augustinus a Megalio Calamensi episcopo ordinatus. IX, 357, *Not.* (*a*), *et in app.* 834. Tempore ordinationis lacrymas fundit. II, 88. Augustinus ordinatus est et sedit episcopus vivente adhuc Valerio, utroque ignorante, id Concilio Nicæno fuisse prohibitum. II, 967. Augustinus Ecclesiæ non tam præesse quam prodesse desiderat. II, 511.

Augustinus omnia dimisit. II, 692. Non divitias dimisisse, sed ad divitias venisse dum episcopus factus est, sibi videri ait. II, 480. Augustinus secum habet monasterium clericorum in domo episcopii. V, 1570. Augustino objiciebat Petilianus, quod ab ipso monasticæ vitæ genus fuerit institutum IX, 372. Augustinus calceatus fuit. V, 809.

Augustini domus vigilanti cura administrata. II, 271. Augustinus solo victu ad corporis valetudinem necessario contentus esse decernit. VIII, 67. Augustinus in victu et vestitu non decere se putat, nisi id quod cæteris sodalibus suis diaconis et subdiaconis conveniat. V, 1580. Augustinus clericis non permittit aliquid habere proprium, sed bene de fratribus sentiens, ab inquisitione dissimulat. V, 1569. Augustinus suos foris prandere aut cœnare non permittit. V, 1580. Hereditatem cujusquam, filiis exheredatis, non suscipit. V, 1571. Acriter dolet testamentum a Januarii

clerico factum. V, 1570. Testamentum Januarii in gratiam Ecclesiæ factum licet, irritum habet. V, 1570. Augustinus de suorum clericorum vita apud plebem agere cogitur. V, 1575. Augustini cura de fama. V, 1577. Augustinus statuerat nullum ordinare clericum, nisi qui sanctæ societatis propositum amplecti vellet, ut postea si discederet, clericatu careret; mutato aliquando consilio offert clericis licentiam discedendi, servato clericatu. V, 1575. Comperta denique sodalium suorum firma voluntate, clericorum albo expungendum statuit, qui paupertatis propositum violaverit. V, 1580. Augustinus in communem usum cedere vult, quæ clericis suis offeruntur a fidelibus. V, 1579.

Augustinus numquam abfuit Hippone, licentiosa libertate, sed necessaria servitute. II, 470. Augustinus in Mauritaniam Cæsariensem necessitatis Ecclesiasticæ causa perrexit. I, 650; II, 869. *Vide Notas*. Missus a Zozimo Papa. II, 857. Augustino grave est prolixas epistolas scribere, ne officio pastorali desit. II, 421. Augustinus omnia alia officia etiam caritatis, dignitatis suæ muneribus postponit. II, 421. Conqueritur per diem integrum se negotiis hominum, ut antea, implicari. II, 968. Otium postulat ut Scripturis vacet. II, 968. Plebs Hipponensis adquieverat ut Augustino propter curam Scripturarum, per quinque dies hebdomadæ nemo molestus esset. II, 967. Augustinus quam studiose in lege Domini meditaretur. VIII, 823. Ad divinas Scripturas non piam mentem afferens, aliquando, decipitur. V, 356.

Augustinus in dicendo Grammaticorum censuram non veretur, dum omnes instruantur. IV, 1796, 274; V, 228. Augustinus non præparatus, ex occasione sermonem habet. V, 1549. Augustinus maluit in errore lectoris voluntatem Dei sequi, quam suam in proposito ante psalmo ad enarrandum. IV, 1784. Augustinus Scripturam gestat in manibus inter concionandum. III, 1685; V, 221. Augustinus legit ex codice. V, 1628. Augustinus sæpe verba non latina dicit ut populi intelligant. IV, 1644. Augustinus diebus solemnibus differt concionem, quod multi sint quibus onerosus est Dei sermo. V, 333. Augustinus aliquid auditoribus meditando discutiendum relinquit. V, 364. In sermonibus ad populum, fatetur se semper vitasse quæstionem de peccatis in Spiritum sanctum. V, 449. Eam impulsus a Deo tractat. V, 449. Augustinus a pauperibus interpellatus, tamquam eorum legatus rogat, monet, jubet eis dari. V, 415. Augustinus factus mendicus mendicorum. V, 433. Augustini fatigatio in vigilia Paschæ. V, 1442.

Augustini prudens caritas in rudibus imbuendis. VI, 528. Augustini in reprehendendis palam feminis modestia et verecundia. V, 205. Augustino concionanti acclamant auditores. V, 134, 530, 1374. Inter prædicationem Augustini lacrymæ auditoribus obortæ. II, 117. Pugnæ civilis inhumanem consuetudinem apud Cæsaream Mauritaniæ Augustinus populo dissuasit. III, 115. Augustinus canem gregis se vocat. IX, 353. Augustini in prædicando modestia. IV, 741, 1668, 1945. Augustinus non se commendat plebi, sed Deum, cui et ipsos commendat. IV, 1952. Ad populum de loco quasi sublimiore loquebatur, sed timore sub pedibus audientium erat. IV, 812. Augustinus suos hortatur ut ipsum bene viventes relevent. V, 1481. Augustinus non delectatur nisi profectibus auditorum suorum. IV, 812. Et ovium suarum bona vita. V, 128. Augustinus salvus esse non vult sine ovibus suis. V, 125. Augustinus mercedem suam non vult securam esse perditis ovibus inobedientibus, sed iis inventis. V, 514, 1597. Augustinus pastor, non mercenarius. V, 762. Augustini studium ad juvandos verbi Dei ministros. VI, 311. Augustinus quæ lecta fuerant, libro accepto a diacono, iterato legit. V, 1574. Augustinus Cyprianum in manus sumit et legit. V, 1347.

Augustinus antiquæ fidei appellatur rursum conditor. II, 891. Augustinus laborat contra hæreticos disputando, convincendo, conveniendo, terrendo; tamen omnes diligendo. IV, 433. Augustinus Fortunatum Manichæum in disputatione vincit. II, 273. *Vide Notas*. Cum Fortunio publicam disputationem habuit. II, 174. Augustinus trepidissime agressus mysterium Trinitatis insinuandum, ne tardioribus tædium faceret, gratias Deo agit secus contigisse. V, 365. Augustini manu subsignata epistola Leporii mittitur. II, 992. Augustinus ad Provectum et Cylinnium scribit ut Leporium jam pœnitentem et correctum suscipiant. II, 992.

Augustinus qua mentis affectione adversus Donatistas disputat. IX, 449, 450, 451. Quo animo ad refellendum Concilium Carthaginense a Cypriano habitum accedat, IX, 202. Augustinus a Donatistarum criminibus recensendis abstinet eaque ut potest excusat. V, 306, 1595. Supplicium mortis ab aliquibus Donatistarum magnorum scelerum reis amoliri conatur. II, 535, 536. Augustinus litteras scribit ad laicos Donatistas. II, 537. Sentiebat non petendas leges ab Imperatoribus contra Donatistas. II, 804. Ad unitatem Christi neminem esse cogendum senserat. II, 329. Mentem postea mutavit. II, 329. Augustinus legem Theodosii contra hæreticos observandam sentiebat. II, 804. Augustino apud Cirtenses loquente et hortante, multi ex Donatistis conversi sunt. II, 591. Augustini torta viscera, dum Donatista ad Ecclesiam revertens a fratribus repulsus est. V, 1558. Augustinus appellatus hæreticus ab iis quos eo nomine appellare posset, non appellat. V, 1348. Augustinus Donatistarum insidias sæpe patitur. IV, 1605. Augustini felix error in bivio. VI, 239. Augustinus Orosio de Priscillianistarum hæresi et Origenis quibusdam opinionibus, uno libro respondit. II, 748.

Augustinus ceterique Africani episcopi contra Pelagianos exerceri incipiunt. II, 537. Anno Christi CCCCXI, aut CCCCXII. II, 537. *Notas* Augustinus quatuor de animarum origine sententias refert in libris *de Libero arbitrio*. II, 723. De ea origine nihil definit. II, 857. Augustinus cum Catholicis de animarum traduce accusatus. X, 1218. Augustinum jam Manichæum esse, temere accusatur. IX, 545. Augustinus si Manichæus quia asserit peccatum originale, Manichæus et Ambrosius. X, 1402, 1404, 1414, 1417.

Augustinus fatetur se non recte aliquando de gratia Dei sensisse. X, 964. Aliquando credidit fidem, Dei donum non esse. III, 2061, *Retr.* Episcopali judicio contra Celestium Carthagine habito non interfuit. I, 644. Gratiam negari in disputationibus Pelagianorum detestatur et horret. X, 252, 272. Augustinus Apostoli mentem de electione gratiæ, primo non erat assecutus. III, 2061. Et *Retr.* lib. I, c. XXIII. Juliani libros ad Augustinum mittit Claudius episcopus. II, 949. Augustinus opus aliud contra Julianum mittit ad Claudium episcopum. II, 950. Juliani calumnia adversus Augustinum de gratia et libero arbitrio. X, 762, 1122. Julianus Augustinum Apollinaristam facere conatur. X, 814. Augustinum, Epicurum sui temporis appellat. X, 726, 1464. Diaboli cultorem appellat. X, 720. Epistola Primatis adversus Augustinum scripta, in Concilio episcoporum damnata. IX, 591.

Augustino Patres duorum Conciliorum Numidiæ et Carthaginis curam Scripturarum imposuerunt. II, 968. Honorius et Theodosius de hæresi Pelagiana scribunt ad Augustinum. II, 927. *Vide Notas*. Testimonium quod Augustinus ex Sap. 4, II, adtulerat, tamquam non canonicum definiunt omittendum Massilienses et Semipelagiani. II, 1009. Augustini fides de SS. Trinitate. II, 1042, 1050. Augustinum et Hieronymum omnes hæretici detestantur. II, 891.

Carthaginense Concilium. *Vide* Concilium. Carthaginense Concilium Donatistarum adversus Cæcilianum et socios. IX, 512. Septuaginta ferme episcoporum fuit. IX, 553. Cæcilianum absentem damnavit. IX, 644. Carthaginense Concilium schismaticorum contra Cæcilianum. IX, 659. Consulem non habet, neque diem. IX, 659, 642 Carthaginense Concilium factum sine die et Consule. IX, 663. Carthaginense Donatistarum Concilium quadraginta trium episcoporum. IX, 552. Cautius, modestius, diligentiusque se gessit adversus Primianum, quam Bagaitanum adversus Maximianenses. IX, 552. Carthaginense judicium contra Cælestium. X, 586. *V.* Cælestius.

Cartigare. IV, 422. *Not.* 1.

Carus. II, 224.

Casas in vicis quam multi Christiani facientes aut fieri cupientes, reprehenduntur. IV, 1035.

Caseum et panem offerunt Artotyritæ. VIII, 31.

Caspaliana nomen fundi. VII, 767.

Castorii laus. II, 239.

Cassianus episcopus Donatista. IX, 334, 335.

Cassianus diaconus. IX, 640. Traditionis accusatus. IX, 662, 663.

Cassiciacum, rus Verecundi, ubi parabat se Augustinus ad baptismum suscipiendum. I, 765.

Cassius a Paconadianus. IX, 215.

Cassius templum Jerosolymitanum exspoliat. VII, 607.

Castitas est Dei donum. I, 681; III, 639; V, 1505, 1507. Castitas non nisi ex Deo. II, 850.

Castitas in Deo vera est. III, 241. Castitas animi quid sit. VI, 515, 545. Castitas mentis, pulchritudo filiæ regis intrinsecus. VIII, 315, 316. Castitas in mente esse debet. V, 1439. Castitas in quo consistat, et per quid corrumpatur. VI, 514. *Vide* Continentia, Pudicitia. Castitas sine voluntatis assensu non violatur. VII, 30, 32, 41. Castitatis integritas tantum in mente valet, ut illa inviolata, nec in corpore possit pudicitia violari, cujus membra potuerint superari. II, 427. Violentia illata corpori animo repugnante, non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur. II, 427. Castitas violentia non violatur, si mente servetur. II, 1071. Castitas fidei ne sensu interiori corrupto pereat magis timendum, quam ne feminæ violenter constuprentur in carne. II, 1016.

Castitas viris, feminis, nondum conjugatis, ac jam voto obstrictis commendatur. V, 735. In castitate servanda multi viri a feminis vincuntur. V, 735. Feminas coercet parentum custodia, sexus verecundia, legum timor; ideoque gloriosior virorum castitas. V, 736. Castitatem quicumque non servatis, nolite accedere ad panem Eucharistiæ. V, 736. Castitas et concupiscentia X, 803. Castitas in utroque Testamento commendata. VIII, 134. Castitatis et continentiæ professio apud Catholicos. VIII, 225. Castitatis præmium. VIII, 168. Castitas virginum et conjugatarum præmium inæquale, sed æternum utraque habet. V, 1507. Castitatis studium in Joseph et Susanna. V, 1439, 1463. Castitatem in aliis, imprudici vel ipsi amant. V, 1059. Casta uxor. V, 759. Castus dormientis affectus. I, 797. Casti hominis desiderium et pugna. V, 718. Quo judicio Dei in corpora continentium, libido hostilis peccare permissa est. VII, 41. Casti quomodo mortificent fornicationem. X, 846. Nihil pudendum est quod castum est. III, 405.

Caste Deum quærere quid sit. V, 760. Caste vivit qui solum Deum attendit. I, 969. Castum cor, quo gratis amatur Deus et ab illo non petitur aliud præmium. IV, 928. Castum cor non est, si Deum ad mercedem colit. IV, 658.

Castor et Pollux in deos relati. VII, 134.

Castra pro aciebus in prælio constitutis. III, 839.

Castrum Galbæ. IX, 207.

Castus Siccensis. IX, 143, 219.

Catu et Æmilius in tormentis unde victi primum, unde post victores. V, 1295.

Casula. V, 650.

Casus vocatur cujus ratio et causa secreta est. I, 585. Nihil omnino posse fieri sine causa. I, 983, 985. Casu nihil fit in mundo. VI, 17. Casibus omnia regi, impia doctrina est. IV, 270, 924. *V.* Cadere.

Catacarposis reliquiæ holocausti quod ignis consumpsit. III, 678, 679.

Catamitus Bucolicorum. VIII, 77.

Cataphryges hæretici. II, 438. Eorum auctores, dogmata,

nomen. VIII, 30. Cataphryges promissionem Domini de mittendo Spiritu sancto, in Montano et Priscilla completam asserunt. II, 1034, 305. Et se promissum Paracletum suscepisse. VIII, 506, 507. Secundas nuptias damnabant. VIII, 506, 507. Hic error damnans secundas nuptias a Tertulliano propalatus. VI, 43. Cataphryges in Phrygia schisma fecerunt. V, 1174.

Cataplasma ex Eucharistia. X, 1315.

Cataquensis Episcopus. II, 358.

Cataristæ, Manichæorum secta. VIII, 36, 37.

Catasta. V, 1235.

Catastolium. VIII, 375.

Cathari hæretici unde sic dicti; et etiam Novatiani appellati. VIII, 32. Cathari negabant Ecclesiam posse omnia peccata dimittere, et vetabant viduas nubere. VI, 508.

Catechismi ad baptizandos. VI, 210, 219, 220, 228. Catechizandi officium traditis præceptis docetur. VI, 311. Catechistæ orationis formulæ. VI, 328, 343.

Catechumeni. V, 136. Catechumenus dicitur cui baptismus quandoque debeatur. IX, 357. Catechumenorum gradus. VI, 203. Catechumeni initiatio. VI, 344. Catechumeni inuncti. III, 1714. Catechumenorum sacramentum. IX, 172. *Not.* Eorum sacramentum, quamvis non sit corpus Christi, sanctum est tamen et sanctius, quam cibi quibus alimur. X, 176. *Not. a.* Catechumeni secundum quemdam modum per signum Christi et orationem manus impositionis sanctificantur. X, 176. Catechumeni sanctificatio non valet ad intrandum regnum cœlorum, aut ad remissionem peccatorum, si non fuerit baptizatus. X, 176. Catechumeni ad Baptismum invitantur. V, 155.

Catechumenis baptismus est necessarius ut illuminentur. III, 1714. Eorum ad baptismum præparationes. VI, 636, 660. Catechumeni datis ad baptismum nominibus, abstinentia, jejuniis, exorcismis purgabantur, et usu matrimonii abstinebant. VI, 203. Catechumenis in ultimo vitæ an dandus baptismus non petentibus, nec pro se respondere valentibus. VI, 469. Opinio negans rejicitur, nec tamen damnatur. VI, 469. Cæcilianus existimans fideles non posse rempublicam administrare vult catechumenus semper esse: non probatur Augustino. II, 652.

Catechumenis fit missa post sermonem. V, 325. Cur catechumenis non prodantur sacramenta fidelium. III, 1875. Catechumeni nesciunt quid sit manducare carnem Domini. V, 754. Urgentur ut Pascha imminente dent nomen, ac si eos non excitat festivitas, ducat eos curiositas sciendi quid hoc sit. V, 135. Catechumenus catholicus divina caritate flagrans, non solum hæretico, sed et malo baptizato antetponendus. IX, 172. Catechumenorum vox in Psalmo ad gratiam sancti lavacri festinantium. IV, 464.

Catechumeni apud Manichæos an iidem qui auditores. IX, 357.

Cathedra magistri nostri, cœlum. V, 1203, 1237, 1320. Cathedra docentis magistri, lignum pendentis factum est. V, 1116, 1430. Cathedra pestilentiæ regnum terrenum cum superbia dicitur. IV, 1.

Catholicæ nomen, nota Ecclesiæ Christi. VIII, 175. Catholica etiam a suis inimicis Ecclesia nominatur. III, 128; IV, 643. Catholicam apud se potius esse quam apud adversarios, contendebant Donatistæ. IX, 623, 625.

Catholicum unde dicatur. IX, 292, 391, 741. Unde dictum velint Donatistæ. IX, *app.* 621, 830. Catholica communio. V, 33. Catholica fides. V, 1123. Catholica plebs. V, 762. *V.* Ecclesia. Catholici a calumniosis Donatistarum criminationibus innocentes. IX. 333. Catholicorum mansuetudo et lenitas erga Donatistas. II, 306, 307. Catholici Donatistas non persequuntur, sed se defendunt. II, 300. Non agunt adversus Donatistas, ut res eorum habeant. II, 345, 808. Quare Donatistas quærunt. II, 343, 811. Catholicorum in Donatistas contentio dilectionis est, non litis. V, 1586. Catholici Donatistarum saluti consulunt, dum ad unitatem eos cogunt. II, 401. Donatistæ furore et sævitia in Catholicos agunt, dicunt tamen se pati persecutionem. II, 307. Catholicos Donatistæ Macarianos appellant. II, 301. Dispar ratio agendi Donatistarum in Catholicos, et Catholicorum in Donatistas unde. V, 288.

Catholicum rebaptizare, immanissimum scelus est. II, 95. Catholici etsi persecutores aut traditores probarentur, non tamen rebaptizandi. IX, 274. Novi hæretici catholicis a quibus exeunt, novum nomen imponunt. X, 1053. Catholicos Pelagiani et Jovinianus appellabant Manichæos. X, 552. Quare. X, 571. Catholicorum sententia, Manichæorum inter et Pelagianorum sententiam media. X, 607. Sic tamen ut utrosque damnet. X, 611.

Catholici boni. III, 1569. Catholici mali. III, 1368. Catholicus pessimis moribus an hæretico præponendus eo solo quod hæreticus est. IX, 171. Catholici mali facilius convertuntur, quam hæretici. IX, 163. Catholicis in Ecclesia perseverantibus, quamvis pessime vixerint, quidam salutem promittunt. VII, 734.

Catholici scriptores quibusdam occasioni fuerunt ad hæresim moliendam. VI, 319.

Catilina. X, 751. Vir pessimus. VII, 71. Haud gratis malus. I, 680. Ejus tolerantia non vulgaris. I, 1356, 1357. Non fuit fortitudo, sed duritia, quod inediæ, algoris, vigiliæ, supra opinionem patiens erat. II, 736. Catilinæ conjuratio. VII, 80. Bellum civile. VII, 109. Catilina in bello civili prostratus est. VII, 71.

Catinensis urbis tecta vi favillæ ex Ætna monte erumpentis diruta. VII, 111.

Catius Deus, catos id est acutos facit. VII, 128.

Catonis laus. VII, 156. Catonis virtus veritati propinquior, quam Cæsaris. VII, 156. Cato minor se ipsum occidit Uticæ, ne ipsi pepercisse Cæsar gloriaretur. VII, 36. Cato impatientia se peremit. VII, 650. Catonis voluntariam sui ipsius cædem, ejus amici tribuerunt infirmitati. VII, 36. Et ipse in filio suo indicavit infirmitati tribuendam esse. VII, 36. Catonis lepidum responsum ad superstitiosum. III, 51. Cato uxorem suam alteri tradidisse laudatus. VI, 203, 388. Cato Uticensis Martiam uxorem suam cessit Hortensio. X, 810.

Catonis utriusque et innocentia et sapientia in proverbium abierunt. VII, 36. *Not. b.* Catonem imitari tutius, quam Jovem. II, 315.

Catosus coquus bene Christianus. VII, 766.

Catulinus subdiaconus. IX, 513.

Catuli bellum civile. VII, 109. Catulus hausto veneno se manibus inimicorum subtraxit. VII, 107.

Catuli leonum rugientes, et quærentes escam, dæmones quando tentant. IV, 1292.

Caudium oppidum Samnii. VII, 97. *Not.* 1.

Causa est fortuita, naturalis, voluntaria. VII, 151. Causæ omnium quæ fiunt, non sunt nisi voluntariæ illius naturæ quæ spiritus vitæ est. VII, 151. Et ita sensit Socrates. VII, 226. Non factis et pœnis, sed causis, mali et boni discernendi sunt. II, 524.

Causa originalis omnium a Deo. VIII, 877. Causa omnium quæ fecit Deus, voluntas ejus est. IV, 1745. Causa rerum bonarum, bonitas Dei; malarum, voluntas deficiens boni mutabilis. VI, 244. Causæ secundæ malorum, et ignorantia et concupiscentia. VI, 244. Causas rerum nosse an pertineat ad hominis felicitatem. VI, 238. Quas nosse debemus. VI, 235, 238.

Causa cadit, qui plus petierit, quam ei debeatur. IV, 1542. Causæ Christianorum ad Ecclesiasticos judices, non ad forum deferendæ. IV, 1570. Causam suam intra annum agere si quis neglexerit, ut deinceps vocem ejus nemo audiat institutum est in Concilio Carthagine habito 13 Septembris an. CCCCI. II, 235. Causam presbyteri episcopis sex terminari Concilio Carthag. an. CCCXLVIII aut CCCXLIX statutum est. II, 235. Causam agere ad duas. II, 169. Nec causa causæ, nec persona personæ præjudicat, effatum Donatistarum. II, 580, 584; V, 901; IX, 667, 676. Quatenus illud dictum toties a se recantatum volebant intelligi Donatistæ. IX, 667. Refelluntur. IX, 667. Hoc dicto se jugularunt Donatistæ. IX, 653, 684.

Cautionem contra nos tenebat diabolus, hanc cautionem, hoc chirographum, suo sanguine delevit Christus. IV, 1127. Cautio debitoris deleta sanguine Redemptoris. V, 745. Cautio promissorum Dei, Evangelium. V, 1469.

Cayphas. Hoc in eo egit propheticum chrisma, ut prophetaret; hoc autem vita impia, ut nesciens prophetaret. VIII, 331.

Cecrops rex Atheniensium. VII, 565, 568.

Cedar interpretatur tenebræ. IV, 1603.

Cedias ceu cesas aut chesas. IX, 209.

Cedrus et palma nec in tempestatibus curvantur. IV, 1180. Cedri Libani, altitudines sunt mundi. IV, 1024. Cedri, homines elati nitore terrenæ nobilitatis. IV, 213. Cedrorum contritio, nobilium ad imitationem humilitatis Christi, depressio. IV, 213. Cedrinum lignum, symbolum spei. III, 734.

Celer Proconsul Africæ. II, 223. Ejus procurator Spondeus. II, 536. Celer vir spectabilis, nullam jam uspiam gerit potestatem. II, 954.

Celerinæ basilica. V, 316.

Celeritati radii ex oculo emissi resurrectio comparata. V, 1263.

Celestius seu Cælesius, episcopus in Numidia, accusator Cæciliani. IX, 26, 775.

Celsinus. I, 921.

C. Celsus. II, 273.

Celsus quidam opiniones omnium philosophorum usque ad sua tempora, sex non parvis voluminibus absolvit. VIII, 23.

Celsus. I, 881. Ejus opinio de summo bono, et de summo malo. VIII, 168.

Celticchi Catechumeni et postea Episcopi historia. VI, 165.

Censura. Iujusta vincula disrumpit justitia. V, 510. Animas innocentes puniendas esse pro scelere alieno non putat Augustinus. II, 1067.
Census quid. III, 610.
Centaurorum fabula. VII, 570.
Centones. VII, 548.
Centrum pro universitate ponitur. VII, 696. Centrum vocant Geometræ medium terræ. VII, 590.
Centuria. V, 263.
Centurio. IX, 639, 640. Centurionis humilitas. III, 1526; IV, 428. Humilitas et fides. V, 415, 487, 1503. Centurio et Regulus inter se comparantur. III, 1525. In Centurione gentes figuratæ. V, 416.
Centurius laicus Donatista. I, 138.
Cephisos quibusdam idem est ac Mesappus. VII, 563
Cerberi fabula. VII, 570.
Cercopitheci. VII, 487.
Cerdon duos deos admisit. VIII, 664.
Cerdoniani hæretici eorumque dogmata. VIII, 29.

Cerebri tres ventriculi. III, 364. Pars cerebri anterior unde sensus omnes distribuuntur, ad frontem collocata est. III, 364.
Cerei laus ab Augustino dicta. VII, 468.
Cererem matrem magnam seu terram et Junonem esse perhibent. VII, 207. Ceres cum Libero seminibus præponitur. VII, 207. Cereris sacra. VII, 185, 210. *V.* Eleusinia. Cererem ac Liberum propter panem et calicem colere putantur Christiani a nonnullis. VIII, 379.

Ceretius episcopus. II, 1034.
Cerimonia a carendo quasi carimonia. I, 646.
Cerinthus hæreticus, ejusque opiniones. VIII, 27. Cerinthus et Hebion ideo anathematizati, quod Legis cerimonias Christi Evangelio minuerint ex Hieronymo. II, 257.
Cerinthiani hæretici. VIII, 27.
Certamen gratia nunc instituit, postea perficiet sanitatem. X, 1198. Etiam sub gratia homo spiritalis pugnat. X, 966. In hoc sæculo certandi vires præstantur, in futuro sempiterna pax. X, 1199. Certamen usque ad sanguinem. V, 1438. Certanti victoria datur per Christum. V, 1367. Certantem adjuvat qui certamen indixit. V, 1511.
Certitudo non eadem in omnibus quærenda est. I, 722. In rebus ad salutem animæ pertinentibus, certis incerta præponere grave peccatum. IX, 111, 113. Certum nihil est in hac terra, nisi mors. IV, 428.
Cervi proprietates allegorice exponuntur. IV, 465, 1698. Cervi designant repulsores linguarum venenosarum. IV, 214. Cervi maligni et spiritaliter transcendentes in cursu omnia spinosa veprium atque silvarum. IV, 1372.
Cervorum indoles cum fretum transeunt. VI, 81. Cervicati, superbi dicuntur [illegible], 1694.
Cethuræ filios ex ea filios procreavit Abraham, non incontinentiæ tribuendum, sed significationi allegoricæ. III, 566. Cethura et filii ejus, carnales novi Testamenti significant. VII, 512.
Cetorum magnitudo. II, 382. Ceti costæ Carthagine in publico fixæ. II, 382.
Chæremon peritus sacrorum quæ diis celebrantur. VII, 290.
Chaldæa ad regnum Assyriorum pertinebat. VII, 492.
Chaldæi philosophi. VII, 234.
Cham interpretatur calidus. VII, 477. Cham filius Noe pater Chanaan. IV, 1398. In filio suo Chanaan maledicitur propter prophetiam. III, 551. De Cham semine exorti Ægyptii. IV, 1398. Cham figura fuit perdite viventium. VII, 478. Hæreticorum. VII, 477.
Chamæleon. VIII, 988.
Chamos, nomen Dei cujusdam. III, 809.

Chanaan interpretatur humilis. IV, 1394. Paratus humilitati. IV, 1751. Motus eorum. VII, 478. Quo tempore sit impleta promissio Dei de terra Chanaan. VII, 524. Chanaan terra quomodo usque in sæculum pertinet ad semen Abraham. VII, 499.
Chananæi cur dicti sunt semen maledictum. X, 1426, 1428. Chananæorum nomine septem gentes Israelitis infensæ aliquando intelligendæ. III, 783. Chananæi labores Israel abstulit juste, Achab vero abstulit labores Nabuthæi injuste. II, 811.
Chananæa mulier, humilitatis exemplum. V, 483, 487. Chananææ perseverantia in petendo. V, 487. Ejus fides qualis laudata est. VI, 154.
Chaos materiam confusam et initio informem Græci appellant. III, 178.
Character Christiani, crux in fronte ipsius, ipsum docet quid profiteatur. V, 1386. Character Dominicus. V, 1350. Hunc portant baptizati. II, 754, 803. Characterem Dominus in fronte Stephani posuerat. V, 1437. Character sacramenti. *V.* Apostata. Character regius in militibus. II, 803.
Charus Hipponensis civis, orientalis autem diaconus. X, 352.
Cherubim scientiæ plenitudo latine dicitur. III, 214; IV, 1021, 1260. Cherubim creatura rationalis in multitudine scientiæ. III, 634. Cherubim in propitiatorio positorum explicatio mystica. III, 633. Duo testamenta figurant. III, 634. caritatis societatem commendant. III. 634.
Chettæus interpretatur abscisus. VIII, 450.
ΧΙΔΙΑΣΤΑΙ. VII, 667. Seu Millenarii. VII, 668.
Chilo Lacedæmonius unus e septem sapientibus. VII, 582.
Chirurgica unde dicta. I, 1088.
Chirurgi cujusdam Alexandrini bona fides. VII, 762.
Choraula malus, bonus symphoniacus. II, 228.
Chordæ. De decem chordis. V, 75.
Chorus est consensio cantantium. IV, 1953. Chorus concordiam significat, quæ in caritate consistit. IV, 1109. Chorus Christi jam totus mundus est. IV, 1955.
Chrisimum adversis rebus valde turbatum consolatur Aug. II, 1059.
Chrisma. V, 1100. Chrismatis sacramentum in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est, sicut ipse baptismus. IX, 342. Potest esse et in hominibus pessimis. IX, 342.
Christinus. II, 1070.
Christus sacramenti nomen. III, 2000. Christus Messias Hebraice, Græce Christus, Latine unctus, qui corpus suum (Ecclesiam) totum perungit. IV, 1370. Christus a chrismate dictus. III, 1648; VII, 549. Sive ab unctione. IV, 200, 1370; VIII, 53, 54, 645, 689. Quandonam unctus a Spiritu sancto. VIII, 1093.
Christus ab initio generis humani prædicari non destitit. II, 376; X, 973. Nec defuerunt qui in eum crederent. II, 376. Articuli temporum quinque, per quos prænuntiari non destitit. VI, 314. Christi promissionem, ne in aliquo regum suorum completam putarent Judæi, quid actum sit. VI, 338. Christus ubique sacrarum Scripturarum occurrit et reficit. VIII, 269. Christus a multis Prophetis prænuntiatus. V, 1674. Christi prophetati veritas, de Judæorum codicibus probatur. III, 1052. Testimonia Prophetarum de Christo. III, 1658, 1660, 1661. Eorumque prædictiones de illo. VII, 584. Prædictio de Christo, Eliezer juramentum. VII, 512. Christum Job prophetavit. X, 283. Christus in gestis et scriptis veteris Testamenti intelligendus. V, 31; VIII, 275, 276, 277. Christi figuræ fuerunt, sive quæ mystice patribus nostris per Angelica miracula apparuerunt, sive quæ per ipsos facta sunt. VIII, 895. Christum præloquuntur quæ in secundo Geneseos cap. leguntur. VIII, 280. Christus prænuntiatus in XLIV. psalmo. VIII, 53, 54. Et in LXVIII. VIII, 54. Psalmus LXXI de Christo, non de Salomone intelligendus. IX, 406. Christus prænuntiatus in Isaiæ prophetia. VIII, 57, 58, 59. Christus promissus et prænuntiatus a Prophetis. VIII, 282, 283, 284, 643. Christum non sufficienter annuntiassent miracula sine propheticis testimoniis. VIII, 279. Christus cum Jona comparatur. VI, 666. Christum non tam prophetavit Jonas sermone, quam sua quadam passione. VII, 587. Adventus Christi prædicitur. VII, 584, 588, 592, 593. Christus ipse et in Prophetis prædicabat. IV, 1845. Christum annuntiabant Prophetæ pleni Christo. IV, 1845. Prænuntiaverunt ut Deum et hominem. II, 521. Christus in antiqua lege prophetatus. II, 634. Scripturæ propter Christum factæ sunt. IV, 1779. Quidquid difficultatis habet homo in Scripturis, a Christo non recedat: cum ei fuerit in iis Christus revelatus, intelligat se intellexisse. IV, 1237. Multa quæ de Christo dicuntur, non ad litteram intelligenda. IV, 1597.
Christum aliis sacramentis prænuntiari cum venturus esset, aliis cum venisset annuntiari oportuit. II, 528. Alienigenarum testimonia de Christo. VII, 609. Oraculorum responsa de Christo. VII, 650, 651. Christum oracula non prædicant ut Deum, sed ut hominem tantum. VII, 652. Sanctum immortalemque confessa sunt. VII, 305. Christum sic laudant oracula, ut vituperent Christianos, quare. VII, 652. Christus cur fuerit prænuntiandus. IV, 1447. Christum præcesserunt multi præcones, tamquam judicem magnum. IV, 1258.
Christi nascituri quantum in antiquis sanctis desiderium. V, 890, 1658. Christi incarnatio etiam nondum facta profuit patribus antiquis. X, 401. Per fidem in Christum venturum justificabantur patres. IV, 385, 596. Christus antiquis patribus ac nobis idem. V, 1553.
Christus figuris in veteri lege celebratur. VI, 42. Christus figuratus in carnibus ad vesperam et panibus mane præstitis populo Israel. III, 616. Christus in sacrificiis veteribus prophetatus. VIII, 347. Figura de Christo. III, 791. Christi variæ figuræ ex veteri Testamento recensentur. VIII, 268, 269, 270, 271. Christi figura, lignum vitæ. VII, 701. Noe et arca. III, 2022; VII, 472. Isaac. III, 1464, IV, 245; V, 133; VII, 511; VIII, 852. Aries quem vidit

Abraham. VII, 511. Aries rubricatus. III, 655. Lapis Jacob, virga Moysi. VIII, 853, 880. Christus figuratus per Angelos, per Isaac, per petram, per arietem. VIII. 772. Per tres aves. IV, 1299. Per serpentem a Moyse exaltatum. IV, 1578; X, 1138. Christus petra, manna, columna, nubes, etc. VIII, 269, 270. Christus in Angelo luctante cum Jacob. IV, 506, 1936; V, 682. Christus in Moyse. V, 758. Christi figura Josue. VIII, 528. Christus et Ecclesia in ipsis Judicum et Regum temporibus figurantur. VIII, 271. Christi nomen et Ecclesiam ita exhibent præsentia tempora, sicut præterita nuntiarunt. VIII, 285. Christus in Samsone. V, 1640. Christus in Jechonia adumbratus. V, 341. Christus in agno, tauro, hirco. V, 133. Christi crucifixi in similitudine carnis peccati, figura in serpente æreo exaltato. V, 1342. Christus sic in velamento Legis latet, ut in hordeo medulla sub palea. V, 725. Christus per Lazarum significatus. III, 1352.

Christum ante carnem susceptam, fuisse visibilem, quidam existimant. VII, 508. Et apparuisse Abrahæ. VII, 508. Christus apparuit Abrahæ in persona Angeli. III, 563. Christi incarnatio, non incongrue creditur quibusdam fuisse revelata in gentibus. VII, 609. Christus tamquam Dominus Deus loquitur in prophetici libris, et tamen Christus apparet. VII, 705.

Christum nihil aliud quam hominem fuisse, quamvis excellentissimæ sapientiæ, pagani dicebant. I, 636; III, 1018, 1069, 1071. Fingebant edita esse ab eo libros de magicis. III, 1049. Eos que inscriptos Petro et Paulo. III, 1049. Christum suas sententias de Platonis libris didicisse quidam dicere ausi sunt. III, 56. Christum non vere, sed putative passum asseverabat Varcus hæreticus. VIII, 28. Cerdon. VIII, 28. Christum neque natum ex femina, neque habuisse carnem docebat Cerdon. VIII, 29. Deum annuntiatum in veteri Testamento, Deum Legis ac Prophetarum non esse patrem Christi, docebat Cerdon. VIII, 29. Docebant Marcionitæ. III, 1711. Christum hominem tantum dicebant Cerinthiani. VIII, 27. Ebionæi. VIII, 27. Photinus. II, 459. Christum colubrum esse arbitrantur Ophitæ. VIII, 28, 29. Christum, Sem filium putari a Sethianis quidam dicunt. VIII, 29. De Christi incarnatione errores Manichæorum, Photinianorum, et Apollinaristarum. X. 1033, 1034. Christum tantum hominem Photiniani, tantum Deum Manichæi volunt. V, 229. Christum alii tantummodo Deum fuisse dixerunt, alii hominem tantum; fides utrumque confitetur. III, 1663.

Christum serpentem (paradisi) dicunt Manichæi. VIII, 37, 38. Christum non solum in cœlo ac stellis, sed etiam in terra atque in omnibus quæ nascuntur in ea, confixum, colligatum et concretum Manichæi dicebant. VIII, 211, 212, 379. Christo in rebus omnibus colligato quomodo subveniri posse putabant Manichæi. VIII, 211, 212. Christum primi quem sibi fingebant hominis filium dicebant. VIII, 211 Eumque esse solem istum visibilem. III, 1652; V, 36. Christum nullam carnem habuisse error Manichæorum. X, 1586 De carne Christi quid Manichæi et Pelagiani, quidve Catholici contra eos credant. X, 1385. Christum Manichæi non verum, sed phantasticum, colentes. V, 28. Christum corpus habuisse vulnerabile et mortale negant Manichæi. VIII, 504. Christum ex utero natum credere indignum putabant. VIII, 178, 215, 217. Christum non habuisse matrem conantur asserere. IV, 1.9. Christum speciem carnis, mortem crucis, vulnera passionis, cicatrices resurrectionis mentitum esse suadebant. VIII, 37, 38, 179, 223, 238, 217, 256, 299, 300, 321, 322, 483, 487, 488, 489, 494, 495, 598, 599. Christum non habuisse carnem, et in corpore suo non resurrexisse, multi dixerunt. IV, 871.

Christum non semper fuisse, sed initium ejus, ex quo de Maria natus est, asseverant Caulianiani; nec eum aliquid amplius quam hominem. VIII, 34. Christum creaturam introducunt origeniani. VIII, 33. De Christo quid senserint Ariani. VIII, 680, 681, 686, 687. Christum non secundum formam Dei, sed secundum formam hominis, de humana carne contagia passum esse docebant Ariani. VIII, 725. Christum, Deum omnis creaturæ dicebant VIII, 721 Christum eumdem ipsum esse et Patrem et Filium et spiritum sanctum volunt Noetiani. VIII, 32. Sabelliani et Priscillianistæ. VIII, 44. Christum esse medium Trinitatis dicebat Petilianus. IX, 372. Christum in carne venisse negant Proclianistæ. VIII, 41, 42. Christum in carne venisse negant omnes hæretici. V, 989. Negant et omnes mali Catholici. V, 992. Error quorumdam negantium corpus Christi formatum de femina, et putantium sic factum esse, quomodo illud quo Spiritus sanctus apparuit in columba. VI, 302.

Christum sine anima carnem suscepisse docent Ariani et Apollinaristæ. VIII, 39, 40, 686, 687, 689. Quidam hæretici in Christo Verbum loco animæ esse, alii loco mentis humanæ crediderunt. II, 853. Hæresis fuit, quæ Verbum Dei illi pro mente, pro intellectu, pro ratione fuisse dixeret. V, 1124. Christum non assumpsisse animam rationalem dogmatizarunt Apollinaristæ. III, 1737; VII, 404. In Christo Verbum loco animæ fuisse sentiebant Apollinaristæ. III, 716; VIII, 40. Christum animam tantum, sine mente humana habuisse dixerunt Apollinaristæ. IV, 217. Quidam ex illa hæresi propagati dixerunt eum caruisse etiam ipsa anima. IV, 218, 1084 Christo jam nato animam rationalem accessisse, temerarium est dicere. II, 552. Christus unde animam acceperit. III, 422. Christi anima non est ex traduce III, 422. Et latentur ipsi Traduciarii. III, 424. Christus secundum aliquos, Sap. VIII dicit, *Sortitus sum animam bonam*. III, 413. Id examinatur. III, 421. De anima Christi difficillima quæstio est. VIII, 784.

Christi carnem non fuisse susceptam de carne Mariæ, et Verbi aliquid in carnem fuisse conversum docent Apollinaristæ. VIII, 40. Christum spiritale corpus secum attulisse, nihilque de Maria adsumpsisse, sed per illam tamquam per rivum aut fistulam transisse docebat Valentinus. VIII, 28. Christum non carnem deposuisse de cœlo, sed ex elementis mundi accepisse docebat Apelles, eamque mundo reddidisse, cum sine carne resurgens ascendit in cœlum. VIII, 30. Quid de carne Christi sentirent Priscillianistæ. VIII, 668. Christum non resurrexisse, sed resurrecturum dicunt Ebionæi. VIII, 27. In Christo humanam formam in divinam substantiam esse commutandam, quidam censuerunt. VIII, 708. Christum in carne contempsit Porphyrius. VII, 501. Quid de Christo sentiant Pelagiani. X, 609. Hæreticorum error de Christo tribus generibus terminatur. III, 1332, 1666 De Christo quid credendum. X, 1034. Christus quid erat ante incarnationem. V, 1095.

Christi duplex adventus. IV, 117, 1235; V, 202. Christi adventus in mundum, ratione carnis intelligendus. V, 939. Christum ut hominem tota Trinitas fecit. VI, 251. Christi Incarnatio opus est totius Trinitatis. V, 1096. Christus cur ad nos venit. V, 945; VI, 668. Præcipua causa adventus Christi, caritatis commendatio. VI, 314. Christo nulla fuit causa veniendi, nisi peccatores salvos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, et nulla est medicinæ causa. V, 945. Christus venit, ut salutem hominis procuraret. IV, 1089. Quia cecidit Adam, ideo descendit Christus. IV, 1598. Si tu, o homo, non dimitteres Deum, non fieret pro te Deus homo. IV, 572. Deus factus est homo, ut quoniam homo potes ad hominem, qui non posses ad Deum, per hominem venires ad Deum. IV, 1741. Christum de cœlo ad terram non merita nostra bona, sed peccata duxerunt. V, 944, 1074. Non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. V, 939. Si ille non esset homo, non liberaretur homo. IV, 766. Christus non quæreret quem fecerat, nisi fieret ipse quod fecerat. III, 1622. Christus factus est homo, ne periret homo. V, 174. Nisi venisset filius hominis, periisset homo. V, 895. De Christi in carne ad nos adventu pulchra. I, 701, 746.

Christus naturam humanam assumpsit, ut doceret id esse homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali colendum est. III, 170. Nullomodo beneficentius generi humano consultum est, quam cum ipsa sapientia Dei totum hominem suscepit. III, 134. Christus factus est particeps mortalitatis nostræ, ut efficeremur participes divinitatis ipsius. IV, 1546, 1785. Christus venit hominibus magisterium et adjutorium. II, 521. Christus nobis per mortale corpus apparuit, quia nos humilitate Filii Dei sanari oportebat. II, 946. Quantum locum habeat homo in operibus Dei, videt ex Filii Dei incarnatione. VI, 297. Christus carnem suscepit, ne homo carnalibus inhæreret. II, 1057. Homo factus est, ut nos deos faceret. V, 1012. Nostram naturam suscepit, ut de ipsa quam deceperat, diabolus vinceretur. VI, 291.

Christi generatio et nativitas duplex, utraque mirabilis. V, 260, 773, 1007, 1015, 1017, 1019, 1073, 1655, 1659, 1661, 1675, 1676. Christus quomodo incarnatus. V, 1061. Christi incarnatio quam miranda. V, 1011. Est ineffabilis. VI, 249. Forma servi accessit, non forma Dei discessit. V, 990. Verbum non recessit a Patre. V, 1097. Christus hic erat per divinam majestatem, venit per humanam infirmitatem. V, 940. Christi missio, ejus exinanitio. III, 1615. Christus exinanivit se apud homines, occultans quod erat, et demonstrans quod factum erat. V, 1003. Christus vadit latendo, venit apparendo, manet regendo. III, 1815. Homo in Christo non sic susceptus est a Sapientia Dei, quomodo et alii homines ab ea sapientes fiunt. VI, 301. Homo sic susceptus est a Verbo, ut simul cum eo Deus fieret. IV, 73. Christus sic homo factus est, ut non destiterit esse Deus. III, 1621; V, 999, 1203, 1205. Ipse homo Christus nunquam ita fuit homo, ut non esset unigenitus Dei Filius, propter unigenitum Verbum. X, 1157. Christus, Deus de Deo, lumen de lumine. III, 1635. Christus verus Filius Dei cur dictus sit. V, 774. Filius Dei æqualis Deo. V, 691. Filius Dei unicus. V, 1061, 1068.

Quomodo Dei Patris unicus. V, 769. Christus secundum formam Dei est invisibilis perinde ac Deus Pater. IV, 1789.

Christus verus et verax Filius Dei et hominis. VIII, 211, 216, 222. Christus et Dei Filius semper natura, et hominis filius qui ex tempore assumptus est, gratia. VIII, 688, 702. Christus Filius Dei natura, non gratia; verus, non adoptatus. V, 990. Christus nusquam scripturarum dicitur Filius Dei adoptione. VIII, 581. Refelluntur qui dicunt, *Qui filius est hominis, factus est Filius Dei; qui vero Filius est Dei, non est factus filius hominis*. V, 999.

Christus verbum et homo III, 1737. Deus et homo. IV, 528, V, 229, 196, 347, 573, 685, 1149, 1279, 1398, 1493. Christus est Deus, anima rationalis, et caro. III, 1836; IV, 1084; VIII, 690. Sicut unus homo, anima et caro; ita unus Christus, Deus et homo V, 940, 997. Christus non semi-Deus quasi parte Dei, Deus, et parte hominis, homo; sed totus Deus et totus homo. V, 1332. Verus Deus et verus homo. VI, 300, 459; VIII, 211. Christus Deus latens in carne. V, 1330. Deus et homo non duo sed unus est Christus. III, 1737, 1739, 1836; X, 144. In Christo gemina substantia, divina et humana, utrumque non duo, sed unus est Christus. III, 1836; V, 727.

Christus in unitatem personæ suæ accepit visibilem hominis ornatum. VIII, 756, 757. Deus non pars personæ Christi. VIII, 765. In unitate personæ ita Christus copulavit Dei hominisque naturam, ut et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. II, 519. Idem Deus qui homo, non confusione naturæ, sed unitate personæ. V, 999. Christus Deus simul et homo in unitate personæ. VI, 249. Unam facit Dominus cum servo personam. V, 436. Unica in Christo persona. II, 545; III, 1553, 1617, 1817; V, 568; VIII, 688; X, 1054. Non duo Christi sunt, nec duo Filii Dei. V, 1341. Christus filius hominis erat in cœlo, etiam quando in terra loquebatur. III, 1617; V, 436, 1340. Christus ob personæ unitatem, et in cœlo manebat et ambulabat in terra. X, 144. In Christo sunt duæ substantiæ, Deus et homo; sed una persona, ut Trinitas maneat, non accedente homine quaternitas fiat. V, 728, 999, 1203. In Christo distinguenda forma servi, non separanda aut alienanda, et in aliam personam constituenda. V, 309. In Christo propter unitatem personæ quælibet natura vocabulum alteri impertit, et divina humanæ et humana divinæ. VIII, 257. Dicitur de cœlo descendisse filius hominis, et crucifixus Filius Dei. VIII, 789, 790. De eodem Christo prædicantur diversa, ob diversas naturas hypostaseos. VIII, 840.

Christus geminæ gigas substantiæ, secundum quid obediens, secundum quid æqualis Deo. VIII, 689. Christus Patre minor et æqualis. VI, 250. Christus et unigenitus et primogenitus, quomodo. VIII, 581, 583. Christum non secundum susceptionem hominis, sed secundum divinitatis excellentiam primogenitum intelligi volebant Manichæi. VIII, 473, 382. Christus propter formam Dei, dicitur principium, primogenitus, dominus gloriæ; propter formam servi, sponsus procedens de thalamo, caput corporis Ecclesiæ, etc. VIII, 835. Christo ut homini Deus et Pater est et Dominus. VIII, 691. Ipsi Deus Pater formæ Dei, Dominus formæ servi. IV, 1785. In Christo plenitudo divinitatis corporaliter, quomodo. II, 846; III, 459. Quo discrimine habitet divinitas in Christo, et in membris ejus. II, 846. In Christo nec divinitas in creaturam, nec creatura in divinitatem mutata est. VIII, 829. Christum Dei Filium eumdem esse filium hominis incarnatione. V, 1000. Quomodo Christum filium hominis credere debemus. VIII, 223.

Christus ut homo ejus est naturæ, cujus et nos. V, 941. Christus eo ipso quo factus est filius hominis, qui distat a nobis. V, 680. Christus accessit ad id quod non erat, non amisit quod erat. V, 680, 685. Christi participatio in inferiora nostra, et participatio nostra in illius superiora, dissimilis. X, 174. Aliud in Christo stabile, aliud transitorium. IV, 1449. Priora Christi, ejus divinitas; posteriora, humanitas. IV, 1600. Christus unigenitus Dei non de nihilo factus. X, 1481. Christus quomodo Creator, quomodo creatus. II, 835. Christus immutabilis quantum ad Verbum. V, 689. Filius Dei non est mutatus per incarnationem. V, 105, 308. Christus sine sui mutatione homo factus. VI, 339, 345. Christus ideo est nostra firmitas, quia eum nostra non mutavit infirmitas. V, 106.

Christus perfectus homo. II, 853. Christus suscepit plenum hominem. V, 435. Totum hominem. V, 1124; VI, 186, 302, 353; VII, 305. Per spiritum, animam; et per animam, corpus suscepit. VI, 300. Christus habuit animam. VI, 302; et mentem hominis. VI, 301. Neque Christus aut non habuit animam, aut non habuit rationalem II, 542. Christus si solam suscepisset animam, membra ejus non essent nisi animæ nostræ. V, 878. An anima ejus ex Adamo propagata, an creata II, 717. *V. supra*. Christi anima non obnoxia peccato originis. II, 866.

Christi caro vehiculum quo processit ad nos et levavit ad Patrem. V, 673. Item vestis est jumentum, templum. V, 675. Christi vera caro, et ex Maria suscepta. V, 1619. Christi caro vera, quia non caro peccati, sed similitudo carnis peccati. V, 844. Christum negantes verum corpus habuisse, sed oculis visum esse quod non erat, refelluntur. V, 477. Christum habere veram carnem, contra Manichæos et Priscillianistas. V, 1122, 1123. Pro ter Verbum, Patri cara est Verbi caro. III, 1923. Christus habuit verum corpus. VI, 14, 300. Christi caro, vulnera, et cicatrices veræ. VIII, 250, 251, 340. Omnes conditionis humanæ affectus non simulavit, sed plane exhibuit; non conditionis necessitate, sed magisterii voluntate. VIII, 484. Imbecillitatem nostram suscepit Filius Dei. VI, 296. Christus humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem carnis, non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit IV, 1111, 1208; VI, 94, 95; VII, 414. Christi infirmitas fuit ex potestate. VII, 415. Christus esuriebat, et sitiebat, quia dignabatur, non quia cogebatur. V, 968. Somnus, cibus, et affectus humani, in Christo naturam humanam probant assumptam, non consumptam. II, 519. Christus communicavit nobiscum mala nostra, nobis daturus bona sua. V, 680. Contra Apollinaristas ostenditur habuisse Christum omnia hominis, præter peccatum. IV, 218.

Christi conceptio non habet exemplum. II, 707. Christus natus est de spiritu sancto, non ut de Patre, sed de Maria ut de matre. VI, 251. Christus sine concupiscentia conceptus. II, 844; III, 422. Christum non concupiscentia, sed gratia mater concepit. V, 823. Christi caro de nostra massa, non ex nodo concupiscentiæ humanis et femineæ. V, 928. Christus factus ex muliere, nullo interveniente concubitu. III, 403. Fide matris conceptus. VI, 249. Christum virgo non carnaliter concupiscendo, sed spiritaliter credendo concepit. IV, 826. Quomodo in utero maturuit et in cœlis. VI, 27. Christus in hunc mundum ad nuptias venit. III, 1452. Christi nuptiæ ad quas Judæi et gentiles invitari. V, 559, 1662. Christus natus est mortalis, ut mortem auferret. V, 1115. Mortalitatem suscepit, ut daret immortalitatem. V, 688. Christus venit in carne, carnis vitia mundaturus. V, 1019. Christus induit se mortale in virginitate matris, induet se vita in æqualitate Patris. IV, 1942. Christus venit suscipere mortem nostram, promittere vitam suam. IV, 1942. Ad hoc venit, ut mortem crucis subiret. IV, 857. De nostro mortuus, de suo mori non potuit. V, 710. Sacerdos noster a nobis accepit quod pro nobis offerret. IV, 1701. Accepit ex te, unde mereretur pro te. IV, 1942. Accepit mortem de nostro, ut nobis daret vitam de suo. V, 688, 1110. Quia passurus venit, occultus venit. IV, 567 Christus venit non facere quod peccatores, sed pati quod peccatores. IV, 1198. Venit Christus, ut resurgant animæ ab iniquitate, corpora a corruptione. III, 1586. Christus ad hoc venit, ut crederes Deo. IV, 1898. Et ut post vitam fidei, conferret vitam æternam. III, 1727. In Christi carne pœna sine culpa, ut et culpa sanaretur et pœna. V, 1374. Christus suscipiendo pœnam, et non culpam, et culpam delevit et pœnam. V, 954, 1343.

Christus suscepit iniquitatem nostram, sed ferendam et sanandam, non autem habendam. V, 1331. Carnem assumpsit, non iniquitatem carnis; assumpsit carnem mundam, mundatricem. IV, 1850. Carnem assumpsit de utero Virginis, ut mundam offerret pro immundis. IV, 1953. Christus de Virginis corpore non suscepit quod sanaret, sed unde sanaret. V, 1341.

Christi caro per psalterium et citharam significatur. IV, 672. Christi caro cilicium appellatur, propter similitudinem carnis peccati. IV, 333. Christi caro, saccus. IV, 852, 1854. Lucerna sapientiæ dicitur. IV, 1793. Christi caro, tabernaculum, et sponsa Verbi. IV, 1163.

Christum a peccatis non liberum fuisse, Juliani calumnia contra Catholicos. X, 561, 559. In Christo natura humana sine peccato propter tentationem. VIII, 688. Christus de humana carne contacta nulla passus est. VIII, 720, 744. Christus sic ad terrena contagia descendit, ut nullum habuerit peccatum, etiam ex Arianorum confessione. VIII, 761. Christus sine peccato conceptus, ut solveret peccatum. V, 817. sine peccato natus, quia sine libidine conceptus. V, 442, 785, 823, 852. Christi nullum peccatum, nec originis nec propriæ iniquitatis. V, 824, 928. Christus peccatum originale non traxit. X, 1553. Christus solus sine peccato originali. X, 1416. Quomodo fuerit alienus a peccato originis. IV, 591. Christus solus sine peccato natus. X, 142, 253, 1085. solus potuit ita nasci, ut ei non opus esset renasci. VI, 255. Christus solus in carne sine peccato et ignorantia. VI, 60. solus Christus sine peccato in hac vita. III, 733, 867, 1696, 1697, 1847; X, 184. Quare. X, 815. Christus peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. X, 815. In Christo natura humana impeccabilis, X, 934.

Christi carnem cæterorum carni coæquare, blasphemia est. X, 1375. Coæquant Pelagiani. X, 1418, 1429. Christi carnem cæterorumque nascentium ejusdem putat Julianus esse puritatis. X, 813. Christo libidinem conatur Julianus inferre. X, 1371, 1375. Christi nativitas de carne in quo nostræ similis et dissimilis. X, 174. Christi caro non a natura atque substantia carnis nostræ, sed a vitii communione distinguitur. X, 1587, 1588, 1608. Christus non sumpsit carnem peccati, quamvis de materna carne peccati. X, 174. Christus quia non de carnis concupiscentia natus, non habuit carnem peccati. X, 1590. Veritas membrorum in Christo, non cupiditas peccatorum. X, 1370. Christus in carnem suam peccatum non transtulit, sed mortem. X, 145. Christus mortalitatem de matris mortalitate traxit, non vero peccatum. X, 814. Christi caro senescendo, ad mortem etiam ventura fuisse videtur. X, 180.

Christus non habuit cupiditatem vitiorum. X, 1366, 1369. Christus concupiscentiam non habuit, ac per hoc peccatum sicut non fecit, ita nec concupivit. X, 1390. Christus non per concupiscentiam natus nulla concupivit illicita. X, 1373, 1374. Christus non ideo debuit habere concupiscentiam, quia se imitandum proposuit. X, 1338, 1390. Exempli rationem non tolli in Christo, etiamsi non habuerit concupiscentiam communem nobiscum. X, 815. Concupiscentiam carnis Christus si habuisset, non eam sanasset in nobis. X, 816. Qui in Christo negant concupiscentiam, non propterea conveniunt cum Apollinaristis. X, 814. Christus solus concupiscentiam non habuit. X, 562. In Christo concupiscentiam diabolus non invenit. X, 1341, 1366, 1384, 1387. In carnem Christi cur non transierit concupiscentia. X. 814. Carnis sensus in Christo fuerunt, non concupiscentia. X, 1367.

Christi caro non caro peccati erat, quæ non de carnali delectatione nata erat. VI, 64. Christi corpus non caro peccati, sed similitudo carnis peccati. III, 422; V, 179, 744, 844. Christus solus habuit similitudinem carnis peccati, quæ non esset caro peccati. X. 1384, 1385. Christi caro quomodo in similitudinem carnis peccati. VIII, 297; X, 813. similitudo carnis peccati, in qua Christus venit ad nos, dicta est peccatum. VIII, 744. Christus sine peccato, factus tamen peccatum. VI, 252. Quo sensu. V, 825, 845; X, 599. Quomodo appellatus peccatum. X, 403. Quomodo peccata et delicta habere dicatur, qui peccatum non fecit. IV, 172, 400; V, 1607. Christus fuit delictorum susceptor, non commissor. IV, 849. Delicta nostra sua delicta fecit, ut justitiam suam nostram justitiam faceret. IV, 172. Christus solus in hominibus verum dicere potuit homo Deus : Si invenistis in me peccatum, dicite. IV, 590. In Christo integritas sine peccato, redditio sine debito, flagellum sine merito. IV, 463. Non solveret a vinculis nisi liber a vinculis. IV, 1850. Christus quomodo missus ut de peccato damnaret peccatum. V, 745, 823. Per solum Christum diluitur originale peccatum. VI, 255. Et alia originali peccato addita. VI, 256. Quod Christus ut homo aliquid sit amplius quam cæteri homines. IV, 217.

Christi humana natura non ante esse cœpit, quam a Dei Filio susciperetur. VI, 252. 301. In Christo homo qui assumptus est, non prius creatus ut post assumeretur, sed in ipsa assumptione creatus est. VIII, 688. Christus non fuit prius Filius hominis et postea Filius Dei, sed ipsa susceptione factus est. V, 941. Christus Dei filius suscepit totum hominem non antea se promerentem, sed omnino gratis. V, 941. Pelagiana hæresis eo ducit, ut putetur Christus voluntatis suæ virtute meruisse, ut a Verbo Dei susciperetur. X, 1386. Christus præclarissimum prædestinationis lumen. X, 982. Summum gratiæ exemplum. VII, 308.

Christus prædestinatus. III, 1907; X, 982. Quisquis Dei Filium prædestinatum negat, hunc eumdem Filium hominis negat. III, 1907. Quod in unitatem personæ unigeniti assumptus est homo, gratiæ est, non naturæ. III, 1828. Ad personam unigeniti Filii Dei per gratiam pertinet natura humana. III, 1844. Christus ut susciperetur non meruit. VI, 250. Non ex meritis, sed ex gratia homo Christus est ab initio suo Dei Filius. X, 1137, 1138. Ex Pelagiano dogmate quæ sequatur impietas contra gratiam Christo propriam. X, 1137. Christo gratia quodam modo fuit naturalis. VI, 252. Per eam factum est ut nullum posset habere peccatum. VI, 250. Hanc gratiam insinuat modus, quo natus est Christus de Spiritu sancto. VI, 251, 252.

Christus ex Adami semine, non seminali ratione procreatus : in eo cum cæteris non peccavit. X, 1401. Christus an et quomodo in lumbis Abrahæ. III, 424. Christus ex carne Abrahæ non fervorem vulneris, sed materiam traxit medicaminis. III, 424. si Christus in Abrahamo secundum animam fuisset, non potuisset non decimari. III, 425. Christus non decimatus in Abrahamo, quomodo. X, 1552.

Christus homo dominicus. VI, 26, 42. Christus homo cœlestis. VI, 409. Etiam secundum carnem. X, 1602. Christi divinitas opponitur Romuli divinitati. VII, 757, 759. Christum Deum esse, et miracula et prophetiæ in illo impletæ persuadent. VII, 757, 759. Christum Deum esse persuadet confessio constans martyrum. VII, 676, 758. *Not.* Christum esse Deum intellexit mulier, quæ ab eo peccata sibi posse dimitti credidit. V, 599. Christi latentem divinitatem prodere, divina quæ gessit. V, 700. Christus Deum se esse probat. III, 1812. Christus hoc agit dictis et factis, ut Deus et homo credatur. III, 1622. Christus numquam a Verbo separatus. III, 1817. Numquam desertus. IV, 79. Nec passionis humilitate a Verbo depositus. IV, 74. Anima Christi numquam separata a Verbo. III, 1738. Christus dictus etiam sola caro, et sola anima. III, 1739, 1740, 1836. In Christo suscepta est et Ecclesia a Verbo. IV, 77.

Christus secundum quod Filius Dei non habet genus in terra. VIII, 259. Christi origo carnalis ex justis et peccatoribus. III, 769. Christus de regia stirpe et de sacerdotali. III, 809 1072. Christus quomodo filius Abraham et David. V, 537. Christus Filius Dei et Filius David. VIII, 468, 469. Christus filius David. III, 1742. Filius est et Dominus David. V, 345. Christus se filium David non negat. V, 572. Christus tamquam ex utero genitus est a David. IV, 1459. Christum ex semine David esse secundum carnem, omnium librorum atque linguarum clamat auctoritas contra Manichæos. VIII, 248, 249. Christus filius David merito appellaretur, etiamsi Maria ex David nullam originem duceret. III, 1072. Quæstio Judæis facta de Christo. V, 572. De Christo quid credendum. V, 1073, 1149. Christus non se negat filium Joseph. V, 342, 343. Generationes ab Abraham usque ad Christum. V, 337.

Christi generationem aliter Matthæus, aliter Lucas recensuit, quare. VI, 49; VIII, 214. Christi progeneratores alios Matthæus, alios Lucas commemorando non mentiuntur. V, 330; VIII, 216. Christi generationes cur Matthæus descendens numerat, Lucas ascendens. V, 331. Quare per Joseph numerantur, non per Mariam. V, 342, 350; VIII, 470; X, 810. De quadragenario numero in generationibus Domini. V, 352. Christi generationes cur LXXVII numerat Lucas. V, 353. In Christi generatione cur recenseantur peccatores. VIII, 440. Christus quare de tribu Levi nasci noluit. VI, 50.

Christi duæ nativitates. III, 1488, 1648. Christus antequam nasceretur, et ante omnia tempora erat. IV, 1186, 1187. Non in forma Dei, sed in forma servi natus est ex femina. VIII, 217, 218. Cur nasci de femina voluit. V, 105, 334, 1007; VI, 141, 186. Christus voluntate natus, misericordia mortuus. IV, 1241. Christus sibi fecit matrem de qua nasceretur. IV, 958. Christi ex Virgine nativitas. VI, 643. Christus cur partum Virginis elegit. VIII, 440. Hominem Deum ex Virgine nasci decuit. VI, 174. Christus Virginis filius et Virginum sponsus. V, 1018; VI, 397. Nobilitas fuit nascentis in virginitate parientis, et nobilitas parientis in divinitate nascentis. V, 1029. Quare Christus ex Maria carnem sumere voluit. III, 405. Christus non ideo ex Maria virgine natus, quod aliter in vera carne exsistere non posset. VIII, 483, 488.

Christus natus est illæsa matris virginitate. V, 999, 1004, 1005, 1011, 1068, 1075. Incorrupta illius integritate. VI, 186, 249. Per clausa ostia natus est. V, 1074, 1157. In exitu Christi per virginea inviolatæ matris viscera, introitu per clausa ostia, tota ratio facti est potentia facientis. II, 519. Christus sine peccato natus, quia non per concupiscentiam natus. X, 1384, 1385. Christi nativitas carnalis ideo secundum Ambrosium expers delicti, quia non est de commixtione sexus utriusque. X, 444, 1389. Christus solus ex solo utero genitus. IV, 1459. Christus in solitudine natus est, quia solus ex Virgine natus. IV, 1845. Christi nativitas prodigiis plena. VI, 663; VII, 514. Signa in Christi nativitate. VI, 643. Christus quo tempore natus. VII, 109, 608. Quo die, quo Consule natus est, constabat tempore Augustini. III, 1592. Quot anni a nativitate aut a resurrectione ejus numerabantur. II, 911. Christus hic diem habet natalem ut homo, non ut Deus. V, 1302. Christus natus est octavo Kalendas Januarias. III, 629; VIII, 894; IX, 572. Christus conceptus est et mortuus circa octavum Kal. Aprilis. III, 629; VIII, 894. Christus natus est quando dies jam incipiunt crescere, Joannes vero cum incipiunt minui : quo mysterio. IV, 1735. Christus ante Joannem factus, id est Joanni antepositus. V, 1678. Christi natalis diei cum opere Christi congruentia. V, 1000, 1007, 1013, 1015. Christi et Joannis natalis cur celebretur, non vero aliorum. V, 1301, 1313. Christus qui nascatur in nobis. V, 1659.

Christus cur post tam longa tempora venerit. X, 973, 974. Christus cur non ante venerit. III, 1638. Quare non in principio peccati hominis venit. VI, 28. Venit vero in juventute et in senectute mundi. I, 626; V, 504. sexta ætate humani generis. VI, 55. Quare venit post datam Le-

gem. V, 28. Christus tunc hominibus apparere voluit, et apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, et ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. II, 374.

Christus cur infans natus est et imbecillis, cum expers esset peccati. X, 149. Christus Deus nostri causa infans. V, 108, 1020. Mira in Christo infante dissidentium attributorum convenientia. V, 997, 1001. In Christo infante nec ignorantia nec animi infirmitas. X, 180.

Christi patria, populus Judæorum. III, 1524, 1526. Et nos ipsi. III, 1526. Christus in Judæa natus, sed non soli Judææ. IV, 1243. Christus condens Sion et nascens in Sion. IV, 1846. Christus natus, in se Judæos et gentes mox copulat. V, 1026. Quomodo Christus non receptus a suis. V, 1303. Christo nato omnis fidelium gradus attestatur. V, 1019, 1657, 1659. Christus natus Magis manifestatur. V, 1663. Judæis et gentibus. V, 1668. Christi pulchritudo. IV, 493.

Christi præsepe securitatem veniæ peccatorum, et oblivionem curarum malæ conscientiæ generat. III, 881. Christus et parvus magnus est. IV, 1230. Magnitudo illius ante dies, ultra dies, sine die. IV, 1230. Christus miracula omnia fecit, etiam antequam natus homo. IV, 1150.

Christi paupertas summa. IV, 844. Christus pauper nasci voluit. III, 696. Christus cur egenus factus est. V, 243, 916, 1129, 1391. Christus implere venit pauperes, qui pauper effectus est. IV, 453. Dignatus est indigere, ut posset operis mercedem reddere. V, 968. Christus egere voluit propter te, ut haberes ubi seminares terrena quæ dedit, et meteres vitam æternam. V, 91. Christi paupertas, divitiæ nostræ sunt : quomodo infirmitas, et stultum ipsius, et mortalitas, est fortitudo, sapientia et immortalitas nostra. IV, 454. Christus pauper et dives, quomodo. V, 113, 215, 685. Christi divitiæ quæ? IV, 844.

Christi humilitas in incarnatione commendata. IV, 502. Humilitas Christi. III, 1390, 1681, 1787. Christi humilitas explicari non potest, nedum ejus divinitas. III, 1402. Christus vermis propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter Virginis partum. II, 383. Christi humiliatio non potuit nisi alta esse. IV, 1735. Christus ita humiliavit semetipsum, ut minor videri non potuerit. III, 1903. Seponit divinitatem, dum occultat quod suum erat, apparet quod acceperat. V, 488. Humilia quæ de Christo narrantur, ad carnem ejus pertinent ; sublimia ad divinitatem. III, 1662. Christi humiliatio misericordia est, non impotentia. IV, 1239. Exinanivit se sumendo quod non erat, non perdendo quod erat. V, 573. In ea carne parvus exiit, in qua resuscitatus per clausa ostia magnus intravit. V, 1074, 1157. Cur tanta humilitate ad nos venerit Christus. VII, 221. Propter magnum superbiæ peccatum Deus humilis venit : hæc causa, hoc peccatum magnum, iste ingens morbus, animarum omnipotentem medicum de cœlo deduxit. IV, 163, 302. Christus incarnatus est, ut humilitatis viam doceret. V, 1321. Christus humilis via, Christus excelsus et Deus, veritas et vita. V, 778. Christus humilis apparuit, ut eum caperemus. IV, 1239. Verbum Dei panis Angelorum lactescit incarnatione, ut ad parvulos perveniat. IV, 303, 1710. Christus idem Angelorum in cœlis, et hominum in præsepio cibus. V, 1016. Christus creator Angelorum factus est homo, ut panem Angelorum manducaret homo. V, 1016. Christus in præsepio, fidelium cibaria jumentorum. V, 1008. Cibus cui capiendo invalidi eramus, missus est carni, et Verbum caro factum est, ut infantiæ nostræ lactesceret Dei sapientia. I, 745, 1286. Christus nisi esset humilis, nec manducaretur nec biberetur. IV, 303. Humilitas, caro et crucifixio Christi, lac est quod sufficit parvulis. IV, 1615. Christus humilitate altitudinem præcedere voluit. III, 1624. In Christum humilem qui non offendit, non formidabit excelsum. III, 2000. Christus latuit, ut infirmitate præberet exemplum. III, 1622. Christus exemplum magnum humilitatis nobis præbuit. III, 1631. Signum Christi est humilitas ejus : noluit stellam esse in fronte fidelium signum suum, sed crucem suam. III, 1396. Christi humilitatem qui respuit, superbus est, et longe a sanitate. V, 687.

Christus non solum loquendo, sed etiam nascendo magister exstitit. VIII, 440. In se nos discere voluit quid in hac vita contemnendum, quid in altera sperandum esset. II, 543, 549, 550, 551. Christi ortu justitia nobis allata. V, 1003, 1013.

Christi circumcisio die octavo facta, ut ejus resurrectionem significaret. II, 680. Prophetia de Christo non occidendo in infantia. III, 629, 632. Christus in Ægyptum portatus, factis jam loquebatur membris suis, ut persequentes se inimicos fugerent. V, 1034. Christi sapientiam in annis duodecim seniores mirabantur. III, 422. Christus ut esset parentibus subditus, non divinæ majestatis fuit, sed ætatis humanæ. VIII, 786, 787. Christi obedientia opposita inobedientiæ Adæ. VII, 423. Vita Christi compendio descripta. III, 135. Christus quare voluit baptizari. III, 1411, 1415, 1418 ; V, 1322 ; VI, 255 ; IX, 77, 182, 290. Cur baptizari voluit, qui sordes non habuit. IV, 1164. Suscepit commendanda medicamenta, non vulnera. V, 1335. Cur sacramenta veteris legis suscepit. V, 1048. Baptizatus est, ut congrueret pœnitentibus. X, 1376. Ut humilitatis viam doceret. V, 1321. Dum baptizari voluit, humilitatem suam altius commendavit. II, 843. Cur non solus baptizatus a Joanne. IX, 238. Christum annorum fere XXX baptizatum fuisse, auctoritate evangelica retinetur. III, 55. Quare Christus neminem baptizavit. III, 1305. Christus baptizat omnes, quos ministri ejus baptizant. III, 1417.

Christus cur quadraginta diebus jejunavit. V, 1211. Cur esuriens non fecit panem de lapide. IV, 1164. Sicut in nuptiis vinum de aqua. V, 686. Christi esuries et sitis, nostra bona opera et populorum fidem respiciebat. IV, 336, 736, 831. Christus cur se a diabolo tentari permisit. V, 685. Christus quando a satana tentari voluit, nos transfiguravit in se. IV, 724. Christi tentatio, nostra doctrina est. IV, 1149. Tentatus est, ut suos doceret resistere tentatori. V, 685. Christi tentatio tripartita est, propter tria vitiorum genera, voluptatem carnis, superbiam et curiositatem. IV, 116. Christi mysterium in veteri Testamento revelatum. V, 1377.

Christus hîc non bonis potitus, sed mala perpessus. V, 134. Christus calceatus fuit. V, 608. Christus tentans Philippum. V, 28. Christum quidam putantes in aliquo mentitum, neque eventura esse quæ nunciatus est impiis. V, 478. Unde nata hæc opinio. V, 478. *V.* Filius Dei, Verbum. Christus in loco Joann. VII a mendacio vindicatus. V, 737, 740, 741. Testimonium etiam de seipso quam verum sit. V, 713. Christus interpellatus ut fratri jubeat hereditatem partiri, cur facere renuit. V, 1592. Christus divisor hereditatis esse nolens, quid doceat. V, 606. Christus Jesus transiens interpellatur, et sanat. V, 545. Christum Jesum transire quid sit. V, 544, 547, 1551.

Christi miracula. VII, 608. Alia sunt ei communia cum aliis : at proprium ipsi fuit nasci de Virgine, a mortuis resurgere, in cœlum ascendere. II, 522. Christum magicis artibus fecisse quæ fecit, calumniantur infideles. V, 256, 447. Christi facta etiam aliquid significabant, quasi verba. V, 486. Aliquid aliud quam quod præ se ferebant. V, 592. Christi facta, quæ verba sint. V, 582. Christus lectoris officio functus. X, 140.

Christi actionum quarumque scopus. V, 1615. Christus in omnibus quæ fecit, nos admonet quemadmodum hic vivamus. V, 475. Quod agit Christus, venit ad nos ; et quod agimus propter illum, redit ad nos. V, 1475. Quid fecerit Christus ut hominem laborantem sanaret. V, 543. Cur primum elegit pauperes et idiotas, non divites, non oratores, etc. V, 557. Christus totus et Apostolis innotuit, et nobis : sed nec ab eis, nec a nobis totus est visus. V, 660. Quomodo nos invicem adjuvent visa nostra. V, 660. Christus tributum solvens, mortem indebitam se soluturum præsignabat. V, 845. Christus Judæos terrendo revocavit ad misericordiam erga mulierem in adulterio deprehensam. II, 657, 658. Christus cum se abscondit, infirmitati nostræ consuluit, non suæ potestati derogavit. III, 1774. Christus non mortuum flebat, sed mortem quam sibi homo peccando comparavit. V, 938.

Christi in monte oratio. V, 475. Christus orat pro nobis, ut sacerdos noster ; orat in nobis, ut caput nostrum ; oratur a nobis, ut Deus noster. IV, 1081. Christus ex quo homo, ex hoc et infirmus ; ex quo infirmus, ex hoc et orans. IV, 216. Christus ut Deus Verbum, non habet ad quem, aut quare orat. IV, 216, 337. Christus orat, et dat quod orat. V, 1083. Oravit Christus pro omnibus quos redemit, sive tunc viventes, sive postea futuros. III, 1917, 1919. Ad hoc oravit, ut doceret orare ; ad hoc passus est, ut doceret pati ; ad hoc resurrexit, ut doceret sperare resurrectionem. IV, 663. Christi oratio, nostræ est infirmitatis indicium. IV, 79. Discipulorum est ædificatio. III, 1902.

Christus passurus Pascha celebravit ea vespera, qua incipiebat primus dies azymorum. II, 993. Christi pedes discipulorum lavantis, humilitas quanta. III, 1787. Quotidie lavat Christus pedes nobis. III, 1789, 1790, 1794. Christus etiam ante mortem, carnem suam mutavit in quod voluit. V, 1618. Christi perturbatio, cum Judas exiturus esset, quid significat. III, 1799. Christus propinquante hora passionis, potestate turbatus est. III, 1797, 1799. Turbatus est, quia voluit. III, 1755. In illius potestate erat sic vel sic affici, vel non affici. III, 1755. Christus pro nobis turbatus est. III, 1798, 1799. Turbatus est, ne nos desperemus. V, 1309. Quantum bonum sperare debemus de participatione divinitatis Christi, cujus nos et perturbatio tranquillat et infirmitas firmat. III, 1798. In Christo turbatur nostra infirmitas. III, 1799. Christus in se transtulit membra sua, et eorum affectum suscepit. III, 1769, 1799. Christus cum tristis fuit, membra sua infirma in se figuravit. IV, 481, 1208, 1368 ; V, 193, 1398. Christus loquitur ut peccator,

sed in persona membrorum suorum. III, 422. Christi fuit tristitia vera, sed voluntate, sicut ipsa caro, suscepta. IV, 1208. Christo unde tristitiæ causa. IV, 838. Christus moriturus ex eo quod nostrum habebat, non in se, sed in nobis pavebat. IV, 250. Humana voluntas in Christo mortem refugiens. V, 1513. Christus sanguinem sudans de toto corpore, quid significet. IV, 1817.

Christi traditio, et a Juda, et a Deo. V, 1383. Quod Judas vendidit, Judæus emit, Christianus acquisivit. V, 1474. Christus patienter utebatur proditore. III, 1786. Christi in Judam proditorem patientia. IV, 73, 138. Christus Judam proditorem deserens, figuratur per Davidem fugientem a facie filii Absalonis. IV, 72. Christus in Judam sperasse dicitur, quia fideles aliquos in illum seminabat. IV, 461. Christus seipsum tradidit. III, 1802. se tradidit Judæis, ut fieret de nescientibus voluntatem suam. III, 1951. Auctor calicis passionis suæ, i. se est qui bibit. III, 1952. Christus a Patre, a se ipso, a Juda traditus est. II, 324; III, 2052; IV, 795. Christi mortem iniquæ voluerunt impii, Deus justo permisit. IV, 743. Cur Christus percutienti maxillam, alteram non præbuit. III, 1934, 1935. Christus percutientem se punire noluit, ut nos pacem doceret. III, 1934, 1935.

Christi passio. VII, 585, 588, 591. Quidquid passus est homo, non potest dici non passus Deus. IV, 1711. Deus crucifixus recte dicitur de Christo. II, 746. Cum sit totus Christus Verbum anima et caro, ad totum refertur quod in sola anima tristis est, aut quod in solo homine crucifixus, aut quod in sola carne sepultus. V, 1069. Christus quando crucifixus est, defectus solis vere prodigiosus. II, 917. Christus recte dicitur mortuus, etsi divinitas ejus non moriatur. IV, 455. Christus, quia latebant oves in vepribus, ideo ad eos inveniendos non pervenit, nisi spinis passionis coronatus. V, 554. Christi manus extentæ in cruce, quid significent. IV, 755.

Christus ideo crucifixus, ne quis genus aliquod mortis, quod homines ignominiosissimum arbitrantur, horreret. VI, 187. Ideo crucifixus, ut in cruce ostenderet veteris hominis nostri occasum. V, 1105. Christos cur in passione tacebat. IV, 407. Christus in crucis cathedra docens regulam ætatis. V, 1450. Insultationes sustinuit ad exemplum nostrum. IV, 533, 1152. In cruce docuit nos adversus linguas hominum esse patientes. IV, 551. Calumniæ infidelium hæreticorum, schismaticorum, dæmonum vituperantur, cum Christus crucifixus attenditur. IV, 1578. Christo insultantium cur nutabat caput. IV, 1339. Christi longanimitas in cruce. IV, 1096. Christus noluit descendere de cruce, quia patientiam docebat. III, 1597, 1675, IV, 462, 737, 882. In cruce distulit potentiam, publicavit misericordiam. III, 1665. *Vide* Crux. De cruce descendere differebat Christus, ut de sepulcro resurgeret. III, 1487. Christi fortitudo te creavit, infirmitas Christi te recreavit. III, 1512.

Christus quomodo factus peccatum et maledictum. VIII, 297, 744. Christus non meruit maledictum, licet in ligno pependerit. VIII, 166. Tam non est contumelia Christi, cum Moyses eum dixit maledictum, quam non est laus Christi, cum Manichæi negant carnem habuisse mortalem. VIII, 298. Christus non merito iniquitatis, sed officio misericordiæ suæ passus est. VIII, 545. Christi passio non ex indigentia, sed ex misericordia. VIII, 542, 547. Christus et nasci potuit non satus, et pati non partus. VIII, 485, 486, 487, 488. Christi in passione caritas, VI, 656. Christi interfectoribus paratum ex ejus sanguine medicamentum. V, 946, 998.

Christus speciosus, sed fœdus factus propter fœdam sponsam, ut eam faceret pulchram. V, 582. Christus orat pro crucifixoribus suis. V, 196, 524. De Christi deformitate processit decor Ecclesiæ. V, 259. Tanto carior et dulcior factus est sponsæ, quanto magis deformis. V, 259. Ut animam pulchram faceret, fœdus factus est. IV, 1338. Christus deformis et speciosus. V, 181. Quomodo. V, 766. Christi deformitas pulchritudo nostra est. V, 181. Christus etiam in cruce decorem habuit. IV, 493. Christus iis fœdus apparuit, a quibus passus est. IV, 1681. Fœda species crucifixi parturiit pulchritudinem resurrectionis. V, 1184. Christus propterea hic exhonoratus atque crucifixus, ut doceret nos bona hujus sæculi contemnere magis, quam diligere. II, 993. In Christo doluisse divinitatem cum caro ejus in cruce figeretur, hæresis quædam dixit. VIII, 44. Christus ex persona membrorum dixit, *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* II, 544, 550; IV, 567, 625, 695, 882. Et ex persona martyrum. II, 550. Christus sæpe ex persona Ecclesiæ loquitur. II, 545. Christus in sua passione gravans infirmitatem nostram portabat. II, 545; IV, 172. Christus in passione clamans non exaudiebatur. IV, 175. Christus derelictus est non ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus. II, 550. Christus in Ecclesia, et Ecclesia in Christo patiebatur. II, 545.

Christi latus apertum, ut omnes per illud intrent. VI, 704. Christus lancea, apertum est ostium, quando latus ejus perforatum. V, 1415. Inde aqua sanguisque profluxit: in uno mundatio tua, in altero redemptio tua. V, 1415. Christi conjux Ecclesia, de latere in cruce dormientis formata. IV, 1324, 1581, 1672, 1684, 1785. Christi aperto latere effusus est sæculus pretii nostri. V, 1454, 1475. Christi latus lancea perforatum est, et manavit pretium nostrum. V, 1064. sanguis Christi si non funderetur, orbis terrarum non redimeretur. V, 685. Christus sanguine suo delevit omne peccatum. V, 824. Fecit nobis collyrium de sanguine suo. V, 755. Sanguis et aqua exiens de latere Christi, gemina Ecclesiæ sacramenta. IV, 461, 1785; VI, 689, 696. Cum botrus ille pressus est, manavit illud unde calix inebrians quam præclarus est. IV, 649. Christi sanguis in terra, magnam vocem habet. VIII, 259.

Christi mors voluntaria. VII, 520. Spontanea. VIII, 898. Christus passus et mortuus potestate et voluntate, non necessitate. IV, 1104; V, 1083; X, 256. Et hoc est pretium nostrum, quo nos morte redimeret. X, 256. Per id quod homo erat, mortuus est Deus; et per id quod Deus erat, excitatus est homo. IV, 1711. Mors voluntate obedientiæ a Christo suscepta. X, 180, 182. Si mortuus non fuisset, Christus esse non posset. V, 1121. Christus factus est pro nobis obediens. VIII, 781. In Christo æternitas et simul mortis humilitas. III, 1775.

Christus Filius Dei in se ipso vita, quomodo mortuus sit. V, 710, 1061. Christus mortuus est, cum caro mortua est. III, 1817. Christi mortalitas unde. V, 1607. Mors illi dignatione, non conditione. V, 1110. Mortalitas carnis ex peccato hominis, etiam in Christo facta. VIII, 297. Christus mortalis non de sua substantia, sed de nostra; sic nos immortales non de nostra, sed de ipsius substantia. IV, 1906. Christi mors mortem occidit. III, 1490. Christus mortuus mortem occidit. V, 1114. Mortem suscipiendo Christus superavit. X, 198.

Christus mortuus est quando voluit. III, 1658, 1673, 1674, 1675, 1739. Et quia voluit. III, 504, 1674, 1736; V, 54. Christus passus est quod et quando voluit pati. III, 1475, 1744, 1770. Christus non debuit mori, nisi quando opportunum fuit. III, 1457. sexta mundi ætate reformavit hominem, quem sexto die formaverat. IV, 1182. Hora Christi, tempus Christi, quomodo debet accipi. III, 1674. Tempus mortis Christi. VII, 619. Christum ætate XLVI annorum passum esse, nonnulli per errorem putarunt. III, 55. Conciliantur Evangelistæ super hora, qua Christus crucifixus est. IV, 763.

Christus ex eo quod mortuus sit, an recte inferatur hominem eum fuisse. VIII, 479, 482. In Christi morte quis posuit animam, et quam animam. III, 1737. Verbum in Christi morte animam non posuit. III, 1738. Nec anima Christi seipsa posuit. III, 1738. Caro ipsa Christi quomodo posuit animam. III, 1738. Quomodo Christus ipse posuit. III, 1739.

Christi in passione cum diabolo certamen. VI, 664. Christus, justitiæ veritate, non violentia potestatis diabolum vicit. VI, 255; Christus vulneratus diabolum vulneravit. IV, 1126. Christi morte quasi trophæo suo diabolus victus est. V, 1209. Christus de cruce sua, in qua erat fixus, diabolum occidit: et inde rex noster. IV, 1952.

Christus mortem occidit, vinculum vinxit, captivitatem captivavit. IV, 1850. si ille non occideretur, mors non moreretur. V, 1209. Ille solus potest dicere sine causa hic se passum. IV, 1956. Sustinendo sine culpa pœnam, et culpam solvit et pœnam. V, 754, 1151. Nisi indebitum solveret, numquam nos a debito liberaret. V, 845. Ille potuit redimere, qui se non potuit vendere. IV, 1705. Christus perfectissima victima pro mundandis vitiis nostris. VIII, 901. Christus sacerdos, cum in mundo non inveniret mundum quod offerret, seipsum obtulit. IV, 1753.

Christi mors prædicta in Scripturis sacris. VII, 552, 553. Christi mors significata in benedictione Judæ. VII, 520. Prophetia de Christo in crucem tollendo. III, 776. Christi mors per serpentem in deserto exaltatum figurata. X, 145. Christi mortem veram fore quomodo a Moyse assertum. VIII, 297, 298, 299. Christi passio figurata per nuditatem Noe. VII, 478. Per vaccam rufam. III, 753. Christi passio, sacrificium vespertinum. IV, 1818. Passionis Christi figura, ovis immolatio. VI, 555. Christus sacrificium sese obtulit pro omnibus sacrificiis. IV, 71. Christi passio prophetata in libro Sapientiæ. VII, 554. De Christi passione agitur per totum psal. LXIII. IV, 760. Christi passio prædicta in psalmo dedicationis. V, 1475.

Christi passionis mysteria et partes explicantur. V, 1084. Christi passionis et resurrectionis sacramentum. V, 1104. Christi mors propter aliud, et propter aliud resurrectio. V, 1120. Christi passio, exaltatio ejus. III, 1773. Christi passio, purgatio nostra est. III, 1787. Christi passio distinctio est bonorum spiritalium atque carnalium, tempora-

lium atque æternorum. III, 733. Passionis Christi fructus. VI, 644, 645, 656.

Christus mortem cur suscepit. X, 1181. Christus Filius Dei crucifixus et mortuus pro nobis. V, 1069. 1074, 1089 Christi sanguis pro nostra redemptione fusus. V, 1473, 1513. Christo nec mors, nec vita nobis debebatur, V, 1110. Christi mors indebita, liberavit obnoxios morti. VIII, 1027, 1028. Unde reatum moriendi Christus accepit. III, 422. Quo modo peccato mortuus. X, 1241. Christi mors quam convenienter electa, ut in sanguine ipsius justificaremur. VIII, 1030. Christus moriendo pro impiis, etsi in tolerantia paucos, in causa tamen nullos potest habere consortes. X, 1215. Christus ideo solvere potuit moriendo peccata, quia et mortuus est, et non pro suo peccato. VII, 301.

Christi sanguine totus orbis redemptus est. IV, 177, 179, 1233. Christus emit sibi fratres sanguine suo, probavit reprobatus, redemit venditus, honoravit injuriatus, vivificavit occisus. V, 935. Christus redemit omnes captivos. IV, 1697. Apostolica sententia est et vera, quia salvator omnium hominum Christus. V, 1322. Christi sanguine redemptus non perit. V, 1253. Totum emit, qui tantum pretium dedit. IV, 1254. Secundum Petrum pro his tantum videtur passus qui sequuntur ejus vestigia. V, 1396. Christus pro omnibus passus est. V, 1396 sanguis Christi pro servis pretium est, pro sponsa pignus. IV, 1634. Christi sanguis sic in remissionem peccatorum omnium fusus est, ut ipsum etiam peccatum posset delere, quo fusus est. III, 1863. Mors Christi, remissionis peccati similitudo. VI, 256. Christum gratis mortuum esse sequitur ex hæresi Pelagiana. II, 768. Christus pro nobis mundum vicit, non armato milite, sed irrisa cruce. IV, 760. Christus nobis quotidie immolatur ipsa recordatione beneficii salvatoris. IV, 966. Christus tunc pro uno quoque moritur, quando mortis ejus in baptismo fit particeps. X, 828. Christi sanguis volenti salus, nolenti supplicium. V, 1515. Christus ut in amorem timor converteretur, occisus est. IV, 1167. Christus mori voluit, ne mortem timeremus istam, sed illam potius unde nos liberavit per istam. IV, 831. Christus non solum verbo, sed etiam exemplo abstulit omnem timorem Martyribus. IV, 866. Postea quam Christus transiit per tribulationes, jam patet via illius transitu. IV, 720. Christus pati voluit, ut consoletur patientes. IV, 1176. Christi passione felicitatem æternam quærere docemur. II, 542, 548. Christi mors, pignus vitæ ejus nobis donatæ V, 1468. In Christo per patientiam homo cœlum acquisivit, et Deus in homine credentibus profuit. IV, 121. Plus est quod fecit, quam quod promisit Christus; incredibilius est quod mortuus est æternus, quam ut in æternum vivat mortalis. IV, 1942. Christus donavit impiis mortem suam, quid servat justis nisi vitam suam? IV, 1942. Venit Christus contemnendus et honorandus, confitendus et negandus, etc. III, 1660. orte Christi seminatum est nomen ejus. IV, 455. In uno exiguo loco cecidit granum, sed multum fructum attulit. IV, 866, 1377. Christus infirmas prædicatus est nobis, ut ejus magis eligeremus opprobrium. IV, 625. Christus imitandus a nobis est, non in miraculorum potentia, sed in tolerantia passionum. IV, 1149. Christi passionum communicatio ex caritate. V, 923. Christi passiones imitandæ sunt Christiano, non deliciæ conquirendæ. V, 275. De morte Christi cur non erubescendum. V, 1278, 1279. Christi aspectus contra morsum serpentis metaphorice in hæresim Pelagianam. X, 1138. In Christi mortis contemptum quomodo diabolus suos inducat. VIII, 900. Quare in Christi sepultura sit recordatio novi monumenti. VI, 187. Deus requiescens ab operibus suis die septimo, prænuntiare voluit diem quo erat Christus in sepultura quieturus. III, 305. Sola Christi caro jacet, et dico, Dominus noster: quia vestem intueor, vestitum adoro. V, 1062.

Christus descendit ad inferos. II, 710, 711, 715. Quare VII, 541. Christus in inferno fuit secundum animam. II, 833. Christus an descenderit ad locum pœnarum. II, 834. Christus descendit usque ad ea loca ubi peccatores cruciantur. III, 481. Christus apud inferos subvenit quibusdam. V, 436. Quosdam a tormentis solvit. II, 834; III, 481. Christo ad inferos descendente, credidisse incredulos, et exinde omnes liberatos, quædam hæresis existimat. VIII, 45. Quidam putant eos ab inferis solutos esse a Christo, qui non audierant Evangelium. II, 714. Alii Poetas et Oratores qui falsos deos ridendos monstrarunt, alii Paganos vitæ laudabilis. II, 710. Quosnam ab inferis liberaverit, temerarium est definire. III, 1697. Christus infera penetrans, et inde mortis victor ascendens, magnum mortuis miraculum fecit. IV, 1113. Quomodo Christus tribus diebus et tribus noctibus fuit in corde terræ. III, 87.

Christi resurrectio. VI, 187; VII, 584, 587, 592. Christi resurrectionem imaginariam fuisse dicunt Manichæi. VIII, 488, 489. Christi resurrectionem non in longum differri oportebat. II, 548. Nec ejus carnem resurrectioni ultimæ servari. II, 554. Christus suscitavit se, et suscitavit eum Pater V, 1399. Et a Patre resuscitatus est, ut homo; et ipse se resuscitavit ut Deus. IV, 452, 666, 1442. Christus potestate mortuus est, potestate resurrexit. V, 1399. Christus in cruce patientiam, in resurrectione ostendit potentiam. VI, 665. Corpus Christi tale resurrexisse, quale positum est in monumento. VI, 304. Christi resurrectio, proprium signum, quod in ipso solo fuit. IV, 791. Unus ille resurrexit, jam non moriturus. IV, 1672. Nemo ante Christum resurrexit in æternum. IV, 1642, 1701. Christus, totus jam Deus post resurrectionem, qui intelligatur. I, 622. Christum et per clausa ostia post resurrectionem intrasse, et per incorrupta matris membra nascendo exisse fides credit. V, 1010. Utrumque negant increduli. V. 1010. Christum e sepulcro a discipulis sublatum hodieque apud Judæos fama est. V, 261. Vanitas mititum vendens vanitatem vanitati. V, 261. Quare linteamina ejus et sudarium in monumento inventa sunt. VI, 60.

Christi resurrectio cur primo per feminas nuntiata viris. V, 266, 1108. Christus apparet Magdalenæ. V, 1148, 1154. Difficultas in Christi verbis ad Magdalenam. V, 1143, 1148, 1151, 1154. Christus ad discipulos intrat per clausa ostia. V, 1157. Ab eo discipuli spiritum se videre putantes, reprehenduntur. V, 1122, 1123. Claritas in Christi corpore cum resurrexit, ab oculis discipulorum abscondita fuisse potius, quam defuisse credenda est. VII, 781. Christus jungitur discipulis in via. V, 1118. Christus in fractione panis agnoscitur. V, 1111, 1127. Christus cur corporis sui servavit cicatrices. V, 539, 645, 658, 1140; VI, 647. Cicatrices servavit in corpore, ut vulnus dubitationis sanaret in corde. IV, 1134. Christus post resurrectionem cicatrices, non vulnera demonstravit dubitantibus. II, 372. Cicatrices illæ, quas Christus post resurrectionem demonstravit dubitantibus, non erant fictæ. II, 372 Christus quare passus est in conspectu omnium, non vero resurrexit in conspectu omnium. II, 548. Christus post resurrectionem quomodo agnitus et non agnitus sit. II, 643. Christus recte dici potest finxisse. V, 556. Fictione figurata, non fallaci. V, 558. Christum nec falli, nec mentiri posse acriter propugnatur. V, 757. Christus post resurrectionem conversatur cum discipulis suis, ut in fide confirmentur. V, 1212. Christus cur dies quadraginta agit cum discipulis post resurrectionem. V, 1211, 1216. Christus post resurrectionem cibum ac potum sumpsit. VII, 395. Christus post resurrectionem manducavit potestate et caritate, non necessitate. V, 659, 1360. Christus post resurrectionem, esuriendi et sitiendi egestatem non habebat. III, 1806. Christi resurrectio indicavit nihil perire naturæ hominis. III, 135. Christi mortem resurrectionem justis præstitam esse talem, qualis in fine nobis promittitur, quidam dixerunt. II, 711. Christi nativitas et resurrectio, propria et singularia miracula ejus. VII, 314.

Christi mors et resurrectio in Abel et Seth figurata. VII. 461. Resurrectionis Christi signum concrematio vaccæ rufæ. III, 734. Christi resurrectionem prædixit Amos. VII, 584. Osee. VII, 584. Christi resurrectio, clarificatio Patris et Filii. III, 1903. Christi corporis una mors et resurrectio, duplici nostræ morti, ac resurrectioni corporis et animæ concinit ad salutem. VIII, 889, 890, 891. Christi crux, sepultura, resurrectio, vitæ Christianæ figura. VI, 257. Christi resurrectio spes nostræ resurrectionis est. IV, 1700. Christi resurrectio, nos circumcidit. III, 1634; V, 1105. Christi mors nobis ad non timendum, resurrectio ad sperandum. III, 422. Christus morte et resurrectione sua docuit, quid non timeres, quid sperares. IV, 899. Christus passione sua ostendit quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in æternitate oporteret. VII, 612. Christus nascendo conciliavit caritatem moriendo et resurgendo exclusit timorem. VIII, 89. Fidem, spem et caritatem mittere debemus in resurrectionem Christi. III, 734. Christus vivit in eis qui adversus concupiscentias pugnant. X, 866. Christi resurrectionis fides, Christianos discernit. V, 1075, 1135. Hoc est vere Christum velle interficere, nomen resurrectionis ejus exstinguere. IV, 694.

Christus cur post resurrectionem suam præsentiam suam mundo subduxerit. X, 182. Christus absentavit se corpore, ut ædificaretur fides. V, 1119. Ut absente carne, divinitas ipsius cogitaretur. V. 1214. Christi humanitas, in quâ humano affectu hærebant, oculis discipulorum auferri debuit. V, 1238. Christus ascendit, ne discipuli remanerent in carne. V, 1212. Cur Spiritus sanctus non posset venire, nisi abeunte Christo. V, 1238. Christi resurrectio et ascensio. V, 1070. Christi duæ glorificationes. V, 1222. Christi clarificatio in resurrectione et in cœlum ascensione cognoscitur. III, 595. Glorificatio de victoria Christi completa est resurrectione et ascensione. V, 1209.

Christi ascensus in cœlum. VI, 187. Christum cum corpore ascendisse in cœlum. V, 1210. Christus unus ascendit in cœlum quomodo. III, 1488; V, 570, 780, 1344; X,

144. Christus quam multis necdum ascendit. V, 1155. Christi resurrectio et cum corpore in cœlum ascensio credibilis probatur. VII, 755. Et jam credita ostenditur. VII, 756. Christi ascensioni miracula multa attestata sunt. VII, 760. Christi ascensio grande salubreque miraculum. VII, 760. Christus descendit ad nos ex misericordia, ascendit ad Patrem ex justitia. V, 789. Christi Domini ascensio sic celebranda, ut cum ipso ascendamus. V, 1202. Resurrectio Domini et ascensio in cœlum nostram fidem fulcit. III, 24. In Christi clarificatione peccata dissolvuntur et abolentur. III, 594. Christus ascendit in cœlum, ut caput de sublimioribus subveniat membris in terra laborantibus. V, 932. Christo uniatur qui vult ascendere in cœlum. IV, 1630. Christus ascendens levat nos, ad quos cadentes descendit. IV, 203. Christi in passione et resurrectione transitus de hac vita mortali in aliam vitam immortalem commendatur. II, 205. Vespere Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. IV, 640. Christus pellicanus nascendo, nycticorax moriendo, passer resurgendo. IV, 1300. Christus quomodo vadit parare mansiones, quæ jam erant in domo Patris. III, 1814. Christi in cœlum ascendentis novissima verba quanti fieri debeant. III, 2061. Christi verba novissima a schismaticis contempta. V, 1222. Caput in cœlum ascensurum, commendavit membra in terra, et discessit. III, 2060. Christi ascensionis prophetia. V, 1208. Vestigia pedum Christi in monte Oliveti. III, 1733. Christi nativitas, resurrectio, et ascensio, potentius fortasse opus est, quam mundus. II, 522.

Christum carnem ad dexteram Patris non tulisse, sed eam in sole potuisse perhibent Seleuciani. VIII, 41, 42. Terrenum corpus posse esse in cœlo non intelligebant gentiles. VI, 188. Corpus ipsum Christi esse levatum in cœlum. VI, 304. Quomodo sit in cœlo corpus Dominicum, supervacaneum est quærere. VI, 188. Christus quomodo nunc credatur esse in cœlo. II, 853. Christi corpus ita est in cœlo, ut erat in terra quando ascendit in cœlum. II, 942. Christi corpus non est obnoxium corruptioni. II, 943, 945.

Christi sessio ad dexteram Patris. V, 1075. Christus ut homo sedet ad dexteram Patris; ut Deus ubique totus est. VI, 658. Christi sessio ad dexteram Patris quomodo intelligenda. VI, 188, 304. Christus quatenus Deus, est ubique; quatenus homo, est in aliquo loco. II, 834, 836. Non alicubi non est Christus. III, 485. Christus ubique. V, 1341. Ubique totus. V, 1264. Simul ubique totus ut Deus. V, 1264. Christus qui mutavit locum, nec mutavit. V, 547. Christi triplex præsentia. V, 1602. Christus et hic et sursum est. V, 683, 685. Christus et similis Moysi et dissimilis ex Scriptura agnoscitur. VIII, 323, 326.

Christus aliquid amplius præcepit, quam præceptum est in veteri Testamento. VIII, 129, 130. Christus nec a suo Deo voluit quemquam Judæorum avertere, nec aliquod mandatorum quæ per Moysen data sunt, infregit. VI, 549. 550. Christus nihil egit vi, sed omnia suadendo et monendo. III, 135. Quomodo id intelligendum. I, 604. Christus attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, justitiam ut cognitor. III, 1648, 1649. Christi doctrina non adversa reipublicæ. II, 532, 533. Christi disciplina ventosam et turbidam cupiditatem rerum extra nostram potestatem constitutarum, pellit ex animo. II, 485.

Christus et nostra sapientia et nostra scientia. VIII, 1034. Christus qua ratione dicatur diem et horam judicii nescire. VIII, 312.

Christus et exemplum et adjutorium nostrum. V, 608. Exemplum Angelis et hominibus factus est Christus. III, 1069. Christus singulare exemplum obedientiæ. III, 383. Christi exemplum non sufficeret, nisi Spiritus sanctus mitteretur. III, 1864. Christus imitandus proponitur homini qui dæmonem imitatus fuerat. I, 1308. Christi imitatio. V, 784, 1447; VI, 26. Christum an imitari possimus. X, 1588. Christum quatenus imitemur. X, 1390. Non propter Christi excellentiam nos excusare debemus, ut non eum pro modo nostro studeamus imitari. X, 1390. Perfectionis exemplum in Christo sic imitandum, ut nitamur atque optemus concupiscentias non habere. X, 1373. Christum sequi omnes debemus. V, 1395. Christus sequendus quo et qua via. V, 586. In quibus liceat Christum sequi præter martyrium. V, 1396. Christum sequentium varii gradus, quidve in illis sit retro respicere. V, 588. Christum se secuturum qui profitetur, cur reprobatur. V, 602, 603. Alter a Christo vocatus. V, 603. Ab eo vocatus quidam pietate carnali differre volens, urgetur. V, 603. Tertius ab eo vocatus ad suos respiciens culpatur. V, 604. Christus odit remanentem, retro redeuntem, aberrantem. VI, 681. Christum sequi, non præcedere debemus. IV, 449. Christum quasi præcedere vult, qui consilio suo vult vivere. IV, 868.

Christi jugum suave. II, 483. Christi jugum leve. II, 200.

Christus rex et sacerdos. VI, 48. Christus rex et sacerdos in universo veteris instrumenti apparatu prænuntiatus. VIII, 290, 370. Christi sacerdotium et regnum prænuntiatum in Samuele et Davide. VIII, 271. Christus rex luminum beatorum. VIII, 579, 580. Christus rex angelorum et hominum. VI, 536. Christus quo titulo Rex Israel. III, 1763. Christus Dominus verissimus. IV, 1809. Christi sacerdotium figuravit Melchisedech. II, 769. Christus sacrificium et sacerdos. III, 1695; IV, 200, 1733. Auctor Epistolæ ad Hebræos Christi sacerdotium in Melchisedech figuratum indicat, et præponit sacerdotio Levitico. X, 1552. Per Melchisedech, sacerdotium Christi a sacerdotio Levi discernitur. III, 423. Christus sacerdos quo Deum placamus. VII, 280. Christus et in homine et secundum hominem quem suscepit, sacerdos et sacrificium. VII, 298, 313. Christus victor et victima, sacerdos et sacrificium. I, 808. Christus sacerdos et victima sacrificium laudis implevit. VIII, 57. Christus solus princeps sacerdotum, qui non habuit necessitatem sacrificium offerre pro suis peccatis. X, 162. Christus in forma servi maluit sacrificium offerre quam sumere, ne cuilibet creaturæ sacrificandum quisquam putaret. V, 1252; VII, 298. Christus ad dexteram Patris, sacerdos noster. IX, 59.

Christus quotidie in sacramento immolatur. II, 364. Christi corporis sacrificium, sacramentum fidelium. II, 563, 569. Christi sacrificium per totum orbem terrarum in Ecclesia offertur. VI, 49. Christus seipsum hominibus dat cibum per sacramentum corporis et sanguinis sui. III, 879. Ex altari dispensatur victima sancta, qua deletum chirographum quod erat contrarium nobis. I, 778. Carnis et sanguinis perceptio necessaria, ut habeatur vita. X, 1268. Christi sanguis inebriat mentem, ut amorem obliviscatur mundi. VI, 696. Christi corporis sacramentum a sapientium superborum cordibus longe est. II, 840. Christi sanguine accepto ab omnibus gentibus respondetur Amen. VIII, 259. Adorant tantum, et non saturantur de corpore et sanguine Christi, qui non imitantur. II, 567. Christi corpore et sanguine divites terræ non saturantur. II, 567. Parvuli qui carnem Christi non manducaverunt, vitam æternam non consequentur, ex Innoc. 785, 826. Christi sanguis figurabatur veteribus sacrificiis. X, 809. Christi sacrificii erant umbræ omnia sacrificia Legis et prophetarum. VI, 249. Christi sanguine novum Testamentum dedicatum est. X, 328. Habes Christum in præsenti per fidem, in præsenti per baptismatis sacramentum, in præsenti per altaris cibum et potum. III, 1763. Manducare corpus Domini et bibere ejus sanguinem, hoc est manere in illo. III, 1614, 1616, 1618. Credere in Christum est manducare panem vivum. III, 1601, 1607.

Christi corpus duplex. III, 82. Christus tribus modis dictus in scripturis. V, 1485, 1500. Modus primus quo prædicatur ut Deus. V, 1485. Alius modus quo commendatur ut Deus et homo. V, 1486. Tertius modus quo intelligitur caput et corpus. V, 1486. Christus caput et corpus. V, 754, X, 144, 145. Totum quod annuntiatur de Christo, caput et corpus est. IX, 392, 395. Christus et membra ejus unus est Christus. III, 1488; V, 570, 755, 789, 1341, 1500. Christus sursum in se, et deorsum in suis. V, 683, 685. Christus aliquando de capite, aliquando de toto corpore Ecclesiæ dictus. VI, 79. Christus caput Ecclesiæ. V, 265. Caput Ecclesiæ, justorum omnium et Angelorum. IV, 385, 749, 786, 1159. Ipsa caro Christi caput Ecclesiæ est. IV, 1613. Adjuncta ejus carni Ecclesia, fit Christus totus caput et corpus. III, 1979. Christus et Ecclesia, caput et corpus, unus homo est, unus Christus. IV, 161, 252, 250, 455, 629, 662, 693, 695, 723, 730, 761, 866, 948, 1082, 1156, 1679, 1784, 1817, 1819, 1846. Christus totus cum membris suis est propter Ecclesiam. X, 1001. Christi substantia, populus ejus. VII, 544. Christi corpus, Ecclesia catholica sola est. II, 815. Humilitate non potestate initio congregata. II, 757. Christus Ecclesiam auctoritate munivit, et ratione armavit. II, 448. Christus totus in corpore et in capite. III, 1622. Christus in membris suis. III, 1622. Videte quanta gratia pertingamus ad Deum, ut ipse voluerit esse nobiscum unus, qui est cum Patre unus. IV, 1846. Christus aliter est unum cum Patre, aliter unum nobiscum. V, 789. Qui non dedignatus est assumere nos in se, nec dedignatus est transfigurare nos in se et loqui verbis nostris. IV, 250, 251. Nobiscum est in terra divinitate, bonitate, unitate; nos cum illo in cœlo fide, spe, caritate. IV, 205, 1650. Christus in membris hic parturit et dolet. IV, 613. Christus capite in cœlo residet, pedibus et corpore in terra laborat. IV, 1105, 1163, 1167, 1178, 1846. Christus loquitur de cœlo, quando ejus membra calcantur in terra. III, 2060. Christus solet in se membrorum suorum transferre personam. VII, 552. Ex persona membrorum est, quod dicit se defecisse a sperando in Deum. IV, 847. Dicitur accipere in membris suis quæ dona membra ejus accipiunt. IV, 829, 850. Christus totus hereditatem Patris accepturus est, nondum accepit. V, 154. In Christo passi sumus, et patitur ipse in nobis; in illo resurreximus, et ipse resurgit

in nobis. IV, 749. Prophetia de Christo capite, nobis ejus membris aptata. V, 1474. Nunc in persona membrorum suorum, nunc in persona propria loquitur Christus apud Prophetas. IV, 79, 436. Christus semper origo, radix, caput Christiani. IX, 248, 249, 260, 374, 375, 382. Christiani creator et caput Christus. IX, 576, 577. Christus ex nobis omnibus tamquam membris corpus sibi facit. VI, 712. Non solum Christiani, sed Christus facti sumus. III, 1368.

Christi membra quomodo efficimur. V, 1341. Ad Christum non omnes transeunt, sed quibus aufertur velamen. VIII, 655. Non transit quisque in corpus Christi, nisi carnalibus exspoliatus fuerit indumentis. III, 1323. Christus ab eo non potest intelligi, qui per Apostolica et Prophetica ubera, lactis alimenta contempserit. VIII, 279. Nemo fit membrum Christi, nisi aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo. X, 480. Quinam pertineat ad corpus mysticum Christi, et qui non pertinent. II, 839. Venire ad Christum, quid. X, 888. Venire ad Christum, credere est. X, 555. Christus fide concipiendus, operibus edendus. V, 1012. Fides incarnationis Filii Dei. VI, 300.

Christus fidei Catholicæ proprium fundamentum. VI, 233. Fides in Christum necessaria ad salutem X. 598, 400. *Vide* Fides. Nemo ad spiritalem Jerusalem unquam pertinuit, nisi cui Christus revelatus est. V, 610. Christus per fidem tenetur. III, 1759. Christo credendum esse docent omnes, etiam hæretici. VIII, 86. Credere in Christum, donum Dei est. X, 972. Nemo venit ad Christum, nisi cui datum fuerit, et datur hoc prædestinatis. X, 1014. Christi notitia donum Dei, concessum quibus voluit et quando voluit. VII, 313.

Christi cognitio et adoratio ex gratia ipsius. III, 648. Christi cognitio eminens non erit, nisi in altera vita. X, 602. Christum non Apostoli omnes videbant, ex Ambrosio. II, 604, 610. Qui cognovit quæ sit latitudo, longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiæ caritatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem, ex Ambrosio. II, 604.

Christi fide etiam antiqui justi mundari potuerunt. VII, 302. Christi membra quædam præcesserunt adventum incarnationis Christi. IV, 731. Christi antiqui Patres appellati, etiam antequam esset unctio; forsitan quia jam Christiani. IV, 1393.

Christus nomine tenus est apud hæreticos. VI, 233. De Christo et Judæis in Christum crediturus prophetia est, promissio Moysi facta de visione Dei. III, 648, 649, 650. Prophetia de benedictione quam Christus daturus erat populo novo. III, 774. Christi prædicatio in omnibus gentibus est Jacob benedictio. VII, 513. Quod in Christum mundus credidit, virtutis fuit divinæ, non persuasionis humanæ. VII, 759. Christi justitia non credentibus prodesse non potest. X, 152. Nemo potest esse justus quamdiu fuerit ab unitate corporis Christi separatus. II, 811, 815. Christus unitate gaudet. VI, 712.

Christi corporis unitas nostro sacrificio commendatur. II, 839. Sanctorum aggregatio ad Christum, perfecta statura Christi. IV, 227. Christi ossa, cor, venter, et lingua allegorice. IV, 173. Christi cor, Scriptura sacra. II, 554; IV, 173. Lingua, prædicatores Evangelii. II, 554. Vestimenta, sacramenta ejus. IV, 176. Apostoli. V, 486. Ecclesia. V, 490. Christi vestis in monte fulgens sicut nix, quid significabat. IV, 1932. Vestis inconsutilis, caritas quæ dividi non potest. V, 149.

Christus sponsus et gigas, pulcher et fortis. V, 1662. Christus sponsus. III, 820; IV, 333, 493. Christum cum audis, noli sponsum a sponsa separare. IV, 333. Christus et Ecclesia, unum corpus. X, 1001. Christi et Ecclesiæ aliquando una persona intimatur. III, 82. Christus et Ecclesia verum semen Abrahæ. III, 789. Christi corpus et sponsa Ecclesia. *Vide* Ecclesia. Christus sponsus et sponsa. IV, 1295. Sponsus in capite, sponsa in corpore. V, 571. Christus Patrem et matrem reliquit utadhæreret uxori. VIII, 238. Quomodo. IV, 501, 1295; V, 570. Quod Christus Patrem et matrem reliquerit, et adhæserit uxori suæ, pulchre intellectum. III, 215.

Christus sponsam suam amavit dum adhuc esset fœda. IV, 493. Christus peccatores amat, ut non semper sint peccatores. V, 947. Christus nihil nisi Deum in nobis dilexit. III, 1809. Sponsæ ad Christum affectus. V, 766. Christi sponsæ verba ut intelligenda. V, 766.

Christus amandus. V, 727. Ante omnia diligendus. IV, 222. Christum pii amant gratis, impii gratis oderunt. IV, 1432. Christum qui amant, debent odisse quod odit. IV, 1248, 1249. Christum in fundamento habere quid sit. VI, 155, 264. Christum in fundamento habere, est nihil ei præponere. VII, 743. Christus crucifixus cum amatur, caritas amatur. IV, 1681. Amorem erga Christum Elias Judæos docebit. VII, 704. Christus vita cordium. II, 566.

Christi adventus primus et secundus. III, 1327, 1406, 1624, 1675. Venit Christus primo salvare, postea judicare. III, 1664, 1665. Christi adventus alter occultus, alter manifestus. V, 124, 128. Christi adventus ad judicium. VI, 188. Christi adventus ad judicium, prænuntiatus. V, 1219. Christus sic prædicatur crucifixus, humiliatus, judicatus, ut veniat et excelsus, veniat vivus in virtute, veniat judicaturus. IV, 1262. Christum judicem de cœlo esse venturum non tam veteri, quam novo Testamento expressum est. VII, 705. Ubi legitur Deus ad judicium faciendum esse venturus, intelligendus est Christus. VII, 707. Christus ut homo accepit potestatem judicium faciendi. III, 1580; VIII, 222. Christus secundum hoc quod filius hominis est, potestatem judicium faciendi a Patre et a seipso et a Spiritu sancto accepit. VIII, 691. Totum orbem judicabit, quia pro toto pretium dedit. IV, 1236. Christo omnes omnium ordinum rationem reddituri sunt. II, 1028. *Vide* Adventus. Novissimus Christi adventus, qualis. V, 1369.

Christus qualis veniet. VI, 647, 658. Visibili forma judex veniet. V, 1070. Christus judex futurus in forma servi. V, 711. Christus in forma hominis ad judicandum veniet. IV, 1096; VIII, 691. Christus ut homo homines judicabit. III, 1553. In Christo judicante forma servi videbitur, occulta erit forma Dei. III, 1553; VIII, 222. Impii videbunt Christum in forma servi, justi in forma Dei. X, 223. Christus cum judicabatur, docebat, ut judicaret quos docuerat. IV, 291. Christus cum potestate magna judicaturus, quia cum magna humilitate judicatus. IV, 408. In judicio præsentabitur velut ignis, ad pœnam impiorum, lumenque justorum. IV, 814. Christus defensor pœnitentis, et petitor veniæ confitentis, et judex innocentis. IV, 809. Quinam sunt vivi et mortui quos judicaturus est. VI, 188. Christus modo tacet judicio, sed non tacet præcepto. III, 1406. Nunc silet a vindicando, non silet a monendo. IV, 568.

Christus ut judex non metuendus, quia advocatus. IV, 568. Christi adventum non solum securi exspectare, sed etiam desiderare debemus. IV, 1913. De Christi Domini exspectando et desiderando adventu. V, 632, 1369. De secundo ejus adventu dicitur, *Veniet desideratus*. V, 350. Christiano turpe est adventum Christi non desiderare. V, 1610. Christum amanti sola pœna est esse sine ipso. V, 766. Christi adventus quandonam sit futurus, sciri non potest. II, 907, 908. Disci, ulorum inquisitio de tempore futuri adventus Christi. V, 1219. Christi responsum de suo adventu. V, 1219.

Christus non est agnitus a Judæis. IV, 304. In carne cur Deus non agnitus. III, 2007. Caro Christi, nubes qua lumen mundi temperetur, non obscuretur. III, 1653. Christus non est agnitus a Judæis, quia gravata super eos erat manus Domini. IV, 1789. Christum solum Judæi non agnoscunt in Scripturis, propter quem factæ sunt Scripturæ. IV, 1779.

Christum venturum credunt Judæi, sed non moriturum. VII, 553. Bona temporalia in Christo exspectabant Judæi. II, 546. Christum jam venisse convincuntur Judæi, et fide gentium, et iis quæ in ipsa Judæorum gente facta sunt. VIII, 278. Christum esse Messiam probatur contra Judæos. V, 567. De ipsa civitate ubi illum occiderunt, omnes expulsi sunt. IV, 1723. De Christi adventu quantum distat inter prædicationem Angelorum et confessionem dæmoniorum, tantum inter auctoritatem Prophetarum et curiositatem sacrilegorum. VIII, 290. Hæretici in hoc conveniunt, ut negent Christum in carne venisse. V, 988. Christum in carne venisse dubitare, malis Catholicis æque ac hæreticis commune est. V, 992. Christi adventus quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitiabilis factus est. III, 1856.

Christus quare venerit, et quid profuerit generi humano, explicatur contra Paganorum querelas. IV, 1766. Christi adventu præstita nobis beneficia. V, 894. Christi Filii Dei incarnatio, gratia quam maxima est. V, 1314. Christi incarnatio purgationis nostræ principium. VII, 301. Christus suscepit duo mala nostra, ut daret duo bona sua. V, 1279. Communicavit nobiscum mala nostra, nobis daturus bona sua. V, 680, 1598. Christus diabolum alligavit sacramento incarnationis suæ. IV, 821. Verbum incarnatum, collyrium. III, 1656, 1660. Christus quomodo non missus nisi ad Israelitas. V, 483. Christum Filium suum Deus misit propter præscitos et prædestinatos, vocandos, justificandos, glorificandos. V, 845. Christi bona opera solis prædestinatis ad æternam salutem profuerunt. IV, 1115. Dati Christo, qui intelligantur. X, 928. Quo sensu dictum est, *In Christo omnes vivificabuntur*. VII, 398. Modus liberandi hominem Filii Dei incarnatione ac passione, quam conveniens. VI, 297.

Christus unus mediator Dei et hominum. I, 601; IV, 216. 1159, 1741; V, 310, 503, 680, 1332, 1607; VII, 268. Christus Verbum apud Deum, caro apud nos, Verbum caro inter Deum et nos. III, 385. *Vide* Verbum. Ipse medius arbiter, qui nisi veniret, misericordiæ perierat iter. IV, 1383. Christus Jesus unus est mediator Dei et hominum, tam in veteri, quam in novo Testamento. X, 399, 400.

Præter Christum mediatores alii non quærendi. VII, 269. Quomodo Christus mediator effectus. VII. 302. Ad hanc mediationem quid requiritur. VII, 268, 271. Christus per quid mediator. X, 402. Christus mediator, non quia Deus, sed quia homo. III, 1843; IV, 1383; VII, 269. Christus ut homo, redemptor, mediator, caput Ecclesiæ, etc. III, 1811. Christus in quantum homo, in tantum mediator; in quantum autem Verbum, non medius, quia æqualis Deo. I, 808. Verus est mediator mortalis cum hominibus, justus cum Deo. I, 808.

Christus via, veritas et vita. III, 33, 1578, 1816. Christus veritas, etiam non veritate annuntiari potest. III, 118. Christus manens apud Patrem, veritas et vita; indue is se carnem, factus est via. III, 1656. Christus via nostra. VI, 681; unica ad salutem via. I, 760; II, 637. Christi incarnatio via universalis animæ liberandæ. VII, 313. Sola via munitissima ad Deum VII, 318. Christus factus est nobis via. III, 25, 313. Via qua imus. III, 1852. Christus via, ut in illo ambulantes secure gradiamur. IV, 806, 807, 1137. Christus seipsum nobis fecit viam in cœlum. VI, 339. Christus viam et stratam magnam se ipsum fecit, per quam ducit ad patriam. V, 91. Christus ad patriam via, ad vitam, ad veritatem. V, 685, 777, 778, 780. 952, 1403. Christus dux, via et patria: deducit nos tanquam dux, et in se ducit tanquam via, et ad se perducit tanquam patria. IV, 1640. Christus rex civitatis ad quam tendimus, in se se fecit viam ut ad civitatem perveniremus IV, 1101 Christus de forma servi stravit viam, de forma Dei condidit patriam V, 571, 573. Ipse est patria, quo imus; ipse via, qua imus. V, 573, 685. Christus per carnem sibi et nobis via fuit qua rediremus III, 1817. Per Christum imus ad Christum et ad Patrem. III, 1816. Per hominem Christum, tendis ad Deum Christum. V, 1206. Christi humanitas via ad divinitatem. III, 1702; V, 1217. Christus factus particeps humanitatis nostræ, compendium præbuit participandæ divinitatis suæ. VII, 269. Christus donando peccata viam aperuit ad patriam. III, 25. Non est salutis via sine participatione corporis et sanguinis Christi. II, 637. In Christo ut est via non inhærendum. III, 34. Christus et noster est, et Patris. IV, 1728. Christus frater noster. IV, 549. Christus proximus noster. III, 31; V, 953; VII, 704. Longinquus et proximus. V, 932. Christus mediator, non inter Patrem et homines, sed inter Deum et homines. IV, 216. Christus componit inter nos et Deum, nostram voluntatem corrigens ad justitiam, illius sententiam flectens ad misericordiam IV, 1384. Inter Deum Trinitatem et hominum infirmitatem et iniquitatem, mediator factus est homo non iniquus, sed tamen infirmus; ut ex eo quod non iniquus jungeret te Deo; ex eo quod infirmus, propinquaret. IV, 216.

Christi mediatoris gratia commendatur. III, 1842. Mediatio Christi necessaria fuit. III, 1070; IV, 1139, 1741. Nemo hic sic natus est, ut Christo medico non egeat. III, 1445. Christi mediatoris beneficio omnes egent. X, 131. Sicut nemo moritur nisi in Adam, sic nemo vivificatur nisi in Christo. X, 140. Christus qua gratia ab initio bonus. eadem alii ex malis boni. X, 1137, 1139. Pelagianorum verbum, non gratis mortuum esse Christum, sed ut facilius justificemur. X, 1226. Christum ad id non fuisse necessarium putavit Pelagius, ut discamus quemadmodum vivere debeamus. X, 270. Pelagiani doctrinæ tantum et exempli magisterium in Christo agnoverunt. X, 705. Crux Christi quatenus evacuetur. X, 230, 231, 260, 270.

Christus medicus noster. III, 1597, 2034; V, 1570. Magnus medicus. V, 945. De sanguine suo, insano interfectori medicamentum fecit. V, 943, 846. Christus Samaritanus homini sauciato subveniens. V, 955. Christus medicus quomodo nos paulatim sanat. V, 1270. Christus medicus qui poculum prior ægro bibit. V, 542, 781. Christus in Filio Dei incarnato medicina est omnibus consulens VI, 298. Christus sanitas nostra. IV, 481. Christus in Paulo ostendit magnitudinem artis suæ. IV, 1708. Medicum Christum parvulis ob mala corporis necessarium ateatur Pelagiani, sed non ut a diaboli potestate liberentur. X, 1306. Medicum Christum iis necessarium dicunt, ut deviteut invidiam. X, 1308. Christus etiam pro parvulis mortuus est. X, 122. Christus non nisi pro peccatoribus mortuus. X, 825. Christum et pro parvulis mortuum fatetur Julianus Pelagianus. X, 469.

Christus Redemptor noster. V, 726. Christus salutare Dei. III, 788; IV, 331, 445, 1595; V, 890, [illegible]; VIII, 611, 624. Christus veritas et salutare Dei. IV, [illegible]. Christus spes nostra. IV, 725. Christus unicus salvator. V, [illegible]. In Christo est salus omnium gentium. [illegible], 872. Neque liber a vulneribus lucidatoris, nisi gratia salvatoris. II, 843, 858, 884, 859, 874. Christus liberator. I, 1355. Superavit diabolum lege justitiæ sine crimine occisus, sine libidine natus. I, 1286. Christi sanguis pretium nostrum, quod bibebat et erogabat Augustinus. I, 810. Non aliquis ei refundet innocentem sanguinem, non ei restituet pretium, quo nos emit ut nos au erat ei. I, 778. Christum ipsis parvulis nolunt eum esse Jesum Pelagiani X, 1308. Christus quatenus reparat quæ ab Adam fuerunt læsa. X, 1178. Quomodo omnia in ipso instaurantur et pacificantur. VI, 261. Christus pro Angelis non est mortuus. VI, 261. Christus in forma Dei et in forma servi Dominus est Angelorum. III, 554.

Christus Salvator, judex et advocatus. V, 1062, 1370. Christus advocatus tantum pro iis qui in eum credunt. VI, 223. Ita Christus se Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. III, 1902.

Christus propheta prophetarum. VI, 537. Christus propheta et dominus prophetarum. III, 1596.

Christus magister verus. VI, 678. Christus vere magister bonus, quia Deus. I, 855. Christus bonus magister, docens quod expedit scire. V, 1221. Christus magister qui sciebat et docere quod proderat, et non docere quod oberat. IV, 555. Christus magister omnium. V, 742. Christus concionator mundi. V, 596. Christus magister in cœlo, non hominum tantum, sed Angelorum. III, 1487. Cathedram habet in cœlo. VI, 678. Intus docet. I, 875. Schola ipsius in terra, corpus ipsius. VI, 315. Christi facta etiam sunt signa. III, 1747. Et genera sunt locutionum. III, 1598. In omnibus quæ fecit Dominus, admonet nos quemadmodum hic vivamus. V, 473. Christus etiam factis loquitur. V, 1171. Christi temporalibus gestis instruimur ad vitam æternam. V, 1614. Verbum Dei parum erat si loquendo præciperet, nisi et faciendo præiret. I, 782. Tota vita Christi disciplina morum fuit, qua edocemur quæ appetenda, quæ fugienda. III, 135. Christus dictis, factis, morte, vita, descensu, ascensu clamat ut redeamus ad cor, et inveniamus eum. I, 701. Docuit nos et factis potestatem suam, et humilitate clementiam, et præceptione naturam. I, 1007. In Christo crucifixo nulla homines discunt. VI, 207. Quænam nos doceat Christus. I, 1007. Christus docens quid a se disci vellit. V, 897. Christus mandatum Patris. V, 775 Christi præcepta quam utilia. VII, 65. Christus præcepta dedit pro moribus optimus contra perditos mores. VII, 74.

Christus magister humilitatis. V, 191. Doctor humilitatis. VI, 413, 414, 416 Infirmitas Christi, magistra humilitatis. I, 745. Christi humilitas, medicina superbiæ nostræ. V, 684, 688. Christus caritate et humilitate duplicem hominis morbum sanavit. VI, 315. Christi humilitas summum medicamentum et altum sacramentum. VIII, 952. Magna est miseria superbus homo, sed major misericordia humilis Deus. VI, 314. Christus novum Testamentum sempiternæ hereditatis manifestans, terrena eo temnere exemplo docuit. VI, 339. Christi discipuli duodenus modis dicti, X, 929. Christi cathedram figurabat cathedra Moysi IX, 305.

Christo quisque vivat, non sibi. II, 568. Christo suscitare semen tenetur quisquis spiritaliter natus est. VIII, 302. Christi paupertate saturatur, qui non tantum bona temporalia contemnit, sed et mala sustinet. II, 567. Christus contemnitur in se et membris, ab iis qui amant quæ contempsit. IV, 250. Christi tanta caritas fuit, ut voluerit habere coheredes. IV, 565. Christus ipse futurus possessio nostra. V, 1469.

Christus habet rempublicam suam. IV, 1911. Christus nos modo desuper gubernat. IV, 1774. Christi regnum aliter et aliter dictum. VI, 76, 77, 78. Christi regnum per omnes gentes quomodo propagatum. IV, 589. Pagani dictitabant nomen Christi tantum per CCCLXV annos duraturum. IV, 453, 454. In nomine Christi diabolus vincitur. VII, 500. Christi nomine fiunt, quæcumque prodigia fiunt. V, 1431, 1440.

Christi auctoritas. VII, 589, 593, 594, 595. Christus etiam ab iis qui in ipsum non credebant, laudatus. IV, 1370. Christum tanquam maxime sapientem Pagani honorant, Deum negant. I, 636. Christum blasphemare Pagani non audebant. IV, 1243. Pagani a diis suis prohibiti sunt Christum blasphemare. III, 1061. Christo impudenter incommoda præsentia imputant, qui colere non sinuntur. VII, 109, 110. Christo quædam quatenus Deus est, quædam quatenus est homo, conveniunt. II, 855. Multa de illo in scripturis secundum formam Dei dicuntur, multa secundum formam servi. II, 1042 Quæ non convenienda. II, 1042. Christus Patrem majorem se esse dicit quatenus formam servi accepit. II, 751. Non facile invenitur Patrem a Christo appellatum fuisse Dominum. III, 565. Filius ideo totum Patri assignat, quia ipse de Patre, non Pater de illo est; sonti unde natus est totum dat. V, 1085. Christus cur assidue se dicat filium hominis. V, 1115. se filium hominis dicit in evangelio, ut distinguat se ab Adam, qui homo est, non filius hominis. II, 547. Christi divinitas ab humanitate non separanda, sive Filius Dei appelletur, sive filius hominis. II, 835. Christus πρωτότοκος dicitur, non πρωτογενής; μονογενής, non μονότοκος. III, 759. Motus exteriores Christi non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri. III, 180. Christus quod de se tulit testimonium quo-

modo verum. VIII, 322. Christus multa potuit quæ noluit : et hoc melius est quod voluit. VIII, 483, 490. Christus majora opera dignatus est facere per discipulos, quam per se. III, 1823. Christus oculis corporeis non vidit Patrem. II, 320, 707.

Christi ad Adamum comparatio. III, 1401, 1463. De primo homine et de Christo intelligitur primus et novissimus Adam, vel de uno quoque homine diversimode considerato. II, 946. Christus cur secundus Adam et secundus homo dictus. X, 1512. Adam quomodo Christi forma. II, 684. Christus e contrario forma Adami. X, 1555. Ab Adam homines, a Christo filii hominum dicimur in Scriptura, non tamen ubique. II, 548.

Christus vitis, ovis, leo, agnus, petra, lapis angularis dicitur per similitudinem. III, 1839. Nomen quod Christo convenit, secundum proprietatem, Verbum in principio III, 1729, 1736. Christus dictus Agnus. V, 45, 1209. Agnus immaculatus, quomodo. IV, 763. Angelus magni consilii. IV, 315, V, 64, 691. Angelus et dominus Angelorum. III, 1596. Christus aquila. III, 884. Christus ariete cornibus hærente figuratur. IV, 245. Christus taurus, aries, hircus in figuris eloquiorum divinorum dictus est. VIII, 346. Christus botrus. VIII, 271. Botrus uvæ pressus in torculari. IV, 109, 649. Brachium Dei. III, 1346; IV, 484, 894. Christus cameli nomine intelligitur. III, 1350 Christus cibus Angelorum. IV, 935. Christus cibus est magnis ac parvulis IV, 1598. Cibus mentis reficiens nec deficiens. V. 185, 1005, 1016. Cibus est qui esurientes satiat et integer manet. V, 185. Christus homo de cœlo cœlestis V, 1621.

Christus David appellatur, quare. VI. 168. David dicitur Christus, quia est ex semine David. IV, 1869, 1870. Christus filius et dominus David. IV, 1870. Christus nomine David figuratus est. IV, 666, 663. Christus Deus deorum. IV, 564. Dies noster. V, 952. Dies de die. V, 1005, 1099. Dies, cujus Apostoli duodecim horæ fulgentes. IV, 650. Christus doctrina Patris. III, 1629. Christus homo Dominicus. IV, 67, 78, 105, 109, 114.

Christus Emmanuel. III, 385. Christus per favum designatus. IV, 1497. Christus finis noster, finis perficiens, non interficiens. III, 1785. Christus finis legis, non quia consumit, sed quia perficit. IV, 78, 514, 628, 662, 723, 785. Christus firmamentum IV, 911. Christus fons unde omnes sive ante incarnationem præmissi, sive ab incarnato missi acceperunt. V, 1314. Christus fundamentum nostrum et caput. V. 1616. Christus fundamentum eorum etiam qui ad Legem et Prophetas pertinent. IV, 1360. Christus gallinæ comparatur. III, 1330; IV, 526, 698. Christus gigas gigantum. IV, 1116. Christus granum mortificandum et multiplicandum. III, 1766. Granum quod cecidit in terram in passione. IV, 720. Granum morte multiplicatum. V, 1397. Qua ratione Christus ἰχθὺς dicitur. VII, 530. Christus janua. V, 733, 780, 1647. Christus jurisperitus cœlestis. IV, 1849.

Christus ex lapide parvo mons magnus. IV, 522, 555, 554, 680. Christus lapis præcisus de monte sine manibus. III, 1407, 1465; IV, 1294. Christus lapis præcisus de monte, qui jacendo humilis quassat offendentem, veniendo excelsus conterit superbientem. V, 567, 573, 681. Christus lapis angularis. III, 1839, 2082; IV, 554; V, 42, 544, 544. Christus lapis offensionis omnibus malis. III, 2000. Christus lapis unctus a Jacob. III, 1449; IV, 506. Christus lapis unctus et reprobatus. III, 576. Christus leo. III, 1728, 1736; V, 45, 1209. Christus leo figurate, et petra, et vitulus. IV, 1155. Christus per solem, per leonem, etc., similitudinis causa non proprietatis substantia significatur. VIII, 256. Christus lignum vitæ est in paradiso spiritali. III, 576. Christus lucerna vocatur. IV, 1567. Christus lumen illuminans. III, 1782. Lux Domini. IV, 155. Lux proprie dicitur, lapis autem figurative. III, 515. Lux mundi. III, 1652. Lux inexstinguibilis. III, 1575.

Christus manus Dei. IV, 1595, 1865; V, 1317. Christus margarita pro qua omnia vendenda sunt. III, 1371. Christus medicus. IV, 353. Medicus qui de seipso ægrotis medicamentum fecit. V, 725. Christus mercator. IV, 866. Christi quale cum humano genere commercium. V, 689. Christus mercator, qui in sacco ferebat pretium nostrum : percussus est lancea, usus est sacco et manavit pretium orbis terrarum. IV, 178, 179. Christus huc venit ad commercium, attulit bona, accepit mala. IV, 1942. Christus assidue in Scripturis appellatur mons. IV, 74, 77, 517; V, 45; VI, 52. Christus mons montium. IV, 1116. Mons uber et incaseatus IV, 827. Mons et vallis. IV, 1597. Christus murus adversus insidias inimici. III, 1440. Christus negotiator cœlestis, qui venit accipere contumelias, dare honores; haurire dolorem, dare salutem; subire mortem, dare vitam. IV, 251. Christus nubes ex Virgine. IV, 1124.

Christus oleum. III, 710. Ostiarius. III, 1728. Ostium. III, 1728, 1751, 1758. Ovis. III, 575, 1728, 1758 Panis. V, 265, 725, 1465. Panis verus. III, 1602, 1607. Panis cœlestis manna adumbratus. V, 45, 1351. Panis cœlestis quem manducaverunt veri Israelitæ. V, 1351. Panis Angelorum. I, 1286. Panis Angelorum et annona præliantium de horreis invecta dominicis. IV, 1865. Christus panis et potus. III, 1612. Qui esurit panem Christum, esurit justitiam III, 1607. Christus paracletus. III. 1828. Pastor. III, 1728, 1734; V, 308, 1647. Pastor et janua. IV, 1102, 1105. Christus pax. V, 170. Pax nostra. III, 1854. Christus pax nostra et verus pacificus. IV, 1655, 1668. Christus persecutor quatenus dici potest. IX, 255. Christus petra. III, 375, 737, 791, 804, 1729. 1736; V, 45. Petra supra quam Gedeon carnem hœdi et azyma posuit, figura Christi. III, 112. Petra super quam ædificata est Ecclesia. I, 618; V, 1238, 1348. Petra ad quam hostis major est occidendus et minor elidendus. IV, 1774. Christus pretium nostrum. V, 1591. Christus principium. III, 1681; V, 24. Christus rector, sponsus, et redemptor Ecclesiæ. IV, 1784. Christus rex Judæorum. IV, 526, 759. Christus rex et sacerdos. III, 1045, 1594.

Christus sacerdos dictus a sanctificando nos, et rex a regendo nos IV, 504. Christus per salomonem figuratus. IV, 1668. Christus salutaris noster. IV, 1728. Christus samaritanus. IV, 1765. Christus sanctus sanctorum. IV, 1116. Si sacramenta cogites, sanctus sanctorum; si gregem subditum, pastor pastorum; si altaricam, fundamentum fundamentorum. IV, 1102. Christus sapientia Dei ubique præsens. III, 1659. Christus sol dictus : hinc Manichæis occasio erranti. IV, 132, 1947. Christus templum et altare. III, 1329. Christus turris fortitudinis. IV, 725. Verbum divinum uva, Christus botrus uvæ. IV, 109. Christus veritas et misericordia. IV, 667. Christus verus, quare. II, 384, 547. IV, 174. Christus Dei virtus, Dei sapientia, veritas. I, 1321; III, 170. Christus fons vitæ. V, 1115. Fons et lumen vitæ. III, 1654. Christus sacramentorum vita. V, 92. Christus vita æterna. III, 1610, 1818. Christus ut homo est vitis, agricola secundum divinitatem. III. 1859. Christus quare se vitem dixit, discipulos vero palmites. III, 1841. Christus vitulus propter victimam appellatus est. V, 45. Christus vultur. III, 885.

Christiana religio vera religio. I, 602. Apud antiquos fuit. I, 602. Christiana religio ab Jerusalem sumpsit initium. VII, 618. In sola Ecclesia catholica reperitur. III, 127. Christianæ religionis salubritas. VII, 76, 79. Cur tanto temporis tractu, orbis sine Christiana lege fuerit, quærenti respondetur. II. 573. Christum quemodo jam omnes cantent. II, 1028. Christianæ doctrinæ modus perquam optimus. III, 134 Christiana religio hominibus persuasit, quæ Plato persuadere non potuit. III, 123. Quæ de Christiana religione in scripturis prædicta sunt sic transeunt, ut transitura esse prædicta sunt. II, 1028. Factis regibus Christianis ubique in parvo tempore Christi Evangelium penetravit, ait Hesych. II, 904. Christianam religionem ad parvum tempus duraturam esse jactabant ejus inimici. IX, 894. Christianitas ad mortibus proficit. IV, 321. Fidei christianæ veritas, ex sanguine martyrum, castitate virginum. III, 125.

Christiani apud Antiochiam primum sic dicti. I, 622. Christiani propter mysticum chrisma sic dicuntur. VII, 676. Christianos recte Christos dicere possumus. VII, 532 Christi ut figurati in Jacob. V, 43, 55. Christiani boni et mali in eodem Jacob benedicto et Esaü claudicante admirati. V, 58. Christianorum figuræ in iis quæ contigerunt Israelitis. V, 57, 58. Christianus populus, Judæorum populo prælatus. IV, 990. Christianorum servi Judæi. V, 56.

Christiani ante Christum nonnulli exstitere. V, 1576, 1577. Antiqui sancti per fidem futuræ passionis Christi, salvi facti sunt I, 808. Christiani filii Patriarcharum, non veniendo de carne ipsorum, sed imitando fidem. IV, 933. Christiani reges appellantur a Christo. II, 1035.

Christianus fratris nomine intellectus. III, 1266. Christiani vere fratres Christi per adoptionem. VIII, 215. Fratres Christi et filii. III, 1829. Signum Christi in fronte accipit qui primum credit. V, 1075. Christiani in Christum, non in Petrum credunt. VII, 620. Signum suum Christus in fronte nobis figi voluit, ne Christi opprobria Christianus erubescat. IV, 252. Christiani nomen tanquam ad insultationem et opprobrium olim objiciebatur. IV, 486. Aliquando crimen et ignominia erat esse Christianum, nunc honor est. IV, 719, 856, 1138. Nullus jam error se audet extollere, qui non Christiani nominis velamenta conquirat. II, 447. Christiani sibi non sint viles, quibus Deus unigeniti sui pretiosissimum sanguinem quotidie fundit. V, 1378. Plus pertinet ad hominem quod Christianus est, quam quod homo, quare. II, 1420. Christiani Catholici vel orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes et recta sectantes. III, 127. Christianus auctoritatis pondere ducendus. V, 1600. Christiano satis est si credat a summe bona Trinitate creata esse omnia, eaque bona. VI, 255. Christiani non omnes sunt templum Dei, sed illi soli qui bene vivunt. IX, 671.

Christianorum duo genera. III, 127. Christiani triplicis generis. V, 53. Christianorum ex modo nascendi quatuor genera. III, 1479. Christiani boni et mali. V, 559, 561. Christiani veri quinam. IV, 373; IX, 151. Christiani a gentium moribus discrepare debent. V, 1023. Fausti calumnia nihil mutasse Christianos de moribus gentium, refellitur. VIII, 435. Christiani catholici a Fausti calumniis vindicantur. VIII, 347.

Christianus crimen habere non debet. III, 1697. Christianorum habitus et mores. VII, 647. Christianorum et Christianarum verus ornatus non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem vestisque pompa, sed mores boni sunt. II, 1060. Eorum affectus erga res creatas et ipsum Deum. VI, 331. Vitæ Christianæ ordo. I, 866, 867. De Christiana professione non sibi blandiendum, nisi et opera sequantur. IV, 1043, 1044. Christianorum est imitari Christum. V, 53. Christi sanctitatem quatenus exprimunt Christiani. IX, 274. Christiana vita cruci Christi, sepulturæ, resurrectioni, etc., configuranda. VI, 257.

Christianus, quia Christianus est, aliquid plus passurus est in hoc sæculo. V, 276. Christianus frustra est, qui non est in ea sorte propter quam passus est Christus. IV, 176. Si putas te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus. IV, 649. Christianorum adversus tyrannorum minas, fortitudo. IV, 1591. Christianus exemplo Christi, in tribulatione fortis effectus est. IV, 649, 653. Christiani martyrium pro Christo finis optimus. X, 995. Christianus quando non potest occidi, agitur ut exhonoretur. IV, 752. Christiani patienter ferant injurias ad instructionem aliorum. II, 529. Christiana firmitas. V, 277. Christianus similis debet esse quadrato lapidi. IV, 1103. Christianorum sub patrono Christo securitas. V, 728. Christiani quid pro patria cœlesti agere debeant, discunt ex eo quod Romani fecerunt pro terrena. VII, 160, 162.

Christianos gratis persecuti sunt reges terreni. IV, 1591. Christianum nomen gentiles perdere non potuerunt. V, 1637. Christianum nomen, mortuo Christo, per Martyrum passiones disseminatum. IV, 453, 454. Christianorum pugnæ modo non sunt cum tyrannis, sed cum diabolo, cum carne. IV, 1687. Christianum describebat Apostolus, non Judæum adhuc sub lege positum. X, 995. Christiano mundus inimicus est. IV, 649. Christianorum vita in hoc mundo similis arboribus quæ per hyemem videntur mortuæ. III, 1627.

Christianorum opes. VII, 23. Qui Christiani sunt, prorsus pauperes sunt. IV, 863. Christiani damnis turbari non debent. II, 1060. Christiani cor angitur, non ob damnum, sed quia nondum cum Christo vivit. IV, 1631. Christianus fieri volens propter commodum temporale, redarguitur. VI, 330. Christianus non ad hoc factus est, ut in sæculo isto floreret. IV, 190. Qui Christianus est ut abundet temporalibus, deficit ubi ista deficiunt. IV, 1701. Christianus qui vult fieri ob felicitatem terrenam, adhuc in tenebris perseverat. IV, 1673. Christianus nondum est, qui non ad Dei promissa de futuro sæculo attendit. V, 78. Christiani Deo spe carnalis mercedis servientes, ad vetus Testamentum pertinent. V, 52. Christianorum est pati mala temporalia, et sperare bona sempiterna. V, 1356. Christianos ad præsentis temporis bona non esse factos. V, 705. Christiani ad hoc sunt, ut præsentia superent, et futura sperent. IV, 1154. Christiani sumus, non propter temporalem, sed propter æternam vitam. V, 632, 1196, 1356, 1386, 1650. Christiani esse debemus propter vitam sempiternam. II, 550. Christianus vere est, qui religionem profitetur propter futuram requiem. VI, 331. Propter unam æternam vitam Christiani sunt. VII, 189.

Christianus est, qui hîc peregrinum se esse cognoscit. V, 642. Christiani bonis terrenis tamquam peregrini utuntur, nec capiuntur; malis autem aut probantur, aut emendantur. VII, 42. Christiano tria commendantur, continentia, justitia, spes præmii æterni. V, 633. Christiano de resurrectione dubitare non licet. V, 1614. Christianorum propria est fides resurrectionis. V, 1112. Christianum cor, faculæ ardentis similitudine, cœlum semper petere debere ostenditur. V, 1117. Christiani boni tota vita sanctum desiderium est. III, 2008. Qui transit ad Christum, transit a timore ad amorem. V, 199. Christiano amanti lex non est pondus, sed decus, non tormentum, sed ornamentum. V, 207. Christianus es, audi Christum; servus es, audi dominum; filius es, audi patrem. IV, 160. Christianæ animæ pascua. V, 1647. Christianus bonus quomodo devoratur in cibo panis. IV, 617.

Christianorum perfectorum vita laudatur. I, 1337. Christianorum in civitate simul viventium vita et mores. I, 1338. Dimittere patrem aut matrem aut uxorem, quandonam tenetur Christianus. II, 689.

Christiani sunt sacerdotes. VII, 676. Christianorum sacrificium. V, 284.

Christianorum omnium una respublica est. VI, 573. Christiani ad unitatem revocantur. VI, 712, 713, 716. Eo ipso quo accepisti nomen Christi, sacramento quodam natus es in visceribus Ecclesiæ. IV, 678. Christianorum non animæ, sed anima una, unica illa Christi. II, 1056. Christiani omnes unus homo. IV, 1516, 1536, 1634, 1704. Omnes in Christo et Christi et Christus sumus. IV, 200, 1679. Christianus in alio Christiano faciente miracula, quomodo et ipse facit. IV, 1707. In Christianis adhuc carnalibus morientibus spiritus perficit quidquid deest, quia ab unitate corporis Christi non recesserunt. II, 843. Christiani boni a tepidis prohibiti, ne ducantur quasi auctoritate turbarum. V, 546, 548.

Christiani quidam nomine, opere vacui. V, 1562. Inter Christianos hujus mundi dilectores, et contemptores discrimen. II, 486. Semi-Christiani. VIII, 207. Christiani mali. VI, 343, 347. Falsi. VII, 674. Christiani ficti et mali non computandi in membris Christi. VII, 742. Christiani ficti et mali, mysterium inquitatis. VII, 686. Christiani bonos mores non habentes, et Dei dicuntur, et non Dei: Dei propter ipsius sacramenta, non Dei propter proprium vitium. IV, 559. Christiani mali portant sanctum nomen ad pœnam suam. V, 548. Christiani mali injuriam Christo faciunt. III, 1760. Implent ecclesias per dies festos Christianorum, qui implent et theatra per dies solemnes paganorum. VI, 345. Christianis per paganos, Judæos, hæreticos, et maxime malos Christianos instant tentationes. VI, 343, 347. Ut olim paganorum, sic nunc malorum Christianorum insultationes insidiantur virtutibus justorum. IV, 1151, 1152. Christiani mali tanto sunt nocentiores, quanto interiores inimici. VI, 180. Christiani mali pejus vivunt quam Judæi et pagani: hi comparantur ligno silvatico, illi sarmento præciso. IV, 242. Christiani nomine tantum, feræ calami dicuntur. IV, 836. Multi qui volunt fieri Christiani, offenduntur malis moribus Christianorum. IV, 243. Ex malorum Christianorum moribus non spernenda Ecclesia. I, 1341. De pravis multorum Christianorum moribus perturbari non debet qui in Ecclesiam congregatur. VIII, 291. Christiani boni et mali hic simul confunduntur, quare. IV, 248, 249. Amborum oppositi mores. III, 128. Mali, ut palea tolerantur. III, 127. Nec ab Ecclesia præciduntur. I, 1341. Christiani boni ad tolerandos malos excitantur. V, 471. Christiani mali provocantur ad vitæ mutationem. V, 471. Maledicta in malos Christianos cadunt in omnes Christianos. IV, 582. Christiani plures super numerum sunt, quomodo. IV, 440. Christiani boni in comparatione multitudinis malorum pauci sunt, per se autem considerati multi sunt. VIII, 291. Christianis pagani nil valent objicere nisi dissensionem Christianorum. V, 314. Maxima calumnia est, si Christianis exprobretur quod mortuum colant. IV, 1578. Christiani nullum mortuorum colunt. II, 83. Christianos accusavit Porphyrius quod dæmones venerarentur. VII, 653, 654. Mala quæ per quosdam Imperatores Christianos imperio Romano accidunt, immerito in doctrinam Christianam rejiciuntur. II, 532. Christianis tribuebant pagani Romani mala omnia quæ patiebantur. VII, 49, 111. Refelluntur. VII, 111. Christiani satagunt, etiam Pagani testimonio ut diuturnitatem calamitatis afflicti non sentiant. II, 587, 589. Christianos nec vituperat Seneca, nec laudat. VII, 192. Christiani temporibus Juliani lege data prohibiti sunt docere litteraturam et oratoriam. I, 753. Christianus nec falsæ philosophiæ inani loquacitate seduci, nec falsæ religionis superstitione terreri debet. III, 262. Christianus de rebus naturalibus quasi secundum Christianas litteras loquens, nihil temere affirmet coram infidelibus. III, 261, 264. Christiani nominis inimicorum mirabilis conversio. VII, 612. Christiani nominis inimici partim crediderunt, partim perierunt, pauci timidi remanserunt. IV, 1782.

Christiani, sunt Israelitæ et filii Abraham. II, 896. Non carnaliter, sed spiritaliter sunt Judæi et Israelitæ. II, 895, 896. Christiani licet spiritaliter Judæi sint et Israelitæ, non tamen debent hæc nomina sibi imponere. II, 896, 897. Christianos Aptus Judaizare docebat. II, 897. Christianos non oportet Judaizare. II, 892. Christiani in celebratione Paschæ observant ut occurrat sabbatum. II, 211. Nec tamen observant dies et annos, et menses et tempora. II, 209, 210. Ad solis et lunæ computationem Pascha celebrant. II, 209, 210. Christiani, si possunt, non permittere debent ut aliquid de area et torculari tollatur ad sacrificia dæmoniorum: si quid vero ipsis insciis sublatum est, utuntur mundis reliquis fructibus. II, 185. Christianis non licet uti re aliqua in honorem deorum, etiamsi animo contemnant. II, 185. Non licet de templis, idolis, lucis qui evertuntur, in usus privatos quidquam usurpare. II, 185. Christianos et justos non debere quemquam etiam malum occidere, Donatistæ dicebant. II, 177. An aliqui fient Christiani ultimis tribus annis et mensibus sex. VII, 671.

Chromatius episcopus. X, 652, 663.

Chrysippus. I, 935; IX, 459. Chrysippus unus ex *principibus* Stoicorum. VII, 259, 261. Quando cum *illo* disputatu-

rus erat Carneades, elleboro purgandum cor censebat, etc. IX, 459. Chrysippea argumenta. II, 82.

Chrysostomus. X, 685. In numero eruditorum ac sanctorum excellentissimus, secundum Julianum. X, 661. Cur de peccato originali non tam expresse locutus est. X, 656. Chrysostomi testimonia pro originali peccato. X, 656, 657. Chrysostomus Origenis et veterum sententiam de Petro reprehenso a Paulo amplexus est. II, 254.

Chullabi. IX, 238.

Chusi, interpretatur silentium. IV, 97.

Cibalina. IX, 232.

Cibos manducando atque ructando purgari et mundari, Manichæorum deliramentum. VIII, 226, 230. Non quod intrat coinquinare hominem, sed quod exit, ad solas turbas dixisse Christum calumniabatur Adimantus. VIII, 232. Cibi nulli sunt immundi. VIII, 151. Cibi non pollunt. I, 799. Cibus non perdidit Adamum, sed prohibitus cibus perdidit. II, 141. Noe omne carnis genus quod cibo esset usui, manducare permissum. I, 799. Johannes locustis in escam cedentibus non fuit pollutus. I, 799. Ciborum religio. I, 1340. In ciborum delectu superstitiosiores paterne admonendi. I, 1341. Alimenta mundis munda sunt, sed in nullo est munda luxuria. V, 1040, 1043. Non immunditia obsonii timenda, sed cupiditatis. I, 799. Non cibi genere, sed aviditate immoderata quisque culpandus est. VII, 513. Cibi potusque parcimonia. X, 723. Temperantia cibi et potus in paradiso, qualis fuisset futura. X, 772.

Cibum et potum nonnisi grata conservandæ salutis lex æterna admittit. VIII, 426. Alimenta sumenda tamquam medicamenta. I, 797. Magnus ille est, qui in cibo non rapitur aliquantulum extra metas necessitatis. I, 799. Quod saluti satis est, delectationi parum est. I, 797. Cibus sine voluptate non sumitur, ut vivatur. VII, 622. Ciborum necessitas calamitas est, et deliciæ vocantur. I, 797. In cibo insidiatur laqueus concupiscentiæ, et adjungit sese tamquam tedissequa periculosa jucunditas. I, 797. Felicius esset sine ulla saporis illecebrosa suavitate cibum et potum percipere. X, 771. Cibus qui in ventre jam non sapit, in memoria quasi sapit. I, 786. Cibi aviditas major in curis. I, 924. Cibus corporis quomodo in Dei laudem sumendus. IV, 1899. De ciborum abstinentia non gloriandum. I, 798. Cibi pretiosi divitum infirmitati indulgentur : cibi viles et electi nihil amplius præstant. V, 413. Cibus an ad corpus, an ad animam pertineat. I, 963.

Cibus terrenus, et cibus cælestis. VI, 707, 708. Cibus spiritalis unde præstantior corporali. V, 1481. Suus animæ cibus proprius et sua fames. I, 963. Cibus mentis. V, 709. Animus inde pascitur unde lætatur. I, 863. Cibus noster, Deus : solus reficit, nec deficit. IV, 597. Non aliunde vivit homo, et aliunde vivit Angelus. IV, 1742. Cibo justitiæ pascitur pius, impius superbiæ. IV, 1290. Cibus serpentis si esse non vis, noli esse terra. IV, 1386. Cibus oculorum, lux, V, 183; Cibus Ægyptius. I, 741. *Not.* (*a*).

Cicatrix in scriptura etiam solius coloris notam significat. III, 519, 696. Cicatrix quandonam currere dicitur. X, 315.

Ciceion vel ciceia genus virgulti. II, 263.

Cicero. II, 391, 395. Philosophus Academicus. VII, 136; VIII, 1056; X, 1566. Vir eloquentissimus et verborum vigilantissimus appensor et mensor. VIII, 635. Ab ipso in latina lingua Philosophia et inchoata est et perfecta. I, 910. Ciceroni nihil excellentius in latina lingua. I, 1204. Cicero laudatur. II, 498. Ciceronem se fuisse ait linguæ latinæ, ut minus apta rebus nomina imponeret quas senserat. I, 932. Ejus linguam omnes mirantur, pectus non ita. I, 685. Apud ipsum etiam sol reisoi. I, 1015. Ejus oratio qua Roma servata fuit, barbara visa est. I, 1013, 1016. Orationes Ciceronis, quas Verrinas vocant, nobilissimæ. I, 1204. Cicero eloquentiam suam laudando, arrogantiam non timet. III, 1795. Ciceronis dialogus cui nomen Hortensius. I, 686; VIII, 1019, 1046, 1056; X, 774, 802. Cicero in Hortensio miseriam hominis vidit, causam non agnovit. X, 778. Ciceronis disputatio contra Anaximenis et Anaxarchi de Deo sententiam. II, 445. Ciceronis sententia de definitione ac divisione virtutum animi. VI, 20. De beata vita. I, 909. Ciceronis locus ex Tusculan. exagitatur. II, 667. Alius verior. II, 668. Locus de amicitia laudatur. II, 1071. Ciceronis locus. II, 1074. Ciceronis epistolarum modus. II, 1075. Ciceronis libri de Republica. VII, 648; X, 767. Perierunt VII, 53. *Not.* (*a*). Cicero quos dixerit quasi consulares stultosophos. II, 589. Cicero laudat Cæsaris clementiam. II, 529. Ciceronis dictum de Roscio histrione. III, 1068. Ciceronis improbatur de quodam dictum, *Vultum unquam verbum quod revocare vellet, emisit*. II, 586. Cicero simulacrorum institutioni, et fabulosis de diis opinionibus indignatur. VII, 136. Auguria irridet. VII, 136. De Ciceronis libris multa interrogatus Augustinus, quid respondeat. II, 452. Ciceronis codex Hipponi non reperiretur. II, 456. Ciceronis cædes, ejusque causa. VII, 110.

Cilicium dictum esse Tharsis, quibusdam visum est. IV, 556.

Cilicium. II, 189. Cilicium pauperis. V, 1402; Cilicium ad peccati significationem pertinet. III, 1077. Ad peccatorum confessionem. V, 518. In eo est recordatio peccatorum. VII, 465. Cilicium caro Christi propter mortalitatem et similitudinem carnis peccati. IV, 335, 852. Cilicia ad se missa gratissime accepit Augustinus. II, 989, 991.

Cincinnati dictatoris paupertas VII, 164.

Cinis pœnitentiæ. IV, 1301. Pœnitentes volutantur in cinere tamquam similes se contestantes. IV, 1933. Cinis vaccæ rufæ significat famam quæ consecuta est passionem resurrectionemque Christi. III, 734.

Cinna Consul. VII, 107. Cinna peccandi licentia felix appellabatur. VII, 174. Cinna bellum Urbi intulit, eamque vastavit. VII, 69 *et Not.* (*c*), 107.

Circe maga famosissima. VII, 573. Socios mutavit Ulyssis. VII, 573.

Circumcellissarii agitatores quamdiu agitant, a communione separandi. IX, 787.

Circulo virtus comparatur. I, 1051.

Circi spectacula. VI, 638, 700. Circi insania. V, 1026. Circo et amphitheatro qui intersunt, redarguuntur. IV, 585, 1035, 1919. Circensium spectaculum qua de causa Neptuno equestri a Romulo institutum. VII, 61, *Not.* (*c*). Ludis Circensibus solis primum utebantur Romani. VII, 44. Unde ludi Circenses Consualia dicti. VII, 61, *Not.* (*c*).

Circumcelliones. VIII, 43; IX, 28, 96, 725. Circumcelliones seu Circelliones unde dicti. IV, 1730. Circumcellionum improbi mores. IV, 1730. Ebrietas et licentia. IX, 53, 54, 62, 257, 268, 320. Furor in seipsos et in alios VIII, 43. Circumcellionum furor præcipitantium se per abrupta montium. IX, 106. Circumcellionum mortes voluntariæ. IX, 651, 656. Circumcellionum est velle mori sine causa. V, 422. Circumcellionum principes V, 306, 307. Circumcellionum sub Episcopis ac presbyteris ducibus volitantium quotidianæ violentiæ. IV, 134, 1234. Circumcelliones, clericorum Donatistarum satellites. IX, 580, 581. Circumcellionum duces clerici. II, 397. Circumcellionum greges et feminas, et sanctimoniales habent. II, 135. Circumcellionum furiæ. V, 306. Furor. IX, 45, 46, 283, 306, 317, 319, 320, 322, 425, 429. Innocentius post effossum oculum et digitum præcisum et Restitutus presbyter ab eis occisus. II, 509. Circumcellionum sævitia. II, 97, 98, 307, 413. Sic vastant ecclesias in regione Hipponensi, ut barbarorum fortasse acta mitiora sint. II, 422. Circumcellionum scelera, et crudelitatis eorum in Catholicos exempla. IX, 520, 522, 560, 651, 656. Circumcellionum sævitia in episcopos. II, 306. In episcopum Fagaitanum. II, 507. In clericos catholicos. II, 502, 506. In clericos Hipponenses. II, 511; In laicos. II 507. Circumcellionum furor erga Paulum et Macarium. IX, 47. Erga Rogatum. IX, 704. Circumcellionum arma. IV, 643. Ligna, ferrum, fundæ. IX, 46, 320, 333. Circumcellionum fustes dicti Israeles. IV, 134. Circumcelliones calce et aceto humanos oculos persecuti sunt. IX, 656. Circumcellionum licentia juste reprehenditur, etiam cum aliquibus pessimis violenti sunt. IX, 432. Circumcelliones basilicam Catholicorum apud Hasnam invaserunt, altare comminuerunt. II, 120. *Vide* Donatistæ. Circumcellionibus salutandi formula hæc erat, *Deo laudes*. IV, 1732; IX, 306. Circumcellionum salutandi formula plus timebatur, quam fremitus leonis. IV, 1732 De Circumcellionum sævitia, expostulatio clericorum Hipponensium ad Januarium. II, 506. Lex lata contra Circumcelliones. IX, 48. Ex visis Circumcellionibus multi vi legum veraciter correcti. II, 322. Circumcellionica fortitudo. IX, 328. Circumcelliones a Donatistis appellantur Agonistici. IV, 1732.

Circumcisio cur tempore nativitatis Isaac imperata. VII, 506. Et totius gentis Arabicæ imperata. VII, 506. In Circumcisione nomen mutatur. VII, 505 Circumcisio et recte imposita est servis, et recte a liberis intellecta VIII, 157. Circumcisio signum veteris testamenti, quare in latenti carne. V, 876. Circumcisionis signum in congrua corporis parte datum. VIII, 479. Circumcisio quid præmuntiarit. IX, 290. Circumcisio prophetia Christi. V, 876; X, 403. Signum gratiæ Christi tollentis originale peccatum. X, 1173. Circumcisio figurabat regenerationem in Christo. X, 1073. Et gratiam Christi X, 1206. Circumcisionis sacramentum præfigurabat nostri temporis baptismum. X, 504. Circumcisionis necessitas. VII, 506. Utilitas. II, 96, 415. Effectus. IX, 175. Circumcisio vitium purgabat originale. X, 450, 854. A morte liberabat æterna. X, 720. Circumcisio parvulorum sub tanti supplicii terrore præcepta, naturam vitiatam esse arguit. X, 402, 403. Circumcisionis præceptum ostendit peccatum originale. X, 450, 686. Circumcisio cur octavo die præcepta. V, 916; VIII, 228, 335; X, 833, 1429. Circumcisio carnis in die octavo ad prophetandum Christum

pertinet. VIII, 335. Ejusque resurrectionem. II, 679. Circumcisio vice baptismi olim fuit. II, 845; V, 1348; IX, 309. Circumcisionis et baptismi comparatio. X, 683. Circumcisio carnalis spiritalem significat. III, 1654. Circumcisio magni sacramenti res est, et intelligitur in lege circumcisio cordis. IV, 954; V, 801. Circumcisio cordis. X, 203. Circumcisio renovationem significabat. VII, 505. Regenerationem. VII, 505. Et exspoliationem carnalis vitæ per resurrectionem Christi. V, 1105.

Circumcisionem velut idololatriam detestari ne videretur Paulus, Timotheum circumcidit : Titum non circumcidit, ne sine ea salutem nullam esse putarent. II, 280. Circumcisio Timothei non per simulationem facta. VI, 492. Circumcisio in figura venturi baptismi ab antiquis observata. IX, 464. Circumcisionis ritus post Christum superfluus, non perniciosus, nisi ei qui in hoc poneret spem salutis. III, 2113, 2134. Circumcisio cur jam non observetur. VIII, 333. Circumcisionis jugum quare non imponendum gentibus in Christum credentibus. VIII, 156. Circumcisionem nec prodesse gentibus, nec Judæis obesse. VI, 402. Nec Judæos ab illa prohibendos, nec ad eam gentes compellendas esse. VI, 492. Cum circumcisionem invideat Manichæi, sibi ipsi adversantur. VIII, 478. Circumcisio et justitia quomodo nos sumus. V, 916.

Circumitus temporum temporalium que, an admittendi. VII, 361, 369. Circuitus, temporalium rerum cupiditatem significat, qua septem dierum repetito circuitu tamquam rota volvitur. IV, 159.

Cirta. IX, 208, 511. Quandonam dicta Constantina. IX, 512. *Not*. 2. Cirtam pergit Augustinus episcopi ordinandi causa. II, 180. Cirtenses et Augustinus mutuo sese visendi desiderio flagrant. II, 592. Cirtenses conversionem suam Augustino quamvis absenti adtribuunt. II, 591. Hanc ille negat sibi tribuendam fuisse, etiamsi duo apud illos esset, et loqueretur, provenisset. II, 591. Cirtense concilium schismaticorum a. CCCXI. secundo Vigilio præside. II, 161, 162, 580; IX, 659, 755. Vix undecim aut duodecim episcoporum fuit. IX, 665. Cirtense Concilium falsum esse contendebant Donatistæ. IX, 642, 645, 755. Cirtense Concilium verum esse ostenditur contradicentibus Donatistis. IX, 643, 644, 663. Utrum falsum sit, discuti jubet cognitor. IX, 643. Cirtensis Concilii tempus. IX, 645. Cirtense Concilium diem et consules habet. IX, 665. Cirtensis Concilii acta. IX, 510. *Not*. (*a*).

Cison, interpretatur duritia eorum. IV, 1034.

Citharæ et psalterii distinctio ac mystica significatio. IV, 280, 479, 671, 672, 900, 1964.

Civitas quid. VII, 447. Civitas proprie in hominibus inhabitantibus intelligitur. IV, 1621. Non in parietibus. VI, 721. Civitas, multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiæ. II, 529. Concors hominum multitudo. II, 670. Civitas Romana pro regno Romano III, 1103. Civitas vere florere dicenda est, quæ castis, honestis ac probis moribus præpollet. II, 514.

Civitas cum sine additamento ponitur in scriptura, de civitate Dei, vel de Ecclesia intelligitur. IV, 912. Civitates duæ. VII, 457. Ab initio generis humani. VI, 735. 737. Altera justorum, altera iniquorum. III, 456. Civitas utraque Angelorum et hominum. VI, 284. In omnibus gentibus licet tanta varietate inter se distinctis, non amplius quam duæ civitates. VII, 405. Una prædestinata est regnare cum Deo, altera cruciari cum diabolo. VII, 457. Utraque civitates in primo homine per præscientiam exortæ. VII, 376. Utrique civitati bona et mala communia, sed usus diversus. VII, 620. Prophetiæ partim ad civitatem cælestem, partim ad terrenam, partim ad utramque pertinent. VII, 525. Utraque civitas, pia et impia, nunquam terris decuit. VII, 489.

Civitates duæ diversis suis generationibus in historia Geneseos distinguuntur. VII, 446, 460. Duarum civitatum excursus. VII, 620. Serie generationum Cain et Abel explicatur. VII, 456, 460, 467. Civitatis utriusque mysterium in Cain et seth. VII, 456, 460, 466. Civitatum duarum principium, amores duo. VII, 421, 456. Civitatem Dei esse, habetur ex scripturis. VII, 315. Civitas Dei ex Angelis et hominibus constat. VII, 540, 284. Civitas Dei per præscientiam ordinata ante perpetratum Adami peccatum. VII, 418. Civitas Dei seu, ut tolerans terram, sive a visione, Jerusalem vocatur et Sion : habet una habet ab Abel, sicut mala civitas a Cain. IV, 1846. Civitatis Dei notitia evidentior in Abraham. VII, 496.

Civitatis Dei origo, information et beatitudo unde sit. VII, 338. Civitatis Dei conditor Christus. VII, 54. Civitatis spiritalis ædificatio. IV, 1620, 1621. Civitas Dei ex fide gignitur, vivit ex spe. VII, 461, 466. Civitas Dei sancta Ecclesia. IV, 1261. Civitatem unam, domum Dei unam faciunt omnes fideles tam præteriti, quam præsentes et futuri, Angelis adjuncti. IV, 1668, 1669. Multi pleni caritate, civitatem faciunt Deo. IV, 1261.

Civitas spiritalis, ubi nemo nascitur, quia nemo moritur. V, 42. Civitatis supernæ quies et felicitas. IV, 1096, 1916. Civitas Dei aliunde beata, non aliunde beatus homo. II, 669, 670. In civitate Dei, voluntas Dei lex est. VII, 63, 284. Civitatis Dei lex et virtus, caritas. IV, 541, 1261. Civitatis supernæ rex veritas, lex caritas, modus æternitas. II, 533. Civitatis cœlestis figura. VII, 458, 446, 465. Civitas superna hîc est peregrina. VII, 458. Civitas superna in sanctis populi Dei peregrinata est, et in omnibus aliis sacramento adumbrata. VII, 481. Civitas superna dum peregrinatur in terra, pacem non habet in fide. VII, 645. Unde cum civitate terrena pacem habeat, unde discordiam. VII, 645. Pacem terrenam refert ad cœlestem. VII, 646. Civitas superna dum peregrinatur in terra, leges et instituta nationum sequitur, quæ religionem non impediunt. VII, 646. Civitatis Dei custodes. Episcopi. IV, 1669. Cives Dei, sive beati in hac vita. VII, 648. Civium Dei in hac vita languores et curatio. VII, 442. Cives patriæ superuæ fuerunt etiam in aliis gentibus a Judæis. VII, 609.

Civitatis terrenæ exordium. VII, 524. Civitatis terrenæ cives parit natura vitiata, civitatis vero supernæ liberans gratia. VII, 450. Civitas impia apparere cœpit a divisione linguarum. VII, 489. Civitas terrena generationes terrenas usque in finem habitura est. VII, 461. Civitatis terrenæ victoriæ mortiferæ aut certe mortales. VII, 440. In civitate terrena duæ formæ inveniuntur. VII, 459. Civitatis terrenæ bellum et pax. VII, 440. Civitas impia bestiæ nomine significatur. VII, 674, 679. Civitas diaboli et hujus civitatis curia, ministri, plebs. IV, 120. Civitatis malæ cives administrare aliquando actus bonæ civitatis exemplo ostenditur, et e contra. IV, 735. Cur sinat Deus iniquorum civitatem esse numerosiorem. VI, 337. Civitas Jerusalem captiva ab hujus sæculi Babylonia decursis temporibus liberanda. VI, 525. Civitates duæ quantum ab invicem discrepent. VII, 161. Et utriusque discrimen. VII, 456.

Civitates duæ confusæ sunt in hoc sæculo, iniquitate participata. VII, 46, 467. Jerusalem et Babylon jam corde sunt separatæ. IV, 1761. *Vide* Babylon. Civitates duæ in hoc mundo, Jerusalem et Babylonia permixtæ sunt interim, in fine separabuntur. III, 456; IV, 735, 773. Duæ civitates post judicium in æterna vel beatitudine, vel miseria. VI, 284. Opus de Civitate Dei pollicetur Augustinus. III, 456. De Civitate Dei quinque priores libri absoluti. II, 742.

Civitas circumstantiæ quæ. IV, 255, 722.

Civitas contradictionis quæ. IV, 637.

Cizan in diœcesi Hipponn. II, 252.

Clades et vastationes Christianis utiles. V, 621.

Clamare ad Christum quid. V, 545. Clamandum inter turbas clamare prohibentes. V, 548. Clamare ad Christum prohibentes turba. V, 546.

Clamor cordis. V, 858. Clamor cordis est flagrantia caritatis; ille autem cordis frigus e ritatis. IV, 404. Clamor ad Dominum in affectu cordis. IV, 74, 85, 254, 971, 1834. *Vide* Orationis. Clamor media nocte. V, 576. Clamor pro impudentia et libertate iniquitatis. III, 491. Clamor pro peccatis manifestis. III, 858.

Clarentius. II, 240.

Clarus a Mascula. IX, 257.

Classicianus cum tota domo sua anathemate damnatur. II, 1066, 1067.

Claudianus poeta a Christi nomine alienus. VII, 172.

Claudius episcopus. X, 639, 640. Claudius episcopus Augustino mittit quatuor libros Juliani adversus unum illius opus. II, 949. Claudio mittit Augustinus quæ ad Juliani libros responderit, ut de iis judicet. II, 949.

Claudianistæ seu Claudianenses. IX, 333. Claudianistæ ad communionem a Primiano admissi. IV, 579.

Claves Ecclesiæ. V, 1545, 1549, 1741; VII, 675. Claves Ecclesiæ traditæ. III, 25. Claves regni cœlorum datæ Petro Ecclesiæ personam gestanti. V, 802, 1549; VI, 308. Claves non soli Petro, sed Ecclesiæ datæ sunt. V, 802. Claves regni cœlorum in Ecclesia. VIII, 572. Clavium Ecclesiæ potestas. II, 556. Claves sic datæ sunt Ecclesiæ, ut non solum peccata remitteret, sed etiam ut ea vindicaret. VIII, 625. Pœnæ spiritales longe graviores quam corporales. VIII, 619, 625. Gravius punitus est, qui velut relictus est impunitus. VIII, 625. Qui male a Donatistis intelligatur, *quæ solveritis in terra*. V, 600. Claves Ecclesiæ per antistites ministrantur. V, 1545. Christus prius resuscitat, tunc Ecclesia solvit. V, 1549. Discipulorum est solvere quos Christus suscitavit. V, 594, 595. Vincula ipsius reatus solvunt. V, 595. Ad illas claves non pertinet qui non est in Catholica. V, 802.

Clathimon mons. III, 796.

Clementia tanto plenior esse debet animus, quanto a nequitia purior. II, 659.

Clementius episcopus. X, 652, 665.

Cleo. VII, 54.
Cleobolus Lindius unus e septem sapientibus. VII, 585.
Cleombrotus quare se præcipitem dedit de muro. VII, 56.
Cleophon. VII, 54.
Concupiscentia in aliis major, in aliis minor. X, 1424, 1428. Concupiscentia vehementius quo suam oppugnat. X, 855. Juvenilis ætas acriores habet hostes, senilis minores, sed tamen habet. V, 719. Concupiscentia minor est, quamdiu non a sciente, sed ab ignorante peccatur. X, 1605. Concupiscentiæ per infirmitatem et ignorantiam magis minusve creditur, prout quisque melior est aut deterior. X, 152. Concupiscentia habet quo crescat. X, 1605. Concupiscentia consuetudine roborata vehementior. X, 855. Concupiscentiæ vires addunt, et peccata ex voluntate commissa, et consuetudo peccandi. X, 1605. Concupiscentias sequendo, vires eis adduntur. III, 1699. Concupiscentiæ sunt vires, subjectio nostra. V, 816.

Concupiscentiæ vitio plura committit homo vel infirmitate, vel cæcitate. X, 261, 265. Concupiscentiarum ignis non sinit videre veritatem. IV, 688, 689. Concupiscentiæ peccata in usu rerum concessarum et licitarum. X, 300. Veniales quidam concupiscentiæ lapsus. X, 696. Qui concupiscentiis carnalibus cedit, vel bonas putans, vel malas sciens et sequens, totus carnalis est. V, 836. Concupiscentia carnalis, pœna qua percutit Deus carnales. III, 828. Quomodo tradit Deus in concupiscentias. X, 795. Non cogendo, sed deserendo tradit. V, 391.

Concupiscentia non est luxuria, nisi quando perficitur. X, 1585. Concupiscentias perficere quid sit. V, 719; X, 755. Etiam quando lex in membris repugnat legi mentis, nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo. X, 455. Concupiscentia qui agat malum, et non perficiat. V, 818. Qui non sinat perficere bonum. V, 958. Non concupiscere, omnino perfecti est; post concupiscentias suas non ire, pugnantis est. V, 816, 856. Concupiscentiis obedientium triplex gradus, tribus mortuis a Domino suscitatis adumbratus. V, 720.

Concupiscentiæ resistendum. V, 597; X, 775. Concupiscentiæ resisti potest, non ea tamen prorsus carendo. X, 709. Concupiscentia carnis, cum qua de traduce nascimur, cito vincenda est. IV, 688. Concupiscentiæ nolunt post te ire, noli post eas ire; rebellant, rebella; pugnant, pugna; expugnant, expugna; hoc sibi non vide ne vincant. V, 816. Magna merces præparata iis qui concupiscentiam vicerint per gratiam. III, 400. Concupiscentiam vincere non est impossibile. III, 430. Concupiscentia domandis expugnatoribus, non laudatoribus ejus. X, 1545. Concupiscentiæ et consuetudini malæ quomodo resistendum. V, 719, 816; VII, 38. Concupiscentia non exstinguitur per jubentem litteram timore pœnæ, sed per juvantem spiritum dilectione justitiæ. VIII, 654. Ad vincendam concupiscentiam non sufficere legis notitiam. V, 794.

Concupiscentiæ malum ante Legem ignotum. V, 828. Concupiscentia Legem Dei nescientibus nec inimica deputatur. VI, 355 Concupiscentia per Legem innotescens, augetur ac fit invicta. VI, 103, 353. Concupiscentia ex prohibitione Legis augetur, non sanatur. II, 893, 894; III, 2065, 2068, 2070. Concupiscentia aucta per Legem, non victa. V, 829. Audiens, *Non concupisces*, si gratia non adsit, pœnam tuam audisti. V, 792. Non sufficit homo ingenitis sibi motibus dare leges. X, 820. Fidenti de se timendum ne multo amplius inde sibi peccatum dominetur. VI, 357. Si posueris spem in ipso spiritu quo homo es; iterum spiritus tuus in carnem relabitur. V, 850. Concupiscentia timore pœnæ non tollitur. V, 949. Concupiscentia in eo sævit, qui a factis malis temperat non delectatione justitiæ, sed formidine pœnæ. V, 82. Contra concupiscentiam arma, Dei præcepta. V, 719.

Concupiscentia malum est, nec ei resistitur nisi adjuvante Deo. X, 696. Concupiscentia non nisi per gratiam vincitur. VI, 353. Concupiscentias carnis vincit caritas. III, 2061. *Retr.* Vincente delectatione justitiæ non ceditur malæ concupiscentiæ. VI, 225, 287. Concupiscentiæ, et legis Dei delectationes. V, 850, 838, 839. spiritus Dei est qui pugnat in te adversus te, adversus illud quod est in te contra te. V, 717. Christus vivit in eis qui contra concupiscentias pugnant. X, 866. Concupiscentiæ languor tyrannus est, cujus si vis te esse victorem, Christum invoca imperatorem. V, 190. Contra concupiscentiam tres ultimæ petitiones orationis Dominicæ adhibendæ. X, 153. Conflictus cum concupiscentia etsi non sit damnabilis, est tamen miserabilis. X, 440. Concupiscentiæ lucta spiritalem delectationem et perfectionem minuit justitiæ. X, 742. strenuis bellatoribus non desunt vulnera peccatorum. VI, 357. Pars aliquantula libera resistit reliquiis servitutis. V, 189. Concupiscentia victa nec regnat, nec pugnat, inest tamen. IV, 1860. Cum non fiunt membra tua arma iniquitatis, est quidem iniquitas in membris, sed non regnat. V, 190.

Concupiscentia in quibus regnet. X, 1243. Concupiscentia tunc regnat, cum desideriis ejus obeditur. III, 417; V, 719; VI, 354. Ut non regnet, tene membra tua, et noli iis armare adversarium tuum contra te. V, 719. Concupiscentia ut non dominetur, facit gratia. VI, 357. Concupiscentiæ regnum non evertitur nisi per gratiam. V, 190. Concupiscentiæ dominatu non liberat, nisi gratia. III, 2061. *Retr.* Concupiscentia quantum ad sanctos, in hac vita regnum perdit, in alia perit. V, 840, 841 Concupiscentia non regnante plus habet juris mens ad tenenda membra carnis, quam ipsa concupiscentia ad ea movenda. V, 841. A quo accepit homo victoriam concupiscentiæ, ne voluptate pertrahatur, ab illo etiam robur patientiæ, ne dolore frangatur. IV, 1577. Concupiscentia quandonam recte superatur. X, 788.

Concupiscentia minuitur. X, 855. Quomodo. X, 856. Concupiscentia minui in hac vita potest, consumi non potest. X, 851. Imminutio cupiditatis, est profectus sanctitatis. X, 845. Concupiscentia seu necessitas nostra per gratiam minuitur, per gratiam finitur. X, 1279. Concupiscentia in proficientibus minuitur, augetur in incontinentibus. X, 430. Concupiscentias carnis quodam modo crucifigit continentia. VI, 353.

Concupiscentia in conjugatis est et continentibus, quare. X, 742. Cur in continentibus penitus non exstinguatur. X, 742. Feminæ a concupiscentiæ motu non immunes. X, 798. Concupiscentia sic insidiatur sanctis, ut aciat dormientibus quod non potest vigilantibus. V, 819. Concupiscentiæ violentia carere non est in hominis potestate. X, 1550. In potestate animæ non est ne concupiscat, quamdiu inest peccatum in membris. III, 417.

Concupiscentia minui potest, quamdiu vivimus finiri non potest. V, 817. Concupiscentia vinci potest, donec sicut vulnus in corpore, ita per certa curatione sanetur. X, 722. In hac mortali vita difficile est etiam sub gratia positis omni modo implere quod in lege scriptum est, *Non concupisces*. VIII, 552. Præceptum, *Non concupisces*, hic perfecte non adimpletur. II, 893. Ad quid lex *Non concupisces*, si hic non impletur. X, 452. Ostendit non quod hic valeamus, sed quo proficiendo tendamus. II, 893. Concupiscentias rerum illicitarum penitus exstirpare omni modo velle debemus, licet hoc non detur in hac vita. V, 892. Contra concupiscentias quæ verba pugnantium, quæ triumphantium. V, 892. Concupiscentiæ inveritus in votis esse debet. V, 189, 815, 820, 892. Vani voti homo es, si tali adversario non vis carere. V, 189. quandonam est omnis concupiscentia. X, 1605. Concupiscentias non habere, non est

præsentis vitæ, sed futuræ. X, 1383. Concupiscentia primo sequentes ducit, postea renitentes trahit; accepta gratia nec trahit nec ducit, sed adhuc contendit; post contentionem victoria. IV, 775. Non concupiscere plenitudo est virtutis, perfectio justitiæ, palma victoriæ. V, 816. Concupiscentia aliquando gratia Christi perimenda. V, 819. Concupiscentia nulla erit in fine X, 153. Concupiscentiæ rebelles motus non quiescent in justis, donec carnem incorrupti lem habeant I, 623. Concupiscentia non erit, quando mortale non habebimus corpus. X, 1243 Concupiscentia non erit in perfectione justitiæ. X, 300. Tunc omni malo carebit homo, quando cui repugnet non erit. X, 1452. Concupiscentia non erit in beatorum corporibus post resurrectionem. X, 453, 562. Concupiscentia carnis quæ hic impiis est delectamento, post in tormenta vertetur. X, 852. A concupiscentia non liberatur morieus impius. X, 277, 561. *Vide* Corpus peccati, Lex, Libido, Caro.

Concupiscentia per fœnum designata. IV, 1212. Concupiscentia carnalis fluvio comparatur. III, 1308. Concupiscentia per mulierem, mens per virum figuratur. VI, 579. Concupiscentia, hydrops. V, 410.

Condemnatio ob peccatum originale. X, 440. Ex condemnatione in quam omnes nascuntur non liberat, nisi gratia Christi. X, 116.

Condiaconum appellat Augustinus diaconum de quo loquitur. II, 630, 644, 758, 868, 999, 1001.

Condiscipuli omnes sumus sub Christo magistro. V, 155.

Confessio idem ac symbolum fidei. VI, 276. Confessi dicebantur, qui Christianam fidem profitebantur, ut ad familiam Christi admitterentur. VII, 45. *Not.* (*a*). Confessio fidei sine rubore. V, 1279. Confiteri Deo quid sit. I, 779. Nihil propius auribus Dei, quam cor confitens et vita ex fide. I, 677. Parum est in corde habere Christum, et nolle confiteri dum timetur opprobrium. IV, 1436, 1437. Magni fructus hujusmodi confessionum. I, 781. Confessio gemina est, aut peccati, aut laudis. IV, 108, 225, 513, 1020, 1218, 1405, 1463, 1495, 1774, 1844, 1878. Confessio ponitur interdum in laude Dei. III, 1366. Confessio duplex, laudantis et pœnitentis. V, 186, 435, 952. Utraque debita Deo. V, 186 In utraque re, et in peccato tuo, quia tu fecisti; et in bono facto, confitere Domino quia ipse fecit. IV, 1173. Quando nobis male est, confiteamur peccata nostra; quando nobis bene est, confiteamur laudem Deo: sine confessione tamen non simus. IV, 225. Semper habemus quod confiteamur. IV, 1281. Confitere modo quod tu fecisti in Deum, et in æternum confiteberis quid tibi fecerit Deus. IV, 226. Confiteatur infirmitatem, qui vult pervenire ad divinitatem. IV, 1907.

Confessio peccatorum. III, 635; V, 90, 153; VI. 358. Confessio peccatorum ad salutem necessaria. V, 138, 186, 756. Confessionis medicina. V, 139, 982. Confessionis et pœnitentiæ medicina peccatori necessaria. VIII, 419. De confessionis utilitate ac necessitate. IV, 408, 255, 808, 959, 1079, 1080, 1219, 1232, 1318, 1761, 1827, 1855, 1861, 1885. Confessio hostia est Deo. IV, 1233. Confessio peccatoris etiam ipsa Dei est laudatio. V, 433. Te prius accusa, te accusato Deum lauda. IV, 1908. Confessione amissa, non erit locus misericordiæ. IV, 854. Confessio hominis, humilitas hominis; miseratio Dei, altitudo Dei. III, 1504. Ad justos pertinet confessio peccatorum, ad superbos pertinet defensio meritorum. V, 1382. Gratia beneficii Dei prima. redigere ad confessionem infirmitatis, ut quidquid potentes sumus, ab illo simus. IV, 428. Deus interrogavit Adam, ut eum ad peccati confessionem cogeret. III, 207. Confiteatur homo quod est, ut ab illo curetur, qui semper est quod est. III, 1982. Antequam veniat Dominus, nos confitendo damnemus quod fecimus, ut ille quod coronet, non quod damnet, inveniat. IV, 1219. Pars hominis justitia, in confessione sibi non parcere. III, 839. Sicut odit Deus peccata sua defendentem, sic sublevat confitentem. IV, 1885. Societatis pactum cum iniquitate est, cum eam confiteri quam cavere delectat. VI, 425. Times confiteri, qui non confitendo esse non potes occultus? Damnaberis tacitus, qui posses liberari confessus. IV, 808. Cur confitemur Deo omnia scienti. I, 809. Confessio malorum operum, est initium bonorum operum. III, 1491, 2006. A confessione reparatio incipit, et per bona opera perficitur. IV, 1281, 1338, 1908. Peccator qui confitetur, procedit de tenebris ad lucem. III, 1578. Confitentium peccatorum fumus lacrymas extorquet humiliatorum superborum. IV, 1865. Confessionis nomine audito populi pectora percutere solebant. IV, 1495, 1774, 1844; V, 186, 455.

Confessio ante omnia, deinde dilectio. III, 1982. Majore et veriore gloria quisque correctus sua confessione reprehenditur, quam cujuslibet errantis ore laudatur. X, 548. Ne securus sis cum confessus fueris peccatum, tamquam semper paratus ad confitendum et committendum peccatum: curam gere ut sanetur. IV, 409, 1335. Cum Dei laude conjuncta esse debet peccatorum confessio, quæ aliter pia non est, nisi non desperans et poscens misericordiam Dei. IV, 1406. Post confessionem non afferet Deus ultionem, si et tu non repetes iniquitatem. V, 300. Confessione scrupulus conscientiæ tollendus. V, 300. Confitenti quid prosit Ecclesia, si prius a Domino rescuscitari debuit. V, 434. Ecclesia aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi. VIII, 259. Confessio divitis in inferno. IV, 93. Confessio commendata in præcepto non manducandi de suffocatis. VIII, 265.

Confessionum libri scripti circa an. cccc. I, 652.

Confidendum in Deo solo, non in Angelo. IV, 1496. Non in se. V, 829. Confidere in homine, non in Domino, miserum est ac mortiferum IV, 1889, 1890. Confidendum in Christo, non quia filius hominis, sed quia Filius Dei est. IV, 1890.

Confit. II, 80.

Conflictus carnis et spiritus etiam in sanctis. X, 1527. Conflictus carnis et spiritus a Gregorio Nazianzeno describitur. X, 1528.

Conformatio, quæ est unum ex bonis originalibus, quid sit. VII, 788. Congregationes fraternæ quam multæ in catholica communione. VIII, 225. Varia genera eorum qui in congregationibus vitam susceperunt. VIII, 225.

Confusio quid. IV, 856. Confusionis causa libido. VII, 778. Confusio quædam est salubris. IV, 328. Confusio, conversionis principium. IV, 868. Confusio alia est temporalis, alia æterna. IV, 233. Confusio temporalis utilis, est perturbatio animi respicientis peccata sua, respectione horrentis, horrore erubescentis, erubescentia corrigentis. IV, 232. Confusionem temporalem non formidet Christianus; si hanc non habuerit, habebit æternam. IV, 232. Confusio adducens peccatum, et confusio adducens gratiam. II, 346. In judicio confundentur pereniciose, qui modo nolunt confundi salubriter. IV, 1088.

Conjectores unde fit ut aliquando vera prædicant. VII, 722

Conjugium a diabolo esse Manichæorum blasphemia. VIII, 367. In conjugio quid odiosum Manichæis. VIII, 310, 365. Conjugii usum damnant Manichæi. I, 1344, 1372, 1373. Conjugia laudantur ab Ambrosio et a Catholicis. X, 1407. De conjugio quid inter Augustinum et Julianum controvertitur. X, 811. Conjugium an naturæ species. X, 1461.

Conjugii sacramentum in Christo et in Ecclesia magnum, in viro et uxore minimum. X, 427. Conjugium facit non commixtio carnalis, sed caritas conjugalis V, 344. Copulatio animorum carior, quam commixtio corporum. VIII, 470, 471. Mariam inter et Joseph verum conjugium. X, 420, 810. Conjugium spiritale in homine. III, 206. Mutuum castitatis votum conjugium non dirimit. X, 420.

Conjugia fratres inter et sorores primo necessaria. VII, 458. Quare cum propinquis inire conjugia patres antiqui studebant. VII, 459. Quare prohibita VII, 459. Conjugia fratres inter et sorores apud Paganos damnata. VII, 458. Quare religione prohibita. VII, 458. Conjugium inter fratres jam Abrahæ temporibus non erat licitum. VIII, 422. Conjugia cum propinquis non divina, sed humana lege prohibita. VII, 459. Conjugia cum propinquis inire mos ipse horret. VII, 458.

Conjugium inire cum infidelibus non licere, asserit Cyprianus. VI, 221, 469. Conjugium Catholicorum cum Donatistis innuitur. V, 279.

Conjugium non solvitur ob sterilitatem. VI, 385. Conjugii vinculum sola morte resolvi, non autem fornicatione et separatione conjugum. VI, 473, 479. Conjugatis divortium facere sola fornicationis causa permissum est. VI, 100, 451. Conjugatis fornicationis causa a se discedentibus aliis posse nubere sentit Pollentius, sed refellitur. VI, 451, Dimissa adultera alteram ducens, mœchatur. VI, 467. Etiam si ducat ut Christianam faciat. VI, 468. Nihil inde præceptum esse in novo Testamento putat Aug. VI, 468. Conjugem ab alio contaminatam viro recipere omnimodo prohibitum erat in veteri Testamento. VI, 474. Reconciliatio post adulterium cum conjuge resipiscente, quam caveniens Christiano. VI, 474. Nolentes reconciliari conjugibus adulteris, continentiam custodiant. VI, 479, 485. Incontinentium querelæ adversus legem Christi vetantis alteri nubere, dimissa adultera. VI. 476. Dimittere infideles conjuges non licere sentit Pollentius, licere, sed non expedire dicit Augustinus. VI, 459. Discessio ab infideli conjuge non prohibita præcepto legis, sed consilio caritatis. VI, 100, 461, 463, 464.

Conjugii bonum, quid. X, 141. Conjugii multiplex bonum. VI, 375, 379, 432. Conjugii bonum triplex. X, 404, 688, 810. De bono conjugali liber contra Jovinia num. I, 659; III, 397. De adulterinis conjugiis. I, 653. Quid postulant conjugati, dum bonum conjugale postulant. X, 738. Conjugia cur instituta. X, 1582. Conjugia propter liberos suscipiendos

tantum copulanda sunt. VIII, 310. Conjugum piorum quis finis et intentio. X, 738. Non ob aliud debet femina nubere, quam ut mater fiat. VIII, 363.

Conjugalis debiti redditio. VI, 379. Conjugale decus est castitas procreandi, et reddendi carnalis debiti fides. VI, 382. Conjugalis congressus non damnandus. X, 555. Concubitus necessarius causa generandi inculpabilis, et solus ipse naturalis est. VI, 381. Conjugii usus quandonam inculpabilis. V, 1272, 1540; X, 1451. Eo ipso concesso immoderatius utendo, corrumpis in te templum Dei. V, 1272. Pacti es violator. V, 1272. Conjugalis concubitus futurus erat etiamsi nemo peccasset, sed sine libidine. X, 765. Peccata damnabilia et venialia in eo jugibus. X, 429. In usu conjugis quid sine culpa, quid cum veniali culpa, quid cum mortali. X, 425. *Vide* Concubitus. Illicite et turpiter etiam cum legitima uxore concumbitur, ubi prolis conceptio devitatur. VI, 479. Conjugum peccatum qui generationi prolis obsistunt. X, 425. Conjugatorum peccata venialia. X, 724. Conjugii usus quis non sine veniali peccato. X, 1555. Conjugalis concubitus concupiscentiæ satiandæ gratia venialem habet culpam. VI, 269, 377, 381. Hujus delicti non hortatrices, sed deprecatrices nuptiæ. VI, 381. Solius carnis voluptatis causa libidini consentire peccatum est, quamvis conjugalis secundum veniam concedatur. X, 565. Conjuges quandonam bene, quando venialiter male libidine utuntur. X, 810. In conjugibus castis et voluntas est in sobolis procreatione, et necessitas in libidine. X, 806.

Conjugatorum contra concupiscentiam pugna. X, 724. Non corpora conjugatorum, sed delicta malo auctori deputantur. X, 445. Delicias amoresque terreni propter conjugalem copulam, non damnabiles. VII, 745. Delicias amoresque conjugatorum, licet non damnabiles, exurit ignis tribulationis et orbitatis. VII, 745, 744. Intemperantia quædam in conjugibus toleranda. X, 425. Inobedientibus membrorum motibus verecundantur etiam ipsa pudica conjugia. X, 565. Conjugati de sola libidine erubescunt in corporum commixtione. X, 1504. Conjugalis usus cum dolore expetendus. V, 548. Pœna est Adam. V, 548.

Conjugalis pudicitia perfecta, quæ. X, 724. Conjugalis pudicitiæ culmen, cum nihil fit propter concupiscentiam. X, 741. Sancti Patres quomodo olim conjugibus usi. X, 419. Nuptiis nuptialiter usi sunt. VI, 394. Obedientiam in opere, continentiam in habitu tenuerunt. VI, 395. Antiquorum etiam vita conjugalis prophetica fuit. VI, 397. *Vide* Nuptiæ. Et conjugium bonum et homo bonus, et tamen originale peccatum admittendum. X, 728. Pelagianorum consilium in laudanda conjugalis commixtionis innocentia, ut tollant peccatum originale. X, 555. A conjugio abstinere an sit bonum. VII, 465. Ante diluvium nemo a conjugio abstinuisse reperitur. VII, 465. In utraque civitate plures ab opere generandi abstinent, VII, 465. Conjugati abstinentes ex consensu. V, 544. Conjugium permanet etiam servata pari consensu continentia. III, 1071. Conjugatis continentiam nisi ex consensu servare non licet. VI, 455. Conjugia beatiora sunt, quæ continentiam inter se pari consensu servare potuerint. III, 1249. Conjugium in quo continentia servatur, longe excellentissimum. III, 1250. Conjugatus fidelis melior infideli continente. VII, 515. Conjugati fideles anteponuntur infidelium virginibus. X, 765.

Conjugali pudicitiæ meritum sacrarum virginum æquabat Jovinianus. I, 659. Bonum conjugii quam in eius bono sanctæ virginitatis. VI, 401. Et bono ipso viduitatis. VI, 455, 454. Conjugati humiles superbis continentibus meliores. V, 1564, 1567. Conjugium humile melius est quam superba virginitas. IV, 1280. De conjugio, viduitate, et virginitate multæ sunt perplexitates VI, 442. Conjugia casta multa probata sunt calamitatibus maritorum, quibus uxores amplius obsecutæ sunt. IV, 658.

Conjugum mutuum officium. II, 1078. Vir et uxor quales secum esse debeant, præceptum accipiunt et exemplum. VI, 364. Conjuges an sibi occultare debent bona opera sua. III, 1272. An conjugum alter eleemosynam facere possit, altero nesciente. III, 1272. Maritus vel molestissimos defectus, qui fornicationis crimen non habent, in conjuge toleret. III, 1257. Conjugis adulteræ, et conjugis castæ, qualis animus. II, 560. Conjux bona maritum suum dominum et vocat, et corde sentit. V, 225. Tabulas matrimoniales instrumenta emptionis suæ deputat. V, 225. Conjugati fideles jam corpus Christi manducantes, de castitate servanda admonentur. V, 755, 1710. In ipsis conjugibus luxuria est abutendi intemperantia. III, 76. Conjugis alienæ temerator morte puniri timet. V, 871. Conjugalis vita in triceno fructu significata. VI, 425. Conjugati fructum tricesimum retulerunt. III, 1549. Conjugatorum sanctorum lusus cum uxoribus suis ac pueris, non inanis, sed prudens. VI, 451. Conjugum ætas qua generare possint. X, 714. Senex non de omni femina filios gignere potest. X, 712. Rex Cyprius deformis conjugi suæ ne deformes parereret, proponere solebat in concubitu formosam picturam. I, 655. Conjugiorum quædam quasi confœderatio in nonnullis animalibus. X, 416.

Conjurati cum Catilina, perjuri. VII, 80.

Connubia non sunt, nisi ubi mors est. III, 1561.

Conscientia, tanquam ara, in qua immolatur Deo. IV, 578. Conscientia erronea obligat. I, 1560. si quis bonum putaverit quod malum est et fecerit, hoc putando utique peccat. II, 186. Conscientia venter interioris hominis. III, 1645. Conscientiæ suæ qui erubuit, ponit modum iniquitati. V, 1457. Conscientia piorum, sedes Dei. IV, 520. Conscientia impiorum quomodo magna est pœna, sic magnum gaudium piorum ipsa conscientia. IV, 625. Conscientia mala quomodo tota in desperatione, sic bona tota in spe. IV, 261. Refugium in tribulationibus conscientia sana, ubi homo invenit Deum. IV, 515. Conscientiæ in eremo habitatio et quies. V, 511. Conscientiæ bonæ lætitia, paradisus est III, 482. Conscientia, desertum ubi invenitur requies et consolatio. IV, 635. Conscientia nunc magna solitudo. V, 512. In cœlo jam non erit eremus. V, 512.

Conscientiæ testimonio virtus melior contenta est. VII, 156. Conscientia bona aliquando non sufficit. II, 475, 480. Quando sufficiat. V, 502. Conscientiæ bonæ accedat cura de fama. V, 1508, 1568. Conscientia bona non sufficit, si est negligens coram hominibus conversatio. V, 501 Ad existimationem hominum, magna testium copia; ad Dei vero conspectum, sola requiritur conscientia. IX, 545. Conscientia mala, fovea quo cadit impius. IV, 670. Nulla major tribulatio, quam conscientia delictorum. IV, 515. Horrendis et pœnalibus tenebris omnes non tantum carceres, sed etiam inferos vincit scelerati hominis conscientia. II, 651. Conscientia mala non fugit sibi sam. III, 1694. Quidquid vis potes fugere, homo, præter conscientiam tuam. IV, 254. Conscientia mala cum uxore mala et habitaculo incommodo comparatur. IV, 512, 544, 545, 1286. Conscientiæ discussio. V, 110 Conscientiæ abyssus nuda oculis Dei. I, 779. Conscientia cito mundanda. V, 500. Quomodo mundanda. IV, 512. Conscientias iniquorum non sanat nisi indulgentia. IV, 516.

Consecrationis sacramenta non audeat quisquam recusare qualibet præpollens gratia. III, 745.

Consentes dii in consilium Jovis adhibiti. VII, 150.

Consentire. Consensio verbum cordis. VI, 550, 551. Reus fit divinis legibus quisque, verbo in corde dicto, nullo facto per corpus admisso. VI, 551. Non in ipso desiderio pravo, sed in nostra consensione peccamus. III, 2066. Consensus voluntatis peccato qui discerni possit. X, 451. Consensio ad peccatum alterius, tuum fit peccatum. IV, 1699. Consentire facientibus quid sit. IX, 57. Nemo potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua voluntate consentit. II, 559. Inter committentis animum et consentientis favorem, non multum interesse arbitratur Innocentius. II, 786. Plerumque dedisce errare, cui nemo consentit. II, 786. Omnis malus ideo persequitur bonum, quia non illi consentit bonus ad malum. IV, 1690.

Consentire vocationi vel ab ea dissentire propriæ est voluntatis. X, 240.

Consentius. VI, 517. Consentius libros suos Augustino discutiendos ac probandos mittit. II, 452. Consentii ingenium, probitas, humilitas. II, 452. Consentius Augustino quæstiones de Trinitate proponit. II, 448. Consentii quæstionibus respondet Augustinus. II, 942. Consentius Augustino ignotus facie. II, 942.

Conservari a Deo quælibet creatura indiget. VII, 575. si Deus subtrahat naturæ operationem intimam qua eam substituit et facit, continuo tanquam exstincta nulla remanebit. III, 504, 404.

Consilium Dei, quod de nostra prædestinatione est, manet in æternum. IV, 292. Consilium in Deo novum exstitisse, ineptissimum est dicere. I, 1016.

Consilia Evangelica. I, 855. Consilium Domini quomodo distinguitur a præcepto. VI, 402, 466. Ad consilia sic excitandum est, ut vita ad præceptorum regulam exacta non damnetur. II, 691, 692.

Consilii donum quid efficit. III, 40. Consilium, quintus ad sapientiam gradus. III, 40. *Vide* Moyses. Consilium verum ex quacumque anima procedat. Deo tribuendum. III, 18. Nec debet contemni. III, 619. Consilio non opus est, nisi in adversis. IV, 140. Consilium a Christo capiendum in hujus mundi tribulatione. V, 402, 404. Consilio dives indiget : das consilium, et præstitisti eleemosynam. IV, 1665. Justum judicium aut verum testimonium non vendendum, licet vendatur justum patrocinium et verum consilium. II, 665. Bona latera habet et mala latera habet, proverbium est de eo qui bonis et malis consiliis vivit et regitur. IV, 1684. Consilium salutis petens, nec libenter audiens. V, 524.

Consolatur Deus cor bonum, torquet cor malum. IV, 1748, 1749. Consolatio miserorum, non gaudium beatorum

est, quidquid nobis prospere Deus exhibet. IV, 1884. Anima justi quomodo renuit consolari. IV, 974. Consolationes nostræ in deserto. IV, 755. Consolatio nostra in se, gemitus noster in re. IV, 165. Consolatio vera unde nobis sit. II, 495. Consolatio illa erit vera, qua gabitur quod non amittatur. V, 565 Consolari qui velit aliquem, nisi condoleat cum illo, non illum erigit. IV, 1199. Consolationes tanquam remus. III, 851. Consolatoria ad Viduam de mariti morte epistola. II, 309 Consolatio de morte fratris. II, 1085, 1084.

Constantia sine actionibus similibus atque virtutibus esse non potest. III, 244. Constantia non sinit hominem deprevari, pertinacia non sinit corrigi. II, 221. si pertinacia insuperabiles vires habere conantur, quantas decet habere constantiam. II, 709 Constantia sanctorum, ignis respectu persecutorum. VII, 677.

Constantia seu *Gallus* quid et unde. VII, 411.

Constantina urbs. II, 135; IX, 537, 571. Constantiniensis ecclesia. IX, 216.

Constantinopolis. VIII, 1017. Romano imperio socia, et velut ipsius Romæ filia. VII, 171. Constantinopolis et crevit, et crescit. V, 624. Constantinopolis terrore imminentis sibi incendii emendata divitiis et servata. VI, 722

Constantinus Maximus, Augustus. II, 169, 504; IX, 512. Imperator. IX, 510. Consulterum et ter. IX, 687. Donatistæ Cæciliani causam ad ipsum detulerunt. II, 599, 580, 794. Ab ipso petunt judices episcopos. II, 161, 166, 264, 302. Constantinus de causa episcopi judicare non est ausus. II, 599. Constantinus jussit venire partes ad episcopale judicium in urbe Roma. II, 505. Constantini litteræ ad Probianum Proconsulem in causa Cæciliani. II, 505. Ad Verinum Vicarium. II, 581 Ad Proconsulem quibus Ingentium ad se mitti jubet. II, 582. Constantini litteris omnia testatissima. II, 162, 170. Judicio episcopali non acquieverunt Donatistæ. II, 162, 170. Alterum dedit episcopale judicium habendum in Arelatensi Galliæ civitate. II, 162, 170. Nonnulli Donatistarum pertinacissimi et litigiosissimi ad eumdem Imperatorem appellaverunt. II, 162, 170. Constantinus de episcoporum judicio judicare non est ausus. II, 170. Postea et ipse coactus episcopalem causam terminavit. II, 170, 505. Cæcilianum innocentissimum pronuntiavit. II, 170, 504. Pro unitate Christi justissime judicans, accepari a Donatistis nec ad se appellantibus meruit. IX, 526. Parmenianus conqueritur quod Donatistæ capitoli sententia damnarit, suggerente, inquit, Osio Hispano. IX, 43. *Vide* Donatistæ. In causa Cæciliani longe ordinatius egit Constantinus, quam illius accusatores. II, 528. Basilicas jussit auferri Donatistis. IX, 526. Constituit primus adversus Donatistas, ut fisco vindicarentur loca congregationum eorum. II, 505. Res ad ipsos pertinentes. II, 528. Constantinus nequaquam Christiani nominis invidus, sed plane Christiano nomine gloriosus. IX, 526. Constantini pater inter cæteros imperatores persecutionem non exercuit. IX, *pp.* 778. Constantino Imperatori quare tot prosperitates contulit Deus. VII, 171.

Constantinus junior, Cæsar. IX, 512.

Constantinus amicus quidam Augustini. IX, 593, 594, *Retr.* 593.

Constantius episcopus. X, 378.

Constantius Imperator, hæreticus. VIII, 771. Athanasium specialiter aggrehendere cupivit. II, 1016.

Constantius consul. II, 786.

Constantius Romanus, ex Manichæo catholicus Christianus. VIII, 225.

Constellatio quid. III, 51.

Constitutiones imperatorum in Donatistas. IV, 133.

Consuetudo ex voluntate gignitur. X, 1598. Consuetudinis veternosæ vis. I, 754, 1550; VII, 194, 750; X, 1525. Consuetudinis pestilentiosa dulcedo. I, 1507. Consuetudinis vis a Juliano concessa. X, 1108. Consuetudinis vi cogi peccare nolentem intelligunt Pelagiani in verbis Apostoli. X, 1595. Consuetudinis violentiæ trilamunt Pelagiani quod ait Apostolus, *non quod volo*, etc. X, 1524. Consuetudo est velut catena. I, 755 Consuetudines delectationum carnalium, vincula. III, 865. Consuetudo etiam mala, pro lege observatur. V, 78. Consuetudo quasi natura secunda. I, 1175; X, 1119, 1598, 1605. Consuetudo necessitatem inducit. VIII, 124. Consuetudinis necessitas. IV, 258. Consuetudo fit necessitas, dum ei non resistitur. I, 755. Gradus varii quibus ad eam necessitatem devenitur. I, 755. Vitium non fit ex consuetudine minus voluntarium. VII, 551. Consuetudo mali non sinit videre quia malum est. V, 595.

Consuetudo mala, genus mortis inhumanæ. III, 1748. Mala consuetudo, lapis sepulcri in quo jacet peccator. III, 1578. Consuetudo mali in Lazaro sepulto et jam fœtente significata. V, 519, 720. Consuetudinis malæ molem qui premitur quasi sepultus est Lazarus. V, 455. Consuetudinis pondere pressus non est desperandus. V, 595. Objurgationis multo clamore opus est ad eos qui consuetudine durmerunt. V, 594. Objurgatio illa quid parere soleat. V, 594.

Consuetudinis male pugna. V, 816 Consuetudinem vincere, dura pugna. IV, 258. Consuetudines vitiosæ quomodo vincantur. II, 92; III, 1257. Consuetudinis carnis impetus quomodo frangatur. I, 1181. Consuetudo major, majorem intentionem flagitat. V, 978. Consuetudo mala antequam roboretur, eliditur, cum parvula est cupiditas. IV, 1775. Consuetudine frenata paulatim languescit et emoritur. V, 977, 979.

Consuetudinis peccata non contemnenda V, 125. Consuetudinis peccata difficile solvuntur. VIII, 1756. Satellitium perdurantis consuetudinis. I, 752 Consuetudinis sarcina degravat. I, 807. Deludum quod minus curentur quæ in divinis libris salubberrime præcepta sunt, et varii usus et præsumptiones exacte observantur. II, 221. Non ex consuetudinis regula culpanda sunt vel probanda facta hominum. VII, 71. Consuetudo humana non excusat quod per legem Dei æternam non licet. I, 712.

Consuetudines in Ecclesia mutandæ, quæ. II, 221. In his rebus de quibus nihil certi statuit Scriptura divina, mos populi Dei, vel instituta majorum pro lege tenenda sunt. II, 136, 200. Quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, et habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque institui videmus, aut instituta cognoscimus, laudando et imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. II, 221. Perturbationes sæpissime oriuntur ex contentiosa in retinendis consuetudinibus obstinatione. II, 201. Consuetudinis mutatio, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat; adeoque noxia est, quæ utilis non est. II, 205. Non facile a consuetudine recedendum, ni id rationi adversetur. I, 1108. Consuetudo rationi cedat. IX, 144, 157. Veritati cedat. IX, 145, 144, 220. Sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. IX, 157. Consuetudinis vetustæ, sed pessimæ propugnatores blande accipiens Augustinus sedat. II, 118. Et eorum objectis respondet. II, 118. De consuetudine aliorum quomodo judicandum. III, 74.

Consubstantialis unus. V, 584.

Consulere, est consilium impertire aut quærere. V, 1412. Consulentibus consultisque nescientibus occulto instinctu agit Deus, ut dum quisque consulit, hoc audiat quod oportet eum audire occultis meritis animarum. I, 759. Amicorum sæcularium lingua piis velut consulendo contradicit, et sicut cibum assuet amando consumit. I, 764.

Consulere sibi quomodo conveniat. V, 1111.

Consules a consulendo dicti. VII, 154. Consules Romanum imperium brevi propagarunt et auxerunt. VII, 154. Consules et dies decretis episcoporum non conscribi ex consuetudine ecclesiastica Donatistæ contendebant. IX, 642. Consules et dies semper habuerunt Concilia catholicorum. IX, 659. Hæc et ex Concilio Melchiadis, et ex Scripturis probarunt Catholici. IX, 642. Imperialia constituta, etiamsi consules non legantur, in dubium non vocantur. IX, 647.

Consummationis et consumptionis discrimen. III, 2057. Consummatur, quod sic finitur, ut perficiatur; consumitur, quod sic finitur ut non sit. IV, 709. Consummatio cum fide non stat. III, 1924.

Consus Deus qui præbet consilia, VII, 122. Consus Deus Neptunus equestris. VII, 61. *Not.* (*c*). Consualia, ludi Circenses unde sic dicti. VII, 61. *Not.* (*c*).

Contactus mortui est hominis iniquitas. III, 755.

Contemplatio. V, 925. Scopus quo tendunt quicumque convertuntur. VIII, 452, 455. Contemplatio promissa, finis omnium actionum. VIII, 851, 854. Ad contemplationem nonnisi per actionum laborem atque passionum pervenitur. VIII, 455. Contemplationis rerum cœlestium excellentia. II, 128. Contemplationis sublimitas etiam minimis quibusdam, sed in via fidei perseverantissime gradientibus concessa, intelligentioribus negata. II, 454 Non iners vacatio, sed aut inquisitio aut inventio veritatis delectare debet. VII, 647. Contemplatio Dei incommutabilis boni. IV, 205. Contemplatio Dei non impudenter petitur et speratur. IV, 204. Quale qui Deum rite celunt transeant in æternam contemplationem speciei, etiam cum tempus est fidei. II, 527. Omne quod contemplamur sive cogitatione capimus, aut sensu aut intellectu capimus. I, 1026. Contemplatio, ebrietas sancta alienatæ mentis ab infra labentibus temporalibus ad superna in lucem sapientiæ contuentis. VIII, 276. In contemplatione rerum æternarum non manet diu acies mentis. VII, 1010. In contemplatione otium sanctum quærit caritas veritatis. VII, 647. Contemplatio actioni præcellit. VIII, 1070. Bonum est ut etiam contemplativa vita gloriam popularem mereatur. VIII, 455. Contemplativa vita quare stabilis. VIII, 454. Nemo a contemplatione prohibetur. VII, 647.

Contemptus mundi. V, 242, 586, 1415.

Contendere de verbis turpissimum est. I, 946, 947. Qui de verbis im, eritla contendit, docendus; qui malitia, deserendus. I, 949. Contendere veritis quid sit III, 119. Contendere judicio pro re.us terrenis, delictum est. IV, 1045. Contende cum malo, sed de bonitate. IV, 364. Contentio vera ipsa est, ut sit bonus contra malum, non ut sint duo mali. IV, 361. Contentiosa animositas duplicis generis. IX, 559. Contentionis et laudis humanae appetitus superbia mater est. II, 92. Contentiones et dissensiones non faciunt nisi animales. V, 73. Contentionis cupidiores quam veritatis, uni soleant latebras detensionis quærere. II, 1039. Hæ eripiuntur verba quæque scribendo. II, 1039. Contentiosis non est unde videant Deum. V, 162 Contentio Catholicorum cum Donatistis, dilectionis est, non litis. V, 1586.

Continentia et sustinentia duæ virtutes hujus vitæ. V, 139, 235, 236. Continentia a carnis illecebris quintuplex. VI, 45. Continentia a mundi illecebris præcipitur Lege, Prophetis et Evangelio. IV, 1465. Continentia cuilibet peccato cohibendo est necessaria. VI, 359. Continentiæ pugna contra libidines quamdiu hic sumus. VI, 352, 362. Non expugnat concupiscentiæ malum, nisi continentiæ bonum. VI, 353. Continentia ipsas carnis concupiscentias quodammodo crucifigit. VI, 355. Continentia servanda pro suo cuique gradu. V, 733, 736, 1200. Continentia servanda aut conjugalis aut excellentior. VI, 484. Continentia conjugalis. VI, 358. Continentia a libidine carnis, et continentia oris. VI, 349. Continentia cordis, nomine oris a Christo commendata. VI, 351. Continentia carnis in animi bonis numeranda. VI, 400. Continentia in bello spirituali plurimum valet. VI, 355. Contra suavitatem noxiam qua vincebat concupiscentia, Dominus dat suavitatem beneficam qua delectet amplius continentia. VI, 353.

Continentiæ casta dignitas, serena, non dissolute hilaris. I, 761. Continentia luminosa et speciosa. II, 852 Continentia non est sterilis sed fecunda de Domino Deo marito I, 761. Per continentiam colligantur ad unum Deum a quo in multa defluximus. I, 766. Continentia cum immunditiæ carnalium concupiscentiarum non cedit, et ipsum corpus sanctificatur. VII, 31.

Continentia conjugio præfertur. VI, 380; VII, 515; VIII, 597; X, 738 Jure divino VI, 397. Continentia nunc procreatione filiorum melior, si tamen ea servetur ad cogitanda quæ Domini sunt. VI, 394, 478. Ante Christum tempus nubendi, post Christum tempus continendi est. X, 422. Continentia perpetua cur insolita apud antiquos. VI, 435. Distinguenda continentia ut et aliæ virtutes, in habitu et in opere VI, 390. Continentia in antiquis habitu, nunc opere tenenda. VI, 380, 391. Continentia quibus potest, suadeatur. VI, 449. Nunc ii soli conjugari debent qui se non continent. VI, 380. Continentia, si digne ab omnibus servaretur, citius Dei civitas conderetur. VI, 381. Continentia et virginitas in veteri Testamento commendata. VIII, 302.

Continentiæ votum. VI, 412; X, 740. Continentiæ votum non reddens, damnatur. V, 1201. Continentiam professis non licet desiderare conjugium. X, 741. Continentiæ votum nulla spe compensationis rumpendum VI, 468. Continentibus felicitæ spirituales sint loco carnalium. VI, 447. Continentia a volentibus servari potest. X, 815. Continentiam professæ servare possunt, quam et non professæ sæpe servare coguntur. VI, 447. Continentes caveant ne nummus viri amori succedat, et compressa lascivia crescat avaritia. VI, 447.

Continentiæ perpetuæ votum mutuo inter conjugatos consensu initum. II, 1012. Continentia voveri nequit sine utriusque conjugis consensu. II, 487, 997; III, 746; IV, 1959; VI, 468; X, 957, 958. Continentiam uxor marito nondum volente, non secundum sanam doctrinam suscipit. II, 1078. Mulier quæ ex consensu mariti consortio carnali non miscetur, in cæteris conjugati obsequio viro suo servire debet. II, 1078. Mulier quæ ex consensu mariti continenter vivit, nihil de veste, auro, aut ullis rebus sine arbitrio ejus facere debet. II, 1079.

Continentiæ voto obstricti. V, 736. Continentia clericorum qui electi sunt inviti, opponitur viris nolentibus in divortio se continere. VI, 86. Continentia voluntate delecta fit necessitatis, et quæ ex necessitate custoditur, fieri potest voluntatis, quomodo. VI, 485. Continentia interdum violatur non violato corpore. VI, 351. Continentia, si servetur, nec violatur corporis continentia. VI, 352. Continentia quorumdam immunda, ut per magicas artes perveniant ad uxores alienas. VI, 367.

Continentia conjugatis servanda certis diebus per annum V, 1032. Quadragesimæ tempore servanda. V, 1047, 1032. Continentia continentium ab invidis mordetur ut probetur. V, 1564.

Continentia et sustinentia dona sunt Dei. V, 1286. Continentia et castitas Dei donum. III, 639; VI, 349, 372, 421, 442; X, 807. Continentia, quam magnum munus. VI, 444. Continentes esse nemo potest nisi Deus det. X, 297. Continentia est donum Dei et datur petenti. I, 729. Continentia a Deo petenda. X, 236. Orationes plus valent ad bonum continentiæ diligendum et habendum, quam exhortationes VI, 445. Continentiam Deus jubet et dat. I, 796; II, 67. Continentia ex dono Dei et libero arbitrio. X, 886. Data ea quis non deficiat, ne de propriis viribus præsumat. VI, 355, 357. Non se continet spiritus tuus, si non continetur ab alio superiore. V, 830. Continentium locus excellentior in Christi corpore. V, 1564. Continentes, maxima apud Deum loci. II, 855. Sed possunt conjugati esse continentibus meliores. VI, 392.

Continentia sine fide, nulla vera. VI, 368. Præter continentiam et opera bona, requiritur caritas. V, 575. Obedientiæ bonum majus quam continentiæ. VI, 392. Continens mulier, a nuptiis nimium detestanda est, si non continet a delictis. VI, 385. Continentes viventes contra propositum reprehenduntur. VI, 415. Melius nuberent quam urerentur. VI, 415. Continentium varia genera, et quodnam est excellentius. VI, 484, 485.

Continentibus quam maxime cavenda superbia. V, 1567. Continens cogitet quid sibi desit, non quid adsit. V, 1565. Continente superbo melior conjugatus humilis. V, 1564, 1567. Continentium superbiam quo pacto Deus aut punit, aut prævenit. VII, 41. Continentibus superbis expedit cadere. V, 1567. In eos qui putant continentiam non prodesse nisi ad præsentem vitam. VI, 401. Continentes hujus temporis non abjecte sentiant de sanctis patribus conjugatis VI, 395.

Contractus humani supernæ justitiæ quædam habent impressa vestigia. VI, 120.

Contradictio mundi. V, 1531. Contradictores patitur qui cœpit sequi Christum. V, 586.

Contraria ad decorem universi pertinent. VII, 332. Contrariorum reciprocatio. X, 858. significatio quarumdam vocum a contrario debet intelligi. III, 800. Contraria a contrariis notis ; eraque intelliguntur ignota. III, 586. Contraria nulli rei duo simul inesse dicunt dialectici. VI, 258.

Contritio cordis quæ. IV, 947, 1802. Qui cor non conterunt non sanantur. IV, 1902. Contritiones cordis, vox magna ad Dei misericordiam. I, 739. Contritionis signum pectoris tunsio. IV, 1905. Contritionum alligamenta sunt sacramenta temporalia. IV, 1903.

Contubernales dicuntur milites, tamquam simul habentes tabernacula. IV, 143.

Contumeliæ hæreticorum pro laudibus habendæ. X, 1254.

Contyrones. V, 1077.

Convenientia et inconvenientia universale bonum et malum est. I, 1330 Convenientia omnia pulchra sunt. III, 146. Summa convenientia est veritas. III, 154. In voluptate corporis teneatur convenientia. III, 154.

Conversationis bonæ coram fratribus sit cura. V, 301, 303. Propter illorum utilitatem, non propter nostram dignitatem. V, 302. Conversatio sine querela secundum legem. V, 929.

Conversio ad Deum. I, 988. Ut homo sit aliquid, convertit se ad illum a quo creatus est. IV, 896. Semper a Deo fieri, semperque perfici debemus inhærentes ei, et in ea conversione quæ ad illum est permanentes. III, 404. Vita spiritalis conversione ad Creatorem formatur atque perficitur. III, 247. Avertendo nos ad peccatum, illuminationem amittimus, convertendo nos ad Deum percipimus illuminationem. III, 1566. Conversio animæ ad Deum quomodo fit. III, 418. Conversio oritur, et ex confusione peccati fame et siti justitiæ. IV, 832. Bono meo male mihi fuit sine te; nam si bene mihi esset sine te, nollem forsitan redire ad te. IV, 1787. Deus fugientis dorsa persequitur, faciem redeuntis illuminat. V, 780. Habes judicem fugiens, patrem habeto rediens. V, 780. Cæcitatis inflictione conversus est Paulus. II, 803.

Conversi est ab immoderatione vitiorum virtute ac temperantia in sese attolli. I, 988. Conversionem ad Deum debet præcedere renuntiatio huic sæculo. V, 1654. Converti ad Deum nemo potest, nisi ab hoc mundo se avertat. VIII, 102. Non convertitur anima ad Deum, nisi dum ab hoc sæculo avertitur, nec opportunius ab hoc sæculo avertitur, nisi noxiis ejus voluptatibus dolores misceantur. IV, 121. Mutandæ vitæ malæ in bonum, dum vivitur, semper est locus, semper est tempus. IV, 772. Conversionis tempus nunc, in altera vita nonnisi retributio meritorum. IV, 93. Bis miser homo ante conversionem. IV, 1658.

Conversionem plerique male sperando differunt. V, 140, 244, 536. Alii sperando, alii desperando differentes. V, 139, 244. Conversio in crastinum non differenda. V, 141, 150, 241, 245. Conversionem suam qui differunt, fit in illis vox corvina, cras, cras. IV, 1550. Conversioni tuæ Deus indulgen-

tiam promisit sed dilationi tuæ diem crastinum non promisit. IV, 1301, 1877; V, 515, 536. Conversionem ad conversionem inde cum qui ad salutem habere nolluerunt. IV, 96.

Conversionis impedimenta. I, 1170 Conversionis labor et difficultas nulla. IV, 93. Converteuti se ad Deum animæ difficultates et morbi non statim tolluntur, quare IV, 92. Animus ita bonis ad Deum conversi, et litteris spiritali non exercitatus. III, 1341. Conversio hominis ad Deum non substantiæ delectatio, sed mutatur. IV, 946. Conversio nostra peccata operata Deum. IV, 92. Converso omnia peccata dimittuntur, ac donatis debitis finxit cum illa vita nova. V, 535 si mutatis, Deus mutatur V, 152. Conversio mutatio vitæ non sufficit, nisi adsit et satisfactio pro commissis V, 1548.

Conversio peccatoris non potest resurgere per se a peccato absque gratia. V, 157. Quod nos ad Deum convertimus nisi ipso excitante atque adjuvante, non possumus. X, 1[illegible]. Conversio Deo tribuenda non operibus humanis. II, 371. Conversio de gratia Dei est. III, 1779; IV, 1119, 1675. Non ex meritis. V, 1648. Conversio nostra ad Deum, donum Dei. X, 888. Anima se convertens ad Deum, orat ut ad eam se convertat Deus. IV, 92 Facit de malo bonum, qui semper est bonus. V, 410. Peccator in libero arbitrio habet ut convertatur. V, 48, 51, 56 De conversione peccatorum Deus laudatus, quam de resurrectione mortuorum. IV, 1125. Et dictum est conniventiam præbere peccantibus, ita hanc in nuptiis negare conversis. II, 784. In conversione peccatorum Deus et Angeli magis gaudeat. I, 751. In conversione obedientium quare plus lætandum I, 752. Gaudium quod perditus quando aliquo corrigitur in melius mutatur, nulli gaudio in hac vita comparari potest. II, 1085. Exhortatio ad vitæ mutationem in melius. V, 1482. Reprehensione digniores qui nunc Christo ædificante Ecclesiam non convertuntur, quam qui olim Noe ædificante arcam. V, 1611.

Conversio gentium figuratur. III, 1333. *Vide* Peccator, Vitæ Domini.

Conversemur cum extraneis, cum paganis, facilius quam cum fratribus et Christianis si male vivant, idque propter correptionem et medicinam. IV, 1289, 1290.

Convicia quomodo cavenda in humilitatem justorum. IX, 335. Ut sese gerere oporteat audito convicio. IV, 1185, 1454. Convicium grave presbyteri quomodo ferat Augustinus II, 156. Convicium convicio non reddendum. V, 1584. Conviciatus si percutias, non est ista fortitudo, quoniam ab ira victus es. IV, 1184.

Convivium dominicum duplex, aliud hic fidelium, aliud in cœlis beatorum. V, 559. Convivii cœlestis panis justitia, potus sapientia. V, 417. Qualis qui ad convivium invitavit. V, 582. Discumbens sine veste nuptiali reprobatus. V, 585. Mali a convivio exclusi, quinam intelligendi. V, 560. Uno excluso a convivio multos exclusos significari. V, 560.

Convivia in Ecclesiis celebrari solita aboleri curat Augustinus. II, 115, 116. Convivia in basilica B. Petri olim celebrata. II, 119. Convivia luxuriosa in templo celebrasse Judæi non legantur. II, 115.

Copia omnis quæ Deus non est, egestas est. I, 818.

Copula nuptialis propter quid instituta. X, 750. Copula nuptialis fieret sine concupiscentia si nemo peccasset. X, 750.

Cordium lux Deus. II, 560, 561. Vita cordium Christus. II, 564, 565. Cor nostrum verbo suo Deus tamquam agrum suum visitare dignatur, et de corde nostro fructum quærit. IV, 706. Cor radix unde vel sanctæ vel fructus procedunt. V, 569. Cor quærit Deus, cor inspicit, intus testis est, judex, approbator, adjutor, coronator. IV, 1746. In corde homo est, quicunque est. I, 781. In corde hominis sedet Imperator, si bonus bona jubet, bona fiunt; si malus mala jubet, mala fiunt. IV, 1958. De cordibus judicat Deus, non de verbis. III, 726. Cor os suum habet. VIII, 1070. Cordis os et lingua. IV, 1660, 1661, 1775. Ex ore cordis quidquid procedit si malum est, inquinat nos; si bonum est, mundat nos. IV, 1660. Corde laudas, corde in aram conscientiæ victimas sacras imponis. IV, 1746. Lacrymæ, sanguis vulnerati cordis. II, 1081, 1082. Per cor cavo mundatur. VII, 303. Deus legem suam in corde ponit, ut ea casto amore diligatur. IV, 1565. Ex corde nullo modo fieri potest, quod formidine fit pœnæ, non dilectione justitiæ. IV, 990, 991.

Cor hominis cum thesauro suo. V, 1519. Cor unum gaudendum. V, 136 Cordis et thesauri nostri locus cœlum est. IV, 1170. Cor tardum, securum est quando in cælo est; et actum cor nihil est, quando in terra est. II, 296. Cor fige dum in Deo æterno ut stet. I, 814. Cor nostrum inquietum donec requiescat in Deo. I, 661. Cor nostrum ubi totum Deo est, non perit nobis. V, 212. Cor volitans in præteritis et futuris rerum motibus, adhuc vanum est. I, 814. Cor humanum quam multa figmenta parit. VIII, 887. Cor ex multitudine ad unum gratia Dei convertitur. V, 1290. Corda quærentium Deum sincera pietate, sensim ipse ab affectuum terrenorum labe purgat. I, 775. Cor gravidum. IV, 1775 Cor tuum putruerat in terra: non gratis audis sursum cor, ne putreat. IV, 271, 1941.

Cor sursum. V, 135, 168, 170, 369, 525, 623, 904, 956, 1456. Cor sursum quandonam pietatis, quandonam superbiæ. V, 1202 Cor sursum habere ad semetipsum, est superbire; ad Deum, est obedientiæ. VII, 421. Cor sursum ad Deum habere nunus est Dei. X, 1013. Cor cum ad Deum sursum est, ejus est altare. VII, 280. Cor quomodo effunditur coram Deo. IV, 739 Frigus caritatis silentium cordis est, flagrantia caritatis clamor cordis est. IV, 404. Cordis nostri fundamentum est Christus. si sæcularia ei non præponamus. V, 1616. Favor et coronatio cordis ex amissione fortitudinis nostræ. IV, 404, 405. Cujus est cor, quod ex temporali damnatur. IV, 1631.

Cor rectum quid VI, 162. Cor rectum quale. IV, 991, 1207, 1287, 1468, 1649. Corde recti et corde pravi quinam. IV, 275, 274, 277, 352, 1649. Corde perversi est qui vult detorquere cor Dei quod semper rectum est, ad pravitatem cordis sui. IV, 771. Corde rectus est, qui laudat flagellum patris. V, 146. Cor rectum directum non est, opera recta non sunt, etiamsi recta videantur. IV, 991. Corde rectus et mundus quid differant. X, 311. Cor simplex et mundum. III, 1304. Cor mundum, est cor simplex. III, 1252. Non habet sinum lex, id est mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes et illum solum intuetur qui conscientiæ soles ipse videt. III, 1270. Cujusnam vere pudicus est corde. III, 40. Cor castum. IV, 658, 928, 1246.

Cor unde mundetur. V, 569. Cor per quæ immaculatum. IV, 1558. Ad munditiam cordis quomodo perveniatur. X, 286, 510. Cor conterendum ut fiat mundum. V, 134. Cordis purgatio, sextus ad sapientiam gradus. III, 40. Cor mundandum quo videatur Deus. V, 1204. Mundi corde Deum videbunt. II, 604, 608, 618, 620, 621. Ut interiores oculi aperiantur et serenentur, fide corda mundantur. IV, 1552. Cor tanquam oculus quo videtur Deus. III, 1269. Oculus cordis ad videndum Deum requiritur. III, 1510, 1527, 1539. In corde est imago Dei. III, 1542. Deus habitare vult in corde mundo. V, 1205. Cor fidelis templum non augustum Deo. V, 158. Corda sanctorum, magna Dei tabernacula. IV, 508.

Cordis puri vitales deliciæ Deus. I, 857. Voluptas cordis. III, 1608. Cordi tribuantur delectationes bonæ, renibus non tribuit. IV, 104, 102. Cordis tranquillitas de serenitate bonæ conscientiæ. V, 1242. Quando dicatur cor nostrum nos reprehendere vel non reprehendere. X, 305. Cor impiorum est tumultus maris. IV, 782, 1425. Cordis tempestas quo modo sedatur. III, 1755.

Cordis cuniculum. IV, 1854. Cor cubile sanctum virtutis. VIII, 448. Cor justi, domus ejus. VI, 162. Cor viri justi domus ejus est, ubi Deo laudante opulentius habitat, etc. IV, 1469. In corde libenter habitamus, si id ab iniquitate mundemus. IV, 943. *Vide* Conscientia. Cordis pennæ quibus volat in domum suam, fides, spes, caritas. IV, 1060. In cor regrediatur quisquis studet Deo vacare. I, 834. Et illum invenire. I, 701. Cor diligenter claudendum. IV, 1854 Cordis ostium duas quasi valvas habet, cupiditatis, et timoris IV, 1855. Virginitatem cordis violat seductio linguæ. III, 1499. Cordis silentium orationi tam necessarium quid perturbet. I, 803. Cor non in corde sed in oculis habet hominum multitudo. IX, 43. Cor in auribus. IX, 358. Cor duplex mentientis. V, 739. Infidus homo malo suo cordatus est. I, 972.

Cor humanis, abyssus. IV, 473, 1749. Cordis res judicem habere non potest nisi Deum. V, 569. Cordis accusator et inspector Christus V, 569. Cor clausum non excludit oculum Dei. I, 705. Cordis intima Deo nuda. I, 779.

Cor tortum et durum. IV, 1905. Cor confortari, pro obdurari. III, 783. *Vide* Induratio. Cor lapideum et cor carnale, quid. X, 898. Cor carneum et cor lapideum quomodo intelligendum. III, 85. Duritia cordis ex vitio uniuscujusque est. III, 601. Cordis duritia usque ad finem vitæ peccatum in Spiritum sanctum. II, 814. Cordis hominum duritia manum Dei non repellit, sed solvit eam Deus cum vult, aut miserans aut vindicans; et non est qui se abscondat a calore ejus. I, 705. Deus in cordibus hominum agit, et illud quo voluerit inclinat. X, 907, 908, 909. Deus operatur bona in cordibus electorum X, 909. In corde hominis operatur conversionem. X, 1296 Deus agit in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum. X, 908. Deus in cordibus etiam malorum agit quidquid vult. X, 907. Deus cordibus malorum utitur ad laudem et adjumentum bonorum. X, 907.

Corde dilatari quid sit. IV, 79. Cordis dilatatio et in bono et in malo accipi potest. III, 532. Cordis dilatatio ex caritate. V, 158. Cordis dilatatio, justitiæ est delectatio. IV, 1527. Corda nostra invicem videbimus post hanc vitam. V, 321, 322.

Corax rex Sicyoniorum. VII, 369.

Core interpretatur calvus, calvitium aut calvaria. IV, 464, 482, 493, 514, 525, 533, 605, 1036, 1069. Estque figura Christi. IV, 1069.

Cornelius Ruffinus Senatu pulsus, quod decem pondo argenti in vasis habere compertus est. VII, 164.

Cornelius Celsus sensit summum bonum esse sapientiam, summum malum dolorem corporis. I, 881.

Cornelius Censor. II, 263.

Cornelius et qui cum illo erant, primi fuere, in quos nondum baptizatos Spiritus sanctus descendit. IV, 1247. Cornelius ante visibilem baptismum, Spiritum sanctum accepit. III, 735; V, 1235. Cornelius centurio accepit Spiritum sanctum sine manus impositione. V, 601. Cornelium centurionem mundaverunt eleemosynæ ad quemdam modum. V, 802. Cornelius centurio non sine aliqua fide orabat et donabat. X, 970. Cornelius Petro traditur imbuendus. III, 18.

Cornelius nondum catechumenus a vitio impudicitiæ temperatissima voluntate se correxerat. II, 1074. Hujus pravos mores non palpando, Augustinus se vere amicum ostendit. II, 1075.

Corniculas facilius in Africa audieris quam, etc., proverbium. II, 436.

Cornos in Africa non esse immitur. II, 70.

Cornu altitudinem, non carnalem sed spiritalem significat. IV, 1728.

Cornutus presbyter. II, 899, 901.

Cornutus Grammaticus. VIII, 77.

Corona vincentibus promissa. VI, 289. Coronari non potest quisque, nisi vicerit; nec vincere, nisi certaverit IV, 724. Corona debita servantibus fidem. V, 1369, 1371. Corona non redderetur debita, nisi gratia prius data fuisset indebita. V, 1366. Corona ut reddatur digno, gratia datur indigno. X, 341 Coronat nos Deus de misericordia. V, 753. Nisi primo Deus per misericordiam parceret, non inveniret quos per judicium coronaret. IV, 1282. Coronabit sua dona Deus, non merita tua. IV, 895, 1280, 1321, 1785, 1784.

Corona spinea Christi. IV 1942. Quantacumque patiaris, non pervenies ad illas insultationes, ad illa flagella, ad illam ignominiosam vestem, ad illam spineam coronam, ad illam postremo crucem. IV, 366.

Corona aurea in vitulino jecore ostensa syllæ inter sacrificandum. VII, 72, 73

Corpus a diabolo fabricatum secundum Manichæos. VIII, 380 386. Et officina gentis tenebrarum. VIII, 498. Corpora terrena tanquam mali naturam Manichæi detestantur. VII, 408. Corporis humani partes inferiores non a Deo sed a diabolo dicunt Paterniani. VIII, 46.

Corpus omne est a Deo. VI, 14. Corpora a Deo solo formari possunt et creari. VIII, 93, 556. Corpus factum a Deo, animam vero ab ipso factam dixere quidam. IV, 1551.

Corporis nomen quot modis intelligi valeat. II, 722. Corpus quid sit. X, 531, 544. Corpus est natura quælibet longitudine, altitudine latitudine, spatium loci occupans. III, 386. Corporibus tolle locorum spatia, jam non erunt. II, 858. Id quod corpus non est, quidam putant nullam esse substantiam. II, 619 Corpus nullum est sine partibus. I, 1025. Corpus sine loco aut continuatarum partium ac simultudine, fingi aut sentiri non potest. VIII, 195, 199. Corpus habet innumerabiles partes. I, 1252. Corpus tanto est melius, quanto est numerosius. I, 1167. Corpus proprie dici unum non potest. I, 1252. Corpuscula etiam minutissima infinite dividuntur. VIII, 998. Corpus quodlibet in infinitum secari potest. I, 1027; II, 64; III, 266, 301. Corpus nullum est omnino quod non minus sit in parte, quam in toto. VIII, 185.

Corporis proprium est in loco esse, de loco in locum moveri. V, 360, 361. Corporum ordo ex diversitate pondera. V, 1142. Corporum cœlestium celeritas. V, 1266. Corporum graviorum celerior quorumdam motus. V, 1142. Corporibus terrenis corpora superiora non sunt potentiora. III, 278. Corporis proprii motus et naturam norunt paucissimi. X, 528. Corporis naturam nec ipsa anima novit. X, 527. Quæstiones de corporis natura. X, 527.

Corpora quomodo sint in intellectu. VII 251. Corpus non habet vim ut formet aliquid spiritale. III, 470. Corporis imaginem non corpus in spiritu, sed spiritus in seipso facit. III, 467, 470. Corporis imago præstantior est in spiritu, quam ipsum corpus in substantia sua. III, 467. Corporum similitudines quas habemus in somnis, cujus naturæ. X, 540. Corporum quæ vel in somnis, vel in exstasi demonstrantur, velut materies spiritalis non corporalis. X, 539. De corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas judicare, sublimioris est rationis. VIII, 999. Quanto magis quis lucem mentis præponit luci corporis, tanto melius valet. II, 616.

Corpus sine aliqua specie esse non potest. VIII, 195.

Corpus aliqua forma et specie continetur. I, 901. In eo sola pulchritudo laudatur. II, 64. In corpore pulchritudo quædam rationis. VII, 791. Ipsi non hoc est esse, quod pulchrum esse. I, 846. Corporis humani fabrica quam pulchra et admirabilis. VII, 790. Membra corporis si etiam singula pulchra sunt, in universi corporis compage pulchriora sunt. III, 296. Corporis structura, compositio, opificium indicat artificem suum Deum verum. VIII, 392. Corpus quomodo factum ad similitudinem Dei. VI, 32. Corpus imaginem Dei non capit. X, 537. Corporum conditio non deformis in sexuum diversitate, etiam si esset semper mala utriusque commixtio. X, 710. In corporis conditione dignitas necessitati fuit prælata. VII, 791. Corporis elementa et qualitates qualuor. IV, 91. Corpus, terra. VII, 551. Medicorum sententia de corpore humano. III, 562. Membrorum diversa officia cum summa in corpore consensione. IV, 1707. Corporis sanitas, membrorum concordia. VI, 712. Corporis compago, symbolum caritatis. VI, 123.

Corporis pulchritudo, magnitudo, fortitudo, bona communia bonis et malis, quare. VII, 471. Corporis bona aut mala nolunt appellare Stoici, sed commoda aut incommoda et externa. VII, 258, 260. Est tantum verborum certamen, non examen rerum. VII, 260. Corporis bona nonnisi ex Deo. II, 568. Corporis bona si minuantur, bonum justamque vitam omnino non minuunt VII. 51. Corpori non subduntur Angeli, sed subditum regunt. VIII, 870. Corpora Angelis esse verisimilius probat Augustinus. II, 535. Corpus non esse animi bonum. II 438. Corpus secundum id quod in cœlum erectum est, animæ rationali congruit. III, 348. Corporis bonum est anima. I, 1515 Quæ etiam peccati sui pœnas luens, ipsum ornat. I, 1284. Corpus animæ vestimentum. IV, 1314.

Corpus non vegetatur nisi per animam. III, 1585. Corporis sensus unde. III, 466. Corporis vires unde majores. I, 1056, 1057. Corporis vires quî extenuentur. V, 1617. Corporis affectiones tres, sanitas, stupor, immortalitas. IV, 650, 651. Tria sunt eius incrementorum genera. I, 1054. Corpore melior quælibet incorporea natura, etiam vitiosa et misera. II, 561. Corpore præstantissimo anima vilissima præstantior est. IV, 1885. Corpore melior animus. II, 64. Corpus inter et animam, quod melius sit corpore, deterius anima, non invenitur. VI, 58. Deterius omni corpore nihil est. VI, 38. Corpora non se colere dicebant gentiles, sed numina quæ illis regendis corporibus præsiderent. IV. 1484. Corpora quasi animarum, quæ alibi deceaverint, carceres arbitrantur nonnulli. V, 1229. Omnis animi motus aliquid facit in corpore. II, 72. Corpus quomodo moveatur in affectu voluntatis, noscere difficile est. VIII, 871 Corporibus suis quidam homines utuntur ut volunt, ad mirabiles effectus producendos. VII, 453.

Corporale omne est passibile ex Tertulliano. III, 427. Corpus nihil forte in animum agere posset, nisi præcessisset peccatum. I, 1166. Omnis corporeæ mutationis causa superior, voluntas Dei. VIII, 871. Exemplo demonstratur. VIII, 871. Alius status corporis ante Adæ peccatum, alius nunc. X, 1449. Corpori dominabantur primi parentes. III, 283. Corpus ante peccatum regebatur pro arbitrio animæ, etiamsi nondum spiritale. II, 588. Corpus regitur ab anima post peccatum ordinata, sicut leges universitatis sinunt. II, 587. Aliter corpori, aliter libidini animus imperat. X, 767. Corpus nostrum deterioris conditionis quam Adæ. III, 554, Corpora priorum hominum majora, quam hujus temporis hominum. VII, 447, 448. Corpus hominis ante peccatum erat in suo genere optimum. III, 134. Ægritudinem non patiebatur. I, 601. Corpus an dolere possit, nec tamen mori. VII, 710, 711.

Corpus Adami ante peccatum non erat corruptibile. VI, 552. Adæ corpus mortale simul et immortale. III, 554, 555. Adam. Corporis Adami immortalitas ex ligno vitæ. VII, 594. Corpus animale priorum hominum et eorum qui ex eis nascerentur, si nullum peccatum exstitisset, in spiritale transire potuisset sine media morte. X, 1599. si non peccassent primi parentes, corpora eorum accepturi erant angelicam formam. III, 283. Corpus post peccatum cœpit subjacere morti. III, 200. Corporis mors ex peccato. X, 114. Corpus quomodo mortuum ob peccatum. X, 112. Mortuum ab Apostolo dicitur propter hanc moriendi necessitatem. I, 628. Corpus moriturum est in *nobis* etiam juste viventibus. III, 554. Quare Apostolus vocat corpus mortis, aut corpus mortuum, non vero mortale. III, 554, 599. Corpus etiam nunc mortuum esse dicitur, quamdiu non perfecte servit spiritui. VI, 62, 65. Corpus sepulcrum est animæ mortuæ. IV, 1117. Corpus carnis quid. X, 545. Corpus mortis, an peccata an carnem intelligere oporteat. X, 1089. Corpus mortis de vitio, non de substantia dictum. X, 279. Vitia corporum vel ingeniorum congenita probant originale peccatum. X, 1432. Vitia corporum sive animarum naturalia non tribuenda Deo conditori. X, 1420. Corpora non nasce-

rentur vitiosa, si non esset peccatum. X, 1194, 1288. Et nisi natura esset peccato vitiata. X, 1290.

Corporis gratia amissa, pœna peccati Adæ. X, 120. In corpore duo consideranda, figmentum Dei, et pœna meriti. IV, 1845. Corpus tuum fecit Deus bonum, quia bonus est; corruptionem intulit justus, quia judex est. IV, 1843, 1844. Corpori humano et belluino licet materie communi, potuit tamen corruptio et libido non esse communis. X, 1563. Consuetudo tegendi corpus orta ex peccato. X, 1376. Lex carnis et spiritus non est in corpore mortis hujus, fuit vero in corpore vitæ illius hominum ante peccatum. X, 1351.

Corpus animale, mortuum et spiritale, quid. VII, 397. Corpora animalia et spiritalia quænam sint. VII, 395. Et qui differant. VII, 402. Corpora animalia, id est animata. VII, 401. Corpus dicitur animale propter mortis dissolutionem, spiritale autem quod jam cum spiritu immortale est, non quod mutetur in spiritum. II, 945. Omne corpus in omne corpus posse mutari quidam asseruerunt. III, 362. Et hoc fieri posse credibile est. III, 365. Nullum corpus in animam aut in naturam incoream converti potest. III, 332. Corpus corruptibile non gravaret animam, si non esset peccatum. X, 1529. Corporis onus in hac vita semper manet. V, 1260. Corpora corruptibilia sunt omnibus, sed alias animas minus, alias plus gravant, pro diversitate judiciorum Dei occultorum quidem, sed tamen justorum. X, 1424. Corpus nostrum ornamentum nobis fuit; peccavimus, et compedes inde accepimus. IV, 1896. Corpus homini gravissimum vinculum est. I, 1328. Corpus servum est et hominibus cum belluis commune. VII, 264. Corpus animæ famulus. III, 400.

Corpus castigandum, ut diabolus et mundus vincatur. VI, 294. Corpus subjiciendum est servituti. VI, 294. Id fit, si prius nos ipsos subjicianus Deo. VI, 294. Corpus domare. V, 107. Corpori non parcendo, ei consulitur. V, 1258, 1261. Corpora diligendo, quare peccamus. VIII, 109. Corpus suum nemo odit. III, 28. Et si aliquis aliquid diligitur quam corpus, non tamen corpus odio habetur. III, 29. Corpus omne fugiendum esse Porphyrius docuit. I, 590; V, 1108. Propter animæ purgationem. VII, 575. Ut anima beata esse possit. VII, 308. Corporis castigatio sacrificium est. VII, 285. Corpora fidelium, hostia sunt Deo, membra Christi, templum spiritus sancti. VIII, 791.

Corpus fidelium, templum Dei. X, 433. Corpora nostra, ob corpus Christi, membra sunt Christi sicut animæ nostræ. V, 878. Corpora nostra, propter inhabitantem spiritum Christi, templa sunt Spiritus sancti. V, 878, 880. Et quia empta sunt sanguine Christi. V, 886. Quomodo in ipsis Spiritus sanctus inhabitet. V, 881. Corpus baptismate quatenus sanctificatur. X, 847. Corporum sanctificatio perfecta speratur, non tenetur. X, 425. Corpus peccati evacuare, quid est. III. 2069. Corpus sanctum fit usu sanctæ voluntatis. VII, 30. Sanctitatem non aufert corpori violentia libidinis alienæ. VII, 32. Corpus dicitur vas et domus hominis. IV, 561. Corpora justorum, tamquam vasa et organa, quibus ad opera bona usus est Spiritus sanctus. VII, 27. De corporis sepultura parum curant sancti. I, 775, 778.

Corporis et mors et resurrectio. III, 23. Corporum resurrectio negata a paganis, contra eos adstruitur. VII, 754. Corporum resurrectionem negant Manichæi. VIII. 146. Corporum resurrectionem mundus non temere credit. VII, 793. Corporis vita speranda est, præcedente jam spiritus vita. X, 113. Resurrectio corporum ad perfectam animæ beatitudinem necessaria. III, 483. Corpus non obstabit felicitati animæ. VII, 794. Corpus quod nunc est onus, post resurrectionem erit honor; quod nunc sarcina, tunc levamen. V, 1259. Nulla corpora, quantum ad ea pertinet, vel beata possunt esse vel misera. I, 1283. Corporum resurrectio, et qualis futura est sæculo venturo. X, 112, 113. Corporibus humanis, etiamsi bellina et terrena sint, debetur resurrectio et incorruptio sempiterna, X, 1359, 1362. In talem statum revocantur corpora, cum sanantur, qualem jam sortita est post peccatum natura mortalium, quæ illos in mortem compellit. X, 1449.

Corporum salus erit in resurrectione mortuorum. III, 1527. Aliud exire, aliud liberari de corpore mortis hujus. X, 299. A corpore mortis hujus non liberantur qui sunt ad pœnam resurrecturi. X, 433. Corpus mortis in resurrectione redit ad impium. V, 840. Quid de corpore nostro post mortem futurum sit, parum curandum. III, 289. Corpus idem erit, quod ante. I, 613. In resurrectione quo pacto corpora redintegrabuntur VII, 27. Corpus in futura vita pristinæ stabilitati restituetur I, 605; III, 152, 153.

Corpora sanctorum qualia post resurrectionem futura. VII, 395, 403. Corpus melius erit post resurrectionem, quam fuit primorum parentum in paradiso. I, 601. Corpus hominis quale erit in cœlo. VII, 793. Corpus erit spiritale. I, 620, 647. Quomodo futurum spiritale in resurrectione. VIII, 145. Corpora nostra nunc terrena et animalia, post resurrectionem fient spiritalia, et quomodo. II, 535, 618, 629; VI, 188, 274. Corporum, post resurrectionem, spiritalem futuram qualitatem non dubitat Augustinus, etsi non valeat explicare. II, 555. *Vide* Resurrectio. Corpora spiritalia post resurrectionem unde dicta. V, 1143. Spiritui sine molestia subdetur corpus. I, 588. Non indigebit alimentis. I, 603 Corpora sanctorum sic erunt spiritalia, ut non, nisi velint, possibilitate non necessitate vescantur. VII, 395. Corporis spiritalis velocitas. V, 1263. Corpus cœleste, Christi instar, clausis ostiis poterit domum intrare. V, 1264.

Corpus erit incorruptibile et immortale. I, 588. Corporis sanitas perfecta, totius hominis immortalitas. II, 438. Corpus manet incorruptum, si ab animo incorruptio non recedat. VI, 455. Immortalitas et incorruptio corporis de sanitate animi exsistit. III, 27. Est præmium meriti illius quod Adam amisit III, 535. Corporum immortalitas post mortem. VII, 240. Et æternitas. VII, 509. Corpus immortale et æternum esse post mortem, absurdum philosophis videbatur. VII, 589. Corporum immortalitatem et æternitatem post mortem, non impossibilem esse ostenditur. VII, 590. In corpore semper vivere, Dei munus ingens secundum Platonem. VII, 592.

Corpus terrenum quomodo in cœlo erit. V, 1140. Corpora terrena in cœlo esse non posse, dogma philosophorum. VII, 590, 775. Refellitur. VII, 772. Corpus nostrum quomodo in cœlo erit, si non sit ibi corruptio. V, 1622. *Vide* Resurrectio. Mirabilius est animos incorporeos terrenis corporibus illigari, quam corpora terrena cœlestibus sublimari. VII 755. Latent nunc in corpore cogitationes, at non ita in corpore cœlesti. III, 215.

Corporalia an solo corpore possunt videri. VII, 800. An Deus videatur per corpus spiritale. V, 1264. An per corpus spiritale videri possit substantia quæ non videtur in loco, adhuc inconpertum. V, 1265 Corporalem speciem amare an sit alienari. VIII, 817, 818, *bis*. An præter corporis formam possit cogitatio provenire. X, 557. Corpus pavimenti nomine significatum. IV, 1525.

Corpus pro toto homine ponitur. III, 1739. Corporum traditio. III, 265. Corpora pro rebus quæ corporaliter possidentur posita. III, 265. Et pro servis. III, 496.

Corporale et proprie et translate dicitur. III, 459. Corporalium servitute juste premuntur, qui corporalibus ultro se mancipârunt. I, 740.

Corporis et sanguinis Christi sacramentum. III, 612; V, 729. *Vide* Eucharistia. Corporis et sanguinis Christi sumptio. III, 704. Corporis Christi sumptio quotidiana, et alienis non quotidiana. III, 1280, 1614. Corpus Christi manducare et sanguinem ejus bibere, quid sit. III, 1614, 1618 Corpora nostra sunt membra Christi propter corpus Christi. V, 878. Corpus Christi, quod est Ecclesia, dicitur Christus: et corpus diaboli, diabolus. III, 442. Corpori Christi per fidem copulamur, per intellectum vivificamur. III, 1618.

Correptio cujusquam non est desperanda, nisi diaboli. IV, 659. Correctio vitæ non procrastinanda. V, 512, 1095. *Vide* Conversio Correctionem morum suorum differre periculosum. III, 1651.

Correctio fraterna. III, 708; IX, 81, 82. Correptio et disciplina non negligenda. V, 111, 549; IX, 98; X, 918. Licet odiosa. II, 247, 957 Correctio non negligenda, cum fieri potest vel consilio, vel auctoritate, vel potestate. III, 1253. Correctionem fraternam negligere grave malum est. IX, 83. Feriens pius, parcens crudelis. V, 111. Correptio ex cupiditate aut infirmitate neglecta, peccatum est. VII, 21. Correptio adhibenda. X, 931. Correptionis necessitas et utilitas. X, 919, 921. Correptio utilis et necessaria, etiamsi gratia a Deo pendeat. X, 920. Quamvis prædestinatio certa, seu quamvis prædestinatorum nullus perire possit, non est tamen negligenda correptio. X, 945. Quoniam incertum nobis est quos Deus salvare decreverit, omnium et singulorum debemus procurare salutem voto, prædicatione, et correptione. X, 944. Omnibus correptio est adhibenda. X, 946. Corripiuntur boni ut filii, dimittuntur mali ut alieni. IV, 883, 1177. Cui ignoscitur in futuro sæculo, corripitur de peccato in isto sæculo. IV, 595. Correptio non solum ejus qui corripitur, sed et aliorum utilitati servit. VII, 644. Correptio medicamentum contra quædam peccata. VI, 228. Domini præceptum de corrigendis malis. VI, 200.

Correptionem facere tenentur omnes. VII, 21. Maxime episcopi. VII, 21. Et qui præpositi sunt aliis. VII, 21. Corripiendi nullus præpositis impositum. V, 124, 1697. Non regit, qui non corrigit. IV, 504. Corripere eos qui ad nostram curam pertinent, ne negligamus. V, 549. Pastores ne vitiis pareant multitudinis conciliandæ causa. V, 274. Corripere veri pastoris est. V, 762. Non corripere mercenarii V, 761. Qui correptionem negligit, jure cum malis agentibus temporaliter flagellatur. VII, 21. Libertas Augu-

stini in corripiendo amico qui consolationem ab ipso petierat de morte uxoris. II, 1074.

Correctio quæ et quatenus licita. IX, 432. Reprehendi officium, quo animo suscipiendum et implendum. III, 1261, 1262, 1263, 1298, 2143. Correptio quo animo facienda. II, 531; V, 507, 549, 1698; VI, 199. Correctio fraterna quomodo facienda et quomodo recipienda. I, 1381. Correptio inquietorum non est mali pro malo redditio. IX, 350. Correptione non malum, sed bonum pro malo redditur. X, 946. In malos sævire non licet. V, 1389. De malitia vis vincere mali iam? erunt duæ malitiæ. V, 1389. Si ille qui corripit, reddere vult malum pro malo ei qui corripienti indignatur, non fuit dignus qui corriperet sed dignus plane qui etiam ipse corripi deberet. II, 958. Correptio non sit ut insultet, sed ut confusione sanet. V, 779. Ut anima quæ ibat effusa, redeat confusa. V, 780. Correptio cum caritate facienda. X, 902. Correptio ex caritate proficiscitur. X, 942, 944. Correptio officium dilectionis est. V, 54. Qui corripit ex caritate, adhibendo severitatem non amittit caritatem. II, 530. Melius est cum severitate diligere, quam cum lenitate decipere. II, 325. Agenda sunt multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis. II, 531. Vindicta ultima juste poscitur, quando nullus jam restat correctionis locus. II, 530.

Correptio quandonam proficit. X, 920. Correptio unde habet vim et efficaciam. X, 942. Correptio unde habet ut utilis sit. X, 944. Dei est correptionem utilem facere. X, 946. Correptio non nisi per Deum proficit. X, 921. Correptio humana non fit nisi opitulatione divina. X, 1246. Correptio sine gratia intrinsecus operante non prodest. VII, 442. Cur juste corripiantur qui non obediunt, tametsi gratiam obediendi nondum acceperint. X, 920. sive sint regenerati sive non sint. X, 921. Correptio prædestinato est salubre medicamentum, reprobo penale tormentum. X, 942. Corripi a Deo et erudiri, ad eamdem mansuetudinem revocantur. IV, 1145. Usus præcepti, correptionis et orationis. X, 919. Correctiones fiunt objurgatione, monitione, oratione. II, 231. Correptio et gratia non se invicem tollunt. X, 942.

Correptio quomodo facienda. IX, 83, 84; X, 946. Correptio pro culparum diversitate diversa. X, 944. Correptio alias secreta, alias publica esse debet. V, 510. Quando secreta esse debet, quando publica. V, 510. Cur secreto fiat. V, 511. Publice publica tantum corripienda peccata. X, 946. Si solus nosti quia peccavit frater, et eum vis coram omnibus arguere, noli es correptor, sed proditor. V, 510. Correptio publica in Ecclesia. V, 127. Ad correptionem faciendam magna consideratione opus est ne peccetur. II, 353. In correptione facienda se quotidie peccare fatetur Augustinus. II, 353. Melius homo corrigitur parvus, quam frangitur durus; et melius indoctus docilis corrigitur, quam pervicax. II, 873; VI, 160. Correptio aliquando ex consilio caritatis omittitur. VII, 21. Corrigi qui non possunt, tolerandi sunt. IV, 1692.

Correptio a minore quolibet non refugienda vel dedignanda. II, 290. Contra eos qui corripi nolunt. X, 920. Excusationi nolentium corripi occurritur. X, 921. Correptionem qui moleste ferunt, litigiosos et contentiosos vocant qui secum sedulo agunt. IX, 450. Qui non vult in se fieri sanus, in eum qui corripit fit insanus. V, 78. Corrigi pudere, vitium est superborum. VII, 309. Correptione quam bene utantur honestiores. I, 725. Facilius est videre quid in alio corrigas atque corrigere, quam videre quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi. III, 2114. Multo est mirabilius et laudabilius libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deviantem. II, 286. Petrus accipiendo humiliter correptionem a Paulo, rarius et sanctius exemplum posteris reliquit, quam Paulus corripiendo Petrum. II, 285. Peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est, correctionem promittit. II, 654. Dum verum nobis cum aliqua asperitate dicitur, non ab homine, qui forte peccator est, sed a Christo emendamur. II, 130. Paulus eorum vitiis a quibus sibi honor exhibetur non parcit. V, 273. Quomodo Deus corrigit. VIII, 159. Corripientis Dei flagellum patienter tolerandum. V, 146. *Vide* Flagellum. Correctio hæreticorum quomodo tentanda. VIII, 173. Correptio hominis per visum cæsi. V, 1410.

Corruptela ingenii et indolis multis signis se prodit in pueris. I, 674.

Corruptioni et mutationi perpetuæ corpus obnoxium est in hac vita. IV, 752. Corruptio unde est. VIII, 202, 203. Corruptibiles naturæ, quia ex nihilo factæ. VIII, 554. Corruptio tendit ad non esse. VIII, 204. Per corruptionem omnia tendunt ad non esse. I, 1348. sed eo usque pervenire a Deo non sinuntur. I, 1349. Corruptio non est natura, sed contra naturam. VIII, 201. Corruptio non est substantia, sed est in substantia. I, 1348. Nihil corrumpitur nisi bonum. I, 1349. Corruptio nihil est aliud quam exterminatio boni. VI, 238. Ubicumque corruptio, ibi bonum fuit. VIII, 201.

Corruptio quare a Deo permittitur. VIII, 203. Bonitas Dei res quæ corrumpuntur congruentissime ordinat. I, 1349. Non omnis corruptio vituperatione digna est. I, 1290. Sola quæ vitiosa est vituperatur. I, 1291. Corruptio animæ per illicita desideria. IV, 1920, 1921. Corruptio a mala fide incipit, inde itur in turpes mores, inde in acerrimas inquitates. IV, 614. Corruptela mentis est, fastidire quod dulce est. IV, 1425.

Corruptores sui non innocentes. V, 1272. Quis ab alio corrumpi possit, et quis non. I, 1290.

Coruscationes miracula significant. IV, 1865.

Corvus ex arca dimissus potuit cadaveri insidere. III, 551. Corvus ex arca emissus nec reversus, quid significat. VIII, 264. Corvi, gentiles; pulli corvorum, filii gentilium. IV, 1911, 1912. Corvina vox. V, 512, 1093. Corvina vox, cras cras, in illis qui conversionem differunt. IV, 1550. Non quærit Deus dilationem in voce corvina, sed confessionem in gemitu columbino. IV, 1550. *Vide* Peccatores pœnitentes.

Costa cur dormienti Adæ, et non vigilanti, detracta. IV, 668.

Cotem Tarquinius novacula secuit. VII, 294.

Cotta disputat in lib. Cicer. de Natura deorum. VII, 149.

Coturnices non datæ sunt Israelitis in eremo, sed orygometra. III, 647.

Cranaüs Cecropis regis in regnum Atheniensium successor. VII, 568.

Crassi duo, pater et filius, in conspectu mutuo mactati tempore victoriæ Carrhanæ. VII, 107.

Cras, cras, corvina vox, cum qua multi clauso ostio, foris remanserunt. V, 512.

Crastinum. Quomodo de crastino non cogitandum. VIII, 167. Præceptum non cogitandi de crastino, ut intelligendum. III, 1803; VI, 507.

Crates Thebanus Cynicorum sectam amplexus. X, 1362.

Creare et condere idem est. VI, 184. Creare, condere, constituere, facere pro uno indifferenter et eodem ponuntur in script. VIII, 632, 633. Creare non potest ulla creatura. III, 602. Ideo non possunt homines de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur. VI, 90.

Creator. Quisnam creator solus est. VIII, 877, 878. Solus Deus potest esse creator cujuslibet naturæ. III, 403, 405. Creator nullorum vitiorum offensione vituperandus, et omnium naturarum consideratione laudandus. VII, 555. Creatori nihil in creatura coæternum. VII, 365. Creatoris omnipotentia. III, 406. Creatoris opera quam admirabilia. III, 1450. Creator est omnipotens virtute sapientiæ, non potentia temeraria. III, 406. Creatoris omnipotentia est causa subsistendi omni creaturæ. III, 304. Juste creator laudatur in omnibus quæ fecit omnia bona valde. III, 569. Qui mutabilia et temporalia non commutabilibus et temporalibus motibus condat, multum est vel tenuiter sapere. II, 948. Creaturæ, gradus ad creatoris cognitionem. I, 744, 745. Creaturam non amemus neglecto creatore: sed creaturam attendamus, et laudemus creatorem. V, 1201.

Creatum idem esse quod genitum Ariani existimabant. VIII, 633, 634. Creatoris proles non est creatura. VIII, 583, 584. Creatoris proles omnino est illi æqualis. VIII, 585.

Creationis beneficium. V, 172. De creatura tria scienda, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. VII, 554. In creatione universi quam admirabilis sapientia creatoris. VIII, 391. Creationis opera non videri debent incredibilia. VII, 576. Universam creaturam Deus non per aliquam creaturam, sed solus fecit. IV, 1758. Nihil nascitur, si non id operetur Deus. IV, 1552. Creatura nulla est, quæ ab omnipotente non creata sit. VI, 185. Scriptura non prætermisit aliquod genus creaturæ in historia creationis. III, 341. In rei natura est, ut quid esse possit; ut futurum sit, nonnisi in Dei voluntate. III, 550. Creatura undique clamat, Deus me fecit. IV, 205. Creaturæ clamant, *ipse fecit nos*: clamor earum est species earum. I, 783. Creatura universa habere se præstantissimum conditorem proclamat. VIII, 1061. Creaturæ quamvis nihil esse possint sine Deo, non sunt quod ipse. VII, 220.

Creatio. Ex nihilo Deus fecit omnia. I, 811, 828; III, 137. Quare. VIII, 117. Contra eos qui negant *de nihilo* fieri posse aliquid. I, 1191. Creatura non de Dei natura, sed de nihilo facta est. III, 247. Creaturæ ex nihilo factæ, non de Deo. VIII, 559. Creaturæ quomodo ex Deo. X, 497. De nihilo factum esse, idem ac naturam Dei non esse. X, 1479. Omne quod fit, ei a quo fit par esse non potest. VI, 11. Creaturæ in se habent naturæ suæ terminum, quo non sint quod Deus est. III, 509. Creatura non est Deo consubstantialis aut coæterna. III, 247. Creaturam nec a Deo alienam esse, nec tamen ejusdem cum illo substantiæ, ex Paulo ostendi-

tur. VIII, 583. Creatura quomodo a Deo facta, non de Deo genita. VIII, 548. Creaturas omnes ex sola bonitate sua condidit Deus, non ex indigentia. I, 845.

Creaturæ in Deo. III, 332. Creaturæ quæcumque in Deo vita sunt. III, 1387. Quomodo. III, 1387. Creaturæ non in se, sed in Deo vita sunt. III, 332. Qualis vita sunt. III, 332. Quæ acta sunt, in Deo sunt meliora; quia ibi veriora, æterna, et incommutabilia. III, 332. Omnia priusquam fierent, erant in notitia facientis. III, 352. Creatura antequam fieret, vita erat in sapientia Dei. III, 1397. Creaturæ in ipsa Dei sapientia. III, 287. Creaturæ quomodo in Dei sapientia ante creationem. VIII, 674. Omnia antequam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse docebant Priscillianistæ. VIII, 668. Quomodo hoc recte intelligi possit. VIII, 674. Creaturæ omnes virtute et sapientia Dei conditæ. VIII, 586. Quam facilis sapientiæ efficacissimus motus est, tam facile Deus condidit omnia. III, 318. Creaturæ omnes in Dei Verbo. III, 1674. Creatura quælibet, præter lucem, primo erat in Verbo Dei, deinde facta est in cognitione rationalis creaturæ, postea in genere suo. III, 269. Creaturæ aliter se habent in Verbo Dei, aliter ut primitus a Deo conditæ sunt, aliter ut nunc producuntur. III. 331.

Creaturæ omnes a Deo per Filium suum factæ. VIII, 579. Patris jussio ut fierent omnia, non est nisi Verbum Patris per quod facta sunt omnia VIII, 685. Quid est quod in creatione commemoratio fiat Filii, modo ut est Principium, modo ut est Verbum. III, 248. Opinio quorumdam, Deum Verbo fecisse omnia, et tamquam præstantiorem cæteris hominem suis manibus fecisse, refutatur. IV, 158. Deus per Filium in unitate S. Spiritus universam creaturam constituit. III, 221, 241. Creaturam qui negat a Deo Patre per Filium in bonitate Spiritus sancti de nihilo factam esse et mutabilem, sacrilegia de Deo dicere cogitur. VIII, 584.

Creatio mundi opus totius Trinitatis. VIII, 129. Omnis creatura a Trinitate creatrice habet esse speciem et ordinem. III, 129. In creatura vestigia Trinitatis. VII, 342. ss. Trinitas insinuatur in inchoatione et perfectione creaturæ. III, 251. Creaturæ spiritalis principium est æterna Sapientia. III, 250.

Creatura non ante sæcula, sed a sæculis facta est. III, 335. Argumenta quibus creatio naturarum in tempore impugnatur. VII, 366. solvuntur. VII, 366. Res mundo novas facere, et mutabilem voluntatem non habere, Deo non est impossibile. VII, 371. Aliquid jam de *nihilo* fieri violentum est velle monstrare. III, 411. Principium Genesis de creatione cœli et terræ, varie sumi potest. III, 247. Omnia simul creata sunt. III, 231, 234, 317, 322, 327, 328, 330, 388. Quomodo itaque sex dies narrentur. III, 319, 326. Et singulis diebus singulæ tribuantur operationes. III, 231. Creata sunt omnia simul in rationibus creaturæ spiritalis. III, 234. Sine cognitione creaturæ spiritalis cæteræ creaturæ non factæ sunt. III, 312 Creaturæ qua ratione a Deo et ab Angelis noscuntur. III, 334. Aliter nota est Angelis creatura Dei, aliter nobis. III, 325. Mens nostra non est idonea creaturas videre apud Deum in ipsis rationibus quibus factæ sunt. III, 333. Creaturas non tam facile novimus, quam Deum, quare. III, 219, 220. Creaturas in Verbo Dei et in prima creatione non per sensus novimus, sed ex divina auctoritate credimus. III, 331. Creaturæ plures nobis ignotæ. III, 334. In creaturis *mane* significat earum speciem, *vespera* earum privationem seu defectum. III, 235. Cognitio creaturæ in seipsa faciebat vesperam. III, 314. Non incongrue tamen dicitur dies sub aliquo respectu. III, 312. Creatura habet in se vesperam, non in Deo. III, 308.

Creationis opera sexto die consummata et adhuc inchoata, quomodo. III, 318, 348, 393. Unus tantummodo dies creatus, cujus repetitione multi qui dicuntur dies prætereunt. III, 310, 314. 321. Ordo creationis rerum per sex dies, non intervallis temporum, sed connexione causarum. III, 325, 326. Cur certis diebus certa opera edita sint. III, 273. Initium creaturæ in quiete creatoris, mane septimi diei significatum est. III, 309. Non apparet quando dies septimus fuerit creatus. III, 310. *Vide* Dies. In die septimo creationis, plenitudo et requies commendatur. VII, 344. Creationis dierum numerus, mysticus. VII, 347. Quomodo condita sunt, quæ temporalibus intervallis moventur ad peragenda quæ suo cuique generi competunt. III, 318. Rerum creatio prima facta est sine corporis mora, administratio non ita. III, 330. Productio et vicissitudo rerum quæ jam fit, est explicatio sæculorum quæ Deus universæ creaturæ indidit. III, 336. In creatura quæ facta narratur sine intervallis temporalium morarum, distinctus mirabiliter ordo rerum invenitur. VIII, 609, 610. Creaturæ genus duplex temporibus non subjacens. I, 851.

Creaturæ universæ species non nisi opere Dei formatur. VII, 374. Omnia quæ arte divina facta sunt, et unitatem quandam in se ostendunt, et speciem, et ordinem. VIII, 932. Creaturæ habent mensuras, numeros, ordines suos. III, 288. Creaturæ omnes gradibus suis conditæ et ordinibus distinctæ. VIII, 538. Creaturarum gradus, ordo, numerus cognitus a Deo ante creationem. VIII, 674. Modus, species et ordo, generalia bona in rebus a Deo factis. VIII, 553. Unde interdum dicatur malus modus, etc. VIII, 558. In creaturis est ordo rationis, ordo utilitatis, et ordo justitiæ. VII, 331. Creaturæ omnes certis gradibus ordinatæ sunt, aut locorum intervallis, aut meritis naturalibus, aut meritis præmiorum atque pœnarum. VIII, 586, 595. Quam mirabilis et diversa creaturarum pulchritudo. VII, 791. Unde creaturæ formam accipiunt. I, 845. Informes penderent, si solam a Deo traxissent exsistentiam. I, 845. Creaturarum mira ordinatio. IV, 1878. Creaturæ omnes ordine quodam reguntur. VIII, 873.

Creatio cœli et terræ. I, 811. Ut varie intelligitur quod Scriptura dicit de creatione rerum. I, 841, 842. Ut respondendum quærenti quid faciebat Deus ante cœli et terræ creationem. I, 815. Creavit Deus hominem per Verbum suum, et per Verbum recreavit. IV, 1855. Mirabilia seu miracula creationis ideo insolita, quia prima. III, 373.

Creaturas omnes bonas esse adversus Manichæos. I, 743. Creatura omnis bona in genere et ordine suo. VIII, 538, 607. Sed non æqualiter, quare. VIII, 606. Cum omnia Deus fecerit, quare non æqualia fecit. VI, 27. Deum de nihilo fecisse omnia bona valde, quomodo probetur. VIII, 580. Creatura ex nihilo facta, non de Deo, ideo non summe bona. VIII, 593. Creaturæ in tantum bonæ sunt, in quantum acceperunt ut sint. III, 32. Ex corruptione creaturæ, et ex ipsa etiam vituperatione vitii, ostenditur bonitas naturæ ejus. I, 1289. Creaturæ omnes ita sunt bonæ, ut etiam ipsas quæ cum vitiis creantur, ratio bonas esse demonstret, ipsorum quoque attestatione vitiorum. X, 1537. De bonitate creaturarum semper sunt urgendi Manichæi, ut earum bonum Deum, quod negant, fateantur auctorem. X, 1537.

Creaturam quatenus laudant Catholici. X, 611. Cur laudant Pelagiani. X, 606, 609. Pelagiani in laude creaturæ a Manichæorum errore sani videntur, sed alia sua pestilentia moriuntur: utrique a Catholicis redarguuntur. X, 611. Creaturarum vera laus. VIII, 500. Creatoris opera quatenus laudanda. X, 770.

Creaturæ Deo non comparatæ, sunt; quoniam ab illo sunt: illi autem comparatæ, non sunt. IV, 1741, 1863. Creatura rationalis, quæ non nisi malorum comparatione cavet malum, non parvi boni est. III, 434. Creaturarum defectum non fecit Deus, sed ordinavit. III, 240. Nihil homini secundum vitia corporalia, quod Deus nolit. III, 598. Creatura omnis sponte peccavit, et inimica facta est veritati; sed ut merito puniretur, non sponte subjecta est vanitati. IV, 1532. Amor Dei in opera sua ex beneficentia venit. III, 250, 251. Rebus quæ quotidie oriuntur condendis efficaciam virtutis suæ adhibet Deus. II, 948. Creat Deus interius, extrinsecus adhibentur opera creaturæ. VIII, 876. Si Dei se bonitas rebus conditis subtrahat, ad nihilum relabentur. X, 712, 858. Creatura sive corporalis, sive spiritalis, semper multiplex. VIII, 928.

Creaturarum subjectio Deo et sibi invicem. III, 390. Spiritalem creaturam corporali Deus præposuit. III, 588. Res alias, præter hominem, quas creavit Dominus, sapientissima ordinatione sive bonis sive malis angelis subjecit. X, 1421.

Creaturæ spiritalis creatio. I, 846. Creatura rationalis, quam magnum bonum. VIII, 554. Creatura intellectualis in Deo quietis habet locum. III, 309. Creatura spiritalis quam infirma sit, unde pateat. I, 848. Creatura in quantum est, bona est; in quantum deficit, se non de Deo genitam, sed ab ipso de nihilo factam ostendit. VIII, 191. Cur deficiunt et mutabiles sunt creaturæ. III, 156. Creaturæ omnes mutabiles, non quia a Deo, sed quia de nihilo factæ. X, 666, 667, 1481. Et tamen sunt bonæ. X, 1495. Creatura corporalis per tempora et loca, spiritalis per tempora tantum mutari potest. III, 388. Creatura intellectualis contemplatione veritatis omnia tempora excedit. III, 252.

Creatura rationalis quænam melior. VIII, 614. Creatoris participatione incorporeæ creaturæ rationales fiunt meliores. II, 562. Creatura spiritalis potest habere vitam informem, quare. III, 249. Informitas creaturæ est aversio ejus a sapientia incommutabili, pulchritudo vero conversio ad eam. III, 249. Creatura spiritalis est imperfecta et tenebrosa abyssus, dum ad creatorem non convertitur. III, 247, 252. Creatura deserto incommutabili lumine, in se obtenebratur; ad illud autem conversa, fit lux, non in se, sed in Domino. VIII, 602. Quomodo creatura potest illuminari. III, 247. Et diei lumen. I, 846. Creatura tunc imitatur Verbi divini formam, cum ad creatorem suæ substantiæ convertitur. III, 249. Creaturæ intellectuali non cessat loqui Sapientia æterna, ut convertatur ad id ex quo est. III, 249. Creatura ad creatorem suum non conversa, tendit ad nihilum. III, 247. Creatura, quia de nihilo facta est, quando

peccat, potest ad nihilum vergere, quomodo. VIII, 583, 584, 587, 590, 594. Creatura rationalis cum creatori suo dilectionis obedientia cohæret, naturam suam in illius æternitate, veritate, caritate custodit. VIII, 595.

Creatura rationalis aut beata aut misera. VII, 266. Creaturæ rationalis beatitudinum et miseriarum alternantes vices semper fuisse, semper fore, docuit Origenes. VIII, 33. Creaturæ spiritalis felicitas et perfectio in quo sita. I, 846. Creatura rationalis ita facta est, ut sibi ipsa bonum, quo beata fiat, esse non possit. II, 561, 568. Creaturæ rationalis aversio ab incommutabili bono, vitium et miseria; conversio vero, virtus et beatitudo. II, 561, 568, 569. Recedenti a Deo, creaturæ in supplicium convertuntur. IV, 1887.

Creatura rationalis, aut mortalis aut immortalis. VII, 266. Creaturæ omnes cœperunt esse, sed aliæ desinunt, aliæ permanent. VIII, 604. Quod creatur in tempore, potest esse immortale. II, 727. Creaturam nullam Deus conderet quam præsciret futuram esse malam, nisi nosset quibus eam bonorum usibus commodaret. VII, 332. An crudele sit, Deum creare quos scit esse damnandos. X, 1442. Creatura nulla secundum se ipsam vivere debet. VII, 408. Creaturæ indigentiæ explendæ non sufficit nisi Deus. VII, 349. Rationalis creaturæ verus cibus, solus Deus. X, 255. Creatura spiritalis cœlum cœli. III, 252. Universa creatura spiritalis et corporalis sæpe cœlum et terra nominatur. III, 273.

Creaturæ sunt vestigia et nutus Dei. I, 1264. In creaturis quomodo Deus contineatur. IV, 1480, 1481. Omnia opera Dei testimonium dicunt bonitatis et magnitudinis Dei, IV, 1580. Creaturæ omnes laudant Deum, quomodo. IV, 205, 845, 846, 1691, 1878, 1946. Creaturarum species, voces sunt creatorem laudantium. IV, 206. Creaturæ omnes testimonium perhibuere Christo. III, 1398. Creatura spectaculum homini facta est. IV, 1851. Creatura amplissima quædam immensaque respublica. VIII, 873. Creatura universa, magnus quidam liber naturæ rerum. VIII, 509. Creatura non fruitur Deus, sed utitur. III, 32. Quatenus utatur Deus ut vult creaturis omnibus, describitur. VIII, 872. Creatura voluntatem creatoris numquam superat. IV, 1464.

Creata quomodo amanda. III, 1995. Creatura et bene potest amari, et male. VII, 467. Creatura non ob aliud perniciosa est amatori, nisi quia præponitur creatori. IV, 1028. Creaturam Deo præponentes reprehenduntur. V, 144. Creaturarum amor, ebrietas. I, 677. Hominem quasi dispergit et discindit. I, 675. Nullam creaturam licet colere cultu qui soli Deo debetur. VII, 217. Creaturam qui colit ritibus scelestis et obscœnis, bis peccat in Deum. VII, 217. Ex creaturis assurgendum ad creatorem. V, 699.

Creatura Dei nulla mala, sed ea male uti est malum. VIII, 362. *Vide* Malum. Peccatum. Creatura quomodo utendum aut fruendum. VIII, 968. Sine creatoris amore nemo bene utitur creaturis. X, 755. Creaturarum usus miserorum sunt damnatorumque solatia, non præmia beatorum. VII, 792. Creaturis perverse utens anima non effugit ordinationem creatoris. II, 539. Creatura quot modis assumitur ad significandum. VIII, 879. Creatura hominis in homine. VIII, 583. Creatura omnis partim corporalis, partim incorporalis. II, 378.

Credentibus vehementer insultabant Manichæi. VIII, 183. Credere non est turpe in religione antequam scire. VIII, 81. Credere in multis quam necessarium ad humanam societatem. VIII, 84, 85. Credere aliquando sine vitio est, aliquando cum vitio, quandonam. VIII, 83. Credere inter et opinari quid distat. VI, 488. Credentes ab opinantium temeritate quomodo alieni. VIII, 84.

Credere est cum assensione cogitare. X, 963. Creditur quod non capitur. III, 1667. Alia sunt, quæ nisi intelligamus, non credimus; et alia sunt, quæ nisi credamus, non intelligimus. IV, 1552. Creditur ut intelligatur. III, 1667. Credere non idem est quod mentis aspectu contueri. II, 597, 599. Creduntur absentia, præsentia videntur. II, 600. Credere nolle, nisi quod videas, perversum est. V, 698. Credita videre mente dicimur, quomodo. II, 600. Cum aliqua corporalia lecta vel audita quæ non vidimus, credimus, fingat sibi aliquid animus in lineamentis formisque corporum necesse est, et hoc ad aliquid utile. VIII, 931, 952. Crede quod nondum vides, ne erubescas cum videris. IV, 1208. Credere vel non credere licet testibus vel testimoniis humanis, quantum ea momenti ad faciendam fidem vel habere vel non habere perpenditur. II, 598.

Credere in Deum quid. III, 1631. Credere in Deum hoc est, credendo adhærere ad bene cooperandum bona operanti Deo. IV, 988. Credere est ad Deum accedere. III, 1741. Non credimus in Apostolum, vel in hominem, quare. III, 1781. Vivis, si credis; si credis, efficeris templum Dei. IV, 1620, 1704. Credentium tres gradus. V, 1297. Fides in Christum pauperem et crucifixum. V, 251, 730. Quicumque in Christum non credit, damnatur. V, 1345. Credere Christum et credere in Christum differunt. V, 788. Credere in Christum, quid. III, 1778. Credere in Christum hoc est, diligere Christum. IV, 1704. Habere fidem quæ per dilectionem operatur. VI, 217. *Vide* Fides. Corde credere non sufficit, nisi et ore non negetur Christus. VI, 526. Non perfecte credunt, qui quod credunt, loqui nolunt. IV, 1492. Difficile est ut male vivat, qui bene credit. V, 321. Venire ad Christum est credere. X, 568. Parvulis credere est baptizari. X, 152. Multi nolle se in Christum credere dicunt, quia nemo potest implere quod jubet. IV, 1370. *Vide* Fides. Credis in Christum natum in carne, pervenies ad Christum natum de Deo. IV, 1641. De Christo quid credendum. V, 1072, 1124. *Vide* Christus.

Damnatorum miseria, privatio participationis Dei. VII, 269. Damnatis perire a regno et alienari a vita Dei tam grandis est pœna, ut ei nulla possint tormenta quæ novimus comparari. VI, 285. Supplicium damnatorum incredibilius, quam beatorum felicitas. VII, 709. Circa damnatorum pœnas variæ sententiæ. VII, 731, 732. Extrema impiorum damnatio, cereæ fluenti a facie ignis comparatur. IV, 814. Damnatio impiorum, perditio ipsorum dicitur. VII, 684. Damnatio mors secunda. VII, 658, 666, 675. Damnatis omnibus mors illa perpetua erit communis, quamvis eorum cruciatus varii. VI, 285. In damnatione mors etiam secundum corpus esse dicitur, quare. VII, 378. Damnatis est cura suorum. IV, 1457, 1458. Damnati an habeant notitiam, quid agatur intus in gaudio domini nescient. VII, 694. Quale bellum damnati sustinebunt. III, 658. Damnati congruentissime in pœna sunt. I, 601, 1349. Damnationem inter et regnum cœlorum nullus medius locus. X, 140. *Vide* Parvuli. Peccatum originale.

Damnationis gradus. X, 117. In illa damnatione erunt quidam duplo amplius quibusdam gehennæ filii. X, 250. Damnatorum miseria alia aliorum major. VI, 284. Damnati alii aliis tolerabilius damnabuntur. IV, 1406; VI, 275. Damna-

torum quorumnam mitissima pœna. VI, 275. Damnationem tanto quisque habebit tolerabiliorem, quanto minorem habuerit iniquitatem. VI, 275. An -uturum sit ut aliquando pœnæ damnatorum mitigentur. IV, 1406. Damnatis quibusdam mediocriter malis prodesse Ecclesiæ preces ad pœnæ mitigationem. VI, 283. *Not.* (*a*). Quomodo in damnatos miserationes suas non continere Deus dici potest. VII, 739.

Damnatorum corpora animata et viventia in tormentis æternis durare poterunt, quomodo. VII, 709. Non absurde cadavera dici poterunt. VII, 693. Damnatorum corpora quomodo erunt incorruptibilia, si dolebunt; aut quomodo corruptibilia, si mori non poterunt. VI, 274. Ignis inexstinguibilis et vermis vivacissimus damnatorum, quomodo accipiendus. VII, 694. Quomodo damnatorum dolor non finietur. VII, 658. Damnatorum acriores pœnæ post resurrectionem. V, 1453.

Damnandum neminem novissimo judicio quidam putant, propter intercessiones sanctorum. VII, 732. Refelluntur. VII, 736. Quidam supplicia damnatorum hominum cessatura putant, non vero dæmonum. VII, 731, 733. Supplicium diaboli ac damnatorum non semper duraturum existimavit Origenes. X, 523. Liberationem ab æterna damnatione quidam promittunt omnibus baptizatis, etiam hæreticis. VII, 733. Refelluntur. VII, 741. Alii id spondent solis apud catholicos baptizatis quamvis male viventibus. VII, 734. Refelluntur et hi. VII, 741, 742, 743. Quidam hoc ipsum concedunt catholicis omnibus in Ecclesia perseverantibus quamvis pessime vixerint. VII, 734. Refelluntur. VII, 743. Quidam omnibus qui eleemosynas fecerint, licet non mutarint mores. VII, 734. Pariter refelluntur. VII, 746. Contra hos omnes fidem sine operibus ad salutem non sufficere ostenditur. VI, 211. Damnatorum pœnam æternam fore, probatur contra nonnullos, imo contra plurimos aliter sentientes. VI, 284. Plures damnantur, quam salvantur. VII, 727.

Damnificari. V, 1474.

Damnum nullum timendum, nisi Dei. V, 207. Damna alia dum superflua amputant, prosunt. V, 202. Damna temporalia cur permittat Deus. II, 1060. Non angatur cor Christiani ob damnum, sed quia nondum cum Christo vivit. IV, 1631. Damna a Paganis illata tolerantur, aut resarcinatur per Christianos; nos animarum lucra hoc exemplo non impediri desideramus. II, 517.

Danae. I, 672. Danaes concubitum per imbrem aureum appetisse Jovem, quid significat. VII, 571.

Danaus decimus rex Argivorum. VII. 569.

Daniel propheta. III, 461, 462. Quid et quo tempore prophetavit. VII, 593. Cur peccata sua et peccata populi sui confitetur. X, 159. Daniel vir quietus, qui et inter leones securus erat. IV, 1731. Danielem supra se leones agnoverunt. III, 2039. David in cælibatu serviens Deo, figuram expressit servorum Dei, id est Monachorum. IV, 1731. Daniel, Job, et Noe quos significent. VI, 716.

Daniel ab Angelo hebdomadarum mysterium discebat. II, 911. Danielis hebdomadas ad Christi nativitatem et passionem impletas non putat Hesychius. II, 904, 911. Quidam de secundo Christi adventu eas exposuit. II, 901. Danielis hebdomadæ in præterito Christi adventu completæ sunt. II, 911, 917. Non futurum Christi ventum significant, sed præteritum. II, 899.

Dardanus sæculi dignitate illustris. II, 832. Augustini amicus carissimus. II, 848. Ejus quæstionibus respondet Augustinus libro de præsentia Dei. II, 833.

Dare. Solus est Deus qui non novit nisi dare. V, 108. Datorem non habet, qui non habet meliorem. V, 108. Præceptum ut demus omnipotenti quomodo implendum. V, 1592. Id profecto dandum est, quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest. III, 1264. Quis præferendus, quando res aliqua duobus vel pluribus dari non potest. III, 30. Cui plus datur, plus exigitur ab eo. II, 885. Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur et non datur, nondum habetur quomodo habenda est. III, 19. Dati Christo qui intelligantur. X, 928.

Dares. VIII, 574.

Darius. II, 801. Rex Persarum. VII, 583.

Darius comes missus pacis procurandæ causa. II, 1014. Rescribit Augustino. II, 1014. Bella si non exstinxit et occidit, saltem distulit. II, 1015. Darius etsi christianis parentibus natus, tamen gentiles ritus cum aliquotiens sensus pulsarent, Augustini lectione penitus contempsit. II, 1016. Quam hoc Augustino gratum. II, 446. Darius non in superficie, sed in christiana caritate christianus. II, 1025. Libros confessionum ab Augustino petit. II, 1022. Et ab ipso accipit. II, 1025. Una cum aliis libris qui recensentur. II, 1026. Darius plurimi facit verba Augustini. II, 1020. Et ejus bibliothecam adjuvat. II, 1026. Darius medicamenta Lazapo presbytero ad Augustinum deferenda dedit. II, 1022.

Datianus Camicetensis episc. IV, 580.

Dativus a Badis. IX, 211.

Dativus. Pro dativo græco casu, ablativum Latini ponunt. III, 487.

David interpretatur manu fortis, et Christi figuram gerebat. IV, 148, 154, 302, 628, 646, 716, 1258, 1717, 1845; VIII, 458. Interpretatur et desiderabilis. IV, 323; VIII, 458. David a Deo electus propter Christum, et tribus Juda propter David. IV, 1007. David cur dicitur secundum cor Dei electus, cum talia tantaque commiserit. VI, 168. David statura parvus, fide magnus. IV, 1856. David ab officio pastorali pecorum ad hominum regnum translatus est, Christus autem a bovibus ad oves; a Judæis ad Gentes. IV, 1007.

Davidi cum Golia confligere permisit Saül, intelligens aliquid divinitatis in eo esse. V, 197. Davidis contra Goliam progredientis confidentia in Deo. V, 197. David quinque lapides quid mysterii habeant. V, 198. David armis Saülis oneratus significabat hominem sub lege. IV, 1859. Davidis cum Golia certamen mystice exponitur. IV, 1855, 1856. David pro benefacto meruit invidiam. IV, 301. David uxorem suam, quam pater ejus Saül alteri tradiderat, tamquam novi Testamenti figurator recepit. VI, 474.

Davidis humilitas et mansuetudo. IV, 1716. Mansuetudo erga Saülem. VIII, 161. David implevit Christi præceptum diligendi inimicos. VIII, 161. David cur non prius regnum tenuit, quam primo a persequentibus liberaretur. IV, 600. David perjurii reus, de duobus peccatis elegit minus. V, 1408. David quomodo ob dinumerationem populi, mortibus tot hominum vapulavit. VIII, 618, 619. Mors, ob dinumerationem populi, illata hominibus quandoque morituris non obfuit. VIII, 619, 623. David per medicinalem providentiam desertus est paululum a Rectore, ne per exitialem superbiam descreret ipse Rectorem. VI, 372. David quare obtulit sacrificium. VIII, 623.

Davidem non suæ injuriæ, sed peccata filii commovebant. III, 77. David persecutione filii sui non dejectus inique, sed humiliatus pie. IV, 1845. Davidis mansuetudo erga filium suum Absalon, III, 77.

David quamquam in adulterium lapsus, longe fuit a libidinosorum intemperantia. III, 77. In Davide immoderatæ libidinis non permansio, sed transitus fuit. III, 77. Davidis humilis confessio. III, 449. David non surrexisset a peccato, nisi gratia Christi eum relevasset, ex epist. Innoc. II, 782. Etsi venia David data est a Propheta, ea tamen quæ Deus comminatus fuerat, subsequuta sunt, quare. X, 1582. David pœnitentia. VII, 534. Castigantur qui in lapsu Davidis quærunt sibi patrocinia peccandi. IV, 586. David peccatum quid præfiguraverit. VIII, 458. David virtutes et vitia. VIII, 441. David peccata et merita fidelis Scriptura non tacuit, quo fine. II, 534.

David regnum amplissimum. VII, 525. David quot annos regnavit. VII, 577. In regno David articulus quidam factus est et exordium juventutis populi Dei. VII, 522.

David quo animo harmoniam musicam dilexit. VII, 547. Piam musicam amavit. II, 569. David Psalterii auctor. V 197. Davidis nomini totum psalterium tribuitur, et Davidici psalmi appellantur. IV, 130. Davidici versus. II, 569. Quos David psalmos scripsit. VII, 547. Quædam aliter, quam in aliis Scripturæ libris leguntur, dicit: ne vere putetur transacta recolere potius, quam ventura prædicere. IV, 1476. David homo in veteri Testamento, sed non homo de veteri Testamento. III, 2137.

David nomine Christus significatur. V, 308. David figura Christi. VI, 336. Figura corporis Christi seu Ecclesiæ. IV, 600, 619, 713. In Davide persecutionem Saülis patiente, regnum salutis æternæ præfigurabatur. IV, 600. David fugiens in speluncam, figura Christi se occultantis in carne. IV, 663. Figura Christi in monumento positi. IV, 664. Davidis proditio per Doech, figura proditionis Christi. IV, 605. David ab Allophylis detentus quid significet. IV, 648. David insaniam coram Achis simulans, figura Christi sacramentum manducandæ carnis suæ prædicantis. IV, 305, 315. David Absalonem fugiens, figura Christi Judam proditorem deserentis. IV, 75. David figuravit sacerdotis personam, quando panes propositionis manducavit. III, 1045; IV, 601. David ex persona Christi loquitur. IV, 725. Promissiones ad David in filio, non in Salomone, sed in Christo inveniuntur. VII, 540.

Debita nostra exsolvit Christus. IV, 1783. Debita quotidiana. V, 381, 392. Debita fratribus et inimicis dimittenda. V, 53, 524, 514, 516, 652, 1274. Debitum relaxare conservo, magni lucri eleemosyna est, ut tibi relaxetur a Domino. V, 1055. Debita donandi pactum in Dominica oratione V, 383, 1056. Debitum dimittendum volenti litigare. III, 1282. Causa cadit, qui plus petierit quam ei debeatur. IV, 1551.

Debet nemo nisi ei a quo accepit ut debeat. I, 1292. Debet Deus nulli aliquid, quia omnia gratuito præstat. I, 1293.

Debitorem Dominus ipse se fecit, non accipiendo, sed promittendo. I, 714; IV, 1068, 1445; V, 640, 863, 1184. Ut homo exigeret debitum, prius accepit indebitum. V, 1428. Debitor ille factus est fidelis, esto tu avarus exactor. IV, 286. si Dominus retribuere vellet, nihil nisi pœnam debitam retribuisset. V, 177. Omnia Deo debent, primo quidquid sunt, deinde quidquid melius esse possunt si velint, et quidquid oportet ea esse. I, 1293. Anima Deo reddit quod debet, vel faciendo, vel patiendo. I, 1293. Qui non facit quod debet, statim patitur quod debet. I, 1293. Debitor tenetur tempore judicii, quia inventus est donator tempore misericordiæ. IV, 1283. Debitor Dei est omnis homo, et debitorem habet fratrem. V, 381, 515. Debitores habemus, et debitores sumus : quo pacto debita nobis relaxentur. V, 983.

Debitoris et creditoris obligatio. III, 764. Debitores non nimium urgendos esse. V, 1129.

Decachordum psalterium. V, 79.

Decalogus. V, 517. Decalogum respuunt Manichæi et violant. VIII, 303, 307, 309, 310, 311. Præceptorum Decalogi distinctio. III, 620; V, 1165. Tria ad Deum, septem ad homines pertinent. V, 79; VIII, 306, 310. Decalogi tria prima præcepta ad singulas SS. Trinitatis personas indicandas pertinent. II, 213. Decalogi præcepta omnia continentur præcepto, *Quod tibi fieri non vis*, etc. V, 86. In præcepto dilectionis Dei est castitas nuptiarum Ecclesiæ, in præcepto dilectionis proximi unitas membrorum ejus. VIII, 306. Decalogi præcepta singula exponuntur. V, 76. Decalogus non solum Judæis, sed et nobis ad vitam recte instituendam datus. X, 215, 594. Præcepta justitiæ, quæ continet Decalogus, observare tenemur. X, 222. Decalogus quoque occidit, nisi adsit gratia. X, 215. Præceptum observandi sabbatum solum inter cetera in umbræ figura positum. X, 217.

Decani Monachorum. I, 1338. Eorum munus. I, 682.

Decimæ. V, 89. Decimas rerum suarum dare num Christiano sufficiat. V, 522.

Decipere neminem summa et prope divina virtus est. VI, 35. Hujus virtutis gradus. VI, 34. Decipi aliquem quomodo Deus sinit. VI, 35.

Decius. IX, 325, 328. Decius Imperator, persecutor Christianorum. VII, 614. Decii, pater et filius, pro patria se devoverunt. VII, 127, 163.

Declinare in dextra, est velle tribuere sibi quod rectum est, non Dei gratiæ. III, 769.

Decollare volens Ecclesiam. V, 725.

Decor domus Dei. V, 116.

Decurio civitatis. II, 304. Ingentius suspensus ideo non torquetur, quia se decurionem Ziquensium asseverarit. II, 304.

Dedicatio templi antea profani. V, 889. *Vide* Ecclesia. Dedicatio candelabrorum. V, 1478. Dedicatio templi Dei in nobis nondum fit, sed tantum ædificatio. V, 810. Ecclesiæ fundamentum jam dedicatum, dedicabimur et nos cum surrexerimus. V, 661. Dedicatio domus, quæ modo in tribulationibus fabricatur, fiet in secundo Christi adventu. V, 178; IV, 221. Jam in capite facta est tamquam dedicatio fundamenti. IV, 221.

Defectum in intelligibilibus quam in sensibilibus ægrius toleramus. VIII, 99. Defectus etsi inter intelligibilia numerantur, non tamen rebus sensibilibus præponendi. VIII, 98. Defectus non semper culpæ vel pœnæ deputandus, est etiam defectus laudabilis vel optabilis. IV, 1558. Non omnis defectus culpabilis est, sed solus voluntarius. I, 1291; VIII, 590. Defectus qui non sunt voluntarii, vel sunt ad punitionem peccati, vel ad pulchritudinem universi. VIII, 590. Deus non est auctor mali. I, 1346. Nec delectionis. I, 1347. Defectus profectusque creaturæ non sunt sine supplemento decoris universi. III, 259.

Deficere a te potes, tu te ipsum reficere non potes. IV, 1224. Deficere est ad nihilum tendere. VIII, 587, 592. Deficiunt res aut deficere possunt, quia ex nihilo factæ sunt. II, 439.

Defit. II, 833, 1076.

Defensio peccatorum, magna iniquitas. IV, 701, 854, 1793, 1808, 1821. *Vide* Peccatum.

Defensoris et intercessoris discrimen, et utriusque officium. II, 637.

Definitio nihil complecti debet quod sit alienum. I, 913. Definitionis partes. I, 1038. Definitio quomodo examinanda. I, 1038. Definitionis utilitas. VII, 67.

Deformitas corporum ostendit quam pœnalis sit conditio mortalium. VII, 781. Non remanebit post resurrectionem. VII, 781, 783.

Defunctorum piorum sedes occultæ. VII, 28. An defunctorum spiritus ignem transitoriæ tribulationis patiuntur. VII, 745. Defunctorum quorumdam spiritus pœnas patiuntur. VII, 738. Defuncti fideles membra sunt Ecclesiæ. VII, 674. Eorum memoria ad altare fieri solita. I, 778. Ad altare pro commemoratis defunctis, non pro martyribus oratur. V, 867, 1291, 1295. Oratio pro defunctis. III, 1847. Oblationes pro defunctis. II, 92. Sacrificium missæ pro defunctis. II, 604. Sacrificium pro defunctis posito juxta sepulcrum cadavere. I, 777. Quod pro se postulat Monnica. I, 778. Pro patre suo Patricio et matre sua Monnica vult orari ad altare Augustinus, I. 780. Ac ipsemet orat. I, 778. Sacrificium altaris et eleemosynæ fiunt pro baptizatis omnibus defunctis. VI, 283. Operatio misericordiæ in defunctos. III, 1350.

Defunctorum animæ pietate suorum viventium relevantur. VI, 283. Defunctorum spiritus orationibus Ecclesiæ, sacrificio salutari, eleemosynis adjuvantur, et quatenus adjuventur. V, 936, 937. Ut ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur, hoc a Patribus traditum, universa observat Ecclesia. V, 936. His ritibus non comparantur mortuis nova merita. V, 937. Pro quibusnam defunctis orationes exaudiuntur. VII, 737. Sacrificium, orationes, eleemosynæ eis prosunt, qui cum viverent, ut hæc sibi postea prodessent, meruerunt. VI, 283. Frustra illis impenduntur hæc pietatis officia, cujus pignore dum hic essent caruerunt. V, 937. Quibus prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. VI, 284, *Not.* (*a*). Pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes, pro valde malis qualescumque vivorum consolationes. VI, 283. Missa pro defuncto de cujus anima dubitatur. VI, 284, *Not.* (*a*). Pro defunctis impiis et infidelibus non oratur. VII, 736. Defunctis quibusdam nullum misericordiæ auxilium præberi potest. III, 1351.

Defunctorum commemoratio. IX, 635.

Defunctorum exsequiæ quid recogitandum admonent. V, 937. Funeris pompæ, etc., vivorum sunt qualiacumque solatia, non adjutoria mortuorum. V, 936. Hæc tamen, utpote in Scripturis inter opera bona deputata, quisque pro viribus præstet. V, 957. Propter eos qui vivunt, fiunt laudes funebres, etc. II, 1074.

Defuncti corporis sui redemptionem exspectant. I, 606. Defuncti absentes potius dicendi sunt, quam mortui. IV, 1897. *Vide* Mortui.

Degradatio clerici, pœna ab ecclesiastica disciplina inflicta. V, 1575; VI, 199, 271. Degradare cui et quando liceat. IX, 669.

Debbora judex et prophetissa apud Hebræos. VII, 572.

Delectatio finis est curæ. IV, 103. Delectatio quasi pondus est animæ. I, 1179. Ubi est delectatio ejus, ibi est thesaurus. I, 1179. Non amatur nisi quod delectat. V, 869. Aliquando, etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat. II, 963. Quod appetendum cognitum fuerit, non appetitur nisi tantum delectet, quantum diligendum est. X, 242. Sæpe quid agendum sit videmus, nec agimus; quia non delectat ut agamus, et cupimus ut delectet. IV, 1522. Nisi etiam delectet et ametur quod agendum cognoscitur, non agitur, non suscipitur, non bene vivitur. X, 203. Tanto quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius. X, 167. Tanto magis delectat opus bonum, quanto Deus plus diligitur. X, 168.

Delectet Deus, a quo habetur quidquid delectat. V, 143. Quis sic delectat, ut ille qui fecit omnia quæ delectant? IV, 281. Delectant bona, quæ non sunt per se bona, qualis erit delectatio incommutabilis boni? IV, 203. Delectatio laudis Dei piis promissa, quæ non datur impiis. V, 1188. Delectatio piorum in Deo amissis terrenis rebus. V, 147. Occupatio beatorum, delectationem ipsius Domini contemplari. IV, 203. Nec ex præterita nostra vita, nec ex præsenti delectari debemus, sed in ea quæ nobis promittuntur, intendere. IV, 681. Nulla creatura sic sibi placet, seque ipsa delectat, ut mens bona. X, 752. Delectatio mentis de justitia et fide. V, 869. Delectationi cordis de lumine veritatis, nulla voluptas comparanda. V, 969.

Delectatio boni non litteræ, sed spiritus donum est. X, 203, 217. Quando delectat bonum, magnum est Dei donum. IV, 1547, 1553, 1566. Delectatio boni gratiæ deputanda. X, 561. Delectatio justitiæ donum Dei. V, 919. Qui fiat ut justitia nunc magis minusve delectet, nunc non delectet, X, 168. Delectatio justitiæ, nisi vincat aliarum rerum delectationes, vincimur in pugna contra peccatum. VI, 271. Delectatione justitiæ vincente non ceditur malæ concupiscentiæ. VI, 287.

Delectatio legis Dei, et delectatio concupiscentiæ. V, 830. Delectationes sensuum licitæ et illicitæ. V, 868. Delectatio perniciosa sequitur cupiditatem, fructuosa caritatem. IV, 124. Delectationes quandonam fiunt libidines illicitæ. VIII, 419, 420. Delectationem illiciti non frænare est peccatum. VIII, 419. Delectationi alicui illicitæ consentire,

non tantum in horrendis facinoribus, sed et in levioribus, peccatum est. X, 244, 996. Delectationem carnis qui a nullis refrænat licitis, vicinus est et illicitis. VI, 711. Delectatio justitiæ superare debet quidquid aliud voluptas, sive dolor impedit. X, 242.

Delectationes vincendæ, et dolores. V, 1470, 1510. Delectationis inest semper aliqua titillatio, etiam in eo qui tentationem superavit. IV, 1860. Delectatione cogitationum lascivarum quis vulneratur, etsi non consentiendo victor abscedat. V, 391. Delectatio voluptatis in corpore non nocet iis, quibus major est delectatio voluptatis verbi sapientiæ, præcepti Dei. IV, 315. Delectationibus terrenis amaritudines cur Deus miscet. IV, 458, 1213, 1793. Homines sancti habent in potestate illicitam delectationem cohibere. III, 433. Delectationes rerum perituraruin transiet, qui credet in Christum. IV, 794. Delectationes bonæ, cordi; renibus, malæ tribuuntur. IV, 103, 104.

Deliciæ peccatorum fluxæ. V, 861. In deliciis nihil requirendum præter integram corporis valetudinem. II, 496, 497. Deliciæ a Christiano non conquirendæ, Christi passiones imitandæ sunt. V, 275. Deliciæ contemnendæ. II, 496, 497. Deliciarum matres divitiæ. II, 497. Vita in deliciis temporalibus, in comparatione vitæ æternæ, non vita, sed mors dicenda. II, 223.

Deliciæ sunt justitiæ, ut et iniquitatis. V, 919. Deliciæ spiritales quæ. VI, 447. Deliciæ nostræ Christus. IV, 1793. Deliciæ sanctæ in Scripturis divinis. IV, 413. Deliciæ per Spiritum sanctum Scripturis sanctis inspersæ. IV, 1803. Deliciæ spiritales in ænigmate proponuntur in Scriptura sacra. VIII, 308. Deliciæ spiritus nostri cantica divina, ubi et fletus sine gaudio non est. IV, 1884. Deliciæ homini converso non subtrahuntur, sed mutantur. IV, 946. Deliciæ mansuetorum, pax. IV, 362.

Delicta unde dicuntur. IV, 950. Delicta non intelliguntur, sicut nec videntur tenebræ. IV, 162. Delictorum duo genera, propria et aliena. IV, 162. Delicta nostra, sua delicta Christus fecit, ut suam justitiam nostram justitiam faceret. IV, 172. Delinquens juste relinquitur, ut sibi ipse sit pœna. X, 1355.

Delphinus episcopus. II, 537.

Delphinus Burdegalensis. II, 100.

Demænetus in lupum mutatus, quare. VII, 573.

Demetrias virgo. X, 378. Filia Julianæ. VI, 433, 442. Demetrias hortantibus Alypio et Augustino nuntium remisit nuptiis jam paratis. II, 849. Demetrias volens et petens, virgo Deo oblata. VI, 441. Pelagii ad ipsam epistola. II, 854. Libri ad Demetriadem scripti virus notant Alypius et Augustinus. II, 850. Demetriadis sanctimonia virginalis ubique prædicatur. II, 645. Ejus laus. II, 645.

Demetrius a Lepti-minus. IX, 222.

Demetrius presbyter a Primiano communione interdictus. IV, 379.

Democritus. I, 945. Democriti de Deo sententia. II, 443. Et de causa cogitationum nostrarum. II, 444, 445. Democritus ab Epicuro distare hoc in quæstionibus naturalibus dicitur, quod concursioni atomorum vim quamdam animalem et spirabilem inesse senserit. II, 445.

Demosthenes clarissimus oratorum. IX, 468. In pronuntiatione omnia eloquentiæ præcepta conclusit. II, 442. Fortunas Græciæ non in eo positas esse illone an illo verbo usus fuerit, Æschini insolentiam locutionis objicienti respondit Demosthenes. IX, 468.

Denarii centum forte mille asses sunt. V, 516. Denarius merces. V, 696. Denarius pro opera vineæ reddendus æqualiter omnibus, non tollit diversitatem præmiorum. VI, 410.

Denarius numerus universitatem significat. VI, 38; VII, 696. Legem. III, 1442; V, 517, 1240, 1241, 1243. Perfectionem. V, 1240. Beatitudinis perfectionem. III, 1356. Et disciplinam quæ insinuat conditorem Deum, et conditam creaturam. VI, 39. Denarii numeri significatio. V, 352, 353. Et mystica explicatio. III, 48. Perfectio beatitudinis nostræ in denario, quia redit ad primum. II, 218.

Dentes ad loquendum ut ad mandendum nos adjuvant. V, 1145. Dentes si obstupescant, quod remedium. IV, 562. Dentes quid ab ossibus distant. X, 527. Dens ingentis molis in Uticensi littore. VII, 448. Dentes peccatorum et dentes Ecclesiæ, qui sunt. IV, 75, 1007, 1224.

Deponderare. V, 1513.

Depravationis publicæ descriptio. VII, 65.

Deprecationes in devitandis malis, precationes in bonis optandis adhibitæ. II, 635.

Derelictio. *Vide* Deserere.

Derelinquens non derelinquit Deus, quando in bonis temporalibus non exaudit. II, 545, 563, 575.

Descendere proprie et cadere differunt. IV, 1598, 1631. Descendens ab Jerusalem in Jericho, homo descendens ab immortalitate ad mortalitatem. IV, 1134. Descendere ad aliquid officio aliud est, aliud per cupiditatem in id cadere. V, 346.

Deseruit homo imperatorem, et defecit ad desertorem. IV, 892. Non deseret opus suum Deus, si ab opere suo non deseratur. IV, 1890; X, 261. Dereliquit Adam Deus, quia ipse deseruit Deum. IV, 693. Ira judicis tradidit quosdam concupiscentiis non cogendo, sed deserendo. V, 391. Deserente Deo continuo fit cæcitas. X, 256. Et homo it in malum. X, 567. Possidet tentator. V, 590. Deus conversos adjuvat, deserit aversos. X, 153. Non deserit nisi dignos. X, 259. Deserit aliquantum Deus ne superbiamus. X, 151, 200. Miseriores sunt qui omnino malum desertionis suæ non sentiunt. III, 432. Homo a Deo cum ipsum rogat, non deseritur. V, 171. Tu adjuvas qui condidisti, tu non deseris qui creasti. IV, 208. Pascebat te Deus contemnentem se, et deseret te timentem se? IV, 315.

Desertum propter ariditatem et sterilitatem, ipsum sæculum. IV, 1760. Deserta unde servis Dei impleta. IV, 634. Deserti quælibet pusillanimitas tempestasque minus mihi videtur molesta, quam ea quæ vel patimur vel timemus in turbis. II, 554. Desertum piis est ipsa conscientia. IV, 635.

Desiderium est rerum absentium concupiscentia. IV, 1522. Desiderium sitis animæ. IV, 750. Sinus cordis est. III, 1691. Desiderio tardum videtur etiam id quod tempore acceleratur. II, 905. Desiderata diu dulcius obtinentur. V, 411. Desiderio rei concupitæ extenditur animus, non lætitia consecutæ. IV, 434. Desideria illicita animam corrumpunt. IV, 1920, 1921. Desideriis pravis quando non captivamur. III, 2071. Non in desiderio pravo, sed in consensione peccamus. III, 2066. Desideria illicita quæ ex ingenita concupiscentia nascuntur, nihil obsunt si iis non obeditur sive operatione, sive locutione, sive tacita assensione. IV, 1507. Desideria mala concupiscentiæ, unde. X, 430. Desideria mala ut non sint, velle debemus. X, 431. Aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis. X, 789. Tradi desideriis malis quid. X, 789. Desiderio suo ut pereant dimittuntur tantum reprobi, non vero prædestinati. X, 324. Non solum per patientiam, sed et per potentiam tradit Deus desideriis malis. X, 790. Desiderii prohibiti fructus dulcior. III, 2070. Desideriorum diversitate verberata anima, portat plagas saucia, divisa per amores multos. IV, 1887. Totum mundum dimittit, qui et illud quod habet, et quod optat habere dimittit. II, 692.

Desiderium sanctum est tota boni Christiani vita. III, 2008. Desideria sancta sunt a solo spiritu, non a carne. III, 416. Desiderium nostrum nunc non sit nisi in cœlum. V, 932. Desiderium regni Dei tribulationibus hinc atque hinc contundentibus producitur. IV, 290. Qui non gemit peregrinus, non gaudebit civis, quia desiderium non est in illo. IV, 1641, 1940. Desiderium nostrum, donec ad Dei visionem perveniat, semper extendendum. IV, 1147. Desiderium Christi in omnibus justis ab origine ad finem mundi. IV, 1557. Desideria æternæ vitæ arma sunt contra tentationes. IV, 1774. Desiderium justorum, delectationem ipsius Domini contemplari. IV, 203. Desiderium tuum, oratio tua est; et si continuum desiderium, continua oratio. IV, 404. Desideriorum forma in Dominica oratione. V, 378. Quodnam desiderium Deus se cito exauditurum pollicetur. IV, 1296, 1888. Desiderium justorum differtur ut crescat, crescit ut capiat. IV, 1057. Desiderium Deus extendit differendo, desiderando extendit animum, extendendo facit capacem. III, 2008. Nihil impedit quominus habeantur justificationes Dei, nisi quia non desiderantur. IV, 1522.

Desolati habent consolationem Patris orphanorum. IV, 815.

Desperare. Necesse est ut homo plus gaudeat, cum venerit quod desperaverat. IV. 1927. Desperatio in peccatis perdere se putat, si quid non fecerit quod instigat libido. X, 266. De Deo nihil desperandum. V, 56. Nec de peccatorum venia. III, 871. Ita Deus plenus est adipe misericordiæ, ut ad eum conversis non solum quibuslibet peccatoribus, sed etiam impiis, non sit desperandum. IV, 597. Desperando plus perdit anima, quam delinquendo. V, 138. Peccatum cum desperatione, certa mors. IV, 588, 1703. Desperatione veniæ anima suffocatur. V, 1558. Et spes et desperatio timenda est in peccatis. IV, 1877. Desperatio et spes impœnitentiæ ac perditionis causa. V, 139. Desperationem inter et præsumptionem incedendum. V, 778. Ne quisquam superbe de se præsumat, ne quisquam humilis de Domino desperet. IV, 946. Ne desperatione homines pejus viverent, promisit Deus indulgentiæ portum; rursus ne spe veniæ pejus viverent, fecit diem mortis incertum. IV, 1502, 1876. De nemine quamdiu vivit desperandum. IV, 370, 630; V, 456, 1548; IX, 698. Desperationem salutis suggerens inimicus, quonam invictissimo scuto repellitur. IV, 89.

Destinis responsionum fulcire ruinosas fabulas. V, 106.

Destruuntur a Deo alii ut ædificentur, alii sic ut non ædificentur. IV, 1120, 1462.

Detractio est mordacior, quam veracior reprehensio. V, 1561. Quomodo irasceris alteri, quando de te male loquitur; sic irascere tibi, quando de altero male loqueris. V, 635. Ut amico laudanti, sic nec detrahenti inimico facile credendum. IX, 554. Cum detrahitur nobis, orandum primitus pro nobis, ut ulciscendi cupiditatem vincamus, deinde pro ipsis detractoribus nostris. IV, 1434. Fortitudo necessaria, cum præsenti detrahitur, non ad repellendum, sed ad ferendum convicium. IV, 1184. Detractionibus falsis crescit merces servis Dei, et pœna detrahentibus. V, 1581. Hanc mercedis speciem non amat Augustinus. V, 1581. Detractio quæ fit ab his qui videntur alicujus momenti esse, scandalum est infirmis. IV, 582.

Deucalionis diluvium quo tempore contigit. VII, 568. Ad Ægyptum non pervenit. VII, 568.

Deuerra numen paganorum. VII, 188.

Devotatio fit cum maledicto. III, 738.

Devotorum hominum oblationes. V, 1572. Nunc non omnia facere Patrem per Filium abigatur a sensu devotorum, etc. V, 556.

Deum exsistere probatur. I. de lib. Arbitr. a cap. V ad XV. Deum esse fide et ratione cognoscitur. I, 1262. Deum esse debere ratiocinando non efficitur. II, 703. Dei notitiam vanitas litigando quærit, pietas credendo. V, 1203. Error disputantium de Deo ex triplici causa. VIII, 819. Quis pejor. VIII, 820. Deum esse agnoscitur ex operibus creaturæ. IV, 944; X, 211. Deus Philosophis notus ex creaturis. V, 776; 1153. Quomodo ad Dei cognitionem devenere Platonici. VII, 231. Ut anima ex motibus et administratione corporis, ita Deus ex administratione mundi, et animarum regimine intelligitur. V, 1022. Hæc est vis veræ divinitatis, ut creatura rationali jam ratione utenti, non omnino ac penitus possit abscondi. III, 1910. Dei nomen gentibus, antequam crederent in Christum, non potuit esse omnino ignotum. III, 1910. Infidelis potest ad tantas tenebras pervenire, ut Deum esse neget. IV, 1117. Quomodo agendum cum atheo. I, 1242. Rarum hominum genus est, qui dicant in corde suo, non est Deus. IV, 613. Non esse Deum, nemo audet dicere, etiamsi ausus fuerit cogitare. IV, 141. Deum ipsum negare aperta insania est. VII, 152. Deum negantium insania paucorum est. V, 411. Deus verus etiam oraculorum responsis agnitus. VII, 651. Deum verum, Jovis nomine Varro designavit. VII, 650.

Deus quid. III, 1658. Optime de Deo sentire, verissimum est pietatis exordium. I, 1224. De Deo falli periculosum, mentiri exitiosum. V, 157. Cum mendacio Deus non possidetur. I, 807. Variæ de Deo opiniones. I, 721; III, 123, 164, 169. Opinio gentium de Deo nostro. III, 1055. Deum esse animam motu ac ratione mundum gubernantem Varroni placuit. VII, 138. Deum se non esse clamat omnis natura. VI, 655. Quid de Deo natura universa nos doceat. VIII, 1061. Quid doceat Ecclesia. I, 1317.

Deus quid sit, sive quid non sit. I, 785; V, 145, 1689. Facilius dicimus quid non sit Deus, quam quid sit. IV, 1090. In rebus divinis pia ignorantia melior, quam præsumpta scientia. V, 665. Non parvæ notitiæ pars est scire quid non sit Deus, antequam sciri possit quid sit. II, 459; III, 1588; VIII, 948.

Deum omnes intelligunt id quo nihil melius est. I, 807; III, 22. Deus est id quo nullus superior. I, 1248. Dei excellentia. III, 1585.

Dei proprie est esse. VII, 256. Deus summe ac primitus est. III, 32. Solus proprie est. III, 1680. Deus habet in se ut sit longe aliter quam creaturæ. III, 555. Ita est Deus, ut in ejus comparatione, ea quæ facta sunt, non sint. IV, 1741. Deus summe est, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit. II, 459. In Deo omne quod dicitur, idipsum est. V, 1498.

Dei simplicitas. VII, 251. Deus natura simplicissima. VIII, 1062, 1076. Deus pars ullius rei esse non potest. VIII, 765. Deus simplex et multiplex. VIII, 928, 929, 936. Deus etiam trinus, bonum simplex et incommutabile. VII, 325. Quomodo. VII, 326. In Deo non aliud potestas, aliud prudentia et cæteræ virtutes. V, 1498. Deo hoc est esse, quod posse. III, 1558. Hoc est esse, quod est magnum esse, bonum esse. VIII, 947. Fortem esse, justum esse, etc. VIII, 927, 929, 931, 933, 943. sapientem esse. VIII, 947, 1076.

Dei natura, qualis. III, 1876. Deus ex factura intelligitur qualis sit. VI, 662. Deus est quædam substantia. IV, 844. Summa substantia. X, 255. Est excellentissima quædam immortalisque natura. III, 21. Incommutabilis. III, 557, 562. Invisibilis et ubique tota. III, 647. Quidquid in Deo intelligi potest, substantia est. VI, 192. In Deo abusive dicitur substantia, essentia proprie. VIII, 942. Deus sive dicatur substantia, sive essentia, ad se dicitur, non relative ad aliquid. VIII, 942. Quidquid secundum qualitates de Deo dici videtur, secundum substantiam vel essentiam est intelligendum. VIII, 1062. In Deo nihil secundum accidens dicitur, sed secundum substantiam aut secundum relationem. VIII, 913, 914. De Deo quidquid dicitur vel intelligitur, secundum substantiam dicitur, falsum Arianorum dogma. VIII, 912, 914. Circa Dei naturam in quo conveniant Catholici et Manichæi, in quo dissentiant. X, 1468.

Deus essentia sua idipsum est summe esse, et summe vivere. I, 665. Ipsi esse et vivere, non aliud atque aliud. I, 663. Deum esse quamdam vitam æternam sapientem, sapientes facientem, intellexerunt Philosophi. V, 776. Ex consideratione mundi. V, 776. Dei vita, ipse Deus. III, 1548. Vita Dei est immutabilis. III, 1548. Deus animam habere tropice dicitur, sicut et corporis membra. VII, 334. Deus summum vitæ principium. VIII, 93. In Deo et causa subsistendi, et ratio intelligendi, et ordo vivendi. VII, 228. Deus non ejusdem cum anima naturæ. VII, 230. Ex Dei anima vitas atque animas cunctorum viventium sorte sumi quidam dixerunt. VII, 123. Dei anima, voluntas ejus. III, 716. Deus nec sexum habet, nec ætatem, nec definita corporis membra. VII, 134.

Deus cum dicitur, quid cogitandum. V, 33. Qualis sit Deus non potest cogitatione comprehendi. III, 790. Deus incomprehensibilis. I, 661; IV, 1742, 1743, 1872; V, 360, 663. De eo quædam in Evangelio propterea præseminata, ut admoneremur, non oportere nos de temeraria comprehensione jactare. II, 1033. Deum comprehendi non posse ait Plato. VII, 270. Deus verius cogitatur, quam dicitur; et verius est, quam cogitatur. VIII, 939. Deum aliquantum mente attingere beatitudo est, comprehendere impossibile. V, 663. Deus incomprehensibilis semper quærendus. VIII, 1037. De Deo nihil potest intelligi sine pietate et quadam pace mentis. VIII, 92. Deus ut ex quantulacumque parte possit intelligi, nonnisi magnis gemitibus et suspiriis fit. VIII, 174. Deum facilius eloqui audet anima, quam videre; et tanto minus eloquitur, quanto sincerius videre potuerit. VIII, 187. Deus prius fide non errante cognoscendus, ut possit amari. VIII, 951. Ad Deum solo intellectu ambiendum est. VIII, 90. Phantasmata quæ sibi cor de Deo fingit. V, 1204. Deum carnaliter cogitans, qua ratione edocendus. V, 157. Respuenda omnis carnalis cogitatio, ut capiatur quomodo Deus veritas est. VIII, 948. Deus quomodo cogitandus. III, 2033. Quisquis talem cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum Deum utique et falsum in cogitatione portat. III, 790. Tale aliquid esse, qualis figuraliter spiritui sanctorum demonstratus est, quidam volunt. III, 427. Deum facilius percipimus mente, quam creaturas. III, 555. Deus interior, exterior, antiquior, novior omnibus. III, 333.

Deus ineffabilis. I, 662, 663; III, 21, 333; IV, 1090. Quomodo. I, 662, 663; III, 21, 333; IV, 1090. Dei majestas a spiritalibus cogitari potest, a nullo autem effari. II, 1033. Deus est ineffabilis, ac silendo plus de eo sentire licet quam dicere. V, 663. Deo honorificum potius silentium, quam ulla vox humana competit. VIII, 142. Væ tacentibus de Deo, quoniam loquaces muti sunt. I, 662, 663. Omnia possunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo. III, 564; V, 1498; VI, 138; VIII, 138, 142, 627, 628. Ad loquendum de Deo nulla digna comparatio potest inveniri. VIII, 728. Non temere tale aliquid de Deo dicere debemus, quod in Scriptura ejus non legimus. III, 302. Potestas, prudentia et similia de Deo dicuntur, non proprie, sed quia nihil dici melius potest. V, 1497. Divinis rebus vocabula humana tribuuntur, sed ibi remotis imperfectionibus intelligenda. VI, 140.

Dei nomen duplex Moysi declaratum. V, 61, 66. Dei nomen, τετραγράμματον, ineffabile. III, 658. Dei nomen est ipsum esse. IV, 1741. Dei nomen jucundum est amantibus eum super omnes jucunditates. IV, 612. Deus quare appellatur ignis edax. VIII, 148. Lumen. VIII, 938, 939. Lux lucifica, VIII, 404. Veritatis lumen illuminans omnem hominem Deus est. X, 130.

Deus spiritus est secundum Platonicos, secundum Stoicos est corpus. III, 1056. Deum corporeum esse, sicut et animam, contendit Tertullianus. X, 499. Et esse corpus. II, 861; III, 427; VIII, 46. Deo quidam corpus affingunt, ne non sit substantia. II, 619. Aliqui esse corpus igneum, alii candorem lucis finxerunt. III, 164. Sed incorporeus est. I, 721. Deum existimare corporeum omnino nefas est. II, 622, 623. Deus non est quid corporeum, nec aliquid quale formari nostra cogitatione possit. V, 35, 369. Quidquid corporeum occurrit, et in spiritalibus quidquid mutabile, non est Deus. VIII, 958. Nihil quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse, vel imperitum vulgus prædicat. VIII, 90. Deum non esse corpus probatur. VII, 230. Deo membra adscribi quam absurdum. II, 459. Deus nulla corporis forma definitur. VI, 188, 304. Non est admodum corporis in spatio cogitandus. V, 359. De Deo corporaliter dicta, qui accipienda. I, 1318; III, 166, 186. Deo quæ tribuuntur membra, spiritali-

ter intelligenda. II, 628. Dei membra, potentia operationum ejus. IV, 130. Effectus operationum atque virtutum. III, 716. Deus totus oculus, totus manus, totus pes. II, 628. Dei facies, potentia qua dignis innotescit. IV, 137. Dei auris, non membrum corporeum est, sed potentia qua exaudit. IV, 130. Dei facies et manus et pedes quid. V, 566. Dei brachium et manus, Christus. IV, 484, 894, 1146, 1444, 1253. Filius et Spiritus sanctus. IV, 1551; VII, 373. Dei manus potentia Dei. III, 347; IV, 484, 1551, 1613; VII, 573. Virtus ejus. VIII, 692. Dei dextera, æterna felicitas. IV, 1146, 1782. Dei digitus, Spiritus sanctus. II, 218; IV, 111. Dei zelus, ira, misericordia, patientia, pœnitentia, manus, pedes, etc., quo sensu dicantur. VI, 34, 139, 140, 249, 611. Ira Dei et zelus sine perturbatione. III, 538, 599, 651. Deus perturbationibus non subjacet. III, 2065. In Deo situs, vestimentum, anni, locus, translate dicuntur. VIII, 817.

Dei pulchritudo. IV, 1075. Plenitudo. I, 845; III, 133. In Deo nihil deest et nihil redundat. I, 894. Plenitudo divinitatis in Christo corporaliter, quomodo. II, 847. Quonam discrimine habitet divinitas in Christo et in membris ejus. II, 847.

Dei dictio quomodo accipienda. III, 227. Dei locutio in substantia sua, Verbum Dei inconmutabile, quod est Christus. IV, 1788. Verbum Dei. III, 348. Deus Verbum coæternum loquitur. III, 250. Quomodo cum Angelis loquitur Deus. III, 447; VII, 484. Dei loquelam modis ineffabilibus audiunt Angeli, et ad homines deferunt. VII, 293. Quomodo Deus, et quam multis modis hominibus loquitur. IV, 566; VII, 317, 484. Deus loquitur aut per suam substantiam, aut per sibi subditam creaturam. III, 392. Deus loquitur vel in ipsa cogitatione, vel per creaturam corporalem. III, 1284. Illis intus loquitur, qui ei locum præbent. III, 2005. Deus per multa organa ipse sonat ubique, tangendo, modificando, inspirando. IV, 566. Quomodo Deus cum primis hominibus loquebatur. VII, 443. Deus primis parentibus locutus est post peccatum per subditam creaturam. III, 392, 447. Cum illis, aliis modis intrinsecus loquebatur. III, 392, 447. Moysi loquebatur per adsumptam creaturam, non per suam substantiam. IV, 1788. Deus aliquando servis suis in ipsis servis suis loquitur. III, 394. De locutione Dei varia inquiruntur. III, 252. Quomodo naturaliter fieri potuerit, difficile est invenire. III, 252. More humano in Scripturis ad homines loquitur. III, 558. Nuntios habet propter nos et propter ipsos. III, 334.

Deus invisibilis. V, 1266. Non tantum Pater, sed tota Trinitas unus Deus invisibilis natura. II, 605. Quomodo invisibilis, cum Angeli videant faciem ejus semper. VIII, 765. Deus non invisibilis Angelis et iis qui similes illis erunt. VIII, 768. Deus videri non potest oculis corporeis VI, 663. Deus oculis corporeis invisibilis, menti visibilis. II, 318, 319; V, 663; VIII, 171. Deus invisibilis, nullorum corporeis oculis, cordibus autem paucorum mundissimis notus est. IV, 1481. Deus non videri nisi animo potest, nec tamen ita ut animus videri potest. IV, 468. Deum nec cum videbis, poteris dicere, hoc est Deus. V, 369. Deus non potest videri in loco ad modum corporis. V, 1264. Deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur. II, 618. Deus lux est, sed lux cordis. II, 561.

Deum nemo vidit unquam, quia eam quæ in Deo habitat, plenitudinem divinitatis, nemo mente aut oculis comprehendit, ex Ambr. II, 604. Dei Filium in veteri Testamento visum esse insinuat Ambrosius. II, 604. Quomodo Deus visibilem se præbuit Patribus. VII, 291. Per creaturam primis parentibus Deus in forma humana apparere solebat. III, 448. Dei apparitio Moysi. V, 59, 160. Deum quomodo videbat Moyses. VI, 662. Deum videre cupiebat Moyses in ea substantia, qua Deus est. III, 477. Deum videre pii desiderantes, eam substantiam qua ipse est quod est, non eam speciem qua ut vult apparet, contueri cupiunt. II, 605. Dei apparitio Moysi per Angelum facta est. V, 60. Quare in rubo qui a flamma inhærente non comburebatur. V, 60. Deus apparere solet in igne. VI, 659. Deus potest hic simul apparere et latere; apparere specie, latere natura. V, 161. Deus dum specie corporali apparet, substantia ejus non apparet. III, 394, 632. Refelli non potest, vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sancti visio, videri ea specie quam voluntas elegerit, non natura formaverit, quoniam Spiritum quoque visum accepimus in columba. II, 604, 605. Ex Ambr. II, 618. Deus apparere per suam substantiam, sicuti est, nonnisi mundis cordibus dignatur. V, 59. Dei quædam est manifestatio interior, quam impii non noverunt. III, 1851. Dei forma a solis piis; in Christo forma servi ab omnibus videbitur. V, 711.

Deus an videndus sit oculis corporeis. VII, 798, 799, 800. An videbitur per corpus spiritale. V, 1264. An saltem per corpus glorificatum videri possit. II, 619. Deum esse visuros, receptis in resurrectione corporibus, non modo sanctos, sed et impios, quidam dixerunt. II, 319. Deum visuros per corpus eos qui ad vitam æternam resurgent, putant alii. II, 619. Deus etiam in resurrectione non videbitur visione oculorum. II, 606. Deum invisibilem invisibiliter videri docuere ss. Patres Ambrosius, Hieronymus, Athanasius, Gregorius Orientalis, etc. II, 624. Deum qui potest invisibiliter videre, ipse Deo potest incorporaliter adhærere. II, 613. Dei visio corporea, si aliquando dabitur, non impediet visionem spiritalem. II, 629. Angeli quomodo vident faciem Patris, quomodo et nos videbimus Deum sicuti est II, 605. Deus nunc fortasse videtur a quibusdam Angelis eo modo, quo videtur sicuti est. II, 605. Deus etiam in resurrectione non audietur auditu aurium. II, 609, 618. Deus oculis corporeis videri non potest. II, 319, 618, 619, 622, 623, 625, 626, 627; ne quidem a Christo. II, 707.

Deum videre summa felicitas. I, 1018. V, 711. Deus a filiis videbitur sicuti est. V, 161. Dei visio, merces fidei. VI, 661. Cur differatur. VI, 662. Deus quot modis videri possit a beatis. VII, 801. Oculis cordis videbitur. VII, 799. Quid requiritur ut videatur Deus visione perfecta. VIII, 171. Ad eum videndum mens mutanda est. VI, 14. Purgandus animus. III, 23. Cordis oculus mundandus. V, 542, 670. Deus lux mentium purgatarum, non oculorum corporis. II, 318. Deum in ipsa quoque resurrectione videre non facile est, nisi iis qui corde sint mundo, ex Ambr. II, 604, 608. Ad videndum Deum per ejus auxilium cor mundum præparandum est. II, 622. Deum in futuro sæculo impii non videbunt, sed soli mundo corde. II, 607, 608. Videbunt mundi corde. II, 618, 620, 621. Deum in tantum videbimus, in quantum similes ei erimus. II, 319. Deum nunc in tantum non videmus, in quantum dissimiles sumus. II, 319. Deus quomodo jam videatur. VI, 661. Deum nunc videri a nobis per speculum, quomodo dicat Apostolus. VIII, 1067. Deus videtur ab his qui sæculo moriuntur. III, 40. Deus videri solum in illa vita potest, ubi, ut vivatur, huic vitæ moriendum est. III, 649. Deus diligentibus se ostendit eisque sufficit, adeo ut ab eo non declinent. I, 833. Deus ubique secretus est, et ubique publicus; quem nulli licet, ut est, cognoscere; et quem nemo permittitur ignorare. IV, 952.

Dei faciem videre, et non posse vivere, quomodo moraliter intelligendum. VIII, 864. Faciei Dei visio, ejus est manifestatio. VIII, 797. Dei posteriora unde videri possunt. VIII, 865. Dei posteriora ab Israelitis visa. VIII, 865. Dei posteriora Christus Dei. VI, 663. Caro Christi. VIII, 863, 864. Dei invisibilia per ea quæ in corpore facta sunt, intellecta conspiciuntur. VIII, 392. Divina videntur intelligendo, non oculis carnis intuendo. VIII, 712. De visione Dei. V, 155, 366. In quæstione de visione Dei excitatæ rixæ et contentiones. V, 162. Deum scire quid sit. VIII, 931. Dei cognitione fit homo beatus. V, 663. In quantum Deum novimus, similes sumus, sed non ad æqualitatem similes. VIII, 969.

Dei attributa sunt inexplicabilia. I, 662. Dei attributa summatim describuntur. I, 662.

Dei pulchritudo antiqua est et nova. I, 795. Ejus imitatione pulchra, ejus comparatione fœda sunt cætera. I, 1018. Ab ea omnis pulchritudo. I, 801. Et omnis species. III, 131. Dei pulchritudo in intelligibili et incommutabili veritate. II, 444; in justitia. II, 462.

Dei æternitas. VII, 362. Deus manet apud se et in se ipso plena et perfecta æternitas. V, 1073. Deus non ab aliquo factus. X, 571. Deus est, et vere est, et eo ipso quod est vere, sine initio et termino est. IV, 1743. Deus nec esse cœpit, nec eum vacationis suæ tæduit, nec cessando torpuit, nec operando laboravit. VIII, 604. Deus solus æternus est. V, 208. Omne tempus excedit. X, 401. Nescit tempora. I, 814. Deus præcedit omnia præterita. I, 815. In Dei natura non aliquid quasi nondum sit; aut fuit, quasi jam non sit: sed est tantum id quod est, et ipsa est æternitas. IV, 122. Ipsa Dei substantia est, quæ nihil habet mutabile, ubi nihil est præteritum, quasi jam non sit; nihil futurum, quasi nondum sit; et non est ibi, nisi est. IV, 1311. In Deo solum præsens invenitur. III, 1680. Dei æternitas est dies unus. I, 815. Superat omnia futura. I, 815. Æterna ibi est veritas, et æterna caritas; et vera ibi est caritas, vera æternitas; et cara ibi est æternitas, et cara veritas. VIII, 887. Deus sine temporali voluntate universa tempora facit. VIII, 555.

Deus immutabilis. I, 664, 1248, 1318; IV, 1142; VII, 220, 362; VIII, 518, 551, 558, 887, 911. In Dei natura mutabilitatem ponebant Manichæi. VIII, 595. Deus solus est immutabilis. V, 986; VIII, 912. Deus immutabile bonum. III, 381. In substantia summi boni nulla mutabilitas temporis potest inveniri. VIII, 594. Deus est supra id omne quod est mutabile. I, 1248. Non est alias aliud, nec alias aliter; sed idipsum et idipsum. I, 828. Apud eum rerum omnium instabilium stant causæ immutabiles, et mutabilium immutabiles manent origines, et irrationabilium,

temporaliumque sempiternæ vivunt rationes. I, 664. Deus scit et vult immutabiliter. I, 853. Incommutabiliter manens format et innovat omnia. I, 1265. In Deo nullus novus motus. I, 815. Semper idem et immotus agit omnia. III, 389, 390, 391. Quomodo Deus immotus moveat creaturas, exemplo animæ deprehendi potest. III, 388. Deus non temporalibus motibus operatur. III, 260. Quomodo Deo non temporaliter jubente fiant motus temporales in rebus temporalibus, difficillimum est cavere. III, 252. Consilium Dei non mutabile est. III, 300. Deus incommutabili voluntate, veritate, æternitate persistit. VIII, 372. Deus mutabilis non est, quia aliud in veteri Testamento, aliud in novo sibi jussit offerri. II, 528. Deus voluntatem non mutat sed res quas voluit. VIII, 660. Deus cum mutat, opera sua per incommutabile consilium suum, propter ipsam non consilii, sed operis mutationem, pœnitere dicitur. IV, 1416, 1723. Deus mutatur, si mutaris : mutatur ejus sententia, non justitia. VI, 141. Deus immutabilis, omnis boni auctor. VI, 360. Deus solus immortalis, quia solus immutabilis. VIII, 768.

Dei naturam corruptibilem dixere Manichæi. X, 1325, 1328. Est incorruptibilis. VIII, 518. Nulla ei natura contraria. VI, 183. Nisi quæ non est. VII, 550; VIII, 586. Deo nec noceri potest, nec alii naturæ nisi ipso permittente. VIII, 555, 563. Deus nullam necessitatem pati potest. VI, 16. Neque ex aliqua parte violari. VIII, 114.

Dei immensitas. II, 857; VII, 220. Deus ubique est. I, 707, 795. Deus Pater, Filius et Spiritus sanctus sunt simul ubique. II, 837. Difficile invenitur ubi Deus est, difficilius ubi non est. I, 1077. Ipso nihil secretius, nihil præsentius. I, 1077. Falsa de immensitate Dei imaginatio Augustini adhuc Manichæi. I, 755, 756. Sic est per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix, sine labore regens, et sine onere continens mundum. II, 857.

Deus ubique totus. II, 443, 517, 622; III, 1640, 1654; V, 1264, 1268. Quomodo ubique totus in se ipso. II, 838. Divinitas est ubique tota, nusquam divisa. V, 560, 367. Deus ubique præsens. IV, 932, 1125. Ubique præsens et omnia videns. V, 441. Spiritali præsentia adest rebus conditis. IV, 1047. Dei præsentia in rebus, causa est exsistentiæ earum. I, 661. Dei præsentiæ omnibus notæ argumentum est illa etiam improbis usurpata juratio, testis est Deus. V, 101. Deus ubique præsens quandonam cuique nostrum simul esse censetur. VI, 14. Cum Deo est quidquid Deum intelligit. I, 995. Dei secretum in quod intrat servus Dei, quale. III, 1603, 1604. Possunt miseri esse ubi Deus est, sed beati soli sunt cum illo. III, 1927. Deus nec mole distenditur, nec partitione minuitur. VII, 280. Dei natura ubique integra, ubique præsens, non in parte minor, et in parte major; sine ulla mole, magna; per locorum spatia non distenditur. VIII, 184. Si anima per locos non extenditur, multo minus Deus. VIII, 188. Qui ubique totus, et nusquam locorum est. I, 721, 795. Ubique præsens est, non locorum spatiis, sed majestatis potentia. III, 1277.

Deus non est in loco. V, 367, 548, 1265, 1268; VI, 15, 661. Si in aliquo loco esset, non esset Deus. IV, 953. Deus nec per locum nec per tempus movetur. III, 387, 395. Quomodo descendere dicitur. VII, 485. Et esse in aliquo loco corporali. III, 752. Esse in cœlis, cum ubique sit totus. II, 459. Effectu miraculi præsentiam suam insinuat hominibus. IV, 484. Deus propinquior nobis quam multæ creaturæ. III, 333. Deus homini corde ipso interior est. IV, 853. In interiori nostro est quærendus. I, 795. Deum non habitare in locis ab hominibus fabricatis in utroque Testamento prædicatur. VIII, 141. Dei habitaculum per manus hominum factum, ad aliquam significationem in utroque Testamento accipitur. VIII, 141. Deus beat suum templum, non indiget illo ut sit beatus VIII, 604. Dei templum et Angeli, et homines. VIII 604. Dei sedes sancta, cœli et anima justi. IV, 529, 550. Dei sedes, si vis, tu es. V, 367. Deus in sanctis et justis. III, 1276. Deus ubique est per divinitatis præsentiam, sed non per habitationis gratiam. II, 857. Deus quibusdam non est præsens. III, 1592. Non æqualiter habitat in hominibus per gratiam. II, 857. Possidetur ab hominibus pro eorum capacitate. II, 858. Habitat in electis licet adhuc carnalibus. II. 842, 845. In parvulis habitare dicitur, quia in eis occulte agit ut sint templum ejus, idque in proficientibus, et proficiendo perseverantibus perficit. II, 841. Deus inhabitando continet, non continetur. V, 1502. Portat et continet eos in quibus habitat : si se subtraxerit, cadunt. IV, 1632, 1633.

Deus præsens omnibus conscientiis adest, bonis ut pater, malis ut judex. V, 101. Noli cogitare Deum in locis, ille tecum est talis, qualis fueris : opitulator, si bonus fueris; ultor, si malus. IV, 952. Dei præsentia Adæ justo gaudium, peccatori pœna. V, 542. Deo, qui ubique est, et nullo continetur loco, non per loca propinquamus : propinquare illi, est similem fieri; recedere, dissimilem fieri. IV, 337, 1217. Deum amor exhibet præsentem. II, 670. Iniqui Dei præsentiam non effugiunt. I, 766. Quis se abscondere a conspectu ejus dicatur. III, 208. Deus antequam faceret cœlum, terram, sanctos, in se apud se Deus habitabat. IV, 1632. Deus Verbum quomodo erat in mundo. III, 1393, 1398. Deus non implet mundum velut aqua, aer, aut lux. II, 517. Dei plenitudinem nemo comprehendit. II, 606.

Deus magnus est non mole, sed virtute. II, 519. Dei substantia non circumscripta quantitate. V, 157. Quomodo crescit Deus. III, 1504. Deus non participatione magnitudinis magnus. VIII, 918. Deus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. V, 1060; VIII, 391, 665. Deus magnitudo incommutabilis, quomodo ex nobis magnificetur. IV, 1337. Deum magnum Porphyrius confitetur. VII, 650.

Deus sapiens, æternus, etc., non participatione sapientiæ et æternitatis, sed sapientia et æternitate cujus ipse est auctor. VI, 16. Dei sapientia simpliciter multiplex, et uniformiter multiformis. VII, 368. Dei sapientia et virtus in prima creatione, non ex usitatis et quotidianis operibus metienda. VII, 373. Deus sapientum mentibus præsens non contaminatur. VII, 270.

Deus habet omnium rerum scientiam. I, 590. Solus Deus se novit sicut omnino est. I, 853. Nihil ipsi occultum. I, 590. Dei scientia qualis. VIII, 1075. Dei scientia non variatur. I, 826; VII, 291. Non ei decedit aliquid, vel succedit. VIII, 931. Dei scientia, infinita comprehendit. VII, 367. Abyssus est et in corde bono et in corde malo; sed hæc nuda sunt Deo. IV, 1749. Dei oculos vitare nemo potest. IV, 1200. Deus præsentia, præterita, futura incommutabiliter videt. VII, 334. Deo futura præsentia sunt, ut præterita. VII, 291. Apud Deum omne præsens est. VI, 15. Dei cognitio causa est omnium. I, 736. Deus creaturas omnes non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit. VIII, 931, 1076. Deus non sic cognoscit ut homo vel angelus, sed incomprehensibili modo. IV, 576, 577. Dei notitia tanta est, ut omnia apud ipsum essent quodam ineffabili modo, antequam creata essent. IV, 577. Scientia nostra scientiæ Dei comparata ignorantia est. I, 811.

Deum præscium esse futurorum negare, aperta insania est. VII, 149. Qualis in Deo scientia et præscientia. VI, 136. Præscientia Dei sicut et sententia, certa et fixa. VII, 472. In Dei dispositione jam tempora facta sunt, quæcumque futura sunt. VII, 291. Non est auctor omnium quæ præscit Deus. I, 1276. Non ei sunt imputanda peccata. I, 1280. Dei præscientia conciliatur cum libertate. I, 1273.

Deus quomodo dicitur scire, nescire, tentare. VI, 48, 106. Deo Scripturæ solent tribuere quod in nobis facit, ubi de eo congruenter dici potest. IV, 75, 615, 616. De Deo sicut quædam laudabilia hominum non recte dicuntur, sic quædam culpabilia hominum recte intelliguntur in Deo. VI, 141. Deus scire dicitur, quod facit sciri. VII, 511. Videre quod facit videri. IV, 697, 699; VII, 483, 753. Cognoscere cum cognosci aut cognoscere facit. III. 334, 563; IV, 490, 615, 697. Deus videre dicitur quando misereatur. III, 1756. Deus cum vidit quia bonum est quod fecit, docuit bonum esse, non dicit. VII, 334. Deus tentat ut sciat, id est ut dono suo scire faciat. III, 757; IV, 490. Deus discere quomodo dicitur. V, 29. Deum esse miratum non repugnat. VIII, 406. Quare de Deo nescire, pœnitere, et similia dicuntur in Scripturis. V, 1498. Deum pœnitere quomodo dicitur. V, 152. Deus quomodo dicitur peccatores nescire. IV, 69. Mandare et loqui nobis. V, 98, 102. Dei cogitatio et recogitatio quid. VII, 472. Deus non tentandus. III, 574. Deus tentare quomodo dicitur. V, 29.

Deus est æterna veritas, quæ grandium est cibus. I, 742. Deus veritas super omnia præsidens. I, 807. Facies Dei nihil est aliud, quam ipsa cui suspiramus, veritas. I, 988. Deus alio modo verax quam homo. III, 1685. Fallere neminem potest cum promittit. I, 826.

Dei voluntas non est creatura. I, 814. Dei voluntas et Dei potentia Deus ipse est. I, 736. Causa omnium quæ fecit, voluntas ejus est. IV, 1745. Semel, simul, et semper vult omnia quæ vult. I, 832. Non nova voluntate Deus creavit mundum. I, 832. Deus multa potest quæ non vult. X, 250. Quomodo Deus multa velit quæ non facit. VII, 753 Dei voluntatem nulla vis vincit, secundum Platonem. VII 589. Dei voluntas semper invicta et numquam mala, sive misereatur, sive obduret. VI, 279. Nihil fit præter Dei voluntatem, etiam dum fit contra ejus voluntatem. VI, 279. Deus per eamdem creaturæ voluntatem qua factum est quod creator noluit, implevit ipse quod voluit. VI, 279. Deo servit omnis creatura, velit nolit. VI, 294. Dei voluntas bona per bonas æque ac per malas hominum voluntates semper impletur. VI, 279. Dei voluntas de homine peccante impleta. VI, 282. Non sineret bonus aliquid fieri male, nisi omnipotens et de malo facere posset bene. VI,

279. Nihil homini secundum vitia corporalia potest accidere quod Deus nolit. III, 598. Deus juste omnia vult. III, 598. Dei quæ fuerit voluntas erga salutem Adami, quem peccaturum præscierat. VI, 281. Dei consilia non norunt nisi amici ejus et filii. VI, 71. Dei judicia nemo comprehendit, juste nemo reprehendit. VII, 71. Voluntas Dei dicitur, quam facit in cordibus obedientium mandatis ejus. VII, 753. Deus facit ut homines faciant quæ ille præcipit. X, 973. Optimus minister Dei est, qui non magis intuetur hoc a Deo audire quod ipse voluerit, sed potius hoc velle, quod a Deo audierit. I, 795. Dei voluntas, Prophetis magis cognita quam philosophis. VII, 389.

Dei potentia et Dei voluntas Deus ipse est. I, 736. Ea est causa exsistentiæ creaturarum. I, 736. Deus omnia quæcumque vult facit, quomodo. VII, 753. Facit quidquid vult; quidquid male fit, non vult. VI, 627. Deum demus aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. II, 519. Deus nullum habet Dominum. I, 803. Sine typho dominatur. I, 804. Animus fit ei similis, dum ei se subjicit. I, 1320.

Deus omnipotens. V, 1060, 1067. Solus omnipotens. VI, 640. Deum omnipotentem nemo negat etiam paganus. V, 1131. Deus non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quidquid vult, potest. VII, 719. Deus omnipotens qui id solum non potest, quod non vult. V, 1067. Deus omnipotens quo volente fit quod alias fieri non potest. V, 1141. Dei omnipotentis voluntas an fatum potest nuncupari. X, 577. Nihil Deo impossibile. VII, 716. Deus dives est omnipotentia, non pecunia. VII, 204. Si nescis qua ratione fiat, crede non injuste fieri quod sinit aut facit Deus. V, 319. Dei omnipotentiæ nihil adimit quod peccare aut mori non possit. V, 1061, 1068; VII, 349, 793; VI, 627; VIII, 482; X, 285. Quidquid Deus dicitur non posse, non deficienter potest, sed potenter. VIII, 693. Deus omnipotens, iniquis multa contra ejus voluntatem facientibus, non superatur. V, 1067. Deus non victus a diabolo cum Adam deceptus est. VIII, 615.

Deus solus creator. VIII, 878. Solus verus creator. III, 603. Quidquid vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum. I, 1277. Dominum quidquid non laudat, non fecit Dominus. III, 2002. Naturaliter sentit natura humana se esse factam a Deo. X, 247. Rerum condendarum tam facultas, quam facilitas, est incomparabilis apud Deum. III, 302. Si bona facere non posset Deus, nulla esset potentia; si autem posset, nec faceret, magna esset invidentia. III, 307. An Deus causa rerum dici possit. III, 21. Deum primam esse causam quomodo Platonici noverunt. VII, 231. Ex ipso sunt omnia, non de ipso. VIII, 560. Deus creator omnium quæ cernimus, et quæ meliora non cernimus; quamvis modus quo ea fecerit, comprehendi non possit. VIII, 610, 611. Deus omnipotens factor ostenditur tribus potentiis. VIII, 547, 549. Deum esse omnipotentem negant, qui putant mundum non ex nihilo fecisse, sed ex natura sibi coæterna. VI, 181. Deus omnipotens non esset, si indigeret materia ad faciendum quod velit. VIII, 117. Dei imperium, potentia et benignitas quomodo intelligitur in creatione rerum. III, 228. Dei opera carnalibus membris fuisse fabricata non cogitandum. VII, 373. Non nova voluntate creavit mundum. I, 832. Deus incommutabili consilio et voluntate operatur. VII, 366, 367. Deus fecit nova non novus, temporalia sempiternus, mutabilia nesciens mutari. V, 1204.

Deus creator est temporum. III, 310. Coæternum Deo esse quidquid generavit et ejusdem cum eo substantiæ, error Manichæorum. VIII, 532. Deus omnia creavit in tempore, immutabili tamen æternoque consilio. VII, 362. Deus cum operatur, non fit in ejus natura aliquid quod non ante fuerat. VII, 367. Quod Deus facit ex tempore, manente incommutabilitate consilii sui facit. VII, 320. Quidquid incipere et desinere dicitur Deus, non in natura ejus, sed in ejus creatura intelligendum. III, 227. Deo hoc est natura quod fecerit. III, 349. Deus omnia in mensura, numero et pondere disposuit. III, 299, 300. Quomodo. III, 299, 300. A Deo est omnis mensurarum modus, parilitas numerorum, ordo ponderum. III, 337. Deus et mensura est, et numerus, et pondus. III, 299. Quomodo. III, 299. Deus miris modis habebat omnia antequam faceret. V, 958. Omnia noverat priusquam fierent. III, 332. Quare, III, 333. Ubi cernebat unde omnia disponeret. III, 300. Deus in vita sua vidit omnia, quando fecit. III, 332. Deum vidisse opera sua, est eum illa approbasse. III, 228. Deus novit omnia incommutabiliter. III, 334. Deus auctor omnium eorum operum propter quæ multos deos physiologi finxerunt. VII, 219. Descriptio compendiaria operum Dei. I, 863.

Deus creator fecit cœlum et terram sine distentione actionis suæ. I, 826. Deus et cœlestia et terrestria, in hisque exigua condidit. VIII, 606. Deus creator est cujuslibet naturæ quamvis minimæ. VII, 373, 374, 376. Deus in minimis operibus suis magnus est. III, 399. Deus ita est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis. VII, 333. Dei creatoris omnipotentia quantum in rebus minimis elucet. II, 519. Deus creator non parvus in parvis, sed magna de minimis insinuat. II, 519. In creando hominem, bonitatem suam ostendit. I, 1272. Deus et animæ et corporis conditor. X, 686. Conditor est corporis. III, 131. Deus hominem fecit, hominis vitia non fecit. III, 2002. Deus visibilium et invisibilium conditor, non quantum ad vitia; sed quantum ad naturas ipsas attinet. III, 227. Deus nascentium conditor, sed ita ut naturarum sit auctor, non vitiorum. X, 1300, 1301, 1303, 1312, 1313. Dei regno nullus subtrahitur. V, 1638. Deus non generator malorum. VIII, 632, 633. Quid agat Deus in omni genere et operatione naturæ. VII, 788. Dei potestas in omnes naturas et voluntates. VII, 433. Dei regno nullus subtrahitur. V, 1638. Deus quid sit rationabilibus, irrationabilibus animantibus, et corporibus. VIII, 372. Deum in mysteriis imbecillitate, in præceptis immoderatione, in judiciis immanitate peccare, calumnia Juliani adversus sanctum Augustinum. X, 1418. Deus creator efficaciam sapientiæ suæ rebus quæ quotidie suis temporibus oriuntur condendis adhibet. II, 948.

Deus etiam nunc creat quæ nascuntur. III, 323. Deus usque nunc operatur. III, 304, 334. Quomodo, cum omnia simul creaverit. III, 337. Semper operatur, et semper quiescit. I, 868; III, 1534; IV, 1181. Dei vacatio ab opere sine desidia, opusque sine labore. VII, 367. Deus in operando non laboravit. III, 302. An proprie requievit. III, 302.

Dei requies ab operibus suis quomodo accipienda. III, 304, 320, 336, 338; V, 80. Quia Deus se ipso bono perfecte beatus est, a bonis quæ fecit in se ipso requievit. III, 298, 307. Requievisse dici potest Deus, quatenus creaturæ rationali requiem præbuit in semetipso. III, 302, 303, 306. Deus, quia requiescimus, se dicit requiescere. IV, 1725. Deus semper quietus, sua quies ipse est. I, 868. Requies Dei sine initio, sine termino. III, 310. Nec mane nec vesperam habet. III, 308, 309, 310. Quare Deus septimo die requievit, eique benedixit, III, 305, 306. Ordinatis rerum causis, consilii sui secretissimi immutabilitate disposuit, quæ suis quæque temporibus agnita et præsentia facit, et futura jam fecit. IV, 1416. Deus nihil facit quod non ab æterno se facturum esse præscivit. IV, 1416. Facit quod se facturum promisit. X, 224, 1206, 1208. Quomodo fecit Deus quæ futura sunt. III, 1814. Deus quædam per se ipsum facit, quædam per servientem sibi creaturam fieri jubet aut sinit: quænam illa sunt. VI, 36, 37. Deus ita per ministros suos operatur, ut sint etiam ipsi cooperatores Dei. VII, 483. Cur voluerit mundum creare; frustra quæritur. III, 173.

Deus omnia fecit bonitate, non necessitate. IV, 1745. Deus creaturam amat ut sit et ut maneat. III, 251. Dei amor in opera sua ex beneficentia venit. III, 250, 251. Deo inest ex beneficentia veniens, non ex indigentia, amor in opera sua. VI, 166, 167. Deus nihil sibi contulit de operibus bonorum. III, 435. Nullis eget bonis nec factis nec faciendis. III, 306, 308. Nec faciendis eguit, qui factis non eget. VIII. 606, 608. Ad augendam beatitudinem. VIII, 606, 608. Deus nulli quod ex ipso est debet, quod beatus est. III, 306, 308. Deus nulla creatura indiget ut aut melior sit, aut potentior, aut beatior. IV, 896. Nec futurus erat minor nisi fecisset mundum, nec beatior cum fecisset. III, 306. Deus judex est voluntatum, creator naturarum. VIII, 344. Deus naturas creat bonitate, voluntates ordinat potestate. III, 389. Deus naturarum optimus conditor, peccantium vero justissimus ordinator est. III, 296. Deus solus reparator creaturarum. III, 408.

Deus omnipotens non sine ratione facit, unde animus humanus rationem non potest reddere. VII, 716. In rebus supra naturam mirabilibus, tota ratio facti est potentia facientis. II, 519. Habet Deus in se ipso absconditas quorumdam factorum causas, quas rebus conditis non inseruit. III, 406. Valde occulta et abstrusa vis est, qua Deus agit, ut etiam illa quæ sensu carent, confestim ejus obtemperent voluntati. IV, 1410. Occultorum Dei operum utilitas. X, 852. Nonnulla in operibus Dei, quam Deus ipse, in quantum cognosci potest, difficilius cognoscuntur. X, 527. Sicut humana consuetudo verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur. II, 583. Deus rerum creatarum effector, cognoscendarum lumen, agendarum bonum. VII, 233, 234. Deus principium naturæ, veritas doctrinæ, felicitas vitæ. VII, 233, 234. Deus naturarum auctor, intelligentiæ dator, amoris quo bene beateque vivitur inspirator. VII, 358. Hæc agnoverunt Platonici. VII, 230. Quærenti quid faciebat Deus ante cœlum et terram, quid responsi reddatur. I, 815.

Deum curare humana negant Epicurei. VIII, 576. Dei providentiam res humanas non curare, impia iniquorum doctrina est. IV, 924. Gubernationem rerum humanarum ad

Deum non pertinere, unde quibusdam est suspicio. V, 318. Dei providentia omnium est moderatrix. I, 978, 979, 1225, 1349; III, 126, 145. Deus administrat universa. III, 285. Quomodo. III, 390; VII, 220. Quomodo Deus administrat humanum genus. III, 391. Et voluntates. III, 390. Sic curat unumquemque nostrum tamquam solum curet; et sic omnes, tamquam singulos. I, 692. Pravi corde tres habent de Deo sententias, aut non est Deus, aut injustus est Deus, aut non gubernat res humanas. IV, 273. Deus infusus carni, curam gubernandæ universitatis non deseruit aut amisit. II, 517. Dei beneficia generalia et particularia erga homines. VII, 220. Deus si rebus efficacem potentiam suam subtrahat, nec agere, nec permanere possunt. VII, 788, Si a gubernatione rerum Deus cessaret, continuo dilaberentur. III, 304. Deus administrat imas et vilissimas mundi partes. III, 336. Deus bipertito opere providentiæ creaturam universam administrat. III, 590, 402, 404. Quædam facit Deus et ordinat, quædam ordinat tantum. III, 229. Dei providentia in rerum gubernatione, et ordinatione malorum. V, 318, 692. Dei providentia ex impiorum felicitate quibusdam in dubium aut in reprehensionem venit. V, 126, 128, 135, 318. Deus rectus perverso non placens. V, 322. Deus non eget justitia recti hominis, quanto minus iniquitate perversi. III, 435. Cur divites ac pauperes facit Deus. V, 523. Musica ad indicandam divinæ gubernationis harmoniam hominibus concessa est. II, 726. Deus cuncta gubernat, et cur non vindicet mala. VI, 661. Deus omnibus bene utitur. I, 809. Etiam errore hominum I, 670. Nequitia peccatorum. I, 772. Et malitia diaboli. III, 219. Deus non solum bonis, sed malis bene uti novit. VII, 435. Quomodo vel quamdiu sinat et bene esse malis et male esse bonis. V, 319. Deus cum diabolum fingeret bonum, præsciebat quomodo illo uteretur et malo. VII, 332. Deum in vetere Testamento improvidum, ignarum futuri, invidum et timentem, sanguinis hominum appetentem, zelantem, irascentem, hominum interfectorem, dicebat Faustus. VIII, 406.

Deus unus. V, 1073, 1076. Deus verus non est, nisi unus. VI, 387. Deus unus est Pater et Filius et Spiritus sanctus. V, 1333. Quid est Deus? Pater et Filius et Spiritus sanctus. IV, 216. De Deo Patre, de Filio, de Spiritu sancto quid credendum. V, 1072. Deum unum ac Dominum esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum ex Scriptura ostenditur. II, 1045, 1046. In Deo una essentia, tres Græcis hypostases, Latinis tres personæ. VIII, 917. Dum unum verum Deum significare volunt Græci, articulum apponunt. III, 575.

Deus summum bonum. VII, 233. Bonum nullo indigens bono. I, 845, 868. Deum bonum esse, est ipsum ejus esse. X, 369. Bonum esse per se, simpliciter et sine addito Dei proprium est. IV, 1496, 1740. Deus est bonum omnium bonorum, bonum a quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum; et quod sine cæteris bonum est. IV, 1742. Ex plenitudine bonitatis ejus subsistit creatura. I, 845. Bonorum summa Deus nobis est et summum bonorum. I, 1316. Apud Deum vivit semper bonum nostrum: et quia inde aversi sumus, perversi sumus. I, 706. Quale bonum sit Deus commendatur, quando nulli ab eo recedenti bene est. III, 432; VIII, 554. Deus solum bonum quo natura intellectualis fit beata. VII, 162, 349. Deum esse summum bonum quomodo cognoscatur. VIII, 949, 950. Dei bonitatis et magnitudinis testimonium dicunt omnes creaturæ. IV, 1865. Deum non esse bonum sed justum docebat Cerdon. VIII, 29.

Deus solus summe bonus, et quod de illo est. VIII, 202. Deus bono suo bonus est, non aliunde participato bono. IV, 1740. Deus bonus est singulariter, et homo a Deo bonus est, de suo vero malus. II, 658. Deus solus a se bonus, a quo cætera bona. V, 119, 185, 559. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit, qui solus bonus est. IV, 1280, 1670. Deus sic proprietate naturæ bonus est, ut non possit vitiari: secus creaturæ. X, 1537. Deus sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia creator, sine situ præsidens, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus, sine tempore sempiternus, sine ulla sui mutatione mutabilia faciens, nihilque patiens. VIII, 912. Deus in omnibus bonis invenitur sive emendans, sive consolans, sive exercens, sive coronans, sive purgans, sive illuminans. IV, 1855. Dei bonitas non est, cur accusetur in malorum procreatione. V, 851. Ipsa est illa mirabilis Dei bonitas, qua bene utitur etiam malis vel angelis vel hominibus. IV, 1398. Deus tam bonus est, ut malis quoque utatur bene. II, 539; III, 1619, 1620; X, 1495. De ipsis peccatis hominum bene operatur. II, 727; V, 95. De malis facit bona. VI, 359. Deus facit bene, etiam sinendo fieri quæcumque fiunt male. VI, 276. Deus bene utitur malis operibus hominum, sicut illi contra male utuntur bonis operibus Dei. IV, 1396, 1397. Recte utitur animarum voluntatibus etiam malis, cum illæ perverse utantur naturis bonis. III, 431. Deus bene utitur cordibus malis ad id quod vult ostendere vel facere bonis. III, 601. Agit Deus in cordibus, ut det exitum rebus quem constituit. III, 801. Ad utilitatem bonorum parcit iis quos malos futuros esse præscit. III, 606. Deus etiam ipsis hominum peccatis usus est ad significanda quæ voluit. III, 815. Deus non operator peccatorum, sed ordinator, distributione meritorum. III, 259. Deus improborum malitiam ad exercendos et comparatione admonendos bonos accommodat. II, 860. Deus omnia largitur et præscit; sed peccata prædicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur. II, 558. Deus nostram de malis tristitiam consolatur quod ad provectum sanctorum conducunt. II, 1085. Deus tantum malos permittit esse, quantum novit expedire atque sufficere admonendæ atque exercendæ sanctæ domui suæ. II, 1085. Deus scit ubi ponat peccatorem, haud secus ac pictor ubi ponat nigrum colorem. V, 1382. Mundus totus fornax aurificis, ibi justi tamquam aurum, impii tamquam palea, tribulatio sicut ignis, Deus sicut aurifex. V, 1383.

Deus misericors I, 1353. Ejus suavitas. I, 1315. Apud Deum non est iniquitas, sive eligat, sive reprobet, quomodo. VI, 120, 121, 122. Deus, cum cujus vult miseretur, et quem vult obdurat, non est injustus. II, 822, 823; VI, 72. Nec acceptor personarum. II, 875. Deus cujus vult miseretur, non justitia, sed misericordiæ gratia: et quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ. II, 876. Quomodo Deus adhuc conqueratur, cum misereatur cujus vult. II, 880, 888. De peccatoribus juste et misericorditer conqueritur Deus. VI, 121. Deum, quidquid fecerit homo, in factis suis laudabilem invenit. VI, 332. Deus quantam circa nos exhibuerit misericordiam, in illis demonstrat circa quos non habuit. IV, 704, 707. Deus quare misericordia nostra dicitur. IV, 712, 713. Quomodo velit Deus omnes homines salvos fieri. VI, 280. Deus quos præscit justitiam relicturos, aut in peccatis perseveraturos, non cessat invitare ad pœnitentiam. V. 807. Deus nullius frustra miseretur. VI. 119. Dei misericordia præveniens et subsequens. V, 1650. Deus misericordia et veritate homines convertit. III, 604. Dei gratia non exspectat voluntates hominum, ut præveniant eum. II, 987. Deus præparat voluntatem. III, 2061, 2062, *Retr.* Non tantum instructio oris, sed ipsa etiam apertio, ad Dei voluntatem et gratiam pertinet. III, 598. Deus non mendaciter jubet quod scit non facturum cui jubetur, ut justum judicium consequatur. III, 600. Deus non amat damnare, sed salvare; et Deus patiens est in malos, ut de malis faciat bonos. V, 129.

Dei patientia erga nos. V, 467. Dei patientia secundum corda hominum quibusdam utilis ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, etc. III, 603. Dei patientia invitat malos; ejus flagellum ad patientiam erudit bonos. VII, 20.

Deus non est auctor mali. VI, 16. Non est auctor peccati. X, 235. Nullius vel levissimi. IV, 1398. Peccatis hominum non inquinatur. VIII, 560. Deus non auctor culpæ in reprobis. II, 884. Deus neminem obdurat, nisi merito. II, 825. Neminem deserit nisi deseratur. I, 699, 700, 707. Non deserit eos qui ex ejus fide vivunt, eumque pie colunt. II, 525. Si Deus deserit, quæ hominis virtus. II, 553. Necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur, ait Innoc. II, 782. Deus derelinquens non derelinquit, quando in bonis temporalibus non exaudit. II, 563. Deus fomentis lenibus mordacissima quandoque medicamenta adjungit. II, 323.

Dei misericordia et severitas. III, 1290. In peccatores misericorditer sævit. I, 676. Etiam in electos vindicat temporaliter. III, 775. Esse Deum cum hominibus duræ cervicis, est adesse vindicando et puniendo. III, 647. Deus numquam tacet præcepto, sed interim tacet supplicio. IV, 952. Dei misericordiam et patientiam quomodo secundum natura est justitia. V, 482. Dei aversio et conversio. V, 780. De Dei misericordia multum sibi pollicetur injustus, ut et injustum faciat Deum. IV, 728. Dulcis pater donans munera, dulcior condonans peccata. I, 673. Ejus misericordia etiam sanctis necessaria. I, 778. Quis sic præsumat de conscientia sua, ut certus sit eam sibi in judicio Dei posse sufficere, nisi misericordes misericorditer judicet. II, 571, 573. Deus si solum judex, et non misericors esset, nemo ante eum staret. IV, 1698, 1700. In Deo solo de bonis nostris gloriandum. II, 851, 852. Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam dona sua. II, 880. Concordia justitiæ et misericordiæ Dei. III, 134. Deus justus et misericors. V, 151. Deo nec misericordia potest auferre justitiam, neque justitia misericordiam. IV, 505.

Deus justus. I, 1296; X, 688. Deus etsi injustus esse non possit, non tamen non liber est. X, 1116. De justitia Dei dubitare dementis est. I, 1296. Dei æquitas latere te potest, esse ibi iniquitas non potest. V, 179. Deus et cum damnat, et cum miseretur, justus est. IV, 1922. Deus semper justus aut remunerator aut damnator. VIII, 338. Re-

munerator aut damnator liberi arbitrii. VIII, 540. Deus quemadmodum et damnet impium, et justificet impium, occultum est. VIII, 390. Deus quomodo nihil odit eorum quæ fecit, cum odio habeat reprobos. VI, 122. Deus iniquos odit et diligit. X, 1422. Deus non exigit quod non dedit, et omnibus dedit quod exigit. IV, 575. Deus quomodo nemini parcat, nec justo nec peccatori. VIII, 407, 411, 412. Deus sive per pœnas sive per præmia justitia moderante omnia disponit. VIII, 159. Deus est justus etiam cum peccata dimittit. IV, 1263. Deus non relinquit impunita peccata eorum, etiam quibus ignoscit. IV, 592. Deus vere est justus, quando et justos sic protegit, ut per seipsum illuminet; et peccatores sic ordinat, ut non ipsius sed sua ipsorum malitia puniantur. IV, 108. Deus semper fuit justus, etiam antequam malum esset quod puniret. I, 1004. Deus justus est etiam dum punit. I, 1241. Et innocens. I, 680. Dei severitatis exemplum in excisione Judæorum, bonitatis vero in incisione gentium. VIII, 51. Dei severitas in pœnis infligendis, non major in veteri Testamento, quam in novo. VIII, 616, 617, 618, 619, 620, 621. Sicut tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris severitas Dei maxime commendatur. VIII, 167. Deus in lege terruit carnalibus, in Evangelio spiritalibus pœnis. VIII, 620, 622. Misericorditer sævit, amaritudine adspergens illicitas jucunditates. I, 676. Infatigabili lege spargit pœnales cæcitates super illicitas cupiditates. I, 674. Peccator a Deo leni et bono fugiens, in Deum justum et severum incurrit. I, 706. Deus inter pœnalia mala, etiam bona malis multa præstat. VIII, 1026. Dei misericordiam et justitiam Testamentum utrumque prædicat. VIII, 138. Dei bonitas et severitas cur commendantur a scriptura. VIII, 617. Deus justus, etiam quando id facit quod homo si faceret, esset injustus. X, 1256, 1257. Justum non est omne quod permittit Deus. VI, 581, 582. Deus justus injusta permittit, etiam in rebus ad religionis cultum pertinentibus, sed non impune. VI, 582. Deus omnia ordinat. I, 999, 1001. Etiam peccata. I, 668, 1180, 1285. Deus justus et Deus zelans, non sibi opponuntur tanquam contraria. VIII, 142.

Dei justitia dicitur non qua justus est, sed qua induit hominem. X, 209, 220, 237, 603. Deus solus justus et justificans. II, 809. Deus fons justitiæ, qua justi sunt quicumque justi sunt. IV, 744. Fons justitiæ quo nullus dignus prohibetur accedere. V, 1515. Fons justitiæ, qui injusta nequit probare. V, 649. Deo qui putat placere facta mala, non eum putat Deum. IV, 614. Deus non premitur necessitate, ut peccare non possit. X, 1116, 1117. Deus vitiatum sanat a reatu statim, ab infirmitate paulatim. X, 679.

Dei ira quid. VII, 472. Deus passione nulla turbatur, licet irasci dicatur. VII, 261. Deus cum tranquillitate irascitur. IV, 690. In Deum non cadit perturbatio. IV, 92, 1415. Dei ira, non animi perturbatio, sed juxta fixaque vindicta. II, 860; VIII, 1030. Et vis qua justissime vindicat. IV, 70. Vindicta primi peccati, et eorum quæ addita sunt, vocatur ira Dei, quia de judicio Dei venit. IV, 690. Quod in ejus sinistris fit, quia per leges ejus fit, ira ejus dicitur. IV, 92. Ira, qua punit Deus, non in ipso est, sed in animis ministrorum ipsius. IV, 105. Dei ira accipi potest ipsa mentis obscuratio, quæ consequitur eos, qui legem Dei transgrediuntur. IV, 70. Dei ira est motus qui fit in anima quæ legem Dei novit, cum eamdem legem videt a peccatore præteriri. IV, 70. Deus et iratus vindicat, et propitius. X, 166. Deus irascendo mitis. V, 166. Dei ira paterna qua per tribulationes irascitur et deducit; sævit et salvat; terret et vocat. IV, 655. Deus temporalia aliquando tribuit, aliquando utiliter subtrahit. II, 575. Deus mala infert malis, non peccata, sed supplicia. II, 558. Ira Dei illa est maxima, qua peccator non patitur quod acriter dolet, sed facit quod turpiter libet. VIII, 635. Dei ira major in peccatorem, cujus peccatis deest ultor et adest laudator. IV, 126. Deus multum irascitur, dum non exquirit, dum quasi obliviscitur et non attendit peccata, et per fraudes et scelera ad divitias honoresque pervenitur. IV, 126. *Vide* Ira. Deus tunc punit infestius, cum impunita peccata dimittit : misericorditer adversatur, cum copiosas libidines inopes reddit. II, 531. Deus in hoc sæculo infidelibus et desperatis bona largitur. II, 957.

Dei odium quid sit. IV, 85. Deus amat in peccatore quod est naturæ, odit quod est culpæ. IV, 504. Deus abominari aliquando dicitur, non ad perditionem, sed ad disciplinam. IV, 1415.

Dei irrisio et subsannatio ut accipienda. IV, 70.

Deum pœnitere quo sensu dicitur. VII, 418, 472, 539.

Deum elatum esse gaudio mundi universitate perfecta, dixit Plato. VII, 334. Dei pœnitentia, ira, misericordia, zelus, oblivio, quid. VIII, 141, 147, 148, 410, 412, 627, 628, 629, 661.

Deitas unitas Trinitatis. VIII, 829. Deitatis unitas, et personarum distributio. V, 309. Quomodo in ipsa simplicitate Dei sit Trinitas. VIII, 1063. Deus Trinitas, sed non triplex. VIII, 929. Deitatis unitas et personarum pluralitas insinuatur in creatione hominis. III, 291. Natura Dei in Trinitate creditur a multis, intelligitur a paucis. III, 356. Nec plures dii, sed Deus unius substantiæ. IV, 844. Quidquid de Deo substantialiter dicitur, de singulis personis singulariter et simul de ipsa Trinitate dicitur. VIII, 916, 917. Quæ Deo absolute conveniunt ut essentia, de Trinitate singulariter dicuntur, non pluraliter. VIII, 918. Quod de Deo ex tempore dicitur, relative dicitur, non accidentaliter. VIII, 922. Et sine ulla ejus mutatione. VIII, 922. Quod genuit Deus, æquale est illi, non quod fecit. VIII, 190, 546, 547, 548, 551, 579, 584, 585. Deum mutabilem, prolemque genuisse mutabilem, impium est dicere. VIII, 585. Deus Trinitas, res qua fruendum. III, 21. Deus unus est in tribus personis. VI, 189. Ipsam communionem, sive deitatem Patris et Filii, ac in se invicem dilectionem, amborumque caritatem, quidam credunt esse Spiritum sanctum. VI, 191. Deus crucifixus recte dicitur de Christo. II, 746.

Deus debitorem nostrum se ipse facit, non accipiendo, sed promittendo. I, 714; IV, 1068. Deus fit debitor, quia factus est donator. IV, 1283. Deus idoneus promissor est, fidelis redditor. IV, 433, 434.

Dei juratio quid. VII, 511. Dei juratio promissionis est confirmatio. IV, 1122.

Deum ipsum habemus et Deum, et Dominum, et Patrem. VIII, 216. Deus eorum proprie dicitur Deus, qui eum diligunt. IV, 657, 1809. Deus omnium est, et ab omnibus suis non divisus, sed totus possidetur. V, 515. Deus non omnium eodem modo : noster magis, qui de illo vivimus. IV, 294. Ejus proprie Deus dicitur, quem familiarius habet, tanquam in mancipiis et peculio suo. IV, 575. Dei titulum in corde gestamus. V, 163. Quomodo quæ Dei sunt, fiant nostra. V, 909. Deus protegit nos quia Deus est, ne moriamur; regit nos, quia rex est, ne cadamus. IV, 542. Deus susceptor, ne cadam; erutor, ne hæream, protector, ne feriar. IV, 1862. Deus refugium nostrum. V, 377. Devitanda sedulo quæ adversa sunt, etiam cum Deus apertissime adjutor est. III, 614.

Deus ex tempore appellatur Dominus. VIII, 922. A quo tempore cœpit appellari Dominus. III, 382. Deum semper Dominum fuisse non audet dicere Augustinus. VII, 563, 565. Indigent omnia Domino et misera et felicia. IV, 287. Deus summa utilitas et salus nostra est. III, 582.

Deus Pater noster. V, 409. Pater Christi et hominum, quomodo. III, 1565. Aliud est cum tibi commendatur Deus, quia Deus est; aliud, quia Pater est. III, 1546. Quod Deus a nobis exigit, ut Pater noster sit, misericordiæ est. III, 1276. Ut Deus Pater noster sit, nullo sumptu, sed sola bona voluntate comparari potest. III, 1276. Dei filii dicuntur aliqui secundum prædestinationem, non secundum regenerationem. II, 846. Dei filii non desinunt esse filii sæculi, tempore præsentis vitæ. X, 590. Deus non vocatus est a Judæis Pater, sed Dominus. III, 1275. Deum sic laudavit Porphyrius, ut et Deum patrem, et regem vocaret. VII, 793.

Deus corde laudandus et amore. V, 1643. Deus laudandus in prosperis et in adversis. IV, 309, 1794.

Deum colere justitiæ proprium officium est. X, 283. Nobis unus diligendus et colendus præcipitur. III, 70; VII, 646. Deum unum solum colendum docuit Varro. VII, 138. Et ex eo probatur, quod inter deos munera ejus habeantur. VII, 132. Deo vero fiebat a paganis maxima injuria, quod eum cum diis falsis colerent. VII, 134. Deum cum multis dum volunt habere idololatræ, facilius effecerunt, ut eum non haberent, quam ut diis multis falsisve miscerent. II, 842. Deum perhorrescunt numina paganorum. VII, 754, 793. Rectorum principum labor in procuranda populis quiete inutilis ad vitam beatam, nisi curent ut hæc ipsa quies ad Dei cultum referatur. II, 671. Deus Hebræorum solus colendus est, quo solo fruens, beatus sit cultor ejus, et e contra. VIII, 371; VII, 141.

Deus gratis et casto amore colendus. IV, 626, 658, 660, 661, 928, 1028, 1402, 1404; V, 29. *Vide* Colere. Deum quando glorificamus, nobis prodest, non illi. IV, 456. Magna est utilitas homini quod Deo servit. III, 384. Deus non solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia colendus. VII, 292. Deum unumquemque sit coli oportere, quomodo se ipse colendum præceperit, dixit Socrates. III, 1053. Deum verum colere cultu turpi et scelesto, nefarium est. VII, 217.

Deo vero tantum sacrificandum est. VII, 654. Deo illi sacrificiis serviendum, cujus nos ipsi sacrificium esse debemus. VII, 295. Deum colebant Judæi ritu significativo futurorum. VIII, 290. Deo simulacrum nefas esse Christiano in templo collocare. VI, 188. Deo soli cultus latriæ debetur. II, 749. Deo debetur λατρεία ut Deo, δουλεία tamquam Domino. III, 631. Deo perfecta servitute serviri non

potest. III, 790. Quibus moribus colendus est Deus. VII, 655. Deus colitur caritate. II, 757. Fide, spe et caritate. II, 282. In Deum recta fide credere, illum colere et nosse, quid prosit. VI, 225. Deus in nobis deambulat præsentia majestatis, si latitudinem invenerit caritatis. V, 889. Dei cultus in hoc maxime constitutus est, ut anima non sit ei ingrata. X, 210. Sola pietate obedientiæ colitur Deus. X, 172. 210. Nomen Dei quomodo sanctificatur. III, 1278. Fieri votes, ut etiam extra Ecclesiam idem ipse unus Deus colatur IX, 463.

Deus præcipue et solus diligendus, quia nihil eo melius. II, 672. Deus cum sit sapientia incommutabilis, rebus omnibus anteponendus. III, 22. Omni homine, immo et seipso cuique amplius diligendus Deus. III, 29. Deo non præponendum quod ipse dedit. V, 29. Deus quomodo sapiendus. III, 1562. Quomodo tamquam pecunia amandus. VI, 675. Deus non ad præmium diligendus est. III, 1405. Deo tanto magis inhæretur, quanto minus diligitur proprium. VIII, 1006. Deus non tantum amatur antequam videatur, quantum amabitur cum videbitur. X, 605. Deus omnia cooperatur in bonum iis qui diligunt eum. X, 931. Quibusnam Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum. X, 929. Deum ama : quidquid amas ab illo est. V, 1204. Deus quomodo caritas dicitur. VIII, 1080. Deus ipse puri cordis vitales deliciæ. I, 857. Deus fit homini totum horum quæ diligit homo. III, 1495. Optandum et agendum ut omnes Deum diligant. III, 30. Præceptum de Deo et proximo, immo et de seipso diligendo datum est. III, 29. Quare præceptum quo diligamus Deum, a dilectione proximi distinctum est. III, 33. Nihil Deus jubet quod sibi prosit, sed illi cui jubet. II, 527. Deus numquam male amari potest. VII, 467.

Deus et amatur utiliter, et timetur. VIII, 617. Deus quomodo amabilis est et terribilis. IV, 1874. Deus solus timeri sine amore non potest. VI, 25. Ut timeatur, quid agendum. VI, 25.

Deus in hac vita semper quærendus. III, 1804. Deum quærendum Deoque serviendum, et species rerum omnium, et interior nescio quæ conscientia hortatur. VIII, 89. Deus quærendus est inveniendus; quærendus est et inventus. III, 1804. Jam fide inventus qua ratione semper quærendus. IV, 1391. Deus ubi et quomodo quærendus. VIII, 957. Caste quærendus. V, 759. Deus per Scripturam et per creaturam quæritur. VIII, 845. Post mortem non efficiemur capaciores Dei inveniendi. III, 1804. Inquisitio de Deo purgat, imitatio deificat affectionem. VII, 653. Actio recti itineris ea est quæ gloriam Dei spectat. II, 189. Qualis sit hæc actio. II, 189. Deus non tam attendit nostram voluntatem quam utilitatem. IV, 277.

Deus testis et judex. III, 1669. Deus testes habere voluit homines, ut et homines habeant testem Deum. III, 1979. Deus non de verbis sed de cordibus judicat. III, 726. Quid sit nos ad Deum venire, et Deum ad nos. VIII, 704. Ad Deum qui ubique præsens est non locis movemur, sed bonis moribus. III, 23, 25. Non motu corporis, sed voluntate cordis. III, 1608. Non pedibus, sed moribus. II, 672. Deus inaccessibilis est viribus nostris, sed acceditur ad eum muneribus suis. IV, 1515. Apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit non argenti, sed fidei. V, 516. Quid sit hominem esse cum Deo, et Deum cum homine. VIII, 1048. Deo efficimur tanto similiores, quanto magis in ejus cognitione et caritate proficimus. II, 519. Ad Deum qua ratione accedant beati, cum sit inaccessibilis. VIII, 559. A Deo disceditur non locorum intervallis, sed voluntatis aversione. III, 585. Non pedibus, sed corde. IX, 62. Deus, si non ab illo homo faciat casum, numquam ab homine ipse facit occasum. III, 1654. Deum nemo tibi tollet, tu tibi illum tollis si illum fugis. IV, 1249. Qui non vult habere Dominum Deum suum, quo fugiet Deum omnium. IV, 1809. Deo propinquat homo pie vivendo, peccando recedit ab eo. II, 858. Propinquat similitudine, recedit dissimilitudine. VII, 271; VIII, 946. Tanto anima Deo dissimilior, quanto rerum temporalium cupidior. VII, 271. Dei similitudo in nobis. V, 561. Dei similitudo etiam in peccatis appetitur. VIII, 991. Deflexus ab imagine Dei. VIII, 1005. Quomodo fit. VIII, 1005. Deum inter et homines peccata sola separant. X, 125.

Dei inimici dicuntur, qui non natura, sed vitiis ejus imperio adversantur. VII, 330. In Deum esse inimicum quid sit. VI, 65. Deum in amaricasse quinam intelliguntur. IV, 88, 89. Multi dum putant se non videri a Deo, propterea mala faciunt. V, 441. Dei oblivisci et meminisse quomodo quis possit. VIII, 1049. Necesse est ut aliter quam oportet, humana æstimet, qui divina contemnit. II, 1072. Ad Deum sine gratia, anima non redit. VIII, 1007. Deum propitium et salubrem sola humilitas et pietas capit. III, 646. Dei servis si detrahunt homines non mirum, cum ipsum Deum quotidie blasphemare non cessent. II, 266. Dei in peccatorem beneficia. IV, 371.

Deus altus est, et ab humilibus contingitur. IV, 947, 1205. Deus sic est altissimus, ut non sit ab illo longe miseria nostra et gemitus noster. IV, 665. Deum quisquis intelligit, Deo junctus est. VI, 38. De Deo qui digne cogitare cœperit, inveniet silentium ineffabili cordis voce laudandum. V, 1498. Dei cognitio sapientibus viris cum se a corpore removerint, intermicat interdum. VII, 270. Deum non tangit homo, nisi animam transierit. III, 1562. Tanto fit animus plenior Deo, quanto in superna atque æterna liberius extenditur. III, 619. Nimis intentus humanis actionibus animus, Deo quodammodo vacuatur. III, 619.

Deus finis desiderii nostri est ipse promissor; se ipsum dabit immortalibus immortalem, quia se ipsum dedit mortalibus mortalem. IV, 477. Deus omnis appetitionis est finis. VII, 280. Ipse est præmium nostrum. IV, 575. Hereditas et possessio nostra. IV, 294. Deus quomodo hereditas hominum. III, 1394. Deus terra quam mites hereditabunt. III, 1232. Deus et possidet et possidetur, et totum propter nos, ut beati simus. IV, 295. Præ omnibus quæ dat Deus et bonis et malis, servat seipsum bonis. IV, 918, 1028. Quid dabit amanti se, nisi se? IV, 1840. Deus petitur a se ipso; qui promittit seipsum. III, 1655. Deus omnino me non satiaret, nisi promitteret mihi seipsum Deum. V, 865. Deus nobis sufficit, sine Deo nihil sufficit. V, 492, 865, 958. Quidquid nobis adest præter Deum, non est dulce. IV, 1090. Deus beatis erit, quidquid hîc pro magno desideramus. V, 1189, 1190. *Deus meus* non facile audet dicere, nisi qui in eum credit, et qui eum diligit. V, 515.

Deo adhærere, nihil est melius. IV, 928. Qui adhæret superiori, calcat inferiora, si autem recedat a superiore, ista illi in supplicium convertuntur. IV, 1887. Deo non utendum, sed fruendum. VI, 20. Deo frui, beate vivere est. III, 30. Animæ nulla quies nisi in Deo. I, 661, 699; II, 213. Deus quandonam erit omnia in omnibus. VIII, 708. In Deo esse nostrum non habebit mortem, nosse nostrum non habebit errorem, amare nostrum non habebit offensionem. VII, 342. Deum nulli invideas, totum singuli possidebitis. IV, 929.

Deus animæ lumen. III, 479; V, 56 Lux nostra matutina. III, 1532. Lux superior qua mens illuminatur. III, 1517. Deus hoc animæ est, quod lux et aer corpori. IV, 893. Deus cordi lux et odor et cibus. V, 183 Deus est homini panis, aqua, lumen. III, 1495. Lumen mentium ad discenda omnia. VII, 252.

Deus est fons vitæ. III, 151. Vita animarum et vita vitarum. I, 687. In Deo habitare, vivere est. I, 870. Deus habitando continet, non continetur. V, 1502.

Deus verus est cui Christiani serviunt. VII, 650. Deum Israel esse Deum verum convincitur. III, 1054, 1060. Deus Israel nec Jovis, nec saturnus est. III, 1051. Deum Israel qui rejiciunt, non omnes deos colunt; nec eum colunt, qui alios colunt. III, 1059. Contra Deum Hebræorum nihil a paganorum vatibus prædictum. III, 1055. Deus quare voluit appellari Deus Abraham, Isaac et Jacob. III, 1479, 1486; VIII, 454. Deus Legis et Prophetarum crudelitatis non arguendus. VIII, 618. Deus nec impurus, quod pudenda impiis pœnuntiarit tormenta. VIII, 633.

Deus deorum quomodo. VII, 317. Dei veri participatione, non sua veritate dii sunt, dii creati VII, 422.

Deus Manichæorum quis? III, 165. De Deo quam indigna sentiunt Manichæi. VIII, 581. Manichæorum errores circa naturam Dei. VIII, 92. Unum bonum et alterum malum admittebant. I, 1517. Deos duos a Manichæis admitti ostenditur. VIII, 589, 590. Deos duos fingere, unum bonum propter beneficia donorum, alterum malum propter judicia pœnarum, non est necesse. VIII, 589, 594. Dei prælium cum gente tenebrarum, figmentum Manichæorum. VIII, 598, 600, 553, 554, 556, 585, 585; X, 1071. Deum sibi suisque regnis a gente tenebrarum timuisse, error Manichæorum. VIII, 555, 566, 595. Commentum Manichæorum de permixtione partis naturæ Dei cum contraria et rebelli natura. VIII, 214, 414. Dei partem naturæ dæmonum mixtam fuisse, ligandam, polluendam, etc. error Manichæorum. VIII, 556, 557, 559, 544, 545, 565, 595. Dei naturam primo necessitate, et post inexpiabiliter voluntate corruptam Manichæi dicunt. III, 436. Manichæi ipsam Dei substantiam a substantia mali, ex parte corruptam esse, et ad peccandi necessitatem perductam esse contendunt. II, 724. Dei substantia secundum Manichæos corruptibilis. VIII, 115, 248; X, 1525, 1528. Deus incorruptibilis; non poterat ei nocere gens tenebrarum. VIII, 554, 555, 556, 559, 547, 548, 596. Dei pars naturæ dæmonum mixta et polluta, quomodo purgetur secundum Manichæos. VIII, 540, 544, 551, 567, 569, 570, 571, 585. Dei partem in omnibus conceptibus ligari, opprimi, coinquinari, et nec totam postea liberari posse prædicabant Manichæi. VIII,

218, 222, 229. Dei sui membra in cibis alligata putabant Manichæi; ructando et manducando reformari et liberari. VIII, 230, 231, 252, 284, 294, 320, 597. Maxime in electis. VIII, 35. Dei sui substantiam non solum coinquinatam, sed omni ex parte recuperari mandarique non posse contendebant Manichæi. VIII, 235. Deus Manichæorum partem suam miscet infeliciter, purgat turpiter, damnat crudeliter. VIII, 540, 546, 566, 593, 596, 597. Dei luctus (secundum Manichæos) donec membra sua purgentur. VIII, 214. Deum Legis et Prophetarum non esse verum Deum docent Manichæi. VIII, 37. Absurdiora sunt quæ de Deo suo fatentur Manichæi, quam quæ velut indigna Deo in veteri Testamento reprehendunt. VIII, 415, 1414. Deus Manichæorum pejor hominibus. VIII, 416. Circa Dei naturam in quo conveniant Catholici et Manichæi, in quo dissentiant. X, 1468. Deum Israel non solum dæmonem, verum etiam ceteris dæmonibus pejorem ausus est quidam blasphemare. VIII, 640. Deum quidam esse animum mundi dixerunt. VII, 123. Sed animalia rationalia partes Dei esse quidam dixerunt. VII, 123. Refelluntur. VII, 125. Deos duos quatenus admittit Apelles. VIII, 29. Cerdon. VIII, 29. Gentes non usque adeo ad falsos deos sunt delapsæ, ut opinionem amitterent unius veri Dei. VIII, 385. Dei Monarchiæ opinionem non ex gentilibus habent Christiani. VIII, 385. De Deo quam recte senserint quidam pagani. IX, 224. De Deo non potuerunt tacere paganorum scriptores. VIII, 290. Dii paganorum contra Deum Israel nihil unquam prædicere ausi sunt, aut dicere. VI, 589. Doctissimi eorum auctores magis quæsierunt, quis Deus esset, quam Deum negare potuerunt. VI, 589. Hunc solum verum Deum, solumque esse colendum evincitur. VI, 589, 654. Ipsius cultui dæmonum cultum cessurum Prophetæ prædixerant. VI, 654. Quod prædictum est, quotidie impletur. VI, 591, 592. Deus diis gentium dæmoniis terribilis, diis a se factis filiis amabilis. IV, 566.

Deo laudes, salutandi formula Circumcellionum. IV, 1732; IX, 306, 318. Deo gratias, modus salutandi usitatus Monachis. IV, 1732. Ab hæreticis immerito reprehensus. IV, 1732. Deo gratias, nihil melius et animo gerimus, et ore promimus, et calamo exprimimus. II, 128.

Deos multos rebus humanis consiliandos esse pagani crediderunt. VII, 645. Ipsa exæstuans est in multa deorum numina libido vesana. VII, 211. Nihil sophi diversa de deorum natura sentiebant. III, 125. Opiniones Varronis de diis ambiguæ. VII, 208. Deorum multitudinem qua ratione Varro invenit. VII, 189. Popularem de diis persuasionem reprobabat Varro. VII, 137. Ingenia acutissima angustias patiuntur in fabulis deorum interpretandis. VII, 209. Vana quæ de diis prædicantur, senserunt intelligentiores gravioresque Romani. VII, 136. Hominis est, quod ad deorum naturam spectat, opinari; Dei, scire. VII, 208. Deum summum unum esse, sed ejus virtutes per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocari scribit Maximus. II, 81. Et sugillatur ab Augustino. II, 85.

Discere, quid. I, 787. Ab adversario mota quæstio, discendi exsistit occasio. VII, 477. Ad discendum ducimur auctoritate atque ratione. I, 957, 1007. Rationem præcedere debet auctoritas. I, 1007, 1511. Discere litteras vel artificia, quam pœnale sit pueris. I, 1300. Discentium tormenta in hac vita ad miserias hujus sæculi pertinent. X, 1516, 1525. Vis consuetudinis ad discendum. III, 46. Ad discendas linguas majorem vim habet libera curiositas, quam meticulosa necessitas. I, 671. Quæ in rebus vanis sæpe discunt pueri, in rebus non vanis tutius disci possunt. I, 671, 672. Utiliora magis quam mirabiliora sunt discenda. I, 1034. Ad discendum quod opus est, nulla ætas sera. II, 720. Discere litteras spe commodi temporalis, quam solemne, et quam vanum. VI, 675. *Vide* Docere. Discunt multi justificationes Dei, et non discunt. IV, 1550. Discere oportet justificationes divinas, quomodo eas discunt qui faciunt; non quomodo qui ut habeant quod loquantur, tantummodo meminerunt. IV, 1513, 1514. Nemo docetur, nisi discat; nemo discit, nisi doceatur. IV, 1548. Nemo recte discit quæ pertinent ad vivendum cum Deo, nisi fiat a Deo docilis. III, 104. Qui per gratiam discit, agit omnino quidquid agendum didicit. X, 367. Ut venit ad Christum. X, 368. Inter discentes et vescentes est aliqua similitudo. III, 101. Feliciores sunt qui discunt, quam qui docent. IV, 594. Veritas causa cur discamus, necessitas causa cur doceamus. II, 194. Discere Augustinus plus amat, quam docere. II, 494. Discere quidam nolentes, ne superbi fiant, reprehenduntur. IV, 1712. Quod ad arborem, colendi negligentia; hoc ad animam, discendi segnitia. III, 380.

Disciplina a discendo dicta est. I, 1223; VI, 669. Disciplina est quarumque rerum scientia. I, 1021. Disciplinarum omnium excogitatrix est ratio. I, 1011. Disciplinæ immerito dicuntur liberales, nisi adsit studium pietatis Christianæ. II, 568. Disciplina duas habet partes, unam vitæ, alteram eruditionis. I, 1006. Disciplina bonum est, non malum. I, 1223. Liberalium disciplinarum utilitas. I, 988. Efferunt intellectum ad divina. I, 1015. Displicet Augustino quod multum iis tribuerit. I, 988.

Disciplina seu institutio Christiana, quæ. IV, 1204. Magister Christus. VI, 678. Schola, corpus ipsius. VI, 678. Disciplinæ domus, Ecclesia. VI, 669. Discitur ibi bene vivi ut perveniatur ad semper vivere. VI, 669. Disciplina ecclesiastica fundamentum habet in verbis Christi. VI, 200. Maxime militat contra superbiam invidentiæ matrem. VI, 413.

Disciplina significatur periclitatura per multitudinem in Ecclesia collige ndam. V, 1168. Disciplinæ rigorem relaxari in gratiam pacis. II, 812. In rebus ad disciplinam pertinentibus perturbationes multas fieri gemit Augustinus. II, 201. Disciplina uti diversa est, quæ prudenti Christiano servanda. II, 151, 200. Disciplina ecclesiastica de martyribus ad altare recitandis. V, 866. Disciplina et correctio non negligenda. V, 111, 505, 518, 900. Periculose negligitur. II, 251. Quid debeat intueri. IX, 81, 84. Disciplina ecclesiastica quomodo exercenda. IX, 84, 86, 92. Disciplina domus quantumlibet vigilet, nemo arrogare sibi audet, ut sit sine malis. II, 271, 272; IV, 1528, 1529. Disciplina erga malos exerceatur, non judicium præcipitetur. V, 299. Disciplina et correctio sine odio adhibenda est. V, 585. *Vide* Correptio. Disciplina danda cum opus est, sed caritas de corde nunquam dimittenda. V, 518. Disciplinam leniorem Christus esse voluit in novo Testamento. IV, 1445. Disciplina quæ per emendatoriam tribulationem fit, accipiendo discitur. IV, 1543. Disciplina ecclesiastica per presbyteros data. V, 1221.

Discipuli Christi duobus modis dicti. X, 929. Magis fratres ejus erant. III, 1468. Discipulorum corda mortua invenit Christus. V, 1118. Perdiderant spem ac fidem. V, 1119. In morte Christi. V, 1120. Discipulorum anima quomodo alternabat in fide. V, 1109. Latronis fidem nec imitari potuerunt Christi discipuli. V, 1110. Discipulorum Christi incredulitas. V, 495. Maxime audita Christi resurrectione. V, 658, 1101, 1103, 1122, 1151, 1154. Discipuli Christi ipsum hominem tantum ante resurrectionem putabant. V, 1149. Humano in eum affecta tenebantur. V, 1258. Discipuli in Christi morte dubitantes in Moyse figurati. V, 1154. Discipulorum error hæreticorum errores figurat. V, 477, 478. Quomodo discipuli opera majora, quam Christus fecerunt. III, 1821. Christi verba ad discipulos, ad nos pariter spectant. V, 721. Renuntiandum est omnibus, ut discipulus Christi quis efficiatur. III, 1545. Discipulum Christi esse est turrim ædificare, et contra regem fortiorem dimicare. III, 1545.

Discordiæ quomodo sedandæ. I, 772. Maxime inter virum et uxorem. I, 772. In discordia duorum quomodo se gerere debet amicus amborum. V, 325. Discordia blasphemat Dominum. IV, 1550. *Vide* Concordia. Divisio. Dissidiorum causæ. VII, 550. Discordia quæ est in spiritu et carne, pro concordia laborat. V, 821.

Discordia dea. VII, 105. Bellum Trojanum excitavit. VII, 105.

Discerno. Quis vasa misericordiæ a vasis iræ discernit. X, 582. Discretio ex massa perditionis. V, 446. Per gratiam. X, 925. Nemo nisi gratia Salvatoris discernitur. X, 925, 1422, 1428. Dei filios discernit fides per dilectionem

operans. X, 590. Omnia quæ ad salutem æternam sunt necessaria, procurantur iis qui discreti sunt, sive electis. X, 924. *Vide* Electio. Gratia.

Discretio. Magni et spirituales viri cautissime provident, ne quid populariter agant, quod nondum esse tempus intelligunt. III, 144. Parvulis nonnulla obtegunt, sed nulla mentiuntur. III, 144.

Dispater. VII, 122, 207, 215, 218. *Vide* Orcus. Pluto.

Dispensare potest Deus circa leges a se constitutas. III, 803. Quod ex inspiratione fit contra præceptum, transgressioni imputandum est. III, 805, 816. Dispensative, quid sibi velit. II, 228.

Dispensatio carnis Christi. V. 1217.

Dispensatio salutis nostræ. V. 1122.

Displicere homini debet quod Deo displicet, et contra. V, 134. Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. V, 926. Non in te placet Deo, nisi quod habes ex Deo : quod autem habes ex te, displicet Deo. V, 108.

Disputare quid. IX, 457. In disputationibus a contentione abstinendum. IX, 548. Improbum est aliquid addere verbis alienis contra quæ disputes. IX, 210. Afferenda non sunt ad disputationem quæ utrique parti possunt esse communia. IX, 396. Nec quæ figurata sunt aut obscura IX, 398.

Disputandi quædam proponuntur conditiones. II, 276. Quid est contentiosius, quam ubi de re constat, certare de nomine. II, 1040. Nusquam sic non invenio quod dicam, quam ubi res de qua dicitur, manifestior est quam omne de quo dicitur. X, 147. Non disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur. III, 517. Disputationum ambagibus non purgatur bonorum vita, sed facili mysteriorum sacrorum, quibus initiamur, auctoritate. I, 1007. Disputatur cum Omnipotente quærendo, non convincendo. III, 885. Non parvus in philosophia profectus, cum in comparatione recti verique inveniendi contemnitur a disputante victoria. I, 910. Canonicis libris non æquanda ullius disputatoris auctoritas. X, 625.

Dissensio, mors Christiani ; caritas, vita. VI, 713, 714. Dissensio Christianorum, Satanæ triumphus. V, 1033. Dissensiones numquam decent amari, aliquando tamen a caritate nascuntur, aut caritatem probant. II, 937. Dissensiones salva caritate. VI. 588. Dissensio carnis et spiritus unde. X, 1096. *Vide* Concupiscentia.

Dissimilitudine a Deo recedimus. IV, 557.

Distinguere labiis suis, pro definire. III, 675.

Diu. Quid diu est, ubi finis est. V, 683, 1583. Diu videri facit infirmitas, quod cito est. IV, 561. Diu non est, quidquid finem habet. IV, 234, 1889.

Diversorium sanctorum, id est Monasterium. I, 1340.

Divina et incorporea ubique sunt tota. V, 1486. Divina carnalibus insinuare difficile. V, 665.

Divinatio a rebus divinis nominata est. I, 917. Divinationes dæmonum. I, 1007. Divinationis aliquid Deus impertit aliquando dæmonibus. VI, 145, 164. *Vide* Dæmones. Divinationes Mathematicorum fallaces. I, 757. Divinationes et prædictiones plenæ sunt pestiferæ curiositatis, cruciantis sollicitudinis, mortiferæ servitutis. III, 55. Divinatio Mathematicorum genus est fornicationis animæ. III, 52. Dæmonibus cura est animos hominum noxiæ hujus curiositatis retibus implicare. VII, 722. Divinatio per sanguinem. VII, 223. Per aquam. VII, 223. Divinantium dicta seu responsa quomodo accipienda. III, 757. Vira divinatio quorumdam juvenum jocantium. III, 472. Et alterius qui hominem a leone interemptum iri prædixit. III, 475. Divinationes Albicerii miræ. I, 914. Sed contemnendæ. I, 914. Animam humanam habere vim quamdam divinationis in seipsa nonnulli volunt. III, 464. Impugnatur. III, 464. *Vide* Mathematici. Divinatio in civitatibus gentium ante adventum Christi prohibita. VII, 223. De divinantibus variæ quæstiones a Porphyrio motæ. VII, 289.

Divinitas cur quærenda. VII, 193. Divinitas humano visu nullo modo videri potest. VIII, 826. Divinitatem non esse in Theologia civili, constat. VII, 193. Divina munera quare inter deos colebant pagani. VII, 131. Refelluntur rationes eorum. VII, 132.

Divisio corporis in infinitum. III, 266. Divisionem recipiunt infinitam tam localia, quam temporalia spatia. I, 1174.

Dividere cupit cupiditas, sicut caritas colligere. V, 1224. Divisi inter se possunt ambo pertinere ad regnum diaboli, non item ambo ad regnum Christi. V, 446, 447. Divisio in Christianorum hereditate locum non habet. VI, 716.

Divitiæ, quare mammona iniquitatis vocantur. IV, 552; V, 650; VII, 749. Divitiæ aliud sunt, aliud pecunia. VII, 204 Divitiæ non nisi iniquis est pecunia. III, 1349. Divitiæ multiplicis generis. IV, 1235. Divitiæ veræ et falsæ. V, 528, 650. Divitiarum cupiditas insatiabilis est. V, 956. Divitiarum cupiditas quam periculosa. V, 242, 1457. Corporis et animi est enervatio. VII, 155. In divitiis cupiditas reprehenditur, non facultas. VII, 24, 25. Quinam divitiarum amor salutem impedit. VI, 216. Divitias qui non habent et habere desiderant, inter reprobandos divites computantur. IV, 1057. Divitiæ propter vitam, non vita propter divitias. V, 1518. Divitiæ multis noxiæ fuerunt. IV, 624. Divitiarum illecebræ. I, 880, 906, 907. Divitiæ per superbiam quæruntur. IV, 545. Et superbiam generant. IV, 922, 1769. Divitias tanto plus amant homines, quanto majores in sæculo sunt. IV, 1909. Divitiis colligitur superbiæ nidus, ubi nutriatur et crescat. V, 957. Divitiarum vermis, superbia. V, 213, 242, 412, 521. Divitiæ non nocebunt, si tollis superbiam. V, 242. si propter divitias inflaris, noli attendere quando eris præda hominum, jam diabolo præda es. IV, 1727.

Divitiæ somnium. V, 1517. Divitiæ, alienæ vocari debent. III, 1349. Hominem felicem non faciunt. I, 906; VII, 162. Divitiæ terrenæ, non facultatis, sed infirmitatis argumenta. V, 488, 1189. Fulcimenta sunt infirmitatis, non ornamenta potestatis. V, 252. Divitiæ non veræ sunt, quibus crescentibus, crescit inopia; quæ amatoribus suis, quanto fuerint ampliores, non afferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem. IV, 224, 1638; V, 328. Dicuntur copiosa inopia. I, 670. Divitias habes, egestas aucta est, non potestas. V, 956. Divitias habes, et concupiscis; morbus est, non opulentia. V, 410.

Divitiarum inanitas et incommoda. IV, 1727. Divitiæ nihil præter sollicitudinem afferunt. V, 1520. Divitiarum onus. V, 809. Divitiarum sarcina impedit ne homo Christum sequatur. III, 1655. Cum superflua quærit homo, compedes suas onerare desiderat. IV, 864. Divitiæ flumina sunt, quæ tollunt quos extolluut. IV, 1769. Ex divitiis pressuræ et timores. IV, 1057. Quanto eris ditior, tanto timidior. IV, 1762. Divitiæ malos, cum offeruntur, excæcant; cum auferuntur, excruciant. V, 328. Divitiæ terrenæ perituræ sunt et plenæ periculorum. V, 114, 217. A morientibus hinc non auferendæ. V, 114. Divitias habere non est culpabile, sed amare et spem in eis ponere, et eas præferre aut conferre veritati, justitiæ, etc. VIII, 165. Spes in divitiis non ponenda. V, 958. Cor tuum fugiat aurum, et servus est tuus. V, 955. In hac causa si non vis esse servus, esto fugitivus. V, 955. Qui torqueri quam divitias prodere malunt, boni Christiani non sunt. VII, 25. Divitiæ cum desunt, et cum adsunt, quomodo circa eas se gerendum. II, 856. Divitiæ quomodo petendæ a Deo. IV, 624.

Divitias Deus bonis tribuit ad probationem, malis ad supplicium. V, 527, 528. Divitiarum abundantia reperitur etiam in justis, sed in iis cor non apponunt. IV, 1867, 1868. Animo qui terra non est, aurum et argentum terra est. IV, 1481. Divitiæ et a malis male habentur, et a bonis tanto melius habentur, quanto minus amantur. II, 665. Mirabilius est iis non inhærere cum possidentur, quam omnino eas non possidere. I, 1329. Divitias ab amicis Dei possideri non repugnat novo Testamento. VIII, 162, 163. Nec eas vendere præceptum est novi Testamenti, sed consilium. II, 687. Utilius terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbe reliquitur. II, 124. Divitiæ temporales etiam in veteri Testamento contemptæ. VIII, 163, 164. Abraham in divitiis pauper. IV, 1083. Divitiæ, sine cupiditate si habentur, non culpandæ. V, 953. Divitiarum amor talis, ut sine dolore amitti non possint, lignum et fœnum quod super fundamentum ædificatur. VI, 216. Divitias qui affectu carnali sic amat, ut tamen Christo non præponat, per ignem salvabitur, quomodo. VI, 153, 155.

Divitiæ non amandæ, sed iis tantum utendum. III, 1691. Divitias habere censendus non est, nisi qui bene utitur. V, 527. Quomodo iis utendum. I, 163. Divitiarum usus in operibus bonis. V, 90, 217, 219, 242, 528, 415, 522, 959. Per eas Deus bonis subministrat occasiones beneficiorum, malos torquet timore damnorum. V, 527. Divitiæ Christi pauperibus eroganda. VII, 162. Divitiæ quamdiu in terra sunt, divitiæ non sunt. V, 650. Magnæ opes sunt Christianorum, necessitates egentium ; si intelligamus unde debeamus servare quod habemus. V, 1589. Divitiæ si diliguntur, ibi servantur ubi perire non possunt. II, 485. Ubinam tuto collocandæ. VII, 24. In tuto ponuntur dum eroganter. V, 259. Divitiarum locus tutus in cœlo, quo per manus pauperum perferuntur. IV, 425, 549, 550. Divitiæ e terra in cœlum migrandæ. V, 259, 240, 405, 415, 1519. Divitias suas alienis relinquunt omnes qui male vivunt. IV, 555.

Divitiæ Christianorum quæ. VII, 25. Divitiæ quærendæ, quæ auferri nequeant. IV, 1645. Divitiæ illæ veræ sunt, quas cum habuerimus, perdere non possumus. V, 650. Quænam illæ sint. V, 651. Divitiæ spirituales et veræ. IV, 516, 865, 864, 1658, 1659. Divitiæ animæ. VIII, 165. Divitiæ interiores quæ amitti naufragio non possunt. V, 147, 218, 955. Divitiarum interiorum fons non latet, si cor patet : aperit cor clavis fidei. V, 955. Aurum multis fulget,

fides non fulget. IV, 363. Divitiæ tuæ, Deus tuus. V, 955. Qui vult dives esse, Deo inhæreat. IV, 545. Aurum et si volueris, forte non habebis; Deum cum volueris, habebis. IV, 294. Omnis copia quæ Deus non est, egestas est. I, 848. Divitiæ illius quid nos facturæ sunt, cujus paupertas nos divites facit? V, 916. Divitiæ veræ in cœlis. IV, 620. Divitiæ veræ immortalitas; quia ibi vera copia, ubi nulla indigentia. V, 216, 252. Divitiæ veræ a Deo expetendæ. V, 220, 651, 1520.

Divites quinam dicendi. VII, 204. Divites sunt mundi, et sunt divites Dei. V, 957. Divites hujus sæculi, et divites alterius sæculi. V, 521. Divites non hujus mundi. V, 215. Divites sæculi egent. IV, 316, 317. Divitem tu putas. qui minus egeret, si minus haberet. V, 528. Dives et plenus, et inanis est. V, 366. Semper est mendicus. V, 1521. Divites se pauperes esse agnoscunt. IV, 1628. Desideriis vastantur, cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt. IV, 224. Dives re et dives cupiditate differunt. V, 412, 956. Dives hydropi comparatur, et mulieri incurvatæ, de quibus in Evangelio. III, 1343. si dominus auri es, facis de illo quod bonum est : si servus, facit de te quod malum est. V, 955. Ditescere velle alterius paupertate iniquissimum. V, 1591. Dives sciat se viatorem, et in divitias tamquam in stabulum intrasse; non secum tollit quod in stabulo invenit. V, 114.

Dives et pauper quomodo onera mutua vicissim partiri ac minuere valeant. V, 899. Dives pauperi tribuendo onus minuit. V, 414. Divites facile tribuant eleemosynam. IV, 549. Divitem et pauperem fecit Dominus : per eum qui habet, juvat egentem; per eum qui non habet, probat habentem. V, 243, 523; IV, 1649, 1650. Divites sibi bene fecisse quamdiu vixerunt, falso dicitur. IV, 561. Si servaveris, tua non erunt; si erogaveris, tua erunt. V, 961. Dives imprudens et luxuriosus, qui reservare aut epulari proponit, non erogare. V, 529, 629. Dives timeat ne dum vult esse prædo, sit præda majoris, et minor piscis a majore devoretur. IV, 422. Dives sic utatur superfluis, ut tribuat pauperi necessaria. V, 413. Divitum superflua, necessaria sunt pauperum : res alienæ possidentur, cum superflua possidentur. IV, 1922. Divites et pauperes in corde interrogat Deus, non in arca et domo. IV, 545.

Divitibus quid præcipi velit Apostolus. V, 521. Divitibus cavenda superbia. V, 112, 956. Divitem humilem lauda, lauda divitem pauperem. V, 112, 115. Divites animo superbi, et per abundantiam non quærentes æterna. IV, 1814. Divites se pares ceteris non putant. IV, 920. Divites et nobiles adversus pauperes et ignobiles superbire non debent, quare. III, 1276. Dives non dedignetur frater pauperis appellari. V, 217. Dives pauperis contemptor, miser finita vita. V, 249, 250. Dives et pauper in nativitate et morte æquales. V, 412. Dives sit humilis, plus gaudeat quia Christianus est, quam quia dives est. V, 217. Divitibus adulantes. V, 250. Divites, id est superbi, eximaniendi sunt; et esurientes, id est humiles, implendi. V, 1515. Dives qui in multis pecuniarum facultatibus non extollitur, pauper est. IV, 545, 1057. Dives si ideo se magnum putat, superbus et egenus est; in carne crepat, in corde mendicat; inflatus est, non plenus. V, 215. Major animus divitiis suis, qui eas vincit non concupiscendo, sed contemnendo. V, 215.

Divitum superborum labor stultus. III, 882. Divites amarius laborant cogitationibus, quam pauperes operationibus. X, 1578. Divitis cupidi et pauperis tranquilli collatio. VII, 114. Dives in conscientia securior dormit in terra, quam dives in purpura. V, 216. Divites minus securi in perturbationibus sæculi, non solum sua perdiderunt sed propter illa et ipsi perierunt. V, 217. Divites superbi struthionibus comparantur. III, 881, 882. Divitum in sepulturæ cura stoliditas. IV, 555. Divites humiles et misericordes sunt veri pauperes. V, 113. Divites erant antiqui Patriarchæ Abraham, Isaac, Jacob, etc. II, 686. Divites terræ adorant Christum, sed non saturantur sapientia et justitia ipsius. IV, 1726. Non saturantur corpore et sanguine Christi. II, 566.

Divites hujus mundi non contempti a Christo. V, 216. Difficile salvantur. V, 521. Eorum conversio quæ fiat. III, 882. Divites intrare in regnum cælorum, Deo facile est. II, 494. Divites correptionem non admittunt. IV, 920. Ut non plura peccata contrahant quam alii, difficile est. IV, 1751. Divites quinam a Deo non exaudiuntur. IV, 1083.

Divitem in divitiis suis manentem, regnum Dei non posse ingredi, etc. falso docebant Pelagiani II, 686, 687, 688. Divites baptizati nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi fuerunt facere, non reputari illis, neque regnum Dei posse habere, dogma Pelagianorum. II, 686, 687, 688; X, 334. Divites pauperum cibis vesci non cogit Augustinus. V, 414. Divites qui ecclesias aut monasteria ædificant, sunt *cedri* Libani, in quibus passeres nidificant. IV. 1371, 1372.

Divites clarissimæque personæ utriusque sexus martyrii gloria sunt sublimatæ. II, 691.

Divitis Christiani idea. II, 691. Dives omnis, Dei mendicus. V, 686. Dives si Deum non habet, quid habet? V, 492. 521. Divites quidam inter Domini pauperes numerantur. IV, 1197.

Dives malus Judæus fuit. V, 249. Cur damnatus est. V, 962, 1651. Digerebat apud inferos, quod manducaverat apud superos. IV, 561. In inferis sero misericors. V, 113. Ejus pœnæ. VI, 719. Flamma qua cruciabatur erat spiritalis. VII, 725. Quomodo intelligenda sit flamma inferni, sinus Abrahæ, et cetera quæ in historia divitis referuntur, vix aut nunquam invenitur. III, 376. Varia de divite qui sepultus est in inferno. IV, 561. Divitis et Lazari comparatio. V, 217, 249, 550, 611, 911, 1518, 1650.

Divortium. Lex sæculi quoad divortia, alia a lege Evangelii. X, 420.

Diuturnum nihil est, in quo est aliquid extremum. VII, 559.

Docendi munus quam præstans. III, 18. Doctorum officium periculosum, auditorum securior conditio. V, 155. Ut discamus, invitare nos debet suavitas veritatis; ut doceamus, cogere necessitas caritatis. VI, 161. Augustinus magis amat discere, quam docere. VI, 161, 170. Docendi præcepta non superflua, tametsi doctores efficiat Deus. III, 103. Instituit Deus ut homines ab hominibus docerentur, non ab Angelis, quare. III, 18. Quidam sanctorum soli Deo docibiles. IV, 1486. Paucissimis donatum est, ut sine hominis ullius ministerio doctrinam salutis perciperent. X, 1025. Homo post judicium non per hominem docebitur, sed omnes erunt docibiles Deo. III, 1278.

Doctoris Christiani officium. III, 91. Doctoris est petere a Deo mysteriorum intelligentiam, ut de fide interrogantibus respondere valeat. V, 619. Veritatem honorat, qui doctorem honorat. X, 495. Patientissime sustinendi sunt qui docent quod nos ignoramus. X, 526. Doctor non est qui malus est. I, 1225. Docens bona, agens mala, necessarius est, mercenarius est, prodest aliquid. V, 1169. Moribus tuis intenti fiant, qui abs te aliquid accepturi sunt. II, 457. Nolo prius aliquid doceas, quod dediscendum est, ut vera doceas. II, 457. Qui non facit quæ docet alios, si aliquando utilis est, non ipse facit, sed Deus. III, 1505. Doctores mali, spinæ botrum ferentes. III, 1730. Terrere, et non docere, improba dominatio est. II, 322. Docendum est sine superbia et invidia. III, 18. Doctori sollicitissime cavendum superbiæ vitium. II, 1090. Ut cui facile subrepit elatio. II, 1030. Doctoris solatium. II, 1090. Non ut quod scimus doceamus, aliorum ignorantiam optare debemus. II, 1090.

Docet Deus aliter, aliter homo vel Angelus. X, 150. Homo doctor, exterior cultor arboris. III, 1610. Aures verborum sonus percutit, magister intus est. III, 2004. Docentis hominis vox aurem corporis ferit, Deus aurem animæ. IX, 697. Docet intus Christus; admonet homo. I, 1219, 1220. Christum intus magistrum habemus. III, 1557. Cathedram in cœlo habet, qui corda docet. III, 2004. Quomodo Deus doceat per gratiam. X, 368. Schola Dei Patris valde occulta. X, 970. Docere quando vult Deus, prius dat intellectum, sine quo ea quæ ad divinam doctrinam pertinent, homo non potest dicere. IV, 1548. Deus sic docet, ut scienda scianus aperiendo veritatem; sic docet, ut facienda faciamus insinuando suavitatem. IV, 1549. Etsi gratia gratuita sit, doctrinæ exhortatio tamen est necessaria. X, 1025. Cur non omnes docet Pater ut ad Christum veniant. X, 971. Docibiles Dei sumus etiam cum homines audimus. II, 874. Et cum ea quæ ad veram pietatem pertinent discimus. VI, 161. Docibilis quis dicendus. IX, 195. Doctores sancti, filii Ecclesiæ discendo, patres docendo. X, 1406. Alia sunt, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atque optimi regulæ catholicæ defensores salva fidei conjugae non consonant, et alius alio de una re melius aliquid dicit et verius. X, 655. Doctorum sanctorum quatenus valere debeat auctoritas. II, 277, 339, 628, 873. De magistrorum Ecclesiarum sententiis sentit Hieronymus periculose judicari, et alterum alteri præferri. II, 904. Doctores dicti montes, etc. III, 1580.

Doctus vere et sapiens quisnam. III, 62. *Vide* Magister. Docti in Ecclesia, lapides sunt pretiosi. V, 223. Jacent in tenebris, si non sint in ornamento ipsius Ecclesiæ. V, 223. Perdunt pretium, ubi non habent caritatem. V, 223. Docti quidam sibi non videntur, nisi labores alienos conentur construere. VI, 141. Doctos viros in quibusdam interdum falli cur Deus patiatur. IX, 129. Docti quidam malunt esse, quam justi. IV, 1505.

Doctrinarum duo genera apud Ethnicos. III, 50. Doctrina omnis vel rerum est vel signorum. III, 19. Doctrinarum multiplicitas, diluvium est aquarum. IV, 269, 270. Doctrinæ multæ vel superfluæ vel noxiæ, una utilis ac salubris. II, 1050,

Doctrinam reliquam iis facilem docebat Socrates, quibus persuasum esset, ut nihil mallent, quam se esse viros bonos. II, 1050. Doctrinæ seculares, siliquæ quibus porci pascuntur. III, 1344. Doctrina salutaris, partim credendis, partim intelligendis rebus constat. VI, 496. Doctrina Christi præcipit humilitatem. V, 876; VI, 415. Morum corruptionem damnat. VII, 64, 74. Doctrina quomodo possit dici gratia. X, 567. Doctrina atque lex Dei quamvis sancta et justa et bona, tamen occidit, si non vivificet Spiritus. II, 985. Adjumenta doctrinæ tunc prosunt animæ adhibita per hominem, cum Deus operatur ut prosint. III, 104. Deus in cathedra unitatis posuit doctrinam veritatis. II, 105. Doctrina accepta, non amaro corde communicanda. V, 300. Doctrina aperta, mella; quæ vero de abstrusioribus sacramentis exprimitur, favo similis est. IV, 1566.

Doech interpretantur motus. IV, 601.

Dogmata sunt placita sectarum. III, 1526.

Domesticorum salus omni vigilantia procuranda. V, 581.

Dolor quid sit. III, 564. Dolor duplex, carnis scilicet et animæ. VII, 424. Dolorem in animo et in corpore quid facit. VIII, 557.

Dolor corporis quid. III, 132, 564. Dolor carnis, offensio est animæ ex carne, et quædam ab ejus passione dissensio. VII, 424, 711. Dolor ipse qui dicitur corporis, non potest esse sine anima. IV, 1140. Dolorem carnis non præcedit ullus quasi metus carnis. VII, 424. Inde perniciosus corporis dolor, quia id quod unum erat, discindere nititur. I, 1017. Dolor quem bestiæ sentiunt, indicat quod sint appetentes unitatis. I, 1305. Dolor carnis judicium est vitæ, non argumentum mortis. VII, 712. Dolorem carnis non semper sequitur interitus. VII, 710. Dolor carnis quare occidit. VII, 740.

Dolor animi. III, 132. Dolor animæ est dissensio ab his rebus quæ nobis nolentibus acciderunt. VII, 424. Tristitia nuncupatur. VII, 424. Dolorem animæ præcedit metus, qui non est in carne. VII, 424. Dolor et timor, duo tortores animæ, non simul torquentes, sed cruciatum alternantes. V, 687. Dolor et voluptas, duo incitamenta ad peccandum. V, 1286.

Dolor esse potest, ubi potest esse cupiditas. VII, 711. Quod non sine illiciente amore habuit homo, sine ureante dolore non perdit. VII, 744. Dolor nonnisi in naturis bonis. VIII, 557. Dolor est testimonium a boni adempti, et boni relicti. VII, 641. sicut lætitia deserti boni, in peccato testis est malæ voluntatis; ita dolor amissi boni, in supplicio testis est naturæ bonæ. VII, 641. Animis non sunt nisi dolores extra Deum. I, 699.

Dolor alius est fructuosus, alius infructuosus. IV, 621. Dolor salutaris, quem secando medicus facit. IV, 1489. Dolor sectionis ferendus, ut sanemur. V, 1270. Dolorem medicinalem tolera, futuram cogitans sanitatem. IV, 1319. Dolor qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores impiorum, prodest dolentibus, quare. VII, 614. Semper lenitur animi dolor. I, 698. Dolor de amissione rerum quibus fruendo homo lætabatur, ignis per quem salvus erit. VI, 153, 155, 216; VII, 744, 746. Dolor hujus vitæ transit, alterius vero non finietur. VII, 658. Ab illo robur patientiæ, ne dolore frangamur; a quo accipimus victoriam concupiscentiæ, ne voluptate pertrahamur. IV, 1577. Imaginis Dei pœna est, conditioni pecorum in doloribus comparari. X, 1563. Convenientius injustus dolet in supplicio, quam lætatus est in delicto. VII, 641. Dolorem quisque magis fugit, quam appetit voluptatem VI, 25. Omnino non dolere, immanitatis in animo, stuporis in corpore indicium est. VII, 415, 417. Interest utrum aliquid sanitate, an stupore non doleat. V, 1528. Dolores multi tolerarunt vitio, non virtute. V, 1254, 1287.

Dolus est cum aliud agitur, et aliud fingitur. III, 1446; IV, 86, 143; V, 45, 739, 1561. Dolum loqui, est aliud labiis promere, aliud pectore claudere. V, 125. Doli nomen positum pro figura. V, 45. Dolum nunquam probat Deus, sed permittit. IV, 1400. Dolus potentis mali novaculæ comparatur. V, 421. Dolum pro dolore multi imperitiores latinitatis ponebant. III, 1446.

Dolositas est fraus quædam, in verbis aliud promendi, aliud sentiendi. IV, 581.

Dolosus non sequitur Christum. V, 603.

Domiducus deus. VII, 188.

Dominari aliis homo appetit. III, 27. Et hoc intolerabilis superbia est. III, 27. *Vide* Servitus. Dominandi cupiditas vitium primum, quod est propria potestate gaudere. V, 644. Dominandi libido a quo tempore maxime coepit. VII, 90. Perniciosa est. VII, 90. Vastat corda mortalium. VII, 644. Magis debent patres quod dominantur, quam servi tolerare quod serviunt. VII, 644. Sicut prodest humilitas servientibus, ita nocet superbia dominantibus. VII, 644. Dominatio in Romanorum laudibus posita. VII, 155.

Dominicarius. II, 146.

Dominicum celebrare, et ad dominicum venire. V, 205, *et not.* (*b*). Dominicum et collectam agere. IX, 643.

Dominicus dies. V, 916. Resurrectione Domini cœpit habere festivitatem suam. II, 215. Dominicis diebus stantes oramus, et halleluia canimus, quo mysterio. II, 218. Utrum ubique stent orantes his diebus ignorat Aug. II, 220. In iis non sine scandalo quis jejunaret. II, 136, 143, 148, 150.

Dominicus filius. V, 1557.

Dominus Deus solus. III, 382. Deus ideo verus est dominus, qui servo non indiget, et quo servus indiget. II, 527. Dominus a Patribus in Angelis ipsius personam gerentibus adoratus. V, 65. *Vide* Deus.

Dominus quivis homo vocari potest, ob caritatis servitium. II, 94. Homines non valde veri domini, cum egeant servis. IV, 872. Domini quid servis debeant, et servi dominis. I, 1329. Dominum foris hominem noli timere : malum dominum in te time, cupiditatem tuam. IV, 165. Domini iniqui et difficiles tolerandi. IV, 776. Domini appellantur more epistolari in salutatione etiam non Christiani. X, 349. Dominus est rerum suarum, qui non est irretitus cupiditate. IV, 544.

Dominus vobiscum. VIII, 1049.

Domitianus crudelissimus. VII, 168, 614. Neronis maxima pars. IX, 525 528.

Domitius deus. VII, 188.

Domitor ferarum homo, domitor hominum Deus. V, 375.

Domnædius dicitur dominus ædium. IV, 429, *not.* 5, IX, 516, *not.* 4.

Domnio. II, 100.

Domnus. V, 645, 967. Domne pauper. V, 115.

Domus, et fabrica dicitur et habitatores. V, 1503. Ponitur pro civitate. VII, 462. Pro cubiculo vel tentorio. III, 494. Domus et tabernaculum quo differant. IV, 202. Domus hinc marmorata mala, et domus fumigata bona. V, 929.

Domus Dei ipsi ejus habitores. V, 1477. Esto domus Dei, et erit domus tua. IV, 252. Domus orationum nostrarum Ecclesia, domus Dei nos ipsi. V, 1471. Hæc domus quomodo ædificetur. V, 1471. Domus Dei cantando ædificatur, credendo munitur, sperando erigitur, diligendo perficitur, in fine sæculi dedicatur. V, 178, 1471, 1476. Domus Dei Ecclesia, præter quam non exaudit Deus ad vitam æternam. IV, 478, 1721. In domum tuam, ut inhabites, intras; in domum Dei, ut inhabiteris. IV, 1721. Omnes fideles et Angeli unam domum Dei faciunt et unam civitatem. IV, 1668, 1669. Ad domum Dei pertinet, qui est in caritate, compaginatus lapidibus vivis. IV, 1721. Domus Dei adhuc ædificatur, multas gentes crescendo occupavit, omnes occupatura est. IV, 1228. Domus Dei decorem diligere quid sit. V. 116.

Donatianus primas provinciæ Bizacenæ. II, 759, 780, 891.

Donatianus episcopus Donatista. IX, 526, 555.

Donatianus Maximianista. IV, 576.

Donatus proconsul Africæ. II, 566.

Donatus exproconsul. II, 427, 428.

Donatus qui cum fratre Monasterium sponte deseruit et remittente Augustino. II, 228.

Donatus diaconus rebaptizatus. II, 536.

Donatus unus Patrum concilii Zertensis. II, 577.

Donatus. VI, 714.

Donatus. V, 1587. Donati falsum miraculum. III, 1501.

Donati duo, alter Casensis, alter Carthaginensis. IX, 646, 662. *Vide infra.* Donatus Casensis Nigrensis auctor schismatis. II, 815. Et princeps hæresis Donatistarum. VIII, 45. Donatus aliquando doctrinæ seu eloquii ratione lapis pretiosus. V, 225. Superbia elatus, fecit sibi partem. V, 279.

Donatus episcopus Donatista. IX, 528, 529, 555.

Donatus Ragaiensis schismaticus. II, 175, *not.* Pseudomartyr Donatistarum. III, 1485.

Donatus Belmensis ep. IV, 581.

Donatus Carthaginensis schismaticus. II, 175.

Donatus Cebresufanus ep. IV, 580.

Donatus a Cibaliana. IX, 252.

Donatus Fiscianensis ep. IV, 580.

Donatus Vico-madiensis ex Donatista episcopo apud Catholicos episcopus. IX, 475.

Donatus Vaseulitanus traditor. IX, 511, 612. *App.* 773. Schismaticus. II, 197.

Donatus Mutugennensis villæ presbyter. II, 756. Summam illius in schismate pertinacia vincere conatur August. II, 754.

Donatus Sabratensis ep. IV, 581; IX, 507, 528, 550.

Donatus Sammurdatensis ep. IV, 581.

Donatus episcopus Donatista in loco Turrensi. IX, 618.

Donatus Urbanus. IX, 510.

Donatus (a quo Donatistarum schisma.) IV, 154, 177, 347, 1925; VI, 201. Donati duo ejusdem schismatis; primus a quo incipit, episcopus Casensis Nigrensis in Numidia, alter post Majorinum secundus partis Donati Carthaginensis episcopus. I, 617, 618, *et not.* (*a*). Ab eo vocari Donatistas quidam volunt. VIII, 45. Donatistæ a Donato Carthaginis, aut a Donato Casensi sic appellati. IX, 468. Donati pars in Africa V, 49, 55, 268, 280, 288, 291. Nata est de Numidia. V, 295. Primo apud Carthaginem pars Majorini dicebatur. II, 302. Donati pars nata est auctore secundo Tigisitano hæretico. V, 295. Donatistarum velut principes, Donatus, Majorinus, Parmenianus. IX, 96. Donati partis schismatis auctores superbi. V, 304.

Donatus a Casis nigris altare contra altare primus erexit. IX, 468. Extra Ecclesiam primus sacrificavit. IX, 469. Convictus est Romæ, adhuc diacono Cæciliano, schisma fecisse Carthagine. IX, 637, 642. Carthaginis hæresim maxime roborasse perhibetur. IX, 468, 469. Donatum præ ceteris prædicant Donatistæ. IX, 664. Eum ecclesiæ Carthaginis ornamentum et martyrialis gloriæ virum appellant. IX, 664. Ejus eloquentiam multum laudant. IX, 448. Donatus mirabilia fecisse prædicatur. IX, 428. Per canos Donati jurare solebant Donatistæ. IV, 154. Eidem apertissimis vocibus dicebant, Euge, Euge dux bone, dux præclare. IV, 870. Donatus an princeps Tyri intelligendus. IX, 425, *not.* 3. Donatistarum loca præcipua Bagai et Thamugade. IV, 177.

Donatistæ. Concilium habetur in domo Urbani Donati. II, 197. sive Urbani Carisi apud Cirtam civitatem. IX, *App.* 774. Ab undecim aut duodecim factiosis episcopis, quibus præest Secundus Tigisitanus primas Numidiæ. II, 161. Hic traditores præsentes et confessos, Deos judicandos reliquit, et in sedibus episcopalibus manere permittit. II, 161, 162, 164; IX, *App.* 775. Maxime Donatum Masculitanum, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamensem. II, 197. Per sententias præsentium damnavit absentes. II, 161, 162, 164, 264. Suspicionem traditionis satis probabilem sibi metuebat Secundus Tigisitanus. II, 162, 164. Ab illo Silvanus ordinatur Cirtensis episcopus. II, 197. Mensurius cum apud Imperatorem ob occultatum apud se diaconum causam dixisset, jussus reverti, ad Carthaginem pervenire non potuit. IX, *App.* 775. Libertate Christianis a Maxentio restituta, Botrus et Celesius apud Carthaginem ordinari cupientes, ordinationem absentibus Numidis celebrari curarunt a solis vicinis episcopis. IX, *App.* 775. Cæcilianus totius populi suffragio eligitur; et Felice Autumnitano manus ei imponente ordinatur episcopus. IX, *App.* 775. Ambitores de spe sua dejecti, Lucilla, et seniores quibus pecuniam Mensurius creditderat, causas confingunt contra Cæcilianum, ut vitiosa ejus ordinatio diceretur. IX, *App.* 776. Vocati sunt Numidæ episcopi traditores, qui apud Cirtam celebraverant concilium. IX, *App.* 776. Concilium deinde alterum perversum atque nefarium colligitur apud Carthaginem. II, 160, 165, 164. Convenerunt septuaginta episcopi schismatici. II, 160, 176, 379; IX, 426, 639, 640, 684. Et traditores. II, 164; IX, 511. Adversus Cæcilianum. II, 172. Præsidet Secundus Tigisitanus primas. II, 166; IX, 519. Concilium istud conflavit Lucilla. II, 172. Mulier Hispana. IX, 395. Pecuniosissima. II, 167; IX, 37. Et factiosissima. II, 167; IX, 37. Quam pro Ecclesiæ disciplina Cæcilianus adhuc diaconus læserat. II, 167, 172; IX, 37. 426; *App.* 775. Lucilla corrumpebat animos episcoporum pecunia, ut testatur Nundinarius diaconus in gestis apud Zenophilum consularem. II, 167, 168; IX, 426; *App.* 778. Et Cæciliani damnationem emebat. IX, 426, 445. Quadringentos folles dedit. IX, 513; *App.* 798, 799. Episcopi qui Concilio huic adsunt, empti et instigati damnationem ægre etiam ferentes quod non ipsi ordinaverant Carthagine episcopum. II, 168; IX, 26. Cæcilianus adire noluit hospitium collegarum. II, 164. Eos contra veritatem suæ causæ ab inimicis suis perversos esse sentiebat. II, 165, 168. Et suspectos semper habuit. II, 165, 165, 168. Causam suam integram reservavit ecclesiis transmarinis. II, 164, 167, 168. Ad Numidas episcopos mandavit, ut si est quod in se probetur, exeat accusator et probet, paratum se asserens iterum ordinari, si nihil in illum Felix contulisset. IX, *App.* 776. Numidæ episcopi non communicant Cæciliano. IX, *App.* 776. Nihil tunc in Cæcilianum ab inimicis confictum est: sed de ordinatore, quem falso traditorem dicebant, infamatus est. IX, *App.* 776. Concilium Cæcilianum innocentem et absentem damnavit, quod ad eos venire noluerit; tamquam a traditoribus ordinatus, et quia cum esset diaconus, victum afferri martyribus in custodia constitutis prohibuisse dicebatur. II, 161, 162, 165, 166; IX, 659. Non servata est solita judiciorum forma. IX, 26, 37. Schismatici dederant interventorem populo suæ communionis. II, 177. Cæcilianus deponitur, et alter ordinatur. IX, 37. Instante Lucilla odiis accensa furialibus. IX, 512. Majorinum contra Cæcilianum levaverunt. II, 161. Et ordinaverunt. IX, 469, 553. Majorinus lector in diaconio Cæciliani fuerat, domesticus Lucillæ. IX, *App.* 776.

Donati pars adversus Ecclesiam catholicam exorta est de Carthaginis schismate. IX, 637. Per totam Africam, fertur traditores apud Carthaginem fuisse damnatos. II, 164. Donatistæ Catholicis traditionis crimen objiciunt. II, 264, 396, 403, 578, 588. Falsas indulgentias Imperatorum pro schismate vulgarunt. II, 398. Cum Cæciliano permanet communio orbis terrarum. II, 168. Cæciliano ter mille folles numerari curavit Constantinus per Ursum Rationalem Africæ. IX, *App.* 777. Et monet ut si quid pecuniæ opus habet, ab Heraclida procuratore prædiorum suorum petat. IX, *App.* 777. Constantinus Anulino proconsuli, et Patricio Vicario Præfectorum curam mandat compescendi eos, qui, uti accepit, Ecclesiæ catholicæ populum corrumpunt. IX, *App.* 777. Clericos ab omnibus functionibus publicis facit immunes. IX, *App.* 777.

Donatistarum quidam, adunata secum populi multitudine, Cæciliano contradicendum putarunt. IX, *App.* 778. Ad Imperatorem causam Cæciliani deferunt. II, 302, 310, 327, 329, 331, 392, 580, 794. Per Anulinum proconsulem ea quæ Cæciliano objiciebant crimina accusando miserunt. II, 302; IX, 554, 555, 610, 626, 627, 651, 656, 640, 679, 695, 739. Libellos duos offerunt dirigendos ad Constantinum. IX, *App.* 778. Preces episcoporum partis Majorini ad Constantinum Imperatorem. IX, *App.* 778. Non audet Imperator de causa episcopi judicare. II, 399. Donatistæ cum Cæciliano causam agere *ad duas* apud ecclesias transmarinas eligunt. II, 169. Ab Imperatore petunt judices. II, 161; IX, 27. Ex Gallia. II, 198. Consensit Imperator. IX, 27, 40. Et Miltiadi scribit ut Romæ habeatur concilium. IX, *App.* 778. Cogitur concilium Romæ. II, 166, 399; IX, 27. In domo Faustæ in Laterano, Constantino ter et Licinio ter coss. sexto Nonas Octobres die, sexta feria. IX, *App.* 779. Nomina episcoporum qui concilio interfuerunt. IX, *App.* 778, 779. Huic Melchiades Romanus episcopus præfuit. II, 161, 399; IX, 40. Constantinus denos ex utraque parte episcopos, ad agendam causam, navigare Romam jubet. IX, 637, *App.* 778. Rescribit Anulinus utrosque convenisse, et se missuros episcopos promisisse. IX, 637. Donatus Carthaginensis ad episcopale judicium Melchiadis contra Cæcilianum missus est. IX, 662. Cum Cæciliano causam agens nihil probat. Cæciliani causa jussu imperatoris Constantini discussa Romæ in episcopali judicio Melchiadis Romani episcopi, et aliorum Gallorum et Italorum episcoporum IX, 657. Profertur libellus. II, 167. Donatistæ nihil probare possunt adversus Cæcilianum. II, 161, 166, 167. Donatus a Casis nigris in præsenti convictus est, adhuc diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine. IX, 647. Donatus præsens damnatus est. II, 399; IX, 637, 642. Quare sententia percussus. IX, *App.* 779. Cæcilianus innocens pronuntiatur, et in episcopatu confirmatur. II, 167, 399. Cæcilianus apud Carthaginem Secundi Tigisitani judicio absens damnatus, Melchiadis postea judicio in Romano concilio præsens absolutus est. IX, 779, 519, 645, 661; *App.* 779. Miltiadis sententia. IX, *App.* 779. Eunomius et Olympius episcopi in Africam missi declarant ubi sit Catholica, et sententiam pro Cæciliano dictam corroborant. IX, *App.* 779. Seditiosa Donati pars fieri non passa est, et de studio partium strepitus quotidiani sunt habiti. IX, *App.* 780. Felicem Aptungitanum Cæciliani ordinatorem traducunt traditorem apud Constantinum. II, 400. Purgatio in urbe Cæciliano, Felix in Africa purgari jubetur. IX, 594, *Retr.* 610; *App.* 780. Felix a traditionis crimine absolutus Æliani proconsulis judicio. II, 162, 164, 400, 492, 582; IX, 532. Falsum se fecisse adversus Felicem Ingentius confitetur. II, 582. Gesta proconsularia quibus absolutus est Felix. IX, *App.* 780.

Donatus petiit ut ei reverti licuisset, et nec ad Carthaginem accederet. IX, *App.* 779. Filumino suffragatore ejus, Imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur. IX, *App.* 780. Cæcilianum majoribus suis accusantibus judicio Imperatoris damnatum esse ut Brixiæ in exsilio degeret, contendebant Donatistæ. IX, 539, 541, 664, 666, 684, 695. Hoc falsum esse convicerunt Catholici, IX, 539, 541, 664, 666, 684, 695. Cæcilianus non damnatus est, sed Brixiæ bono pacis retentus est. IX, 685. Donatus ultro prior Carthaginem rediit. IX, *App.* 780. Hoc audito Cæcilianus ad suam plebem properavit, et sic renovellatæ sunt partes. IX, *App.* 780.

Donatus appellandum esse ab episcopis credit. IX, *App.* 779. Donatistæ datis sibi a Constantino judicibus episcopis non consentiunt. IX, 426. Quare. IX, *App.* 785. Eos postmodum apud Constantinum tamquam iniquos judices accusant. II, 169, 264, 303, 399; IX, 426. Non ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas et fallaces querelas suspicere, ut de judicio episcoporum qui Romæ sederant, ipse judicaret. II, 169. Alios episcopos dedit. II, 169.

Concilium Arelatense indicitur intra diem Kalendarum Augustarum. IX, *App.* 785. Constantinus ad Ablavium Vicarium Africæ scribit, ut Arelatem ad concilium ire jubeat partes inter quas erat controversia. IX, *App.* 785. Chrestus Syracusanorum episcopus ad Arelatense concilium jubetur pergere. IX, *App.* 786. Nomina episcoporum qui Arelatensi interfuere concilio. IX, *App.* 786. Rem Donatistas inter et Cæcilianum in concilio Arelatensi diligentius examinandam terminandamque curat Constantinus. II, 161, 169, 198. Cæcilianus in Arelatensi concilio absolutus est. IX, 41, 640. Quid in Arelatensi concilio gestum sit. IX, *App.* 786. Constantinus Donatistarum contumaciam detestans, jubet episcopos qui Arelatensi concilio interfuerunt, ad suas provincias redire. IX, *App.* 788. Donatistas vero ad comitatum suum perduci, ut ibi degant, ibi sibi mortem pervideant. IX, *App.* 789.

Donatistæ ab ecclesiastico judicio ad Constantinum provocant. II, 161, 198, 310, 327, 794; IX, 27, *App.* 426. Donatistis petentibus episcopale judicium dederat Constantinus et apud Romam, et apud Arelatum. Primum apud Constantinum accusant, ab altero ad eum appellant. IX, 326. Ipsum adeunt ut causam Cæciliani cognoscendam decerneret etiam post Arelatense Concilium. IX, 41. Jubet Constantinus ut partes Romæ occurrant ad causam agendam. II, 169; IX, *App.* 789. Nescio qua causa non occurrit Cæcilianus. II, 168. Ab iisdem interpellatus Imperator præcipit ut Mediolanum sequantur. Quidam se subtrahunt, reliquos ab officialibus custoditos facit Imperator illuc pervenire. II, 169. Ingentium falsitatis convictum ad comitatum suum mitti jubet Constantinus : ut interpellantibus Donatistis intimari possit, frustra eos Cæciliano invidiam comparare IX, 540. Constantini judicium Mediolani habitum. IX, *App.* 790. Præsente utraque parte Cæcilianum innocentem judicat Imperator; Donatistas calumniosos pronuntiat. II, 169, 399; IX, 640, 647, 648, 649, 650, 664, 683. Constantini sententia. IX, 647. Codex in quo judicium Constantini legitur, diem et consulem non habet. IX, 664. Imperatore inter partes audiente calumniatores inventi Donatistæ atque damnati. IX, 371, 429. Cæcilianus judiciis et ecclesiasticis et imperialibus absolutus. IX, 615, 626, 643, 681, 687, 695. Cæcilianus semel damnatus est absens, et ter absolutus est præsens. IX. 362, 668. Cæcilianus transmarino judicio absolutus est. IX, 503, 553. Constantini litteræ ad Eumalium de Cæciliani purgatione. IX, 687. Et ad Probianum. IX, 540, 649. Transmarinos judices a Cæciliano corruptos esse dicebant Donatistæ. IX, 553. Ipsumque Constantinum gratia corruptum. IX, 41, 553. Donatistarum murmura adversus judices a quibus condemnati sunt. IX, 41, 42. Donatistæ in Cæciliani causa humanas traditiones divinæ Scripturæ præferunt. IV, 1924. Donatistæ a judicibus, quos postulaverant, ter condemnati. IV, 585.

Donatistæ nec sic toties victi quiescunt. II, 409. Licet Cæcilianus ab Imperatore innocens apud Mediolanum pronuntietur, mentiuntur tamen ipsum Cæcilianum in eo judicio fuisse damnatum. II, 794. In eadem furoris pertinacia permanserunt. IX, 426, 429. Ubique victi rebaptizant. IX, 27. Donatistæ nec superati corrigi voluerunt. IX, 39. Promittit Constantinus ad Africam se venturum, ut inter Cæcilianum et Donatum de schismate in Africa facto judicet. IX, *App.* 789. Constantinus adversus Donatistarum errorem primus multa constituit. IX, 529. Constantinus basilicas jussit auferri Donatistis. IX, 526. Loca congregationum ipsorum fisco vindicari jussit Constantinus. IX, *App.* 791. Donatistæ libellum Constantino offerunt, quo dicunt nullo modo se communicaturos antistiti ipsius nebuloni, paratosque esse perpeti quidquid eis facere voluisset. IX, 648. Donatistarum potius tolerandam insolentiam, quam vindicandam, censet Constantinus. IX, *App.* 791. Ad Valerium Vicarium de Donatistarum exsilio soluto, et eorum furore Deo vindici dimittendo, litteras dedit Constantinus IX, 648, 685, 687. Occupata a Donatistis basilica, quam in Constantina civitate jusserat fabricari Constantinus, locum alium fiscalem concedit, et basilicam fiscali sumptu erigi præcipit. IX, *App.* 792.

Donatistarum preces ad Julianum Apostatam. IV, 574. Ab eo episcopi Donatistæ in exsilio agentes revertendi licentiam obtinent. IX, *App.* 802. Episcoporum Donatistarum horrenda facinora post redditam sibi a Juliano libertatem. IX, 803. Catholici legatos mittunt ad Honorium. IX, *App.* 811. Commonitorium legatis datum. IX, *App.* 811. Honorii lex confirmans ante latas constitutiones in hæreticos, et ad Donatistas pertinere declarans. IX, 522, *App.* 813. Ejusdem lex abrogans eam legem, qua hæreticis concessa fuerat libertas arbitrii. IX, *App.* 813.

Donatistæ. Concilium Carthaginense Africæ universale cum Donatistis leniter et pacifice agere studens, legatos mittit qui exponant Donatistis nihil contra Ecclesiam juste proponi. IX, *App.* 810. Concilium alterum Carthaginense ex tota Africa Donatistas conveniendos decernit. IX, *App.* 810. Forma conventionis Donatistarum. IX, *App.* 810. Libellus a Concilio Carthaginensi datus Septimonio proconsuli de Donatistarum conventione. IX, 626, *App.* 811. Donatistas Catholici celebrato Concilio ad pacem invitant, et ad pacifice simul conferendum, uti statutum fuerat in Concilio Carthaginensi an. cccxi die 25 Aug. II, 506, 508. Præceptum Honorii de habenda collatione. IX, *App.* 816. Marcellini edictum primum, quo per provincias misso, utriusque partis episcopi convocantur. IX, *App.* 817. Donatistis cur locum et tempus examinis præbuerunt terrenæ potestates. X, 1054, 1055, 1056.

Donatistis episcopis Catholici conditiones collationis proponunt. II, 488, etc. Promittuntque se non requisituros episcopales honores, si ostendatur Ecclesiam in sola parte Donati remansisse. II, 488. Donatistarum notoria. II, 501. Donatistarum notoriæ respondent Catholici. II, 490. Donatistæ cum Catholicis conferre nusquam voluerant, quasi fugientes cum peccatoribus loqui. II, 401. Collatio habita cum Donatistis. I, 646, 650; V, 1582, 1586, 1590. Donatistæ in collatione, oblato sibi consessu a cognitore, sedere nolunt cum Catholicis, ne ab ipsis maculentur. V, 599. Unde se excusarunt ne cum Catholicis sederent, convicti sunt nec debuisse intrare. V, 599. Donatistæ in collatione instabant ne causa ageretur propter quam episcopi ex utraque parte coacti fuerant. II, 578. Contra se ipsos multa dixerunt et recitarunt. II, 579, 580, 582. Confessi sunt contra Ecclesiam catholicam nihil se habere quod dicerent. II, 579, 580.

Donatistæ expugnati. VI, 696. Sua ipsorum sententia damnati. V, 901. Donatistæ jam capti dicunt, Contendere nolumus. V, 286. Cæcilianum a suis præcessoribus apud Constantinum imperatorem accusatum fuisse professi sunt. II, 580. Ab Imperatore damnatum fuisse Cæcilianum cum dicerent, in mendacio convicti sunt. II, 580. Marcellinum cognitorem in collatione Carthaginensi præmio fuisse corruptum dicebant. II, 577. Maxime ab Augustino, ut pro ipso judicaret. V, 901. Donatistarum mendacia. II, 577, 579, 580, 582. Donatistæ mendacii convicti. II, 577. Donatistæ in schismate post collationem pertinaces. II, 161, 170, 172, 265, 309, 400; V, 286, 899. Quot criminum sint rei. V, 900. Quid eis reponendum, ubi dicunt : Non communico peccatis alienis, nec ferre debeo quem novi malum. V, 900. Puto quod ipse diabolus, si auctoritate judicis quem ultro elegerat, toties vinceretur, non esset tam impudens, ut in ea causa persisteret. II, 309. Donatistæ resistunt sæviendo aut pigrescendo, velut phrenetici aut lethargici. II, 312. Appellantur ab Augustino anima hæretica, insanabilis, animosa. V, 901. Et tamen statim jubet ut leniter cum eis agatur, et caveatur ab insultationibus. V, 902. Donatistarum post Carthaginensem collationem Concilium triginta episcoporum. IX, 736. Donatistarum obstinatorum quorumdam inepta excusatio. V, 1596.

Donatistis duo mala objiciuntur, error in quæstione baptismi, et separatio. IX, 497. Donatistæ schismatis convincuntur. IX, 226, 253, 517, 519. Unde convincuntur. IX, 506. Missi a Secundo Tigisit. clerici ad clericos Carthaginis accedere noluerunt, Visitatorem posuerunt, a Lucilla suscepti sunt. V, 295. Donatistæ schismatis rei, quidquid de traditione et persecutione dicant aut fingant. IX, 387, 388, 392, 394, 395, 493. Et hæretici et schismatici sunt ex Cresconii definitionibus. IX, 469, 470, 471, 472. Donatistas Ecclesiis, apostolico labore fundatis extra Africam, non communicare manifestum est. IX, 629. Catholicos a sua communione repellant. V, 288. Diem Epiphaniæ numquam cum Catholicis celebrare voluerunt. V, 1053. Eluenda putabant sacra loca et instrumenta quæ Catholici attigissent. II, 414. *Notas vide.* Ab unitate catholica communicatorias litteras non accipiunt. II, 460, 170, 173. Se Catholicos esse, testimonio beati Cypriani incassum affirmare conantur. IX, 741. Suæ communionis esse Orientales contendebant. IX, 576. Concilium Sardicense dedisse litteras ad Afros episcopos communionis Donati contendebat Fortunius. II, 176. Donati nomen inventum inter episcopos concilii Sardicensis. IX, 576. Quid de hoc sentiendum. IX, 516, 576. Non constat Donatum, qui in litteris concilii legitur, fuisse illum schismatis auctorem. II, 176. Donatistæ exsecrabili sacrilegio ab unitate se præsciderunt. IX, 256, 258. Donatistarum schisma sacrilegum. IX, 293. Injustum. IX, 26, 28, 41, 49, 121, 585. Separatio scelus maximum et manifestum. IX, 264, 266, 267. Donatistæ nolentes communicare omnibus gentibus urgentur. III, 1464. Augustini dilemma ad Donatistas. II, 592.

Donatistæ cum Catholicis erant in baptismo, in symbolo, in ceteris dominicis sacramentis, non in spiritu unitatis. II, 545. Donatistarum animus ab unitate alienus. V, 1583. Carent caritate. V, 1256 Caritatem non esse in parte Donati, ex ipso quod fecerunt schismate ostenditur. IX, 511, 512, 515. Donatistæ significantur per corvum, qui non reversus est ad arcam. III, 1434. Ut ad unitatem redeant monentur,

III, 1434, 1435, 1436. Donatistæ redarguuntur. V, 41, 73, 74, 267, 286, 313, 628, 722, 763, 768, 991, 1126, 1161, 1228, 1234, 1253, 1256, 1326, 1350. Donatistæ separationem suam excusare non possunt V, 304. Nullam separationis causam habent. IX, 62, 177, 179, 254, 256, 265, 266, 279. Sine causa ab Ecclesia catholica sese dirimerunt. II, 173, 195, 224, 240, 297, 298, 314, 328; IX, 130. Donatistis nulla fuit causa ab unitate recedendi, aut temeraria fuit. IX, 50, 130, 131. Quomodo exierunt ab Ecclesia. III, 2000. Et quare. IX, 364. Donatistæ temere propter traditionis crimen de Ecclesia recesserunt. IX, 56, 558. Ob crimen traditionis objectum, non vero probatum se separarunt. IX, 141. Donatistarum schisma prudenti cuiquam christianismum profiteri cupienti non placere. V, 506.

Donatistæ scripturas se ab igne servasse jactant. V, 310. Donatistæ immerito tot gentes Christianas deserunt, quibus traditor ignotus est. IX, 513, 516, 519. Traditionis crimen in Donatistas potius quam in Catholicos conjiciendum. IX, 266. *Vide* Traditio. Donatistæ traditores. IX, 131. Eorum majores sanctos codices tradiderunt. II, 265; IX, 426. Et instrumenta Ecclesiæ. II, 265. Quomodo, ostenditur. IX, 756. In crimine traditionis detecti et confessi manifestantur. II, 405. Donatistas divinorum codicum traditores fuisse in gestis ecclesiasticis et municipalibus legitur. IX, 254. In gestis Cirtensis Concilii. II, 580. Donatistæ traditionis crimen vel objectum, in aliis damnabant; sibimet ipsis vero etiam confessum donabant. IX, 37. De traditoribus quæ ipsi dicunt, non idonea auctoritate nituntur. V, 289.

Donatistæ Christianos in toto orbe terrarum non esse contendebant. IX, 62. Et se solos esse Christianos. IV, 1234; IX, 56, 410. Ecclesiam de toto orbe terrarum periisse docebant. IX, 423. *Vide* Ecclesia. Ecclesiam periisse tempore Cypriani ob admissos sine baptismo de hæresi ad Ecclesiam venientes, non audent dicere Donatistæ. IX, 176. Donatistas inter et Catholicos quæstio versatur ubi sit Ecclesia. IX, 391, 392. Quæstio finiri debet verbis divinis, non illis quæ ex utraque parte objiciuntur. IX, 391, 394, 396. Donatistæ Ecclesiam suam nonnisi canonicis sanctorum librorum auctoritatibus debent demonstrare. IX, 427, 430. Ecclesiam divinarum litterarum auctoritate non agnoscunt. II, 793. Partem Donati Ecclesiam plenariam male appellant. IX, 587. Pars Donati est in sola Africa. II, 952. Hinc non est Ecclesia catholica. II, 190, 194. Donatistæ Mauritaniam et Numidiam occupant. IX, 586. In Numidia præpollent. IX, 51. Pars Donati magnæ parti Romani orbis et barbaris gentibus ignota. II, 297. Donatistæ præter Africam paucos habent, eosque non apparentes. IX, 555. Unum aut duos, aut ut multum, tres episcopos ad hos mittere solent. IX, 555. Episcopum Romam paucis Montensibus ex Africa mittebant. IX, 546, 494, 516. Et in Hispaniam domui unius mulieris. IX, 546.

Donatistæ male de paucitate gloriantur. IX, 296, 405, 537. Maximianistæ pauciores sunt. IX, 537, 582. Donatistarum paucitatem suam commendare cupientium argumenta refelluntur. IX, 416, 418. Ecclesiam toto orbe terrarum diffundi scriptura dicit, negant Rogatistæ. II, 331. Negant Donatistæ. III, 1407. Eamque in sola parte Donati pollere affirmant. VI, 306. Et Christum ad duas linguas remansisse. III, 1991. Ecclesiam in sola Africa vel retinendam, vel ex Africa in omnibus gentibus reparandam debent ostendere. IX, 428, 430. Nulla proferre possunt Scripturæ testimonia quibus Ecclesiam in sola Africa remansisse ostendant. IX, 442, 445. Ecclesiam quodam modo volunt decollare. V, 725. Donati partem non esse Ecclesiam vel ex ipsis Cresconii verbis habetur. IX, 536.

Donatistæ orbem terrarum Cæciliani peccatis pollutum esse immerito dicunt. II, 799, 801. Schisma fecerunt, quod quasi nollent esse boni inter malos. IV, 191. Et dicerent malorum commixtionem in Ecclesia bonis obesse. IV, 857. Hoc erat in regula Donatistarum, quales fuerint cum quibus fuerit communicatum, tales fieri omnes et universam massam. IV, 378, 379. Donatistæ ex Ecclesia quæ tolerat malos, nati sunt. IX. 90. Donatistarum sententia de Ecclesiæ puritate. IX, 247. De veritate et sanctitate Ecclesiæ suæ præsumptio et elatio. IX, 95, 97. Donatistæ episcopos suos sine peccato esse dicebant, nec pro eis orandum. IX, 515. Præpositis Donatistarum præjudicat vana præsumptio de sanctitate suæ Ecclesiæ. IX, 105. Donatistarum societas plena hominibus sceleratis. IV, 134. Apud eos sunt traditores, ebriositates, fœnus, et usuræ super usuras. V, 506, 507. Peccatorum multitudo. V, 506, 507. Ab eis se maculari non existimant, quos in sacrilego schismate damnatos recipiunt. II, 198. Donatistæ ipsi a sceleratis non recesserunt. II, 801. Maximianistis (schismaticis) communicant. II, 412, 413, 414. Eosque in suis honoribus suscipiunt. II, 579, 804, 812. Baptismum a Maximianistis datum confirmant. II, 308, 405, 490, 560, 800. Donatus Deuterio traditores sine baptismo admittendi et universis Maurorum episcopis communicavit. II, 542. Donatistæ in Concilio CCLXX episcoporum decrevere, ut traditoribus, si baptizari nollent, pro integris communicaretur. II, 542. Felicianum Mustitanum, quem veritatis adulterum, catenam sacrilegii, Concilium Bagaitanum appellarat, in honore susceperunt. II, 240, 405. Donatistæ longe majore scelere schismaticis, quam quod in Maximianistis damnarunt, ab orbe terrarum separantur. II, 194. Maximianistas tanquam integros receperunt, quos ante damnaverant tanquam perditos. V, 550.

Donatistæ non habent suæ communionis originem, si malorum communio Ecclesiam perdidit temporibus Cypriani. IX, 140. Non habent suæ præcisionis aliquam defensionem, si non perdidit. IX, 140. Si Ecclesia periit propter malos in ea toleratos, unde nati sint Donatistæ ostendere non possunt. IX, 273. Donati partem Ecclesiis ab Apostolis fundatis temere præponunt Donatistæ. IX, 535. Transmarinas Ecclesias temere accusant. IX, 40, 41, 46, 510. Quanta audacia orbem terrarum judicant. IX, 298, 500. Universum orbem Christianum damnare ausi sunt inauditum. IX. 51. Donatistæ injusti, qui detestantur a se inauditos; et a se damnatos in integris honoribus recipiunt. IX, 79. Donatistæ nolunt credi quæ de suis vulgantur crimina, credunt vero famæ quæ de innocentibus tamquam de traditoribus vel de interfectoribus seminata est. IX, 277, 280. Scripturæ verba, quæ se jactant custodisse a flamma, nolunt delere lingua. IV, 678. Donatistæ Ecclesiam orbis terrarum quomodo absolverint nescientes. V, 900. Hoc maxime dicto: *Nec causa causæ præjudicat, nec persona personæ*. V, 901. Donatistæ suorum peccata per totam Africam manifesta fingunt ignorare; Afris autem ab Afris objecta crimina, non probata, imo absoluta, Orientalibus et Occidentalibus ignota esse non sinunt. IX, 565, 567. Donatistæ suos manifestos malos cum damnare non audent, temere damnant orbem terrarum. IX, 503, 504. Et cum communicent Maximianistis, orbi terrarum communicare temere recusant. IX, 426. Amplius putant valere iniquitatem hominis ad alium contaminandum, quam justitiam hominis ad alium purificandum. IX, 293. Donatistæ caritatem non habent, qui ignaro et ipsis incognito orbi terrarum objiciunt, nec ipsa saltem probata, crimina Afrorum. IX, 537, 538. Orbem terrarum non potuit maculare crimen Afris objectum non probatum, si non maculant Donatistas manifesta quæ inter ipsos tolerantur crimina. IX, 277, 282, 319. Donatistas alienis peccatis maculari ex ipsorum regula sequitur. IX, 278. Donatistæ gaudent frustra de nomine Donati, cum et Optati rapacitate, et Circumcellionum ebrietate polluantur. IX, 293. Donatistæ polluuntur, si hæreticorum communio et malorum polluit. IX, 225, 227, 233, 234, 537. Donatistas non maculat et communio Catholicorum, si non maculat Maximianistarum. IX, 252, 571, 572, 575, 581. Et malos, si sunt in Ecclesia, bonos non polluere; aut si foris sunt, et in ipsis sacramenta esse, ex Apostolo ostenditur. IX, 514.

Donatistæ non habent quemadmodum schisma suum defendant. IX, 285. Ad defensionem suam, Scripturarum testimonia proferunt immerito. IX, 734, 737, 738. Donatistarum schismati non favent testimonia Scripturæ, quibus separatio a malis præcipitur. IX, 670, 675. In Donatistas redeunt, quæ proferunt ex Scripturis testimonia. IX, 49, 105. Et quidquid Catholicis objiciunt. IX, 50, 51, 52, 53, 54, 55. Donatistas parum adjuvat ad schisma defendendum testimonium Ezechielis. IX, 518. Donatistæ ipsa secessione Israelis a regno Juda, quam pro exemplo sui schismatis ponunt, confunduntur. IX, 417. Donatistis applicantur Psalmi XLIX versus 16, 17 et seq.: *Ut quid exponis justificationes meas*, etc. IX, 61. Qua ratione Donatistæ nolunt Orientalibus communicare, eadem nec debent Maximianensibus. IX, 576. Donatistæ suo se judicio jugulant in causa Maximianistarum. IX, 232, 233, 235, 237, 258, 377, 378, 585, 592, 641, 705. Causam suam in judicio præfecturæ quibusdam inconsideratis et temerariis responsionibus vulneraverant. IX, 625. Donatistæ nullam habent causam separationis, si mali bonos in unitate non maculant. IX, 244. Donatistæ impie ab orbe terrarum se separarunt, cum malos inter se tolerent. IX, 275, 277. Nec baptizatos a se rebaptizent. IX, 275. Adversus Donatistas explicatur Psalmus XXII quem adversus Catholicam pro se proferebant. IX, 297. In Donatistas retorquentur probra et convicia, quæ ex psalmis et Evangelio in Catholicos conjiciebant. IX, 267, 268, 269, 270, 271, 309, 310, 311. Donatistæ pervicaces, qui tot de Ecclesia testimoniis Scripturarum credere nolunt. IX, 414, 431, 434, 444. Si nonnullam habet imaginem fortitudinis non cedere Imperatori, nulla laus est apertæ contradicere veritati. IX, 105, 106.

Donatistis non favet Cypriani auctoritas. IX, 126, 128, 129, 133, 135, 606. Donatistarum causa ipsius Cypriani auctoritate tota penitus naufragavit. IX, 176, 177. Donatistæ schismatis rei convincuntur ex ipsa unitate, quam, licet diversa sentientes, tenuerunt Stephanus et Cyprianus. IX,

607. Donatistis objici potest quidquid Maximianistis objiciebant. IX, 303, 304, 551, 553, 554, 546, 547, 549. Donatistarum schisma a catholica communione, ex ipso Maximianensium a parte Donati schismate demonstratur. IX, 553. Donatistæ impie se separasse ab orbe terrarum ex eo didicerunt, quod a Maximiano passi sunt. IX, 105. Gravitatem suam in causa Maximianensium velut in speculo conspicere possunt si volunt. IX, 567. Qua ratione probant schismaticos suos a se recedere non potuisse, eadem convincuntur a toto orbe terrarum non potuisse ipsi separari. IX, 101. Ad ea quæ Donatistæ de traditione, persecutione, falso baptismate objiciunt, de solis Maximianistis respondetur. IX, 258.

Donatistæ manifestissimos sacrilegos pro falsa pace Donati tolerarunt. IX, 27, 51, 62, 65, 74, 86, 88, 105. Donatistarum pars paleis plena. IX, 98. In eorum communione sunt vitia quæ orbi terrarum exprobrabant. IX, 293. Quot et quam gravia scelera in parte Donati. IX, 96. In parte Donati sunt iniqui, mendaces, mortui, peccatores, ficti. IX, 63. Inter Donatistas multi episcopi mali. IX, 58. Donistarum episcopi et presbyteri gravidatarum feminarum impudicitiæ convicti. IX, 280. Donatistæ nocentes et scelerati, non criminibus quæ ab eorum aliquibus committuntur, sed crimine schismatis. IX, 333. Ad omnes Donatistas non pertinent scelera quæ in eorum parte committuntur. IX, 312. Propter unitatem Donati sustinent mala notissima et famosissima Optati; et incerta ac incognita nolunt sustinere propter unitatem Christi. IX, 508. Qua ratione Optatum excusant, excusare debent et totum orbem. IX, 551. Et qua ratione malos suæ communionis bonis non obesse volunt, eadem et Catholici. IX, 277, 285. Donatistæ contaminati, si Sacramentorum communione cum malis boni contaminantur. IX, 56. Donatistæ pacem cum Ecclesia catholica violant, inter se vero sic servant, ut in sacrilego schismate damnatos recipiant. II, 172, 192, 195, 198. Nec ab eis se maculari existiment. II, 198. Donatistarum malos tolerare nolentium errori, alius error contrarius ex scripturis perperam acceptis. VI, 201. Donatistæ an primi malos de Ecclesia pellendos censuerint. IX, 96.

Donatistæ injusti, admittentes baptismum Maximianistarum, et exsufflantes baptismum orbis terrarum. II, 172, 193, 206, 404, 405. Donatistæ non solum laicos, sed et clericos, presbyteros et episcopos, si ad se transferre potuerint, catechumenos faciunt. IX, 605. Catholicis ad se venientibus persuadent ut se paganos dicant. II, 153. Eum quem rebaptizare parant, docent ut coram ministro baptismi neget se esse Christianum. IV, 451, 452, 1895. Quispiam fidelium ad Donatistas transibat, baptizabatur. II, 179. Donatistarum argumenta et cavillationes. IV, 1895. Donatistæ quos seducere possunt, per secretas quasdam speluncas pertrahunt, et rebaptizant. IV, 1895. Donatistæ rebaptizant. V, 769. Et ad se redeuntes pœnitentiæ subjiciunt. V, 1359 Donatistæ recipiunt ac rebaptizant juvenem cæsæ matris reum, ejusque cædem spirantem. II, 152. Item subdiaconum degradatum. II, 134. Donatista quidam reversus ad Ecclesiam. V, 1598. Donatista reversus ad Ecclesiam, et peccatum rebaptizationis confitens, a fratribus quibusdam repulsus est. V, 1358. Factum hoc excusat et improbat Augustinus. V, 1358. Donatistæ rebaptizant etiam Christianos de Mesopotamia, de Syria, etc venientes. IV, 154, 385.

Donatistæ arguuntur quod rebaptizent. III, 1420. Rogatistæ auctoritatem epistolæ Cypriani ad Jubaianum sequi se ad rebaptizandum dicebant. II, 359. Defendere se conantur auctoritate Cypriani. I, 657. In epistola ad Jubaianum. II, 359. Donatus Carthaginensis non instituit ut Christiani rebaptizarentur. I, 618. Objectiones Donatistarum cur rebaptizent solvuntur. III, 1430, 1431.

Donatistæ baptismum, nisi ipsi dederint, inanem esse volunt. VI, 307. A se dicunt justificari eum quem baptizaverint, et se esse in ecclesia quæ est sine peccato. II, 899. Donatistæ baptismum a se datum, sanctum; ab aliis vero, nullum esse dicebant. IV, 1890. Quod nos damus, hoc est sanctum, effatum Donatistarum. IV, 1890. Sacramenta tunc esse sancta, si per homines sanctos dentur, dicunt. IV, 154. Et baptismum non tollere peccatum, nisi detur a ministro sancto. III, 1410, 1421, 1422. Donatistarum verba, *Ego sanctifico, ego justifico, quod dedero sanctum est*, refelluntur. V, 723. Donatistæ quatenus dicunt, *Ego justifico, ego peccata dimitto*, pejores sunt Pharisæis. V, 600. Donatistarum error, non dari Spiritum sanctum, nisi per sanctos ministros. V, 1223. Donatistæ dicebant se potestate baptizare, non ministerio. III, 1419. Donatistæ item urgentur. III, 1498, 1499, 1500. Donatistarum stolida objectio. V, 278. Locus ex Canticis Canticorum ab eis frustra prolatus. V, 289, 768. sicut et locus ex Habacuc. V, 292. Et locus Evangelii de arbore et ejus fructu ad ministrum baptismi perperam ab eis translatus. V, 1325. Donatistarum argumentum ex verbis (*Matth.* 18) contradictionem per homines dimitti peccata. V, 600. Donatistæ fatentur justificari baptizatum ab occulto peccatore. V, 1325. Ac tum hominem illum ex Deo nasci. V, 1325. Donatistis pendet salus ex vita præpositorum. V, 724. Donatistæ salutem se dare falso sibi arrogabant. IV, 1890, 1891. Donatistarum voces superbæ. V, 599, 1296, 1320. Donatista justum se dicens, malus esse convincitur. V, 508.

Donatistæ immani sacrilegio transmarinarum ecclesiarum baptismum exsecrantur, et admittunt Maximianistarum. IX, 51, 40, 108, 137, 225, 252, 427, 569, 570, 740. Nec schismaticos suos rebaptizabant, nec reordinabant. IX, 73. Quosdam quidem ex schismaticis suis rebaptizabant, sed quosdam non rebaptizabant. IX, 99. Maximianistas non rebaptizabant. IX, 137. In honoribus eorum integris eos susceperunt, nullumque rebaptizarunt. IX, 549, 554. Donatistæ ridiculi, qui cum ex moribus et factis hominum sacramenta pensarent, post Optatum neminem rebaptizabant. IX, 291. Causam quam de baptismo cum eis habent Catholici, jam ipsi Donatistæ terminarunt, cum post Maximianistas baptismum non repetant. IX, 556, 557, 558, 559. Donatistæ in causa Maximianistarum, nec propter malos unitatem deserendam, nec baptismum Christi foris ab Ecclesia datum destruendum declararunt. IX, 685. Quod movet Donatistas de baptismi sacramento, in Maximianensium causa jam solutum. IX, 571, 572, 551, 558. *Et toto lib. 4, contra Cresc.* Scripturæ testimonia, quibus Donatistæ rebaptizationem necessariam probari putant, in Maximianenses detorquentur. IX, 555, 565. Sicut et auctoritas Cypriani. IX, 559. Donatistæ cum post peccatores suos non rebaptizent, nec post orbem terrarum debent rebaptizare. IX, 485. Donatistarum plerique ministri non baptizant, si mali ministri non baptizant. IX, 64, 74, 75. Donatistarum rebaptizatio ex ipsa circumcisione, quæ nec post malos ministros iteratur, confutatur. IX, 509. Quod Paulus quibusdam schismaticis dixit: *Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli*, etc. Donatistis congruit. IX, 581. Donatistæ in eo quod rebaptizant, sanguinem spiritaliter fundunt. IX, 54. Imperatorum constitutio in Donatistas rebaptizantes. IX, 805, 815.

Donatistarum furor. X, 704. Licentia effrænata. II, 132, 135. Immanis et sæva agendi ratio. II, 415, 799, 800. Quotidianas violentias circumquaque agunt per Circumcelliones. IV, 154. *Vide* Circumcelliones. Mala quæ schisma Donatianum secuta sunt. II, 131, 415. Donatistarum scelera summatim comprehensa. IX, 720. Donatistarum episcoporum post redditum sibi a Juliano libertatem horrenda facinora. IX, 805, 812. Donatistarum plerique et episcopi, et presbyteri, et clerici cædes et strages etiam suis inferebant. II, 177. Per violentissimas turbas etiam ultro improbi sunt Ecclesiis catholicis, ubi possunt. IX, 272. Donatistæ Eucharistiam canibus fundi jusserunt. IX, *App.* 805. Tunc canes dominos laniaverunt. IX, *App.* 805. Donatistæ impediebant per violentias ne Catholici veritatem prædicarent. II, 397. Donatistarum insidias sæpe passi sunt doctores catholici. IV, 1605. Donatistarum crudelitas in eos qui ad Ecclesiam catholicam volebant transire. II, 397, 798, 800. Marcum presbyterum Casphalianensem, Restitutum Victorianensem, propria voluntate unitatem catholicam amplexatos, suppliciis affecerunt. II, 397; IX, 525. Marciani Urgensis, nemine cogente Catholici fieti, subdiaconum prope usque ad mortem ceciderunt, et lapidibus obruerunt. II, 397.

Donatistæ homicidiorum amantes. II, 797. Interfectores Prophetarum. IX, 268. Varia referuntur crudelitatis et sævitiæ facinora quæ commiserunt Donatistæ. IX, 316. Vetant panem Catholicis coqui. IX, 316. Donatistarum clerici quam crudeliter in catholicos clericos exarserunt. IX, 521. Donatistæ oculis calcem aceto permixto inundunt. IX, 521. Calce et aceto excæcando, an crudeliores in Catholicos, quam diabolus in Job. IX, 656. Restitutum occiderunt et Innocentium, cui oculum etiam effoderunt, et digitum præciderunt. II, 509. Donatistarum audacia regio Hipponensis infestata. II, 296. Donatistarum armata manus operiens Augustini transitum. VI, 259. Donatistarum crudelitas in Maximianum Bagaiensem episcopum catholicum. IX, 521. Possidio Calamensi episcopo Petremum more insidiati sunt. II, 397; IX, 525. Presbyterum sinuti cum gravi injuria projecerunt. II, 397.

Donatistarum furor, ebrietates, mortes spontaneæ, præcipitia, præcipitatorumque cultus sacrilegi. IX, 590. Ebrietates suas ad canticum psalmorum humano ingenio compositorum inflammant. II, 221. Donatistarum quorumdam insania et furor. V, 1598. Donatistarum spontaneæ mortes. IX, 526. Donatistæ se ipsos trucidabant. II, 797, 798, 799, 940. Tria mortis genera a Donatistis frequentata. IX, 724, 725. Donatistis quotidianus ludus erat se ipsos per præcipitia, per aquas, per ignem occidere. II, 798. Cur non ad laqueum etiam confugerint. IX, 756. Ultro se Paganis occidendos ingerebant. IX, 725. Et trucidandos offerebant. II, 798. Donatus Mutugennensis presbyter Donatista com-

prehensus, jumento sibi admoto uti noluit, et se ad terram graviter collisit, et in puteum misit. II, 754, 755. Donatistarum mortes spontaneæ, præcipitia, etc., ut colantur ab hominibus. IX, 429. Donatistarum mortes voluntariæ carpuntur. VI, 616; IX, 721, 723, 725. Donatistæ in quantum vitæ suæ non parcunt, nocentes sunt. IX, 709, 711. In quo diabolum imitantur. IX, 299. Ab illo spontaneas mortes didicerunt. IX, 299. Se ipsos necando diaboli instinctu, imitantur traditorem. IX, 736. Non quemquam hominem in parte Donati, sed ipsum errorem, satanæ comparavit Augustinus. IX, 591. Donatistæ pro spontaneæ mortis insana sententia de Scripturis sacris frustra aliquid proferunt. IX, 726, 728. Donatistæ se ipsos occidunt mystice. IX, 276.

Donatistæ. Leges Imperatorum contra ipsos. V, 900. Contra Donatistas primus legem severissimam dedit Constantinus. II, 399. Hunc imitati sunt filii ejus Constantius et Constans. II, 399. Adversus eosdem leges dederunt Valentinianus, Gratianus, Theodosius, Honorius et Arcadius. II, 400. Lex Theodosii mulctæ decem librarum auri in hæreticos, ad Donatistas quoque qui in Ecclesiam desævirent, extensa. II, 804; IX, *passim*. 806, 812. Lex de decem libris auri adversus Donatistas primo allegata. IX, 316. Honorii leges in Donatistas. I, 641, 654. Edictum Macedonii adversus eos. II, 673. Donatistis per leges Imperiales inflictæ pœnæ notantur. II, 351. Donatistas nulla lex regia jussit occidi. IX, 319, 327. Et hoc forte ex majore Dei iracundia. IX, 319. Donatistis exsilii pœna tantum, non vero mortis, ab Imperatore constituta. II, 940; IX, 717. Mulctæ pecuniariæ in Donatistas omnes, exsilium in episcopos vel ministros eorum decerniter. II, 805. Donatistæ legibus Imperatorum nec in civitatibus esse jussi sunt. IX, 316. Donatistas in fundis et civitatibus suis tamquam obsides habent Catholici. IX, 455. Ne ipsi ex agris undique pellerentur. IX, 317. Donatistis testamenta aut donationes faciendi facultas adimitur. IX, 788, *passim*. 812. Et ex his aliquid sumendi. IX, 788, *passim*. 812. Donatistarum testamenta Imperatores merito valere noluerunt. V, 310. Res terrenas amittere jussi sunt secundum leges regum terrenorum. II, 343. Congregationum eorum loca fisco vindicata. II, 303, 328. Imperatorum legibus non sinuntur retinere basilicas. IX, 326. Ne ipsas quidem quas in schismate fabricaverant. IX, 47. Non tamen reddiderunt omnes quas ab initio unitas tenuit. IX, 48. Donatistæ res terrenas non recte possident. II, 343. Qui pro pace Christi omnibus terrenis caruerit, Deum habet: qui autem pro parte Donati vel paucos nummos perdiderit, cor non habet. IX, 336. Donatistæ se nec divitiarum jacturam, nec mortem ipsam timere jactitabant. IX, 335, 336, 337. Augustinus aliquando sensit non petendas leges ab Imperatoribus contra Donatistas. II, 804. Invitat Maximinum ad colloquium, spondetque milites abfuturos; ne quis Donatistarum arbitretur ipsum tumultuosius agere voluisse. II, 98.

Donatistæ objectant Catholicis Imperatorum Constitutiones. IV, 135. Immerito queruntur quod apud Imperatorem Catholici querelas suas deferant. II, 328, 380. Aut de latis adversus eos legibus ab Imperatoribus Christianis. IX, 46, 47, 631. Aut quod regibus terræ contra inimicos Christi aliquid Catholici postulent. II, 794. Et si hæc omnia primitus fecerunt. II, 327, 492, 795. Adversus Rogatistas et Maximianistas jussa principalia impetrarunt. II, 192, 266, 327. Et adversus Catholicos potestates terrenas adhibuere. II, 304, 415. Ad Julianum desertorem Christi et idololatram recurrerunt, et apud eum solam justitiam locum habere dixerunt. II, 327, 400. Donatistæ spontanea suorum præcipitia persecutionibus Catholicorum imputant. IX, 318, 327. An se ipsos præcipitaverint, an alicujus potestatis jussu præcipitati sint, incertum est. IX, 275. Crimina tempore persecutionis commissa a malis Christianis, quæ quidem ipsorum auctores fecisse dicuntur, Catholicis objiciunt. IV, 133. Marculum et Donatum a Catholicis occisos vulgabant Donatistæ. IX, 268, 275. Injusta Donatistarum expostulatio de Pauli et Macarii persecutione. IX, *passim*. 800. De Macario invidiam faciunt Catholicis. IV, 134, 135. Ecclesiam catholicam vocabant Macarianam. II, 190.

Donatistæ immerito persecutionem objiciebant Catholicis. IX, 331, 332. Immerito persecutionem se pati querebantur. II, 307, 310; III, 1482, 1483; IX, 317, 327, 432, 434. Eorum querimoniis de persecutione responsio. IX, 666, 684, 709, 710, 715. Maximinianistas ipsi persecuti sunt. II, 413, 414. Per Optatum Gildonianum. IX, 137. Donatistis de persecutione conquerentibus claudit os ipsa, quam fecerunt Maximianistis, persecutio. IX, 254, 295. Si persecutionem facere non licet, Donati de Maximianensibus fecerunt. IX, 331, 332, 334. Donatistæ immerito querentur quod ecclesiarum suarum possessiones ad Catholicam transire jusserint Imperatores. II, 869. Loca quæ tenebant Donatistæ, Ecclesiæ esse ostenditur. IX, 305. Donatistæ loca, quæ jam separati habere cœperant, cum ad Ecclesiam transeunt, ab illis juste possidentur. IX, 304. Donatistæ Maximianistarum basilicas abstulerunt. IX, 47, 737, 740. Donatistis basilicas restituit Julianus Apostata. IX, 47, 329, 334. Donatistæ contradictionis arguuntur, dum persecutionem a Catholicis se pati conqueruntur. IX, 664, 665. Schismaticis suis numquam pepercerunt. IX, 55. Qua ratione Primianistarum crudelitatem in Salvium excusant, ea severitas Catholicorum in Donatistas excusatur. IX, 108. Si melior est qui persecutionem patitur, meliores Maximianistæ Donatistis. IX, 636. Qualia questi sunt de Cæciliano, talia et Maximianistæ de Primiano. IV, 376. Donatistas persecutionem non pati, aut non pati secundum Evangelium, ostendit Augustinus. IX, 272. Donatistæ persecutionem, Catholici passionem sustinent. II, 414. Donatistæ juste patiuntur ex jussionibus Principum. IV, 1894, 1895. Juste patiuntur quidquid patiuntur. IX, 45. Si quid patiuntur, juste patiuntur ob schisma. IX, 272. Donatistæ a se ipsis persecutionem patiuntur. IX, 723. A se ipsis patiuntur quidquid mali eis accidit, cum legibus potestatum resistunt. IX, 455. Cur potestatum severitatem adversum se excitant. IX, 106. In potestate Donatistarum erat, ut nulla damna paterentur etiam hæresim suam sectantes; si nullas Catholica violentias pateretur. IX, 434. Donatistæ graviora committunt, quam patiuntur. IX, 45, 46. Gravius quid Ecclesia patitur a Donatistis, quam illi ab Imperatoribus. IX, 434. Donatistæ se innocentium persecutores apud Imperatorem exstitisse docuerunt. IX, 649, 695. Donatistæ in Christum et Evangelium crudeliores, quam qui et nomen Christi persequebantur, et Evangelium exustum volebant aboleri. IX, 319. Imo quam Judæi. IX, 320. Judæis ipsis pejores. III, 1991. Donatistæ Antichristi scelus imitantur. V, 725.

Donatistarum persecutio in Ecclesiam gravior, quam Imperatorum. III, 1420, 1482. Donatistæ decipiendi oves infirmas Christi quam studiosi. IX, 132. Suadendo faciunt, quod persecutor occidendo non fecit. IV, 1895. *Vide* Baptismus. Donatistæ viperæ. IX, 267. Donatistas non solum non esse oves Christi, sed esse lupos ostenditur. IX, 309. Donatistæ lupi et latrones. V, 760. Donatistarum schisma, fructus ex quo cognoscuntur esse lupi rapaces. IX, 270. Donatistarum persecutione profecit Ecclesia. II, 807.

Donatistas qualiter Catholici persequebantur. IX, 315. Ad quid adversus Donatistas leges plenissimæ coercitionis moventur. IX, 455. Quæ patiuntur Donatistæ, aut pro errore, aut ut a salute sua impetus eorum depellant, terrenæ potestates decreverunt. IX, 526. Imperator non tantummodo sæviendi licentiam auferre Donatistis, sed et eos ad unitatem catholicam coercendo redigere satagit. II, 806; V, 295. Non mortem eorum, sed conversionem et pacem Ecclesia quærit. II, 807. Severitas legum adversus Donatistas ex Dei misericordia et dilectione Imperatorum Christianorum catholicorum. IX, 136, 307, 324. Donatistas non crudeliter, sed misericorditer reges terrent; Donatistæ autem non fortiter, sed pertinaciter non timent. IX, 336. Quidquid agitur cum Donatistis, ex caritate agitur. IX, 352. Bellum si quod adversus Donatistas movetur, ex dilectione est, non ex odio. IX, 307. Donatistæ resistunt veritati, alii sæviendo, alii pigrescendo. II, 312. Utrisque Ecclesia medetur. II, 322, 323. Donatistarum in Catholicos ab errore ipsos revocantes stolida objectio. IV, 160, 299, 300. Plura in Donatistas. IV, 131, 170, 171, 177, 246, 639, 641, 781, 961, 962, 1067, 1091, 1228, 1229, 1231, 1253, 1269, 1270, 1309, 1310, 1613, 1656. Fit vindicatur in Donatistas per Imperatorum leges, ut ab errore resipiscant. II, 798. Donatistæ immerito queruntur, quod reges terræ contra eos pro catholica pace leges constituerint. II, 492. Quod regum terræ jussionibus ad unitatem cogantur. II, 397. Donatistarum saluti Catholici consulunt, dum ad unitatem cogunt. II, 401. Donatistæ qua causa aliquid a Catholicis patiantur, debent considerare. IX, 455. Immerito queruntur quod quærantur a Catholicis, imo a Deo per Catholicos. IX, 291. Donatistæ cur et ad quid quæruntur. III, 1435, 1448; IX, 333, 334, 432, 695, 740. Non agunt adversus eos Catholici, ut res eorum habeant. II, 345, 808; IX, 737. Leges pœnales adversus Donatistas latæ non eos bene facere cogunt, sed male facere prohibent. IX, 315. Donatistæ immerito de mansuetudine gloriantur, quod ad communionem suam neminem cogant. IX, 315. Donatistæ quæruntur per Scripturas, per linguas pacificas, per flagella temporalium tribulationum. IX, 292. Donati pars si quid afflictionis pertulit, passa est tanquam Agar a Sara. V, 52. Donatistæ similes servo Pontificis, cui auris amputata est; qui vero ex Catholicis Donatistas persequuntur, similes Petro. IX, 321. Donatistæ simonis Cyrenei factum pro se interpretantes. V, 204. Donatistæ aut recte persecutionem passi sunt, aut si modus excessus est, palea fecit. IX, 254, 256, 265, 482 si quid ultra modum voluntque caritatis contra eos committitur, ad paleam Ecclesiæ hoc pertinet, non ad triticum. IX 48, 434. Non pertinet ad eos, a quibus qui talia agunt, lau'

dabiliter pro unitatis pace tolerantur. IX, 520, 526. Nullis bonis in Catholica hoc placet, si usque ad mortem in quemquam, licet hæreticum, sæviatur. IX, 526. Nec quamvis longe a morte, si molestiis libido ulciscendi malum pro malo retribuat. IX, 526. Aliena quisque auferat velut pro unitate. IX, 526. Christianus qui vel odio, vel cupiditate, vi legum Imperialium persequitur Donatistas, pessime agit. II, 545, 546. Donatistæ de Augustini fama maledice detrahunt. IV, 393, 394. Augustinus supplicium mortis ab aliquibus Donatistarum magnorum scelerum reis amoliri conatur. II, 535. Donatistis persecutionem fieri debere non dixit Augustinus. IX, 520. Genethlius beatæ memoriæ Carthaginensis ante Aurelium episcopus constitutionem contra Donatistas compressit, unde multum ab eis laudabatur. II, 178.

Donatistæ pro fide et propter filium hominis, persecutionem se pati immerito conqueruntur. IX, 718. Vane se de gloria tolerantiæ jactant. IX, 106, 755. si quid pro schismate patiuntur, baptizari se sanguine suo dicunt. IX, 279. Martyres haberi volunt. IX, 136, 317. Donatistarum mortuorum Memoriæ. IX, 428. Sepulcra mortuorum suorum quos colunt, ebriosorum impudicorumque concursus. IX, 430. Donatistæ cadavera ultro præcipitatorum colebant. IX, 257, 308. Natalitia eorum celebrabant. IX, 106. Per canos et compages pseudomartyrum suorum jurabant. IX, 106. Donatistæ martyres veritatis immerito se dicebant. IX, 43, 45, 62. Donatistæ vivunt ut latrones, mori se jactant ut martyres. IX, 315. Vivunt ut latrones, moriuntur ut Circumcelliones, honorantur ut martyres. II, 307. Donatistarum pseudomartyres. III, 1456, 1483. Donatistæ martyres nuncupari non possunt. IX, 655. Immerito sibi Martyrum glorias quærunt. VI, 617. Temere sibi usurpant quod de Martyribus dictum est in Apocalypsi. IX, 723, 724. Donatistarum martyres carpuntur. V, 630, 1448.

Donatistas inquietos per ordinatas a Deo potestates cohiberi atque corrigi, non inutile. II, 321. Donatistarum plurimi per leges Imperiales correcti sunt. II, 539, 795, 806. Et ad Ecclesiam compulsos se esse lætati sunt. II, 321, 322, 330. Donatistæ cujusdam ex necessitate conversi historia. IV, 369, 370. Donatistarum subdiaconus quidam ad catholicam pacem ex animo conversus. IV, 370. Donatistarum ex schismate multi ad Ecclesiam conversi. V, 1393.

Donatistarum error longe lateque Africam pervaserat : pauci jam in ea remanserunt. IX, 449. Numerus Donatistarum, qui ad Ecclesiam transeunt, longe major quam eorum, qui in dissensione Donati remanent. IX, 726. Multæ civitates prius Donatistæ, timore legum, Catholicæ ardenter diligunt unitatem. II, 529. Donatistarum aliquorum conversio Ecclesiam consolatur de perditione aliorum. II, 808. De exclusione Donatistarum, gratiarum actiones de Carthaginensi ecclesia cum episcoporum litteris ad Comitatum mittendas esse. IX, 814. Donatistarum error non inexpiabilis. IX, 475, 478. Patientia ipsis exhibenda. V, 902. Caritas commendatur in Donatistas. IV, 209. Fratres sunt, etsi mali fratres. V, 288. Fratres appellantur a Catholicis. IX, 691. Cum ipsis lis et concordia. V, 1530.

Donatistæ non rebaptizantur qui ad Ecclesiam convolant. II, 803, 811. Donatistarum sacramenta Catholicis una sunt inimica. II, 512. Donatistæ ad Catholicam redeuntes, eodem modo sine baptismi iteratione expiantur, quomodo expurgatos censuerunt Prætextatum et Felicianum. IX, 555, 556. Donatistæ quatenus suscipiantur a Catholicis. IX, 691, 806. Non tales suscipiuntur in Ecclesia, quales erant, IX, 472, 476. Donatistis ad unitatem venientibus caritatis bonum confertur. IX, 512. Donatistæ qui ad Ecclesiam convolant, necesse est pœnitentiam agant. II, 811. si qui apud Donatistas degradati fuerant, si ad Catholicam transire volebant, non nisi in humiliatione pœnitentiæ recipiebantur. II, 135. Donatistis ad Ecclesiam transeuntibus honor clericatus vel episcopatus non auferetur propter bonum pacis, vel ex sola clementia. II, 229, 489, 812, 815. Donatistarum episcopi ita in catholicam suscipiuntur unitatem, ut videtur paci et utilitati Ecclesiæ convenire. IX, 474. Ejus, qui in parte Donati baptizatus est, ordinandi auctor esse Possidio non potest Augustinus. II, 1061.

Donatistæ cur severiorem disciplinam affectant. IX, 81, 85. Donatistæ Catholicos reprehendunt quod sobrie psallant in ecclesia divina cantica Prophetarum. II, 221. Pœnitentia in parte Donati. V, 1359. Donatistarum multi multa pauperibus distribuebant, et parati erant ad suscipiendam mortem. III, 2020. Donatistarum bona opera, falsa et vana. III, 1456. Donatistas factis non posse dicere, Dominus Jesus. V, 1236. Donatistæ Deum spernunt, nedum clarificant. IX, 80. Visis suorum credunt. IX, 428. Donatistarum calumnia adversus Catholicos, quod aliud in altare Dei ponerent. II, 330.

Donatistarum et Catholicorum quæ sit doctrina. V, 724. Donati scripta non recte de Trinitate eum sensisse probant. VIII, 43. Donatistarum cum Arianis unio, et discrimen inter utrorumque errorem. II, 176, 792. Donatistarum quidam negant Filium æqualem Patri. V, 991. Donatistæ in Christum injurii. V, 724. Donatum pro Christo habent. V, 1025. Pro Christo se jactare convincuntur. V, 1525 Nec Moysi, nec Christo credunt vel resurgenti. V, 724. Donatistas quid in errore detineat. V, 901. Quid obstet quominus Donatistæ resipiscant. IX, 136.

Donatus Christum dividere conatus, divisus ipse est a suis. VI, 306. Donati pars in multas partes scissa est. II, 334; V, 50, 447; VIII, 43; IX, 40, 101, 114, 136, 113. Donatianum schisma novo schismate scidit Maximianus. II, 172, 580, 800. Necnon Rogatus. II, 526. Donatistæ et Maximianistæ adversum se divisi. V, 447. Donatistarum, Maximianistarum, Rogatistarum congregationes. V, 769. Donatistæ iidem Parmenianistæ. VIII, 52. Donatistarum concilium adversus Maximianistas. IX, 65. Donatistarum concilia. *Vide* Concilia.

Donatiani seu Donatistæ. VIII, 43. Donatianos a Donato potius quam Donatistas consentit Augustinus appellari. IX, 468. Donatistæ cur ita appellati, et non potius Christiani. IX, 552. Ut Maximianistæ et Claudianistæ, sic et Donatistæ non male dicuntur. IX, 555. Donatistæ apud Carthaginem pars Majorini primo dicebantur. II, 302. Montenses vel Cutzupitæ vocati sunt in urbe Roma. II, 196.; *Not.* VIII, 43; IX, 546, 595. Unde hoc. IX, *App.* 805. Ad Donatianos seu Donatistas, qui Romæ Montenses vocantur, episcopum ex Africa mittere solent. VIII, 43.

Donatulus a Capse. IX, 255.

Dona Dei quædam bonis et malis communia. IV, 1545; V, 1460. Dona Dei nostra sunt, etsi non ex nobis. II, 851. Nostrum est et quod nobis donatur. V, 1464. Dona Dei fiunt hominis, cum amat quod accipit, et gratias agit illi qui dedit. V, 908. Dona Dei nulli invidenda : qui omnibus possint esse communia. V, 1040. Qui donavit ut simus, donat ut boni simus. IV, 1579. *Vide* Beneficia. Dona Dei multa habent et mali. V, 764. Dona Dei quanto magis quis novit esse Dei, tanto magis inde beatus. VI, 442. Donis Dei nemo est beatus, qui donanti exsistit ingratus. VI, 445. Melius est vel de parvo Dei dono gratias ipsi agere, quam sibi agi velle de magno. II, 110. Dona alia filiorum heredum, alia filiorum exheredatorum. VI, 624. Dona Spiritus sancti sunt diversa, sed idem Spiritus. II, 859. Donorum divisio est, et concordia unum corpus facit. III, 1509. Dona Dei multiplicantur in hominibus, cum hi ea alius dispensant. III, 19. Donum Spiritus sancti per aquam aut per ignem significatur. III, 804.

Dona Dei accipere aut habere non potest anima, nisi consentiendo. X, 241. Orandum ut Dei dona in nobis augeantur. IV, 1548. Dona sua Dei est custodire in nobis. V, 1362. Donum Dei gratuitum est ipsum hominis meritum. II, 820. Dona Dei sunt merita hominis. V, 1567. Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam dona sua. II, 880. Donum proprium quod hic datur aut in futurum servatur bonis. V, 585, 1460. Discrimen inter donum et datum. III, 526. Exigitur quod quis noluit accipere cum daretur. IV, 287. Aliud est accipere non posse, aliud nolle, illic excusatio necessitatis, hic reatus voluntatis. IV, 287. Tutius videtur ambulare, qui minus accepit; sed si non perverse quærat, quod recte non accepit. IV, 1709. Quis præferendus, quando res aliqua duobus vel pluribus dari non potest. III, 30. Non quærat quisque in corpore Christi, nisi sanitatem. IV, 1709.

Donum nullum magis quærit Deus, quam te. V, 508. Quia nihil melius in omni terrena creatura. V, 547. Dando te illi, bonus eris. V, 707. Vita æterna tantum valet quantum tu es; te da, et habebis illam. V, 707. Dando nos Deo quid lucremur. V, 212. De Dei das Deo : ex eo quod tibi dedit, a te accipit. V, 915. Dederunt diversa Zacchæus, Petrus, vidua : sed ad unum pervenerunt, quia non diversa amaverunt. V, 515. Dona spiritalia quæ donat Deus, non auferet, nisi tu dimiseris : carnalia vero ipse aufert, et quisquis alius aufert, ipso donante potestatem aufert. IV, 201.

Donec pro non amplius ponitur. VI, 77.

Dormit Christus in navi tentationibus agitata, si fides dormit in corde. IV, 1169, 1915. Dormiente Christo, cor fluctuat. IV, 1915. Dormiunt qui amant præsentia. IV, 965

Dormitio in scripturis posita pro morte. IV, 74.

Dormire pro manere et cessare. III, 514, 554. Pro concumbere. III, 497.

Dorsum pone ad id quod cadit, et faciem ad illud quod manet. IV, 190.

Drachma a muliere quæsita quid allegorice. IV, 1579, 1792.

Dracones animalia sunt omnium maxima. IV, 1945.

M. Prusus. VII, 106.

Dualis numerus a Græcis et Hebræis usurpatur. VII, 695, 696.

Duas habes, locutio usitata. IV, 201. Causam dicere ad duas. II, 169.

Dubitatio. Veritate dubitat, non de veritate, qui certo scit se dubitare. III, 153. De quibusnam rebus licet dubitare. VII, 646. Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. III, 376. Historiæ fides perit, si quod auctoritate et tempore firmatum est, in dubium revocetur. I, 1335. Dubitatio significat animum minime temerarium, quæ custodia tranquillitatis est maxima. I, 1213. Dubitationis verbum aliquando increpative dicitur. III, 1671.

Dulcedo nominis Dei longe præponenda dulcedini sæculi. IV, 612. Dulcedo fallax, quæ. VI, 104. Dulcedinem nominis Dei soli norunt, qui gustarunt. IV, 612. Hortatio ad gustandam dulcedinem Dei. VI, 296. Dulcedo Dei absconditur timentibus, revelatur sperantibus. V, 791, 794. Dulcedinem amoris abscondit Deus iis quibus utilis est timor. IV, 229. Dulcedo hujus vitæ est muscipula, qua incauti capiuntur. IV, 1647, 1648.

Dulcis est voluptas, sed dulcior Deus. V, 1286. Quamdiu blanditur iniquitas et dulcis est iniquitas, amara est veritas V, 830. Dulcia si sunt in sæculo, cum amaritudine digerantur. IV, 612. Dulcedo peccati perniciosa per amaritudines tribulationis digeratur. V, 1.

Dulcitius tribunus et notarius. VI, 147, 148; IX, 703, *Retr.* 706, 707. In Africa legum Imperialium exsecutor adversus Donatistas. I, 654; II, 939. Iustitui ab Augustino, cupit qui cum Donatistis se gerat. II, 939. Primum edicto eos apud Thamugadem admonet. II, 939. Hoc edictum altero explicat. II, 939. Scribit ad Gaudentium Donatistarum episcopum Thamugadensem. I, 654. Honorificentius eum tractat quam decebat hæreticum. II, 939. Rescripta Gaudentii Augustino mittit refellenda. I, 654.

Duodenarius numerus pro universitate ponitur. VII, 663. Duodenarius numerus perfectus est. IV, 715. Duodenarius numerus consecratus. III, 1621. Duodenarii numeri Apostolorum, sacramentum magnum. IV, 1103.

Duplex cor mentientis. V, 739.

Dura Dominus jussit, sed magna promisit. V, 120. Quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. V, 444.

Duritia peccatorum in pœnitentiæ lacrymas solvitur a facie Dei, sicut fluit cera a facie ignis. IV, 814. Durissimi licet sint inter prædestinatos, et quasi crystallum facti, duri tamen non sunt misericordiæ Dei. IV, 1935.

Dusii dæmones quidam, sic a Gallis nuncupati. VII, 468.

Duumviralitius. VI, 602.

E.

Ebionæi hæretici. VIII, 27.

Ebrietas sancta. V, 1098. Ejus effectus. IV, 331, 933, 1369. Ebrietas mentis sobria, et laudabilis. VI, 296. Ebrietas spiritalis. V, 160. Ebrii Martyres ad passionem ducebantur. IV, 332, 933.

Ebrietas peccatum. X, 159. Ebrietatis peccatum consuetudine viluit, et contemnitur. V, 123. Ebriositatem non solum sine honore nominare, sed et cum hilaritate prædicare populi jam consueverunt. IX, 171. Ebrio nihil insanius. IV, 1370. Ebrietatis et malæ consuetudinis pugna. V, 816. Ebrietas cavenda. V, 1098. Lex æterna eam condemnat. VIII, 426. Ebrietas frequens tempore Augustini. II, 345. Etiam inter ministros Christi. II, 344. Ebrietates in honorem ss. Martyrum quotidie celebrari solitas luget Augustinus. II, 91. Calicibus Martyres persequuntur, qui in eorum solemnitatibus inebriantur. IV, 723. Ebrietatem carpit Augustinus. II, 116. Ebrietates in solemnitate S. Leontii de Ecclesia pulsæ per Augustinum, non sine ipsius periculo. V, 1174. Ebrietates in solemnitatibus martyrum usitatæ, in omnibus aut prope omnibus transmarinis ecclesiis desierunt. II, 91. Ebrietates suas Donatistæ, ad psalmorum canticum, quasi ad tubas inflammant. II, 221. Ebrietas pro saturitate frequenter in scriptura. III, 586.

Ebriosum inter et ebrium plurimum interest. VIII, 427.

Ecbola. IX, 639, 640.

Ecclesiæ varia nomina. IX, 241. Ecclesia ex vocatione appellata. III, 2089. Tota instituta est ad colendum unum Deum. VI, 259.

Ecclesiæ antiquitas. IX, 122, 123. Ecclesia primitus in cœlo. III, 535. Ecclesia in II Geneseos cap. prænuntiata. VIII, 258. Et in arca diluvii. VI, 334, 346. In benedictione Abrahæ promissa. VI, 174. Ecclesia est verum Abrahæ semen. III, 789. Prædictiones Prophetarum de Ecclesia. VII, 584; VIII, 289. Ecclesia in ipsis etiam promissionibus jam tunc figurata et prophetata, præscientiam parturiit sanctorum. VIII, 305. Prophetiæ de illa impletæ. VI, 175.

Ecclesia mundus reconciliatus. V, 588. Corpus Christi. III, 25; V, 266. Ipse illius est caput. V, 755. Unum est corpus magnum, unius capitis magni. II, 584. Una domus. II, 584. Ecclesia et Christus caput et corpus, unus homo, et unus Christus. IV, 161, 232, 250, 453, 629, 662, 693, 695, 725, 730, 761, 866, 948, 1082, 1156, 1679, 1784, 1785, 1817, 1819, 1846; V, 571, 754; VII, 532; VIII, 896; X, 145.

Ecclesia in Christo etiam a Verbo suscepta est. IV, 77. Verbum ipsum non est pars Ecclesiæ, sed ut ejus caput, factum est caro. IV, 1942. Ecclesia carni Christi adjungitur, et fit Christus totus, caput et corpus. III, 1979. Ecclesia corpus Christi est, et templum, et domus, et civitas; cujus caput, et habitator, et sanctificator, et rex Christus est. IV, 1717. Ecclesia catholica sola est corpus Christi. II, 815. In corpore Christi quid caput, quid barba, quid ora vestimenti. IX, 341.

Christi et Ecclesiæ aliquando una persona intimatur. III, 82. Christus ex persona Ecclesiæ sæpe loquitur. II, 545. Ecclesiæ et Christi vox una. V, 722. Ecclesia in Christo, et Christus in Ecclesia patiebatur. II, 545.

Ecclesia Christi conjux. III, 25; IV, 1672, 1684, 1784. Sponsa Christi. V, 563, 991, 1253. Christo est sponsa in occulto. VIII, 423. Ecclesia sponsa Christi matrem Synagogam reliquit, ut ei adhæreret. V, 570. Ecclesia nurus Synagogæ. IV, 501. Ecclesiæ nuptiæ celebrantur. III, 1990, 2013. Christi et Ecclesiæ matrimonium magna caritate compaginatur. IV, 1140. Ecclesiæ matrimonium cum Deo arctissimum est; nemo offendit unum, et alterum promeretur. IV, 1140. Ecclesiæ tabulæ Matrimoniales. VI, 668. Ecclesia a Deo cui nubit dotata, ab illo decorata, ab illo redempta, ab illo sanata. IV, 510. Sanguine Christi dotata. V, 1331; VI, 645, 668. Ecclesia promissionem vitæ æternæ adamavit in muneribus sponsi sui. VIII, 305. Ecclesiam ut fundaret Christus, induit decorem ad eos quibus placebat, et fortitudinem ad eos quibus displicebat. IV, 1182, 1183. Ecclesiam amavit Christus dum adhuc fœda esset; evertit fœditatem, formavit pulchritudinem. IV, 495. Eam pulchram fecit Christi fœditas. VI, 650. Ecclesia dealbatur et decoratur. VI, 289, 290. Ecclesiæ pulchritudo a Christi passione velut ex radice processit. V, 258. Si miraris Christi humilitatem propter Ecclesiam, noli jam mirari Ecclesiæ celsitudinem propter Christum. IV, 1340. Quidquid habet sponsa unde Christo placeat, ab illo habet. IV, 510. Ecclesiæ rector, sponsus et redemptor Christus. IV, 1784.

Ecclesia de sponso nascitur. VI, 645. De latere Christi. III, 216, 1513; V, 55. Ecclesia nubit quando sponsus moritur. VI, 645. Ecclesiæ formationem mystice significabat mulieris formatio. III, 407, 1463; IV, 564, 1784. Ecclesiæ velut uterus, fons baptismi. V, 579. Ecclesiæ nidus de ligno crucis Christi. IV, 1300. Ecclesiæ unitatis societas cur tamquam proprium est opus Spiritus sancti. V, 463. Ecclesiæ hoc Spiritus sanctus est, quod nostro corpori anima. V, 1231. Qui Spiritum sanctum in Ecclesia esse negant, similes Pharisæis qui negabant esse in Christo. V, 448. Ecclesia tota una vidua. IV, 1726. Ecclesia vidua est absente sponso. IV, 1807. Ecclesia de patre soror Christi. VIII, 425. Ecclesia Christi soror de sanguine ejus, proxima de accessu, columba de spiritu, perfecta de sermone. III, 1791. Ecclesia mater nostra. IV, 1140, 1141. Ecclesia dicitur filia propter successionem, mater propter prælationem. IV, 1775. Ecclesia Christi uxor, et mater et filii, et fratres et sorores. IV, 1684, 1685. Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. VI, 668. Ecclesia sibi est et mater et filii. III, 1327. Ecclesia mater est, et ubera ejus duo Testamenta. III, 1998. Ecclesia diligenda ut mater. V, 1512. Amemus Deum sicut patrem, Ecclesiam sicut matrem. IV, 1140. Ad Ecclesiæ amorem adhortatio. VI, 692.

Ecclesiæ sollicitudo pro filiis. VI, 692. Ecclesia puellæ sibi commendatæ quantam curam debeat. II, 1069. Ecclesiæ mansuetudo erga eos qui primum delusi, postea correcti sunt. II, 357. Ecclesia Christi sponsa et virgo fecunda. VI, 645. Ecclesia virgo appellata est. III, 859, 1498. Ecclesia tota virgo dicitur. IV, 1920; VI, 458. Tota una virgo. IV, 1920. Ecclesiæ omnes gradus, una virgo est. III, 1499. Ecclesiæ virginitas in quo sita. V, 1005, 1012. Tota in castitate atque integritate cordis debet virgo esse. IV, 570. Inventa meretrix, et facta virgo. V, 1053. Virgo est in hoc sæculo, nubet in futuro. VI, 47, 48. Et virgo est, et mater. V, 768, 1005, 1010, 1012, 1018, 1065. Perinde ac Maria. VI, 397. In omni terra fecundatur, quando Christus super cœlos exaltatur. VI, 645. Ecclesia appellatur tanquam sterilis quæ non pariebat. III, 1064. Ecclesia sine corruptione fecunda, virgo, mater. VIII, 305. Quotidie parit, et virgo est. VI, 249. Ecclesiæ pariunt per Evangelium. III, 880. Cum dolore. III, 880.

Ecclesiæ firmamenta et columnæ sunt apostoli. II, 553. Sunt ejus ossa et fortitudo. IV, 175, 1297. Fundamenta et portæ, sicut et Prophetæ. IV, 1103. Ecclesiæ filiæ Apostolorum, filiæ regum sunt. IV, 508. Ecclesiæ cœlestis stabilitas. VI, 259. Ecclesiæ virtus, dilectio ejus. IV, 1628. Ecclesiæ fundamentum et caput Christus. V, 1615. Ecclesiæ fundamentum sursum in cœlo, et quare. IV, 225, 1105. Ec-

clesia non super homines, sed super Christum ædificata. V, 479. In Ecclesia vera et salubris est, et quodammodo germana atque radicalis Christiana societas. VIII, 289.

Ecclesia ex omnibus gentibus congreganda prædicitur. VII, 585, 586, 592, 593. Congregatur ex omnibus ætatibus. III, 821. Humilitate, non potestate initio congregata est. II, 737. Christus ostium Ecclesiæ. III, 1721, 1726. In Ecclesiam quem ob finem intrandum. III, 2015. Quatenus ad Ecclesiam vel veniunt Pagani, vel redeunt hæretici. IX, 478. In Ecclesiam intratur per humilitatem. III, 1721. Ecclesia per humilitatem præsentem, futuram comparat celsitudinem. VII, 611. In quantum culmen erecta est. V, 314. Ecclesia Christi cruce exaltatur. VI, 688.

Ecclesiæ doctrina et fides. I, 1336; III, 128. Ecclesia docet quod credidit, non quod novit. V, 1613. Ecclesia catholica venientibus præcipit fidem, hæretici promittunt rationem. VIII, 19. In Ecclesia catholica fidem non intelligendi vivacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. VIII, 175.

Ecclesia esurit quos lucrari vult. IV, 242. In Ecclesiæ corpus nemo intrat, nisi prius occisus. IV, 1642. Ecclesia quodammodo manducat, quos per sanctos suos in corpus suum trajicit. IV, 242.

Ecclesia una, vera, catholica. V, 49. Ecclesia sursum in Angelis, deorsum in omnibus fidelibus. IV, 1776; VI, 260, 261. Ecclesia ex parte peregrina, ex magna parte manens in cœlo. IV, 1952. Una tamen Ecclesia. V, 1500. Una est vinculis caritatis. VI, 259. Ecclesia in sanctis Angelis beata, suæ parti peregrinanti opitulatur. VI, 258.

Ecclesia una ex Judæis et Gentibus. V, 757; VI, 341. Ex præputio et circumcisione congregata. IV, 534, 1011, 1012. Ecclesia Christi ibi plantata est, unde eradicatæ sunt spinæ Synagogæ. IV, 462. Ecclesiam inter et synagogam differentia ex nominis notione. IV, 1047. Ecclesia Gentium proselyta, adventitia ad patres, non de carne eorum nata, sed imitatione filia. IV, 1896. Ecclesia etiam ante Christi adventum erat in sanctis. V, 38. Ecclesiæ membra erant sancti qui Christum præcesserunt. VI, 313, 333.

Ecclesia est una. IX, 391. Ecclesia unica, non utique nisi una catholica. II, 556; V, 447. Ecclesiam vocat Christus unicam suam. II, 555; IV, 176. Ecclesia una et multiplex, quomodo. IV, 1857, 1961. Ecclesiæ multæ quidem inveniuntur dictæ in Scripturis, sed illius unica membra esse intelliguntur. IX, 415, 635. Ex omnibus filiis regum fit una quædam regina. IV, 509. Ecclesiæ particulares dicuntur insulæ. IV, 1210. Linguis omnium Gentium loquimur in Ecclesiæ unitate. III, 1645. Ecclesia unitas est. IV, 1309.

Ecclesiæ unitas commendatur. III, 1432, 1433, 1489; IV, 513, 538, 889; V, 695, 1076, 1224, 1253, 1586, 1587, 1595. Christus Ecclesiam nodo unitatis et caritatis tanquam sanitatis adstringit. III, 25. Ecclesia unitatis compage fit salva. IX, 341. Unitas sic ungitur, sicuti uncti sunt sacerdotes. IX, 341. Ii sunt in unitate corporis Christi, qui sunt in pace Christi: ii autem sunt in pace Christi, qui sunt bonæ voluntatis. IX, 160 Hæretici, Judæi et Pagani unitatem fecerunt contra unitatem. V, 423. Ecclesiæ pax dimittit peccata. IX, 146, 147, 150. Pax ista non est in malis, sive intra sive extra Ecclesiam sint. IX, 150. Per caritatem membra sibi invicem, et capiti cohærent. IX, 392. Ecclesiam constare unanimis et concordibus docuit Cyprianus, et testimonio Prophetico, et significatione sacramentorum. IX, 240. Orationes sanctorum qui sunt in Ecclesia quantum prosint. IX, 149.

Ecclesiæ mœrorem de amissis filiis consolatur perfectio unitatis. II, 940. Ecclesiæ catholicæ unitas dono linguarum significata. V, 534, 1225. Unus qui sanabatur in piscina unitatem Ecclesiæ figurabat. IV, 889, 1733; V, 695. Sicut et Petro oves a Christo commendatæ. V, 1350. Omnia clamant pro unitate. IV, 1925.

Ecclesia illa unica columba ex solis sanctis perficitur. IX, 219. Ad eam non pertinent hæretici, neque schismatici. VI, 193. Christum caput habere non potest, nisi qui in ejus corpore, hoc est in Ecclesia fuerit. IX, 429. Qui hæretice sentiens, de Ecclesia alicujus sæcularis emolumenti causa exire noluerit, tanto sceleratius ab ea separatus habendus est, quanto magis errori et divisioni fallaciam simulationis adjungit. IX, 169. Extra Ecclesiam sunt qui vel de capite Christo, vel de corpore ejus, a Christi testificatione dissentiunt. IX, 393. Multi, qui extra Ecclesiam sunt et appellantur hæretici, multis et bonis Catholicis meliores sunt secundum Dei præscientiam. IX, 156. De Ecclesia omnes hæreses exierunt, tamquam sarmenta inutilia de vite præcisa. VI, 635.

Ecclesia per hæreticos tamquam civilibus bellis quatitur. IV, 1425. Si tua impatientia concusseris latera matris Ecclesiæ, cum dolore quidem te excutit foras; sed magis malo tuo, quam suo. IV, 678. Ecclesia, sicuti Rebecca, parturiente, discernuntur quos geminos prægnans pertulit. IV, 1673. Ecclesiam cur Deus turbari sinat. V, 1496. Ecclesia turbatur separatione schismaticorum et hæreticorum. III, 1799. Ecclesiæ membra nonnulla seu frumenta, prævalentibus hæresum et schismatum seditionibus, obumbrata sunt. IX, 443. Ecclesia temporales aliquando in suis frumentis patitur tempestates, ut in quibusdam locis non cognoscantur; sed tamen etiam illic latent. IX, 443. Ecclesiæ quædam conculcata. IX, 444. Quædam omnino præcisa. IX, 444. Boni ab Ecclesia per seditiosos expulsi, ut se gerere debent. III, 128. Ecclesia omnibus errantibus utitur ad profectus suos. III, 127. Quid in Ecclesia detinere debet Christianum. VIII, 175. Parvuli in nido Ecclesiæ plumescunt, et alas caritatis alimento sanæ fidei nutriunt. I, 706.

Ecclesia interior est, et exterior. IV, 512. Ad Ecclesiam non solum non pertinent schismatici, sed etiam perversi. IX, 117. Multi qui videntur foris, intus sunt; multi qui videntur intus, foris sunt. IV, 1428; IX, 196. In Ecclesia multi qui ad eam non pertinent. IX, 155, 156. In Ecclesia non est dicendus, qui ovibus Christi corporali tantum commixtione miscetur. V, 462. Ecclesiæ paleæ separatæ, et paleæ interiores. IX, 538 An pejores sunt exteriores quam interiores mali, magna quæstio. IX, 163. Ecclesiæ quamdiu quis cohæret, non desperatæ sanitatis est; secus qui præcisus est. V, 754. Intra Ecclesiam falsi Christiani, et inter impios Ecclesiæ filii. VII, 45. Non omnes qui sunt in Ecclesia regnant cum Christo. VII, 673. Ad Ecclesiam non pertinent mali. III, 1431, 1433; IX, 160, 189, 195, 199. Non pertinent avari, et cæteri mali. IX, 149, 150, 155, 156. Mali etsi corporaliter in Ecclesia, spiritaliter foris sunt. IX, 207. Ab Ecclesia ceciderunt aperta et corporali separatione hæretici, occulta vero et spiritali, mali. III, 442. Etsi non rebaptizantur Donatistæ dum ad Ecclesiam transeunt, non tamen suscipiuntur tales, quales sunt. II, 940. Ab illius Ecclesiæ, quæ sine macula et ruga est, unitate semper divisus est, etiam qui congregationi sanctorum in carnali obdurationis miscetur. IX, 123, 124.

Ecclesia in iis est qui ædificant supra petram, non vero in iis qui ædificant supra arenam. IX, 436, 437, 440. Extra petram sunt, qui audiunt verba Christi, et non faciunt. IX, 228. Ad Ecclesiam pertinent omnes fideles qui fuerunt, qui sunt, aut qui futuri sunt. IV, 749. Prædestinati dividi nullo modo possunt ab Ecclesia. IX, 491. Nec ab ea sunt exclusi aut separati pœnitentes. IV, 1295. Ab Ecclesia separati, quamdiu contra illum sentiunt, boni esse non possunt. II, 932. Extra illam necesse est in æternum schismatici moriantur. V, 1596. Extra illam non oves Christi, sed hœdi pascuntur a schismaticis. V, 1296. Extra illam existens nec audit, nec videt; et qui in illa est, nec surdus, nec cæcus est. IV, 578. In ventre Ecclesiæ veritas manet: quisquis inde separatus fuerit, necesse est ut falsa loquatur. IV, 678. Ab ea præcisi rustra de forma gloriantur. V, 1252. Et foris fiunt aliqua in nomine Christi, non contra Ecclesiam; et intus ex parte diaboli contra Ecclesiam IX, 164. Et accidere potest ut boni aliquid inutile doceant salva caritate; et mali aliquid salubre sine caritate. IX, 164. Opera bona, quæ præter Ecclesiam fiunt, inutilia sunt. IV, 1060. Extra Ecclesiæ unitatem non prodest quidquid operantur hæretici. IX, 54. Nihil prodest virginitatem servare. II, 932. Aut mori pro Christi nomine. II, 410. Martyres non nisi in Ecclesiæ unitate honorandi. V, 1205. Spiritus sanctus, tanquam anima corporis Ecclesiæ, extra eam non habetur. V, 461, 1221, 1231, 1232. Nec remissio peccatorum. V, 465. Extra eam nemo exauditur ad æternam salutem. IV, 478, 1270, 1721. Quidquid boni haberi potest in orationibus, et eleemosynis, non posse extra Ecclesiam prodesse probatur exemplo Cornelii. IX, 115. De hominibus quidem dici potest, quod extra unitatem Ecclesiæ Deus non habet aliquem suorum, non de sacramentis. IX, 132. Extra Ecclesiam catholicam totum potest haberi præter salutem. IX, 170, 695. Præter caritatem. IX, 476. Orationes sanctorum qui sunt in Ecclesia, quantum prosint. IX, 149. Quosnam adjuvent, vel non. IX, 149.

Ecclesia sancta catholica quæ. V, 1053, 1071; VIII, 78. Unde catholica dicitur. III, 221 Ecclesia hinc catholica dicitur, quod toto orbe diffundatur. II, 194. Ecclesia catholica non est, nisi ea quæ orbe terrarum diffunditur. IX, 112. Ecclesiam toto orbe diffusam et per omnes gentes dilatatam esse, ostenditur contra Donatistas. II, 189, 194, 195, 198, 261, 583, 794, 932; IV, 244, 513, 566, 640, 642, 669, 807, 1139, 1650, 1924, 1925; V, 289, 659, 722, 723, 1126, 1221; IX, 79, 252, 264, 265, 268, 269, 283, 284, 306, 310, 318, 319, 350, 570, 580, 582, 587, 589, 628, 655, 718; VI, 174, 306, 307. Ecclesia quibus præconiis prædicatur, quibus mysteriis commendatur, quibus sacramentis occultatur, qua prædicatione revelatur. IV, 1677. Laus Ecclesiæ catholicæ. VI, 652, 660. Ecclesia magna, sola Ecclesia catholica. IV, 443. Ecclesia homo est ubique diffusus, cujus caput sursum est, membra deorsum. IV, 476. Jam totum corpus loquitur omnium linguis: et quibus

nondum loquitur, loquetur. IV, 1929. Universitas Ecclesiæ quatriduo figurata est. III, 821.

Ecclesia ubique est. VII, 609. A finibus terræ ad Deum clamat. IV, 1002. A quatuor mundi partibus in nomine Trinitatis vocatur. IV, 1104. Ecclesia sanctorum, Ecclesia catholica est, non Ecclesia hæreticorum. IV, 1951. Ecclesia catholica in toto orbe, hæreses quæque in sua tantum parte. V, 280. Ecclesia eadem ubique catholica, hæretici non ubique nisi alii et alii. IX, 538. Ecclesia catholica tabernaculum Domini; Ecclesiæ autem hæreticorum, tabernacula viri, tabernacula peccatorum. IV, 1912. Ecclesia catholica pars Donati non est. II, 189. Non est in sola Africa. II, 396. Ecclesia quæ non communicat omnibus gentibus, non est Ecclesia Christi. IX, 400. Ecclesia transmarina. V, 292, 293. Ecclesia tota una arbor est. IV, 1743. Ecclesia catholica per totum mundum fructificat et crescit. IX, 616. Ecclesia ex abjecta radice surgentis gloria per omnes gentes. V, 259. Martyrum sanguine seges Ecclesiæ fertilius pullulavit. IV, 431, 593, 1595; VII, 738. Ecclesiæ prorogatio, fructus derelictionis, tribulationis, deprecationis Christi. II, 556. Ecclesiam futuram in omnibus gentibus, scripturæ promittunt. II, 491. Promissiones Dei de Ecclesia diffundenda per orbem universum. IX, 35, 38. Magna ex parte completæ. IX, 36. Ecclesia quomodo cœpta est ab Jerusalem, inde itura per omnes linguas. IX, 412.

Ecclesia quo indicio cognoscenda. VIII, 289. Et unde demonstranda. IX, 427, 429, 430. Ecclesiam non quisque nostrum in justitia sua quærit, sed in scripturis divinis. II, 533. Ecclesia ubi sit, in verbis Domini tantum quæri debet. IX, 392, 393, 396. Ecclesia catholica in scripturis agnoscitur. II, 401, 491. In scriptura sancta commendatur. IX, 466. In scriptura significata. IX, 675, 428. Probatur ex scriptura. IX, 632. Innumerabilibus testimoniis. V, 288, 294, 797. Et primum ex Lege ostenditur. IX, 398, 415. Ex Genesi. IX, 431, 441, 554. Ex Psalmis. IX, 405, 431, 441. Ex Prophetis IX, 400. Ex Isaia. IX, 431, 441. Ex Evangelio. IX, 407, 430, 431, 438, 441. Ex Evangelio Lucæ XXIV agnoscitur. V, 1125. Ex Actibus Apostolorum. IX, 409, 430, 431, 442. Ex Epistolis Apostolicis. IX, 430. Ex Apocalypsi. IX, 430. Ecclesiam per omnes gentes futuram portendebat donum linguarum Apostolis impertitum. IX, 476. Ecclesia catholica Petro in visione ostensa. V, 802. In quibus litteris appareat Christus, appareat et ejus Ecclesia. II, 491, 794 IX, 556. Ecclesia toto orbe diffusa, quam parva erat cum Abrahæ prædicta est. V, 555. Oportet ut Ecclesia sit in omnibus gentibus, non ita tamen, ut omnes qui ibi fuerint, credant. II, 923. Ecclesiæ sponsus super omnes cœlos, ipsa sponsa super omnem terram. V, 308. Obscurius dixerunt prophetæ de Christo, quam de Ecclesia, de qua majores quam de Christo contentiones excitandas fore prævidebant. IV, 244, 245. De Ecclesia Christi non magis potest dubitari, quam de ejus corpore qui resurrexit a mortuis. IV, 1928. Hæreticorum cæcitas de Ecclesia, par est cæcitati Judæorum de Christo. V, 200. Non sunt tot hæreses contra Ecclesiam, quot sunt testimonia Legis pro Ecclesia. IV, 1925. Testimoniis scripturæ, quibus Ecclesia toto orbe diffundenda prædicitur, quam inepte respondeant Donatistæ IX, 406. Ecclesia catholica adstruitur, et contra objecta Vincentii defenditur. II, 531. Catholicam dici ex omnium præceptorum observatione debet. II, 535, 546. Et ad probandum non ubique Ecclesiam diffundi, Ecum Hilarii assumebat. II, 535. Unus ex beatus. II, 535, 537. Ecclesiæ universitas quomodo contra Donatistas ex ipsis eorum rationibus ostendatur. IX, 588. Et ex ipsa eorum confessione. IX, 585. Ecclesia catholica etiam ab inimicis nominatur III, 128.

Ecclesia vera non est occulta et invisibilis. IX, 422. Abscondi non potest. IX, 545. Cunctis clara est atque conspicua. IX, 493. Neminem latet. IX, 284. Latere non potest. V, 222. In manifestatione posita. IV, 160, 161. Sub umbris quasi secretæ et apocryphæ veritatis, et hominum paucitatis non agnoscenda. VIII, 290. Toto orbe notissima, nec in deserto aut in cubiculis quærenda. IX, 445. Ecclesia post hoc sæculum ex nulla parte se latebit. IV, 514. Ecclesiæ doctrina, Juliano dogma popolare. X, 1145. Ecclesiam catholicam humanum esse figmentum, dicere audebant Donatistæ. IX, 732.

Ecclesiam de orbe terrarum periisse Donatistæ volunt. IX, 35, 36, 37, 49, 79, 294, 340 Contagione malorum Afrorum. IX, 494. Cæciliani peccato. IX, 715. Propter crimina Cæciliani seu vera seu falsa VIII, 13. Et in sola Africa remansisse. IX, 49. 52. Ecclesiam ad exiguam partem terræ redigere conantur Donatistæ. IX, 300, 312, 750. Imperite vel callaciter quædam scripturæ testimonia afferunt Donatistæ ut Ecclesiam de toto orbe periisse ostendant. IX, 417, 418, 421, 424. Frustra periturum dicunt. V, 280. Ecclesias totius orbis temere condemnant Donatistæ. IX, 300, 312 Temere et injuste accusant. IX, 491. Ecclesiam catholicam meretricem appellabant. IX, 696. Ecclesiæ toto orbe diffusæ, impie ac calumniose objici crimina Cæciliani, ex Scriptura ostenditur. IX, 633. Ecclesiæ sanctitatem non polluit malorum contagio. IX, 177, 178, 179, 275. Peccata aliena non maculant. IX, 370, 371. Ad eam non pertinent mala quæ in ea committuntur. IX, 310, 312, 313. Nihil ei præjudicant quicumque in ea mali sunt. IX, 234, 616, 617. Justis non obsunt peccata quæ in sua communione committuntur. IX, 417. Ecclesiam transmarinam crimine Afrorum non contaminari confessi sunt Donatistæ in collatione. IX, 681. Ecclesia periisse existimanda est, si peccatum aliorum contaminat. IX, 228, 244. si mali bonos maculant in eadem communione ante Cyprianum. IX, 493. Ecclesia si contagione malorum de orbe terrarum periit, periit et apud Donatistas. IX, 393 Ecclesiam periisse tempore Cypriani dicere non audent Donatistæ. IX, 746. si jam perierat Ecclesia temporibus Cypriani; unde ergo origo Donati et Majorini IX, 131, 135, 607, 608. Ecclesiam polluere non possunt Afri traditores, si Maximianistæ non polluere Donatistas. IX, 583. Ecclesia catholica Afrorum criminibus perire non potuit. IX, 414, 415, 611. Nec maculari. IX, 252. Ecclesiæ prosopopœia ad Donatistas. IX, 31, 41 Ecclesiæ status, et qui non perierit Arianorum tempore. II, 86, 87.

Ecclesia interrumpi non potest quin pereat. IX, 140. An a diluvio usque ad Abraham fuerit interrupta. VII, 475. Ecclesia aliquando in uno solo homine, aliquando in una sola familia fuit. IV, 1689. Ecclesia tota in Abraham, Isaac et Jacob cogitanda. IV, 1745. Ecclesia in aliis abeuntibus, in aliis venientibus transiens, in æternum est fundata. IV, 894, 901, 906, 1007, 1309. Ecclesiam dicunt periisse qui in illa non sunt. IV, 1309. Ecclesiam decollare volunt Donatistæ V, 725. Ecclesia malorum communione non est deleta. II, 539, 541, 542. Ecclesiam non periisse de toto orbe ostenditur. IX, 424, 425. Ecclesia non vincitur, non eradicatur, nec cedit quibuslibet tentationibus, donec veniat sæculi finis. IV, 726. Ecclesia nec perire, nec inclinari potest. IV, 1353. Ecclesiæ fides usque ad finem. V, 224. Ecclesia non deficiet. VI, 53.

Ecclesia bonos cum malis toto orbe permixtos habet. II, 538, 545; III, 1431; IV, 190, 1693; V, 299, 307, 1092; VI, 541; VII, 611; VIII, 291. Palea et zizania cum frumento permixta per totum mundum usque ad diem judicii. V, 119, 1174; IX, 296, 297, 312, 444, 536, 537. Non tamen in ea zizania inter triticum, sed in mundo. IX, 629, 632, 634. Ecclesia non est hic sine macula et ruga. I, 593, 617, 657; II, 842; X, 556, 455, 621. Objectum est Pelagio, quod diceret Ecclesiam hic esse sine macula. X, 556. Ecclesiam esse sine macula quatenus dixit Cælestius, quatenus Pelagius. X, 556, 556. In solis justis jam in præsenti tempore esse Ecclesiam docebant Pelagiani. X, 998. Ecclesia non est hic sine peccato. V, 981. Vocatur tamen regnum cœlorum. V, 1169. Ecclesia non habens maculam aut rugam non sic accipienda est quasi jam sit, sed quæ præparatur ut sit. IX, *Retr.* 107, 108. Hic agitur ut in cœlis sit sine macula et ruga. V, 982. Malorum ab Ecclesia separatio corporalis fiet in fine sæculi. II, 538. Ecclesia ab omni malorum hominum permixtione pura, non nisi post istam mortalitatem futura est. IX, 658. Ecclesia ista terrestris, post resurrectionem in cœlis congregranda est. III, 535. In futuro tantum sæculo ad immaculatissimam puritatem Ecclesia sancta perveniet. X, 283. Sine macula et ruga non nisi post resurrectionem. II, 810; X, 510. Ecclesia qualis post resurrectionem. V, 1197, 1245. Ecclesiæ claritas post judicium quanta sit futura. VII, 682. Ecclesia tunc non nisi bonos habitura est. V, 1175. Ecclesia sanctorum, Ecclesia frumentorum. IV, 1950. Ecclesia inter malos sicut lilium inter spinas. IV, 1802. Ecclesiæ pulchritudo jam mirabilis. IV, 1540.

Ecclesiæ tempora distinguenda. IX, 658, 659. Ecclesia nunc mortalis, in sæculo venturo erit immortalis IX, 652, 655. Ecclesiæ tempora duo. IX, 632. Non tamen duæ Ecclesiæ. IX, 655. Ecclesiæ ætates. IV, 585, 894. Ecclesiæ senecta candida erit recte actis, morte autem non corrumpetur. IV, 1179. Ecclesiæ senecta juvenilis et viridis. IV, 1179. Ecclesia Christi non est jam sub lege, sed sub gratia. VIII, 509, 511.

Ecclesiæ conjugis Christi mores, etc. VIII, 509. Tres gradus viventium in Ecclesia. VII, 40. Tria hominum genera. III, 1357. Singula habent bonos, habent malos suos. IV, 536, 1279, 1750. Duo genera in Dei domo exsistentium. IX, 241. Duo genera operariorum, boni et simulatores V, 94. Ecclesia continet fortes et infirmos. V, 1640, 1670 Nec sine firmis esse potest, nec sine infirmis. V, 480. Continet spirituales et carnales. IX, 195. Utrorumque vita. IX, 195. Ecclesia constat ex spiritalibus et carnalibus, tamquam ex cœlo et terra. IV, 1748. Carnales de Ecclesia in sorte sunt Christi. V, 39. In Ecclesia qui honores suos et commoda amant, palea sunt. V, 50, 1173. Ecclesia parvulos vel tamquam ova sollicitis alis fovet, vel tamquam infantes lacte nutrit. VIII, 505. Ecclesia docet, et in ea donat Deus ne-

res, quos egregii philosophi ad rem requirebant potus quam formabant. II, 315. Qui male vivunt in Ecclesia, domum Dei faciunt speluncam latronum. IV, 1705. Qui sua quærunt in Ecclesia, non quæ Jesu Christi, oves, boves et columbas vendunt. III, 1469. Quonam modo Ecclesia timet inquinare pedes, dum pergit ad Christum. III, 1789. Quomodo intelligendæ sint propheticæ increpationes, quæ in totam interdum multitudinem dicuntur. IX, 417. Unum quemlibet de Ecclesia tamquam Ecclesiam Christus allo.quitur. V, 292. In Ecclesia boni et mali. IX, 162, 167, 192, 417, 420, 427. Ex ipsa Donatistarum confessione. IX, 629, 659, 660. Ecclesia modo clauda est, habens bonos et malos. V, 59. Ecclesia fusca est et speciosa. III, 83. Ecclesia non ideo deserenda, quia in ea mali reperiuntur. II, 411, 794, 951. Etiam pastores. II, 951, 952. Ecclesia non deserenda propter zizania, aut malos qui in ea sunt. IX, 348, 349, 417, 514, 566, 583, 657, 658, 675. Nec propter traditores manifestos. IX, 517. Exempla. II, 329, 341; IX, 370, 371. Constans hæc doctrina Cypriani. IX, 165, 514, 564, 683, 741, 742, 744, 747.

Ecclesiam non maculant malorum Christianorum peccata. IV, 1801. Malorum commixtio corporalis nulla perturbat. IX, 295. Ecclesia habet quod ferat foris, quod gemat intus. IV, 1847. Ecclesia hîc parturit et dolet, quare. IV, 613. Ecclesia quamdiu parturit, filii sunt intus, boni et mali. IV, 1673. Conciliatio Scripturarum de permixtione bonorum et malorum in Ecclesia. IX, 632. Intra Ecclesiam boni et mali, extra eam boni esse non possunt. IX, 610. Mali cum bonis manducant et bibunt corpus et sanguinem Domini. IX, 669. Apsidas ascendunt etiam mali; in apsidis sunt frumenta, sunt et zizania. V, 472. In comparatione malorum, justi pauci sunt. IX, 417, 418. In Ecclesia cum paucis hæreditas Dei, cum multis autem signacula ejus participanda. VIII, 291. Ecclesia a malis nunc discedit disparitate morum, et eos tolerat in communione Sacramentorum. V, 1071.

Ecclesia. Mali in Ecclesia nunc sic permixti, ut non solum latentes nesciantur, sed plerumque propter unitatem pacis etiam cogniti tolerentur. IX, 631. Mali tolerandi in Ecclesia. II, 329, 405; VIII, 292. Pro unitate Ecclesiæ toleranda aliena peccata. V, 42, 49. Zizania toleranda. IX, 517. Ecclesia multa tolerat quæ non approbat. II, 222. Ecclesia non consentit factis malorum, sed eos tolerat. IV, 1802; V, 55, 56, 59. Ecclesiæ ad filios suos bonos, adversus pravos, preces. II, 1057. Ecclesia non vituperanda ex malorum Christianorum moribus. I, 1342. Ni ut palea tolerantur. I, 1342; III, 127. Jamdiu sustinetur peccatum, aut error cujuslibet, donec aut accusatorem inveniat, aut pravam opinionem pertinaciter defendat. III, 127. Ecclesiæ non præjudicat consortium malorum qui cum bonis permiscentur. II, 329, 492. Si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut ratio pacis impediat. II, 297. Ecclesiæ et innocentibus Christianis nihil præjudicaret, etiam si in ordinem episcoporum, qui ducitur a Petro usque ad Anastasium, quisquam traditor subrepsisset. II, 197. In Ecclesia catholica boni malos tolerant pro bono unitatis, oderunt pro bono æquitatis. II, 170, 179, 198, 335, 338. Quomodo in Ecclesia tolerandi sint perversi, Tychonius tractavit, cujus opus Augustino probatur. II, 1065. In Ecclesia catholica boni non communicant factis malorum, sed altari Christi. II, 170, 265, 298. Crimina quæ ipsi objiciuntur, ad paleam, non ad frumenta pertinent. II, 198. Nec propterea negligitur ecclesiastica disciplina. IX, 570. Ecclesiastica correptio incruenta disciplina vocatur. II, 657. Ad corripiendos malos non solum verbis, sed etiam excommunicationibus et degradationibus, vigilare debet ecclesiastica disciplina. IX, 631. *Vide* Mali. Separatio ab Ecclesia et reconciliatio. VII, 674.

Ecclesiæ tradita facultas peccata condonandi III, 25. Ecclesia sola accepit potestatem remittendi peccata. VI, 263. In Ecclesiam compediti quidam fugiunt, et solvuntur. IV, 1959. Ecclesiæ claves. V, 1545, 1711. Ecclesiæ claves regni cœlorum datæ, cum datæ sunt Petro. VI, 308. Petro scilicet Ecclesiæ personam gerenti. V, 802, 1549. Claves unitati datæ sunt, quia Ecclesiæ unitati. V, 1549. Christus peccatores prius resuscitat, et tunc Ecclesia solvit. V, 1549. Ecclesia solvendo quid peccatoribus prosit. V, 434. Ecclesia aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi. VIII, 259.

Ecclesiæ catholicæ auctoritas. VI, 319; VIII, 91, 246; IX, 466. Ecclesiæ fundatissimæ auctoritatem stabilissimam conantur hæretici omnes quasi rationis nomine et pollicitatione superare, cur. II, 448. Ecclesiæ auctoritatem qui munierit Dominus. II, 448. Ecclesiæ quanta auctoritas vel in eis quæ gestis testatur. V, 1535, 1536. Ecclesiarum apostolicarum præ cæteris auctoritas. II, 164, 175. Ecclesiæ Occidentalis auctoritas. X, 648. Orientalis et Occidentalis Ecclesiæ fides una. X, 649. Quod tota credit Ecclesia, etiam si nec ratione indagari, nec sermone explicari possit, recipiendum est. X, 829. Ecclesiæ consuetudo antiqua, canonica, fundatissima. V, 1343. Scripturarum tenetur veritas, cum hoc fit quod universæ Ecclesiæ placuit. IX, 466. Circa diversas diversarum Ecclesiarum observationes regula. II, 151, 200, 202. Ecclesia prædestinata, columna et firmamentum veritatis. IV, 1350. In Ecclesia sola perfecta veritas. I, 1325. Sola veritatem habet et in lacte suo, et in pane suo. VIII, 305. Nisi Dominus inhabitaret Ecclesiam, iret in errorem quamlibet studiosissima speculatio. IV, 122. Variæ linguæ in Ecclesia, sed una doctrina. IV, 509. Ecclesia adversus profanas novitates vigilare debet. X, 141. Christus ad Ecclesiam remisit examen eorum quæ ad doctrinam pertinent. III, 1355. Ecclesiæ tantum detulerunt Principes, ut quidquid in ea judicatum fuerit, dissolvi non possit. IV, 196. Improbatio hæreticorum facit eminere quid sentiat Ecclesia. I, 752. Ecclesia contra omnes hæreses pugnans expugnari non potest. VI, 655. Ecclesiæ nihil nocere permittitur diabolus. VII, 615. Ecclesia nunquam a diabolo seducetur. VII, 670. Ecclesiæ varia disciplina pro varietate rerum. II, 812. Observandum quod universa frequentat Ecclesia. II, 202.

Ecclesiæ numquam deest persecutio. VII, 613, 614. Ecclesia quamdiu hîc est, non deerunt inimici qui ruinam ejus exoptent. IV, 1012. Ecclesia per omnes gentes est in magna gloria, sed in magna tentatione. IV, 724. Simul est in latitudine gaudii, et in angustia tribulationis, propter bonos et malos quos complectitur. IV, 239. Nunc tamquam area cum palea trituratur. IX, 587. Persecutionem semper pro justitia patitur, etsi non semper tormentis corporalibus. IX, 420. Ecclesiæ persecutio triplex, prima per tyrannos, secunda per hæreticos et falsos fratres, tertia per antichristum. IV, 128. Ecclesia martyrum mater. V, 221. Persecutionibus crescit. V, 1351.

Ecclesiæ persecutiones decem numerantur. VII, 614. An ab his decem, usque ad undecimam quæ erit ab antichristo, nullam aliam persecutionem passura est Ecclesia. VII, 614. Ecclesiæ persecutio novissima, quæ. VII, 676. Tempore persecutionis novissimæ, Ecclesia erit ubique diffusa. VII, 676. Ecclesia post ultimam persecutionem, etiam quibusdam tribulationibus purganda est. III, 1326. Persecutiones Ecclesiæ plagis Ægypti non sunt significatæ. VII, 615. Tempus persecutionis et pacis Ecclesiæ in rege Nabuchodonosor figuratum est. II, 325.

Ecclesiæ tribulatio maxima ex malis operibus. IV, 720, 721. Ecclesia ab initio fuit impugnata ab impiis. IV, 1689, 1690. Temporibus persecutionum quasi tota simul impetebatur, nunc autem per singulos tentatur. IV, 761. Ecclesia persecutionem patitur superbia et impietate carnalium, quos temporalibus molestiis atque terroribus emendare conatur. II, 324. Ecclesia timoribus, doloribus, laboribus et tentationum periculis eruditur. VII, 611. Ecclesiam Deus purgat et exercet quibusdam medicinalibus molestiis. III, 25. Ecclesiæ rebus prosperis consolatio, ut non frangatur adversis; et rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, procuratur. VII, 613. Ecclesia modo fabricatur in labore et ærumna, postea dedicabitur in gloria. IV, 219; V, 1471, 1476. Ecclesiæ cœlestis fabrica. V, 1475. Ecclesiæ dedicatio. V, 1475. Pagani non habentes quid in ea reprehendant, Christianorum dissensionem objiciunt. V, 314.

Ecclesiæ patientiam exercent tyranni, sapientiam hæretici, benevolentiam aut etiam beneficentiam inimici. VII, 613. Ecclesia pro salute temporali adversus impios persecutores non pugnavit. VII, 758. Si gladio uti vellet, videretur pro vita præsenti pugnare. IV, 723. Ecclesiastici quantum abhorreant ab occidendi voluntate. II, 367. Ab hoc proposito abhorret id velle, quod sine tormentis corporalibus agi non potest. II, 395. Ecclesia catholica adversus inimicorum impetus, non resistendo, sed perferendo roborata. VI, 298. Quomodo nunc de suis hostibus vincit. VI, 298. Vincit inimicos mansuetudine, sicut vicit Christus. IV, 1717. Orandum pro persecutoribus Ecclesiæ. II, 657. Pia opera fieri debent pro Ecclesiæ obtinenda pace. V, 1585. Contra Ecclesiam de Ecclesia Christianus non se ulciscatur. VII, 162. Contra rationem nemo sobrius, contra Scripturas nemo Christianus, contra Ecclesiam nemo pacificus senserit. VIII, 895. Ad Ecclesiam transeuntes crudeliter vexabantur a Donatistis. II, 798, 800.

Ecclesia belligerantibus adversus se filiis abortivis, justum ac debitum poscit auxilium ab aliis filiis. II, 1057. Ecclesiæ tuitionem apud Imperatores quærere licet. IX, 327, 334. Ad reges sæculi Christianos pertinet, ut pacatam velint Ecclesiam. III, 1483. Etiam sæviendo adversus inimicos Ecclesiæ. III, 1483. Ad eorum curam pertinet, ne quis adversus Ecclesiam rebellet impune. IX, 733, 739. Et in res divinas peccet. IX, 749. Ecclesia filios perditos ut redeant juste cogit. II, 803. Utiliter cogit. II, 312. Potestatem non

tantum invitandi, sed et cogendi ad bonum habet. II, 757. Non mortem perditorum, sed conversionem eorum et pacem quærit. II, 807. Ecclesia propter damnum nonnullorum deterreri non debet a procuranda salute aliorum. II, 799. Ecclesiæ mœrorem de amissis filiis consolatur vel unius conversio. II, 808.

Ecclesiam catholicam Donatistæ vocant Macarianam. II, 190. Ecclesia ex persecutione Donatistarum profecit. II, 807. Et ex bonis et malis legibus Imperatorum. II, 398, 795. Ecclesia patiente, Christus patitur. IV, 613, 749, 1119, 1132. Ecclesia in Christo patiebatur, quando ille pro Ecclesia patiebatur; sicut in Ecclesia ipse patiebatur, quando pro illo Ecclesia patiebatur. II, 545. Frustra Christianus est, qui non est in ea sorte, propter quam passus est Christus. IV, 176. An Ecclesia illa vera dicenda est quæ persecutionem patitur, non quæ facit. IX, 664, 665. Ecclesia quotidiano sacrificio seipsam per Christum discit offerre. VII, 298. Ecclesia universale sacrificium per sacerdotem magnum. VII, 284.

Ecclesia inops et peregrina. IV, 1119. Ecclesiæ deneganda fuerant bona veteris Testamenti, ut bona novi Testamenti optare atque sperare jam disceret. II, 544. Ecclesiam loculos habituram significavit Dominus, cum ipse loculos habuit. III, 1762, 1803. Ecclesiastica bona jure humano possidentur. III, 1437. Donatistæ immerito querebantur quod ecclesiarum suarum possessiones ad Catholicam transire jusserint Imperatores. II, 809. Ecclesiis oblationes factæ, quando suscipiendæ aut recusandæ. V, 1571. Ecclesiæ ministris necessaria suppeditanda, priusquam petant. IV, 1910. Ecclesiæ prædiis uti fruique putantur episcopi, ac reipsa nonnulli utuntur dominantis animo. II, 480. Eorum procurationem tolerat, non amat Augustinus, atque ea, si salvo officio possit, carere desiderat. II, 481. Ecclesiastici si privatim quæ sibi sufficiant possident, bona Ecclesiæ non sunt illorum, sed pauperum. II, 809. Ecclesiasticæ causæ Marcellino tribuno potissimum injunctæ, tamen ad Proconsulem pertinent. II, 510. Servorum Dei passiones nolumus, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari. II, 509, 510, 511 Ne passiones servorum Dei, quæ debent esse in Ecclesia gloriæ, inimicorum sanguine dehonestentur. II, 536. Hoc jam in causa clericorum a gentilibus occisorum facile ab Imperatoribus impetratum. II, 536. Id etsi improbant aliqui recentioribus factis turbulentius excitati, postmodum tamen laudabunt. II, 536.

Ecclesia ager. V, 46. Ager Dei. IV, 1744. Ager Domini. VI, 685. Ager Domini primum spinosus. VI, 688. Ager Dei fructuosissimus. III, 926. Ager sanguine Christi rigatus. VI, 688. Ecclesiam nolebant Donatistæ esse agrum Christi, sed mundum præter Ecclesiam. IX, 742.

Ecclesia ancilla Dei. IV, 1140. Ecclesia angulus dicta. V, 557. Est arca Noe III, 1434. In qua sancti custodiuntur. IV, 214. Ecclesia area. V, 119, 1174. Area quæ paleam habet et frumentum. IV, 109, 115. Ecclesiam areæ esse comparatam in Evangelio Donatistæ tentarunt negare. IX, 660. Ecclesia atrium sanctum Domini est. IV, 1233. Civitas Dei. IV, 553, 554, 680; VII, 587, 585. Quare dicta civitas regis magni, sion, Jerusalem. VII, 550. Ecclesia civitas supra montem constituta, quæ abscondi non potest. IV, 680. Civitas in monte, et ovis in humeris pastoris. V, 222. Ecclesia cœlum. III, 854. Columba deargentata. IV, 823. Ecclesia confessio et decor. IV, 1340.

Ecclesia domus Dei. IV, 194; V, 1647; VIII, 1083. Ecclesia in symbolo recte subjungitur Trinitati, tanquam habitatori domus. VI, 258. Ecclesiæ domus Dei ædificatio et dedicatio. V, 1471, 1476. Ecclesia appellatur firmamentum. IV, 532, 533. Fulgur. III, 1330. Hæreditas Dei. IV, 394, 1012. Ecclesia Jerusalem nova, descendens de cœlo, quomodo. VII, 682. Ecclesia hæc ab Jerusalem terrena incipit, ad cœlestem terminat. IV, 1929. Ecclesia Israel secundum spiritum. VIII, 628. Ecclesia mons. IV, 70, 478, 533; V, 265. Mons sanctus Dei. III, 442. Navis. IV, 1188, 1380, 1381. Navis tempestate jactata. V, 415. Ovile Christi. III, 1721. Paradisus. III, 207, 442, 478, 482; IV, 539; VII, 595. Petra. III, 885, 886. Petra super quam ædificanda promittebatur Ecclesia, ipse est Christus. V, 1238, 1348.

Ecclesia nomine pupillorum et viduarum accipitur. III, 850. Quare dicta regina. VII, 549. Vocatur regnum. III, 821. Regnum cœlorum. VI, 409. Regnum Christi. VI, 76. Regnum Dei. VII, 672. Ecclesia reticulum missum in mare. IX, 25. Sol, luna, stellæ. II, 919. Stabulum. V, 752. Ecclesia universalis, luna; ecclesiæ particulares, stellæ dicuntur. IV, 112. Ecclesia in paucitate firmiorum clariorumque, stellis; in multitudine infirmorum carnaliumque, arenæ maris comparata. II, 536. Ecclesia stola Christi. VII, 520. Tabernaculum Dei. III, 1064. Tabernaculum est contra hæreses, schismata, etc. IV, 252, 253. Ecclesia militans est tabernaculum Dei; triumphans, est domus. IV, 252, 469, 1720. Ecclesia summæ Trinitatis templum. VI, 259. Terra beatorum et terra viventium. III, 85. Torculari comparatur. V, 121. Ecclesiæ sunt torcularia. IV, 109, 1056. Ecclesia turtur dicitur. IV, 1300. Christi vestimentum. V, 490. Christi vestis, quæ mundatur ut non habeat maculam, extenditur ut non habeat rugam. IV, 1734. Ecclesiæ vestitus varius et deauratus, quomodo. IV, 509. Ecclesia cum vite comparatur. III, 1990. Quasi vitis pullulat, et putatur. VI, 341.

Ecclesia figuratur per arcam Noe. IV, 115, 1103; V, 1216; IX, 196, 397, 632. Ecclesia sicut arca Noe fluctuat in hac vita. II, 847. Figuratur per aream siccam Gedeonis. III, 813. Ecclesiæ sub regibus hujus sæculi servituræ figura. VI, 337. Ecclesiæ per cervas exprimuntur. III, 880. Ecclesia figurata est per Evam. III, 215; IV, 1673. Per diluvium. IV, 1354. Per Jephte filiam. III, 823. Lunæ comparatur. II, 209; IV, 132. Ecclesiæ typus in Chananæa. V, 486, 487, 544. In Magdalena. V, 58. In Christi matre. VI, 660. In matre Machabæorum. V, 1380. In muliere cui Christus resurgens dixit, *Noli me tangere*. V, 1144, 1153. In meretrice cui Samson nupsit. V, 1640. In Petro. V, 479, 802, 1548, 1550. Ecclesia respective ad tempus præsens et futurum, figuratur per Martham et Mariam. III, 1341. Figuratur per montem Pharan. III, 775. Ecclesia et Synagoga, mulieres duæ coram Salomone litigantes de filio. V, 92. Mulier patiens fluxum sanguinis, typus Ecclesiæ venturæ de Gentibus. III, 820, 1641. Ecclesia figurata per mulierem ungentem Christum. IV, 171. Per mundi creationem. I, 850. In benedictione filiorum Noe. VIII, 265. In piscatione ante et post passionem Christi. V, 1158, 1161, 1164, 1167; IX, 196, 397, 632. Figurata per Rebeccam. IV, 1673; V, 58. Per secundam Sabbati. IV, 532. Ecclesia in suis primordiis persecutionem sustinens, in Samson figurata est. IV, 1126. Ecclesiæ præsentis imago in Sion, Ecclesiæ futuræ imago in Jerusalem. IV, 122, 70, 1107. Ecclesia significata in vase quod ostensum est Petro. V, 802. In veste Jacob. V, 46. In veste summi sacerdotis. III, 687. In vestimentis Christi transfigurati. V, 490.

Ecclesia vere appellatur populus qui basilica continetur. II, 863.

Ecclesia dicitur locus quo Ecclesia seu fideles congregantur. III, 704, 711. Ecclesiarum forma. III, 660. Ecclesiæ absis. II, 474, 477. Ecclesiæ constructio, bonum opus in quantum ex fide et caritate. V, 1475. Simulacrum Deo nefas esse in templo christiano collocare. VII, 188. Ecclesiæ Memoriis martyrum ornatæ. IV, 1590. Quid in Ecclesiis agatur. VII, 76, 77. In iis quidam recte, quidam male occupati. V, 196. Arguuntur qui in ecclesia corpus, alibi cor habeant. V, 423. Ecclesiæ institutæ ad audiendum verbum Dei. VII, 52. In ecclesiis viri seorsim a mulieribus. VII, 76, 77. Ecclesiæ præpositi sublimius sedeant, cur. V, 569. Quidam ad ecclesiam non pietate, sed solennitatis occasione concurrentes. V, 1600. Ecclesias implent qui implent et theatra. V, 1165, 1174. Ecclesia solemnibus diebus impletur talibus, qui citius vellent discedere, quam venire. V, 1212. Mulieres ad ecclesiam in superbo vestitu venientes reprehenduntur. V, 205. Ecclesiæ parietes satis muniunt corporalem salutem eorum qui capite plecti timebant. II, 647, 651. Confugientes ad ecclesiam, ibi exspectare solent, donec per intercessionem episcopi sua negotia terminentur. II, 450. Officii sui esse ducit Augustinus non deserere qui ad ecclesiam suam ita confugerat. II, 429. Licet is minus cautus, extra eam raptus fuisset. II, 450. Queritur leges non servatas fuisse, ut sic raperetur. II, 450. Utrum non de ecclesia pellendi sint, qui eo confugiunt, quo fidem fidejussoribus frangant, Aug. in Concilio agere aut etiam sedem Apostolicam consulere cupit. II, 1067. Gestis ecclesiasticis confectis, anathematis sententia perculsus est, qui perjuros de ecclesia abduxisse videbatur, etsi diceret eos prius sponte egressos. II, 1066. Homo ære alieno obrutus ad ecclesiæ auxilium convolat: et exactores urgent Augustinum ut eum iis tradat. II, 1092.

Ecclesiastica munia et populorum regimen cur plerique vitant. VIII, 436, 437. Ad ea plerique vi coguntur. VIII, 437. Ecclesiæ in diversis membris officia sunt diversa, sed vita communis. V, 1231. In acceptione personarum ad honores ecclesiasticos, non leve peccatum. II, 1092. Ecclesia si quam monachi operam desideraverit, nec ille elatione avida suscipiat, nec blandiente desidia respuat. II, 188. Qui in Ecclesia excusationes prætendunt, ne dispensatoris officium suscipiant, comparati servo nolenti talentum erogare. VI, 218. Quis modus teneatur in honorum gradibus conferendis eis qui in Catholicam recipiuntur. IX, 478. In Ecclesia iste ordo est, ut alii præcedant, alii sequantur: et qui præceduat, habent quem sequantur. IV, 456. Illi paci debent vigilanti intentione consulere. IV, 901. In Ecclesia sacerdotes et levitæ. VII, 693. Ecclesiæ rectorum sollicitudo et pericula. IV, 1425. Nihil in hoc maxime tempore facilius ac lætius episcopi aut pre-

skyteri aut diaconi officio, si perfunctorie; nihil difficilius, si ut Deus jubet, res agatur. II, 88. Ecclesiasticis instante vastitatis periculo quando fugere liceat aut non liceat. II, 1015. Solent tum alii baptismum flagitare, alii reconciliationem, omnes consolationem, et sacramentorum confectionem et erogationem. II, 1016. *Vide* Fuga. Antistites Ecclesiæ cum barbarismis et solœcismis Deum invocantes, et verba quæ pronuntiant non intelligentes. VI, 520. Ecclesiam tenere, et primatum tenere, an idem sit. IX, 187.

Ecclesiastes liber in Canone sacrarum litterarum a Judæis habetur. VII, 661.

Ecclesiasticus, non est in Canone Hebræorum. VI, 165. Ab aliis Jesus Sirach appellatur. VI, 125. Quia hujus libri auctor Jesus Sirach. III, 947; VI, 606. Ecclesiasticus propter similitudinem eloquii, Salomonis dicitur. VI, 606; VII, 554. Libri Sapientiæ et Ecclesiastici non sunt Salomonis. III, 947.

Ecdicia religiosa femina. II, 1078.

Echini lunaribus incrementis et decrementis augentur et minuuntur. VII, 146.

Eclipsis. *Vide* Sol.

Ecstasis quid. III, 391, 464, 470; V, 102; VI, 129. Ecstasis est excessus sive alienatio mentis. IV, 226, 558, 854, 1492. Fit vel favore, vel aliqua revelatione. IV, 1492. In ea res incorporales habent similitudinem corporum. VII, 725. Et imagines quæ cernuntur, aliquid significant. III, 465. Ecstasis descriptio. V, 360. Ecstasi vehementiori quid fieri soleat. II, 610. S. Petri ecstasis. V, 1228. Rusticanus in ecstasi et vigilare se sciebat, et videre quiddam non oculis corporeis. III, 455.

Eculeus cordis. V, 110.

Eden, id est deliciæ, vel voluptas, vel epulum. III, 202; VIII, 261.

Edaciores quidam eo magis, quo pluribus curis sunt referti. I, 924.

Edendi libido. V, 771.

Edesius exceptor. IX, 513.

Edom nomen Esaü. III, 579. Esaü unde dictus est Edom. IV, 1772. Edom interpretatur terrenus. IV, 715. Edom punice, sanguis dicitur. IV, 1772.

Educa, sive Edulica dea. VII, 122, 140.

Effectuum insolitorum et præternaturalium rationes quasi seminales Deus posuit in rebus. III, 406. Amant homines inexperta rimari, et causas insolitorum requirere. III, 469.

Effeminatus est qui sustinentiam perdidit. IV, 211.

Efferatio prodigiosa omnium animalium in ditione Romana. VII, 104.

Effractor. V, 422, 1585. Ex effractore fit metallicus. V, 695.

Egestate omnis qui miser est. I, 970, 971, 972. Egenus et pauper est, qui non est perfectus. IV, 872, 873. Eget pauper ad te, eges tu ad Deum. IV, 410. Egenus alius te quærit, alium tu debes quærere. IV, 1911. Egens gaudeat de dato tuo, ut et tu gaudeas de dato Dei. IV, 410. Egemus omnes, et in se nullius egens, eget in egenis Deus. V, 408. Egentem juvat Dominus per eum qui habet; et per eum qui non habet, probat habentem. V, 523.

Egestas et plenitudo mentis. I, 974. Egestas summa est egere sapientia: et qui sapientia non eget, nulla re omnino egere potest. I, 975. Egestas illa timenda, quæ neque copia neque inopia minuitur. II, 389. Vita egestosa æternam parit calamitatem, ait Nectarius. II, 387. Nullibi hoc legit Augustinus. II, 388.

Ego sum in carne, *ego* sum in mente: sed magis *ego* sum in mente, quam in carne. V, 857.

Egressus Dei intelligitur, cum apparet in operibus gratiæ IV, 816. Egredi quomodo Christus dicitur. IV, 1114.

Elationis vitium. VII, 421, 422. Elatio magnus tentat irrepere. II, 881.

Elcesæi hæretici. VIII, 31. Hos Ebionæis copulat Epiphanius. VIII, 27.

Elcis pseudopropheta. VIII, 31.

Electio ad regnum. X, 924. Electio secundum gratiam. V, 604. Electio gratiæ ineffabilis. III, 1851. Cur ex eadem massa unus eligatur, alter reprobetur, investigabile. V, 177. Et ad inscrutabilia Dei judicia referendum. VI, 121, 122. Judicia Dei occulta in hominum electione. VI. 127, 275. *Vide* Gratia. Electio ex massa perditionis gratuita. X, 581. Electio ex gratia et proposito. VI. 114. Prædestinatio et electio est ex beneplacito Dei. X, 987. De massa illius perditionis quæ facta est ex Adam, non discernit homines, ut eum faciat vas in honorem, non in contumeliam, nisi Deus II, 969. Electionis causa, dilectio. III, 1831. Electio per misericordiam et judicium. X, 925. Electio gratiæ non ex operibus. II, 821, 823, 827; VI, 125. Non ex præcedentibus meritis. X, 924, 1153, 1140, 1142. Vel parentum vel parvulorum. II, 887. Electio Gentium, non meritis, sed gratiæ tribuenda. IV, 1744. Electio non supponit meritum. III, 1851, 1853. Prævenit omnia humana merita. VI, 620. Electionem et vocationem nec ipsa fides præcedit. X, 998. Electio gratiæ non est gratia, si eam merita ulla præcedant. I, 621. Electio dicitur, ubi Deus non ab alio factum quod eligat invenit, sed quod inveniat ipse facit. X, 582. Electio non ex operum prævisione. II, 888; X, 792, 1132. Electionem futuris operibus adscribentes Pelagiani, desipiunt. X, 582. Vocatio electorum est ex proposito Dei. X, 987. Electorum tantum est vocatio secundum propositum Dei. I, 621; III, 2061, 2062. *Retr.* Sic Deus gratia electos suos adultos prædestinat, ut etiam eorum præparet voluntates. I, 595. Electio divina non habet personarum acceptionem, etiamsi ex meritis non procedat. X, 580. Electio de mundo seu vocatio supponit electionem ante mundi constitutionem. X, 986. Elegit Deus ante mundi constitutionem eos quos prædestinavit. X, 987. Electionis mysterium in pastorum imperitorum et magorum impiorum vocatione. V, 1030. Electio gratiæ qualis esset, primo non invenerat Augustinus. III, 2061, 2062. *Retr.* Electio ad gloriam. *Vide* Vocatio.

Electi, qui secundum propositum vocantur. II, 823; X, 924. Dilecti secundum electionem, prædestinati. II, 659. Eligendos facit ipse Deus, non invenit. II, 886. Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit. V, 173. Elegit Deus quos voluit secundum suam gratiam, et secundum illorum justitiam. V, 604. Electi totum debent gratiæ Dei. V, 604. Electi sumus et prædestinati, non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus. X, 987. Deus elegit justos, non quos tales per seipsos futuros prævidit, sed quos ut tales faceret, prædestinavit. X, 987. Pelagianorum sententia de Esaü et Jacob refellitur. II, 887. Christus omnes malos invenit, et gratia sua bonos facit. V, 587. Apostoli quia electi sunt, Christum elegerunt; non quia elegerunt, electi sunt. X, 904. Ignobiles cur prius electi a Christo. V, 537, 1163. Divites in fide quomodo Deus elegerit. X, 986. Operatur Deus ut simus in laudem gloriæ Dei. X, 988. Electi Dei filii, Christi discipuli, duobus modis dicuntur. X, 929. Electi merito nuncupantur omnes boni fideles. VII, 194. Ad electionem non pertinent nisi boni. III, 579. Quomodo electi dici possint, qui non sunt perseveraturi. X, 925. Electorum nullus perit. X, 792, 924, 930. Electis Deus facit etiam peccata proficere in bonum. X, 950. Adducuntur ad pœnitentiam. X, 792. Plures sunt reprobi quam electi, quare. II, 860. Quomodo nunc pauci, nunc multi dicantur. IX, 418. Comparatione reproborum pauci sunt, in se vero multi. II, 538; IV, 1208, 1475. Electorum certus erit numerus, sed tanta multitudo, quantam numerare nemo possit. V, 1161, 1165. Electi stellæ sunt, quæ a Deo numerantur; qui electi non sunt, supernumerarii sunt. IV, 1904. In electis et reprobis et bonitas Dei, et æquitas jure prædicatur. III, 454. Electio, misericordiæ; reprobatio, Dei judicio adscribenda. II, 823. Per reprobos et electos divitiæ Dei manifestantur. II, 824, 876. Electi in reprobis agnoscunt quid eis misericordia divina largita sit. II, 822, 824, 860, 876, 887, 986. Solvitur objectio dicentium, *Quid adhuc conqueritur*, etc. II, 822, 882, 884, 888. Electi in laude dicuntur. III, 1619. Electorum nomen non invenitur in malo, nisi quando mali eliguntur a malis. III, 579. Electorum varia symbola et figuræ. III, 632. Electi comparantur pupillæ oculi Dei. VII, 705. Electi significati numero piscium. V, 1168.

Electi Manichæorum. IV, 1822; VIII, 35; IX, 557. Electorum vita vana, et inepta scrilegia. VIII, 226. Electi isti non salvandi a Deo, sed salvatores Dei. IV, 1823. *Vide* Manichæi.

Eleemosyna græce misericordia est. V, 1043. Eleemosyna est opus misericordiæ. VI, 263. Eleemosyna commendatur. III, 2023, 2024; IV, 425, 965, 964, 1922; VII, 23. Eleemosynæ bona V, 524. Virtus ejus ad redimenda peccata. V, 407. Eleemosynam impendi Dominus jubet. II, 1092. Eleemosyna in pauperem sacrificium est Christiani. V, 252. Eleemosyna exordium caritatis. III, 2019 Eleemosynæ, munera sunt in quibus rex adoratur. IV, 511. Consilium Dei de faciendis eleemosynis nunc amplectendum. V, 530. Eleemosynam Christus tacitus exigit; et major est vox tacentis, quia in Evangelio non tacet. IV, 1910. Egenus alius te quærit, alium tu debes quærere. IV, 1367, 1911. Deus egere a te voluit, et tu manus retrahis. IV, 1922. Non sub te floret primo pauper, ut gaudeat de te pauper. IV, 1863. Christus in paupere eget. V, 240, 243, 1129. In paupere pascendum se præbere dignatur. V, 615. Deus in paupere accipit et pascitur. V, 524, 1041. Christus dat de cœlo, accipit in terra. V, 253. Christus nihil a te petit, nisi quod tibi dedit: ipse largitor vult fieri debitor. V, 686. Eleemosynam præcipiens Deus, non de re illius cui jubet, sed de re sua jubet donari. V, 326. Considerent homines quantum sit meritum Christum pavisse esurientem, et quale sit crimen Christum contempsisse esurientem. V, 408. Eleemosynam erogans ex caritate duos pascit, eum nempe

qui panem esurit, et eum qui justitiam. III, 2041. Deo credimus quæ pauperi largimur. II, 1092.

Eleemosyna pium fœnus Deo. V, 239, 1706. Eleemosynam facientis mercatura. V, 410. Præmittendæ in cœlum divitiæ. V, 405. Necessaria dat homo, ut hîc diutius vel misere vivat; non dat superflua, ut in æternum cum Christo regnet. V, 1587. Eleemosyna tua vide quid emas, quando emas, quanti emas. IV, 1326. Illi dant pretium redemptionis animæ suæ, qui non cessant eleemosynas facere. IV, 549. Non eris egenus tribuendo, quia thesaurus cœlestis certius possidetur. IV, 1469. Vis aliquid invenire in manibus tuis postea? noli contemnere modo manum pauperis; et respice manus inanes, si vis habere manus plenas. IV, 963, 964. Quærendi sunt quibus eleemosynam faciamus. IV, 1366, 1367.

Eleemosyna non de rapinis, sed de justis laboribus facienda. V, 648, 962 Erogari sibi vult Deus ex eo quod dedit. IV, 1922. Eleemosynam qui dat pauperi, non de suo dat; sed de re Domini. V, 326. De illius das, qui jubet ut des: prærogator esto, non invasor. IV, 1923. Eleemosyna redditio est, non largitio. IV, 1256. Simile est fraudi, si quis superflua sua non tribuerit indigenti. V, 1041. Superflua divitum, necessaria sunt pauperum. IV, 1922. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur. IV, 1922.

Eleemosynæ. Sepone aliquid tamquam debitum, quasi fisco reddendum. IV, 1911. Eleemosynæ fixum aliquid deputandum vel ex annuis fructibus vel ex quotidianis quæstibus. IV, 1911. Nam quasi de vivo videris dare, et necesse est trepidet manus tua, quando illam porrigis ad id quod non devoveras. IV, 1911. Eleemosynæ qua mensura, et quo fine faciendæ. V, 243, 253. Decimas reddituum tuorum dare parum est. IV, 1911 Pharisæi, super quos debet abundare justitia tua, decimas dabant; tu autem nec millesimam. IV, 1911. In eleemosynis habetur modus, non in conquirendis divitiis. V, 89. *Vide* Divitiæ. Qui aliquid pauperi dedit, et alia perdidit, videat quia perdidit quod non dedit. IV, 388. A faciendis eleemosynis tinea malæ cogitationis revocans. V, 959. Avaritia se excusat specie pietatis erga filios. V, 89. Christus cum filiis debet in partem hæreditatis venire IV, 424, 552; V, 1572. Filiis meis servo, vox pietatis, excusatio iniquitatis. IV, 422. Non perdunt homines quod eroganl: servo commendant, et tutum est; Christo commendant, et perit? IV, 425, 552, 1769. Deus ipse servat quod pauperi datur. V, 524. Hoc solum non perit, quod das pauperi: alia vero quæ non dederis, et abundant tibi, aut cum vivis amittis, aut cum moreris dimittis. V, 253. Eleemosyna non perditur, sed servatur pecunia. V, 405. Portio filii mortui debetur Christo. V, 90.

Eleemosyna quomodo facienda. III, 1272, 1273, 1274. Eleemosynæ cupiditatem temporalium commodorum miscere prohibetur. V, 806. Ex animo facienda. IV, 482. Erogandæ est cum humilitate et hilaritate. V, 1200. Non superbe, neque parce facienda. V, 89. Super pauperem non sese efferat, qui ipsum juvat. V, 1128. Eleemosynæ Pharisæorum insufficientes V, 626. Eleemosyna plerumque fit a tristibus et a murmurantibus, ut careant tædio interpellantis, non ut reficiant viscera indigentis. IV, 482. Si panem dederis tristis, et panem et meritum perdidisti. IV, 482. Eleemosyna de corde procedit. Si nemum porrigas, nec in corde miserearis, nihil fecisti: si autem in corde miserearis, etiamsi non habeas quod porrigas, acceptat Deus eleemosynam tuam. IV, 1660 Eleemosynam quomodo jubemur dare omni petenti, et prohibemur dare peccatori. IV, 1327. Eleemosyna in pauperes etiam simulatores V, 251. Eleemosynam fac et cum malo, ut pervenias et ad bonum. V, 251. Fac misericordiam iniquo, non tamquam iniquo: da operi Dei, noli operi hominis. IV, 1326, 1327. Deus non cui detur, sed quo animo detur attendit. VII, 748. Largiores eleemosynas non faciat uxor sine mariti arbitrio. II, 1079, 1080.

Eleemosynas facere quomodo possint pauperes. IV, 1664, 1665. Habet semper unde det, cui pectus plenum est caritatis. IV, 571. Coronat Deus intus voluntatem, ubi non invenit facultatem. IV, 1351. Quid det qui calicem aquæ frigidæ dederit, expenditur. IV, 1665.

Eleemosyna fiat in occulto. IV, 512. Quomodo publice fieri debet. IV, 512. Eleemosyna dupla est ejus qui manu sua erogat. V, 1200. *Vide* Opera misericordiæ. Eleemosynis amicitia pauperum comparanda. V, 250. Eleemosynæ opera amplificanda tempore Quadragesimæ. V, 1042, 1043.

Eleemosynæ multum adjuvant orationem. II, 503, 507; VII, 747. Eleemosyna et jejunium duæ orationis alæ. IV, 482, V, 578. Eleemosyna et jejunio oratio ulcienda. V, 811, 1041, 1046. Hæc justitia hominis in hac vita, jejunium, eleemosyna, oratio. IV, 482. Hæc tria sunt levium peccatorum remedia. V, 88. Eleemosynas quomodo oratio ipsa facit. V, 1044.

Eleemosynas dignas non faciunt qui male vivunt. VII, 747, 748. Quibusnam eleemosynæ proderunt in judicio. VII, 750. Illis prosunt, qui vitam mutarunt. V, 243; VI, 265, 267, 268. Nihil prosunt iis qui a libidinibus et criminibus non abstinuerint. II, 675. Nummi tui convertuntur in bonum, et tu remanes malus? V, 650. Si ideo das ut liceat tibi semper peccare impune, non Christum pascis, sed judicem corrumpere conaris. V, 243. Eleemosynam primum facere animæ suæ quisque tenetur. VI, 268; VII, 748. Eleemosyna an sine fide mundare possit. V, 626.

Eleemosynarum multa genera. VI, 265. Eleemosynæ duplex genus, dimittere et dare. V, 252, 1041, 1199, 1557. Eleemosyna una fit de corde, altera de substantia. V, 598. Eleemosynæ genus alterum, parcere inimicis. V, 1042, 1043, 1053. Eleemosyna ea nihil est majus, qua ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. VI, 266. Nemo pauper in hoc eleemosynæ genere. V, 1042, 1053. Eleemosyna vera quæ fieri jubetur. V, 626. Eleemosynis omnis benevolentia et beneficentia, vel dandi vel ignoscendi significatur X, 500. Eleemosyna nulla major ea quæ nobis Dei incarnatione collata est. V, 1043.

Eleemosynæ pro mortuis. VI, 158. *Vide* Avarus. Pecunia. Eleemosyna mercenaria non sit. IV, 1327. Eleemosynarum merces. V, 253, 525, 1025. Remuneratio pro eleemosynis unde colligitur. VII, 27. De solis eleemosynis mentio facienda in judicio, quare. V, 407, 1700. Ad eleemosynas faciendas exhortatio. V, 90, 642, 686, 1031, 1071, 1700.

Elementa mundi. VII, 120. Elementa corporis quatuor. IV, 91. Elementa quinque Manichæorum. VIII, 55, 210. Elementa an quatuor an plura sint, præter fidem quæritur. X, 598. Elementorum ordo secundum philosophos. V, 1140. Elementorum ordo et situs non invariabilis. VII, 774. Non tantum locis, sed qualitatibus propriis distinguuntur elementa. III, 263, 264 Elementa habent vim et qualitatem suam definitam. III, 406. In elementis latent occulta quædam semina rerum quæ corporaliter visibiliterque nascuntur. VIII, 875. Quidam philosophi cuique elemento sua animalia tribuunt. III, 284; VII, 242. De elementorum conversione sententiæ variæ. III, 280. Elementorum pondera. V, 1141. Elementa in recensione operum creationis non prætercissa sunt. III, 227, 258, 280.

Elephantiosus. V, 489. Elephantaria. IX, 507, 528, 550.

Eleusyniæ sacra VII, 210.

Eleusinus. V, 1580, 1581. Eleusinus vir Tribunitius. VII, 768. Apud Thamugadenses Tribunus. II, 941.

Eleutherius episcopus. X, 652, 665.

Elias et *Enoch* non permissi sunt hîc vivere, quia nemo hîc sine peccato potest vivere. II, 872. Vivunt forte in paradiso unde ejectus est Adam. X, 1598. Nec morbo nec senectute deficiunt. III, 597. Eliæ status inter jam beatorum, et adhuc peregrinantium statum medius. III, 596. Translatio ejus non probat mortem non esse pœnam peccati. II, 871. Elias et Enoch aliquando morituri sunt ex quorundam sententia. II, 871; V, 1375. Et redituri ad hanc vitam ut mortis debitum solvant. III, 597.

Eliæ adventus ante judicium. VII, 704. Hoc erit Elias ad secundum adventum, quod Johannes ad primum. III, 1408. Elias docebit Judæos amorem erga Christum. VII, 704. Et Legem intelligere spiritaliter. VII, 704. Eliæ animam in Johannem fuisse revolutam quidam hæretici opinati sunt. III, 725. Elias mortuos suscitavit. II, 521. Non duxisse uxorem nec procreasse filios creditur. III, 396. Licite sacrificavit extra templum Dei. III, 702. Cur ad viduam mittitur. III, 1416. Ad viduam mittitur pascendus, ut beneficium præstetur pascenti. V, 98, 1128, 1258. Elias personam gestavit prophetiæ. V, 1216.

Eliezer juramentum, prædictio de Christo. VII, 512.

Eligere bonum ex Deo est. X, 314. Non eligimus Deum, nisi prius eligamur. V, 210. *Vide* Electi.

Elisabeth fuit de filiabus Aaron. III, 809.

Elisæus in suscitatione pueri typum gessit Domini. V, 176. Elisæi facto, Legis insufficientia et gratiæ necessitas figurata. V, 176, 753.

Elisæi et baculi ejus allegoria. X, 617. Elisæus mortuos suscitavit. II, 521. Elisæi calvities a pueris irrisa quid significet. IV, 1056, 1069.

Elleborum modo cibus, modo venenum, modo medicamentum. I, 1350.

Ellipsis Græco et Hebræo eloquio familiaris. III, 524.

Elpidius Arianus Augustinum Bonoso et Jasoni doctissimis, ut scribit, viris mittit, putans eum errare, et ab errore volens revocare. II, 1033.

Elogium, id est, vituperatio. V, 1571.

Eloqui parum, etsi multum loqui. II, 1023.

Eloquentia quid. IX, 447. Eloquentiæ vis. IV, 1762. Ejus inanitas. IV, 1762. Eloquentiam de civitate ac de humani generis societate pellendam judicasse nonnullos refert Plato. IX, 448. Eloquentiam accusat Cresconius. IX 447,

448, 455. Eloquentiæ criminatio refellitur. IX, 547. Eloquentiæ defensio. IX, 447. Eloquentia quatenus utilis. IX, 448. Prava diserte dicta, valde sunt noxia. X, 495. Nullo modo sonat diserte,quod dicitur inepte. IX, 283. Eloquentia cum sapientia in sacris auctoribus juncta est. III, 92. Et in sacris litteris. III, 93, 94, 95. Sapientia sine eloquentia parum prodest civitatibus : eloquentia sine sapientia nimium obest, plerumque numquam prodest. III, 91. Quis sapienter dicit. III, 92. Eloquenter et sapienter dicere, quid sit. III, 119. Qui sapienter et eloquenter dicit, vivit autem nequiter, erudit quidem multos, quamvis animæ suæ sit inutilis. III, 118. Eloquentiæ malus usus quis. X, 476. Eloquentia non ab hominibus instituta. III, 60. De fine, officio, et partibus eloquentiæ agitur in toto libro quarto de doctrina Christiana. Eloquens non immerito dici potest, qui docet, delectat et flectit. III, 104. Eloquentia quæ huic sæculo placet, non pascit fidem. IV, 995. Eloquentes muti sunt, qui dum laudant creaturam, obliviscuntur creatorem. IV, 1873.

Eloquia divina salubria sunt bene intelligentibus, periculosa his qui ea volunt ad sui cordis perversitatem detorquere. IV, 543.

Elysiis campis beatorum gaudia significari videntur. VII, 310.

Emaüs. Apertio oculorum discipulorum Emaüs non figurative accipienda. III, 446.

Emendandus est qui odio emendat. IV, 1824. Etiam eos quos emendas, multum amas. IV, 229. Sive blandiatur Deus, sive emendet, eum erudit cui parat hæreditatem. IV, 628. Rectum cor est non resistère patri emendanti, et credere pollicenti. IV, 1468. Sæpe filios per nequissimos servos pater emendat. IV, 1499.

Emendatio non differenda. III, 1651.

Emere. V, 662, 910. Emere vili volunt omnes, et caro vendere. VIII, 1017. Exemplum huic dicto contrarium. VIII, 1018. Emere de hastario. II, 357. Emere cupiens alterius villam quomodo iniquus. V, 204. Deus non vult perire quos emit. V, 153. Potens homo non potest perdere quod emit auro suo, et Christus perdit quod emit sanguine suo. V, 1253.

Emeritus Donatistarum episcopus. IX, 690, 698, 699. Apud Cæsaream. IX, 697, 698. Bono ingenio præditus ac doctrinis liberalibus eruditus. II, 297, 298, 301. Unus e septem selectis ad disputandum in Carthaginensi collatione cum Catholicis. I, 650. In altera collatione apud Cæsaream obmutescit disputante Augustino. I, 650. Illi pridem miserat Augustinus epistolam. II, 299. Emeritus in dissensione Donati pertinax permansit. IX, 708, 751, 752, 743. Dictavit sententiam concilii Bagaitani adversus Maximianistas. IX, 53, *not.* (*b*). Gesta cum Emerito. IX, 712, 739.

Empiricam artem continet medicinalis disciplina. X, 528.

Ἐναντίον. VII, 483.

Encænia, festivitas dedicationis Templi. III, 1741.

Enchiridion quid. VI, 233.

Encratitæ. VIII, 30. Schismatici Tatiani secundum Epiphanium. VIII, 30.

Endor, interpretatur fons generationis. IV, 1054.

Ennius poeta. VIII, 1018. Euhemeri historiam in latinum vertit eloquium. VII, 217. Ennii dictum de laudis cupiditate. II, 1024.

Ἔννοιαι. VII, 232.

Enoch dedicatio interpretatur. VII, 460, 461, 462. An Enoch primus filius Cain. VII, 447.

Enoch translatus est. III, 397. Enoch et Elias creduntur translati ubi est lignum vitæ. X, 1581. Ubi sint, præter fidem quæritur. X, 398. Gratia etiam eis collatum est ut non peccent. X, 1581. Adhuc vivunt, non tamen in spiritalem qualitatem corpori promissam post resurrectionem commutati. X, 111. Vivunt in corporibus, in quibus nati sunt. X, 398. Unde vivunt. X, 111. Redituri huc, et morituri creduntur. X, 1581. Enoch septimi ab Adam raptus quid significat. VII, 598; VIII, 262. Enoch prophetasse dici potest. VII, 598. Quare scripta Enoch in auctoritate non fuerunt. VII, 470, 598. Enoch genuit filios. III, 397. *Vide* Elias.

Enos interpretatur homo, vocabulum soli viro proprium. VII, 460.

Entellus. VIII, 574. Entelli cæstus. II, 238, 247, 249.

Entheca est gazæ repositorium. V, 1572.

Epaphus pater Libyæ matris Busiridis. VII, 570.

Ephemeridarum inspectores reprehenduntur. IV, 456.

Ephud, seu Ephod unum de sacramentis tabernaculi. III, 806. Ephod sacerdotalis honoris insigne. III, 806. Ephod utebatur solus summus sacerdos. III, 807.

Ephrata interpretatur speculum. IV, 1720.

Ephræm fructificatio interpretatur. IV, 719, 1022.

Ἐπιβάται, milites Classiarii. II, 977, *not.* (*a*). X, 915.

Epictetus philosophus Stoicus. VII, 259.

Epicurus. VIII, 72. Democriti hæres. I, 946. Solem vel ullum siderum Deum esse non credidit. VII, 601. Nec Jovem, nec ullum deorum in mundo habitare contendit, ad quem preces hominum perveniant. VII, 601. Felicitatem in voluptate collocabat. I, 942; VIII, 1019. Voluptatem corporis summum bonum dixit. IV, 944. Ab ipsis philosophis porcus nominatus est. IV, 944. Post mortem restare animæ vitam et tractus meritorum credere noluit. I, 752; IV, 944. Geometricis litteris Archimedis intensus erat. VIII, 74. Epicuri atomi. II, 64, 445. Refelluntur. II, 63. *Vide* Atomi. Principia.

Epicurei philosophi. VII, 230, 232. Dialecticæ periti. IX, 455. Imperitia liberalium disciplinarum eos non solum non pudebat, verum etiam delectabat. IX, 655. Epicurei et Stoici regulam comprehendendæ veritatis in sensibus ponebant, Platonici in sola intelligentia. II, 441. Epicurei numquam corporis sensus falli, Stoici falli aliquando dicebant. II, 441. Epicurei de anima quid sentiant. V, 811. Mortem malorum omnium esse finem putant, sicut et ii qui animam mortalem censent. II, 389. Negant futuram vitam. V, 1528. Post mortem nullum omnino esse sensum putarunt. II, 668. Negant et Deum res humanas curare. V, 1528. Epicurei secundum carnem viventes, Stoici secundum animam. V, 853. Epicureorum opinio de beata vita. V, 809. Ubi adest dolor, præteritæ voluptatis imagine se pascunt. V, 1528. Summum bonum posuerunt in corpore. II, 439. Refelluntur. II, 439. Epicurei et Stoici cum Apostolo conferentes. V, 809. Paulo fidem præseminanti contradixerunt. II, 442. Epicurei moribus quidam Christiani. V, 811. Epicureorum et Stoicorum sectæ exstinctæ. II, 442. Epicureorum jam nec calent cineres. II, 437.

Epidaurus Achaiæ oppidum. VII, 87, *not.* (*b*).

Epimenides Cretensis. VIII, 646.

Epiphania manifestatio Christi. V, 1028. De qua festivitas merito instituta. V, 1035. Epiphaniæ diem celebrat universa Ecclesia Gentium. V, 1033. Tredecim dies post natalem Christi, quo scilicet die traditur a Magis adoratus. V, 1035. Epiphaniæ diem cum Catholicis celebrare numquam Donatistæ voluerunt. V, 1033. Quid erit tribunal judicantis, quando superbos reges cunæ terrebant infantis? V, 1029.

Epiphanius Cyprius episcopus Constantiæ, seu Salaminæ. VIII, 23, *not.* (*a*). In catholicæ fidei doctrina laudabiliter diffamatus, hæreses ante et post Domini adventum LXXX. collegit. II, 999; VIII, 23, *not.* (*a*), 41; X, 1366. Quo usque librum de hæresibus produxit. VIII, 41. Epiphanius hic Philastrio longe doctior. II, 999.

Episcopus unde dictus. V, 580; VII, 647. Episcopus latine interpretatur superintentor, quia superintendit. IV, 1669. Ideo altior locus ei positus est. IV, 1669. V, 1567. Episcoporum locus altior periculosus. IV, 1669 Episcopatus speculavinitoris est, non fastigium superbientis. IX, 702. Episcopatus nomen est operis, non honoris. VII, 647. Episcopi custodes sunt, pastores sunt, sed sub Christo custode et pastore. IV, 1669. Episcopi fieri non possunt Christiani seducti sive a paganis, sive ab hæreticis, cum ad Ecclesiam redeunt. IX, 478. Episcopum cur non licet ordinare, nisi uxoris unius virum. VI, 387. Nec qui habuerit alteram, etiam dum paganus vel catechumenus erat. VI, 387. Id non ad vitæ bonæ meritum exigitur, sed ordinationis Ecclesiasticæ signaculum. VI, 388. Quodnam est signaculum. VI, 388. Episcopi benedictio privatim. VII, 762.

Episcopatus presbyterio major secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit. II, 290. Episcopatus ipse et tota hujus nominis auctoritas a Petro emersit, ex Innoc. II, 780, 784. Episcopatus quo animo suscipiendus, et quomodo in eo vivendum. VII, 647. Coactione opus est erga plurimos ut episcopatum suscipiant. II, 754.

Episcopalis officii partes. V, 1484. Episcopi officium ex mente Pagani. II, 315, 316. Episcopatus non est artificium transigendæ vitæ fallacis. II, 296. Episcopus non est, qui præesse dilexerit, non prodesse. VII, 647. Episcopi patres appellati. IV, 513. Episcopus laici filius, pater est patris. IV, 1450. Episcopi servi Ecclesiæ. VI, 577. Episcopi non propter se sunt, sed propter eos quibus verbum et sacramentum Dominicum ministrant. IX, 474, 702. Contra officium suum sibi facere videtur Augustinus, si temporis stillas aliis rebus impendat, quam servitutis suæ necessitati. II, 421. Occupationibus hominum ante et post meridiem implicatur Augustinus. II, 968. Petiit ut per quinque dies nemo sibi molestus esset, propter curam Scripturarum duobus Conciliis ipsi demandatam : placuit, gesta confecta sunt, nec tamen hoc diu obtinuit. II, 968. Episcopum ecclesiasticis curis distractum, Tullianorum dialogorum quæstiunculas exponere dedecorum est. II, 432, 456, 457.

Episcopalis sarcinæ pondus. V, 960, 1480, 1482, 1687. Episcopi sarcina quid bene portata, quid male gesta mereatur V, 1480. Episcopo demandata prædicandi instantia. IX, 453. Episcopum non solum doctum, sed et docibilem esse

oportet. IX, 157, 194. Prædicationis onus grave, sed ab eo non est dimittendum. V, 1481. Etiamsi non audiatur. V, 1481. Episcopus de superiore loco loquitur. V, 608, 761. Nec quod dat, de suo dat; sed de illius a quo accipit et ipse. V, 608, 618. Episcopus qua ratione teneatur docentes quæ non oportet refellere. II, 133, 135. Episcopo quanta cura de aliorum salute imposita. V, 1480. Episcopus est propter correptionis officium. VII, 25. Episcopo proditi ab uxoribus adulteri quomodo corripiantur. V, 511. Episcopi vicem graviter dolet Aug. quod dicatur se humilem præbere debere erga virum qui nefaria patrasset. II, 647. Episcopi an mediatores. IX, 59, 60. In Ecclesia Antistes clara voce deprecatur. II, 221. Episcopi etiam mali orantes pro populo exaudiuntur. IX, 60. *Vide* Sacerdos. Episcopi benedictio super populum. II, 761, 775. Episcopalem benedictionem inutilem esse sequitur ex hæresi Pelagiana. II, 761, 775. Episcopi vexabantur a litigantibus. IV, 1570. Episcopus pius rem habere cogitur cum sæcularibus potestatibus, ac multa indigna pati. V, 1391. Sacerdotii officium esse intervenire pro reis. II, 652, 654. Hoc ex religione descendere approbatur. II, 654. Quo animo id præstetur. II, 654. Episcopum quomodo adeant, qui metuunt ne in carcerem mittantur. V, 879. Augustinus ut amicus petit, ut episcopus consulit, imo jubet ne judex agat aliud, quam quod consulit. II, 510.

Episcopus pauperum procurationem gerit. II, 809. Episcopi tutores pupillorum. V, 950. Episcopi uti fruique rebus ecclesiæ tamquam possessores et domini existimantur. II, 474, 480. Episcopos divites culpando, et Pascha cum Judæis celebrando schisma fecerunt Vadiani. VIII, 39. Episcopus curam habeat de bono nomine, curet præcipue avarus non audiri. II, 292. sicuti et Paulus faciebat. II, 293. Episcopos vel a sola avaritiæ maligna specie alienos esse decet. II, 292, 293. Episcoporum turpis avaritia Cypriani ævo. II, 410. Episcopis incumbit necessitas recipiendi hospites. V, 1570. Episcopi domus. V, 1569, 1670. Sunt falsi episcopi, sicut sunt falsi angeli et falsi apostoli. IX, 271 Episcoporum nonnullorum vitia a Cypriano relata. IX, 518 Episcopus non arbitretur ideo sibi non posse subrepere injustam commotionem, quia episcopus est. II, 1067. Episcopi mali non obsunt populis bonis. IX, 55, 56, 57, 58.

Episcoporum est de ecclesiasticis causis judicare. II, 169. Episcoporum lis ab Episcopis audienda. IX, 579. Episcopus tam judicari ab alio non potest, quam nec ipse potest alterum judicare. IX, 128, 141, 201. Seditio est contra primam Sedem, ut episcopus nonnullos damnare velit, quos primas vult differri. II, 164. Episcopis inflictæ pœnæ triplex genus. II, 955. Episcopum degradatum suscipere nolens plebs, nec cogi potest, nec debet. II, 234. Qui amissum honorem per quaslibet violentias conatur recipere, non vult Christo volenti servire, sed Christianis nolentibus dominari. II, 234. Episcopum, nisi amisso ordine, baptizandi potestatem non potuisse amittere. II, 193. Episcopus peregrinus juxta collegam considet. II, 489. Episcopus quilibet Ecclesiæ catholicæ qualiscumque sit, nullo ecclesiastico judicio damnatus, ceterorum est collega. II, 293. Episcopi non primates in Tractoria eo ordine, quo facti sunt, nominandi. II, 226. Episcopalem alterius personam in scribendo se non satis cogitasse August. ex animo pœnitet. II, 623. Episcopo Donatistæ scribens Augustinus cur non citet episcopi nomen. II, 94. Episcopi cum epistolam episcopis scribunt, civitatum nomina non addunt. IX, 576. Litteras alicujus commendandi gratia negare se non posse profitetur Aug. II, 646. Episcopi ad plebem, quæ dispensationi eorum commissa non est, ultro scribere non possunt. II, 234. Ad Episcopum non pertinet cura nisi propriæ ecclesiæ; in aliis id agit quod permittunt vel cupiunt earum episcopi. II, 133. Coepiscopatus sarcinam, nonnullis jam exemplis præcedentibus, Augustinus suscipit. II, 123. Episcopum ordinandum curat August. in castello ab Hippone quadraginta millibus dissito, quod ei adhibendæ diligentiæ non sufficeret. II, 953. Ordinationis hujus causa primas vocatur. II, 954. Offert Augustinus non petentibus adolescentem tantum in lectoris gradu constitutum, et acceptus fit episcopus. II, 954. Qui deinde apud Augustinum accusatus ac judicatus, ad Sedem apostolicam appellavit. II, 954. Episcoporum culpas, salvo episcopatus honore, posse puniri. II, 954. Episcopatum presbytero parat Augustinus deferre, sed ille eum omnimodo resistendo destituit. II, 953, 954. Post episcoporum obitus solent ecclesiæ per ambitiosos aut contentiosos perturbari. II, 966. Episcopus apud Milevim ordinatus est, quem præcedens episcopus designavit. II, 966. Non sine aliquorum nonnulla tristitia, quod nihil inde ad populum locutus, eum apud clericos tantum designasset. II, 966. Augustinus coram clero et populo ait: *Presbyterum Eraclium mihi successorem volo.* II 966. Designationis hujus Gesta. II, 966. Episcopo adhuc vivente ne alter ordinaretur, cautum est Niceno concilio. II, 967. Alypius sede apostolica dicitur collocatus. II, 99. Laudatur Alyp. quod monasticam vitam cum Episcopi munere conjungat. II, 99. Episcopis liberum est, salvo jure communionis non solum verum quærere, sed et diversum sentire. IX, 141.

Episcopalia Gesta. V, 1576. Episcoporum translatio illicita. II, 954. Episcopum se esse Cyprianus, nec instante martyrio est oblitus. V, 1411. Abscedit Augustinus Carthagine, ubi cogebatur facere quod non deceret. II, 646. Episcopum episcoporum nemo se constituit. IX, 142.

Episcopatus officium interdum laudabiliter ponitur. IX, 474. Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem magis deposita collegerit, quam retenta disperserit. II, 489. Episcopatus sarcinam propter Ecclesiæ vitanda pericula deposuisse longe est gloriosius, quam propter regenda gubernacula suscepisse. II, 239. Episcopatu Vaginensi gloriose cessit Maximianus. II, 239, *et not.* Episcopatum pro Christi unitate deponere parati omnes episcopi catholici qui aderant collationi Carthaginensi. IX, 615, 700, 701. Episcopatus societas Donatistis oblata. V, 1588, 1595. Episcopatus vel clericatus honor Donatistis ad Ecclesiam transeuntibus non auferetur, propter bonum pacis, et ex sola clementia. II, 812, 813. Episcopus quisque actum suum disponit et dirigit, rationem propositi sui Domino redditurus. II, 341. Episcopi vel inferioris ordinis ecclesiarum præpositi, an piscatorum similitudine intelligendi. VI, 219. Episcoporum ab ipsis Apostolorum sedibus inconcussa series. IX, 506. Episcopatus officium cuique patrifamilias impositum. V, 580.

Epistolæ formatæ. II, 175. Epistolaris modus ex institutione veterum. II, 1054. Epistolarum usitatarum modus non custodiendus, nec a veteribus est custoditus, ubi id agerent quod breviter explicari non valeret. II, 839.

Epistolam ad Hebræos quidam negabant esse apostoli Pauli. VII, 500.

Epithalamia seu carmina a scholasticis in nuptiis dici solita. IV, 494, 495.

Epithema tumoris Apostolo datum. V, 833.

Epulæ terræ hujus, medicamenta quotidiana sunt. V, 489. Epulas suas habet cor pium, epulas suas habet cor superbum. IV, 1290. Epulæ Dei mentes quærunt, non ventres. V, 581.

Equæ Cappadociæ vento concipiunt, fetusque earum non amplius triennio vivunt. VII, 715.

Equi nomine honor temporalis significatur. IV, 297, 1912. Equi potentatus, superbia. IV, 1912. Equus et mulus significant superbos. IV, 272.

Eraclius presbyter. II, 966. Sermonem habet præsente Augustino. V, 1717. Gesta quibus Augustini successor designatus est. II, 966. In illum refundit Augustinus negotia quæ populus ad ipsum perferebat. II, 968.

Eraclius presbyter. VIII. 709.

Eraclius diaconus. V, 1577.

Eratus rex Sicyoniorum. VII, 564.

Eremus mundum significat. IV, 917. Eremus Christiano est hic mundus. V, 37. Sciant Christiani ubi sint: in eremo sunt, patriæ suspirant. IV, 917. Eremus conscientiæ. V, 311.

Erichthonius quartus rex Atheniensium. VII, 569. Filius Vulcani et Minervæ quare creditus. VII, 570. Unde sic dictus. VII, 570.

Eridanus. De Mincio in Eridanum emigrare. II, 434.

Erigit nemo quemquam ad id quod ipse est, nisi aliquantum ad id in quo est, ille descendat. II, 77.

Erogare servi est, Domini rationem exigere. V, 1481. Erogare bona spiritalia, omnium est. V, 580. Eroganda pecunia, ut habeatur justitia. V, 410.

Eros episcopus Gallus. *Vide* Heros.

Eros carissimus Augustino, alius ab Herote Gallo. II, 189.

Error quid sit. VI, 239. Est falsi pro vero approbatio. I, 912. Error adulter animæ. II, 62, 529. Approbare falsa pro veris ut erret invitus, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. I, 598; III, 840. Errat nemo in veritate. IV, 807. Errare quis non putandus est, cum aliquid se nescire scit, sed cum se putat scire quod nescit. II, 924. Quantum quisque errorem et falsitatem refugiat. VI, 240. Nemo vult cum quolibet errare. II, 286. Error turpitudine non caret. VIII, 83. Errorem putarunt Academici peccatum, quod vitari non possit, nisi omnis suspendatur assensio. VI, 242. Errores gentium maxime in duabus sectis eminere, quæ ad tempora Christiana durarint. II, 442. Error in re qualibet omni cura cavendus. VI, 239. Errores quam difficillime carentur. VIII, 173. Error in via pedum aliquando utilis, non in via morum. VI, 239. Quantum et in quo quisque erret, interest plurimum. VI, 239, 241. Et quam facile corrigat, vel quanta pertinacia suum defendere conetur erro-

rem. X, 1028. Excellentissima ingenia tanto in majores errores ierunt, quanto præsidentius tanquam suis viribus cucurrerunt. II, 669. Numquam tutius erratur, quam cum amore nimio veritatis erratur. VI, 487. *Vide* Falli. Non est pejor mors animæ, quam libertas erroris. II, 400. Errans disputator in quibus ferendus V, 1348. Duo vitia quæ in errore hominum difficillime toleruntur. VIII, 845. Pertinacia in errore maxime cavenda. X, 575. Errare humanum est, diabolicum est per animositatem in errore remanere. V, 901.

Error definitur facilius quam finitur. I, 911. Error unde convalescit. X, 194. Errorem in sectis variis confirmat series successionis. IV, 857. Iterumque dediscit errare, cui nemo consentit, ait Innoc. II, 785. Nimis perverse se ipsum amat, qui et alios vult errare, ut error suus lateat. II, 586. Erroris hoc proprium est, ut quod cuique displicet, hoc etiam Deo displicere arbitretur. III, 208. Nihil tutius, quam ut abundent qui errores refarguant. II, 870. Errantes procliviores sunt quærere potius, quid contra ea respondeant quæ objiciuntur errori, quam intendere quam sint salubria, ut careant errore. X, 260. Errores exsurgere non est mirandum, sed vigilandum ne noceant. II, 1084. Errorum tentationibus eruditi sanctos expedit. II, 1084. si quis in aliquo errat, modo sit humilis, reducetur a Deo. IV, 1715. Eum qui in errorem lapsus sit, corripiendi ordo et exemplum. II, 991, 992. Errantes per totam faciem terræ. V, 280.

Erubescentia primorum parentum, unde. X, 444. Erubescentia de inobedientibus membris. X, 417. Membrorum erubescentia pœna peccati. X, 564, 565, 712. Erubescere facit ingenuam frontem verecundia, etiam de falsi criminis objectione. IV, 856. Erubescere si crimen est, ejus est qui falsum objicit, non cui objicitur. IV, 856. In contumeliis non erubescet vultus nisi superbi. IV, 514. De Christo non erubescendum. IV, 840, 851; V, 1278. Frontosus esto, quid times frontem tuæ, quam signo crucis Christi armasti. IV, 851. *Vide* Christus.

Eructuare. Manducas cum discis, eructuas cum doces: manducas cum audis, eructuas cum prædicas. IV, 1874. si vultis eructuare gratiam, bibite gratiam. IV, 1875.

Eruditi nomine quis dignus. I, 1015. Eruditos et peritos Legis non ponebat Christus inter discipulos suos. III, 1446.

Erudivit Deus homines multis modis. IV, 1202. Hinc ille rationem exiget. IV, 1202. Eruditi non potest quisquam sine labore et dolore. IV, 1145. Eruditio quæ fit per molestias, in litteris ecclesiasticis vocatur disciplina. IV, 1547, 1548.

Erutii orationes. VIII, 76.

Erythræa sybilla quo tempore vaticinata est. VII, 579, 581. Carmina ejus de Christo. VII, 579.

Esaü et Jacob benedictiones. V, 38, 56. Esaü et Jacob una et eadem sors ex patre, ex matre, ex conceptu, ex ortu; diversa tantum ex Deo. II, 887, 888. Quomodo Esaü Deus odio habuit, qui nihil odit eorum quæ fecit. VI, 122. Cur fidei donum ei subtractum. VI, 117. Cur non congruenter vocatus. VI, 119. An ex præscientia futuræ voluntatis est in robatus. VI, 117. Ejus reprobatio quomodo iusta. VI, 113, 115. Esaü non damnatur indignus. II, 823. Quam dispar moribus a Jacob. VII, 144. Esaü non esca, sed usque ad contemptum sacramenti, quod in primatu suo habuit, concupita esca damnavit II, 141. Esaü non propter offam suillam, sed propter lenticulam defricatam perdidit primogenita. V, 1043. Ægyptio cibo perdidit primogenita. I, 739, 799. Esaü primatum amittens victus concupiscentia, quid figurat. IV, 527, 558, 1772. Esaü quomodo supplantatus a Jacob. V, 47.

Esaü adoratus a Jacob, quid significet. IV, 1153. Esaü servivit Jacobo usque ad regem Joram. III, 567. quomodo. III, 567. Esaü superbos et peccatores designat. IV, 527. Esaü pilosus et Jacob lenis, duo sunt Christianorum genera in utero Ecclesiæ genita. V, 41, 48. Esaü significat carnales in populo Dei. III, 567; IV, 1772. Jacob spiritales. V, 34. Esaü carnales significans, cur major dictus. V, 37. Esaü figuram gestavit veteris synagogæ. IV, 1015, 1477. Esaü Judæorum symbolum, Jacob Christianorum. V, 55.

Esca pro cujusque corporis congruentia vel delectat vel offendit. VIII, 397. Escis animas inesse credebant Manichæi. VIII, 250, 252.

Esdras quo tempore scripsit. VII, 596. Quodammodo de Christo prophetavit. VII, 596. Vagis rerum gestarum scriptor est habitus, quam propheta. VII, 596.

Esse sensibilia et insensibilia appetunt, et illud conservare. VII, 340. Nemo est qui non velit esse. VII, 340. Non esse a nemine eligitur. I, 1281. Ne quidem ab ipsis qui sibi mortem consciscunt. I, 1281. Nihil per divinam providentiam ad id ut non sit, pervenire permittitur. I, 1549. Nemo vere dicit se malle non esse, quam miserum esse. I, 1279. Magnum bonum est ipsum esse, quod et beati et miseri volunt. I, 1280. Quanto amplius esse a natur, tanto amplius vita æterna desideratur I, 1280. Omnia vera sunt, in quantum sunt. I, 744. Omnia quæ sunt, jure laudanda sunt, quia bona sunt. I, 1280. Omne quod est, in quantum aliqua substantia est, et bonum est, et nonnisi a Deo esse potest. III, 436. In quantum sumus boni, sumus; in quantum mali sumus, minus sumus. III, 32. Homo est, et se esse novit, et id esse ac nosse diligit; in his tribus non fallitur homo. VII, 339. Esse ad lumen pertinet, non esse ad tenebras. IV, 109.

Esse nihil est quam unum esse. I, 1349. Esse vere, est semper eodem modo esse. III, 1679. Res quælibet si mutabilis est, non vere est. III, 1680, 1685. Id vere est quod incommutabiliter manet. I, 742; III, 32; IV, 1741; V, 61. Quod vere est, sine initio et sine termino est. IV, 1743. Esse verum, esse sincerum, esse germanum non habet, nisi qui non mutatur. V, 66. Esse nomen est incommutabilitatis. V, 66.

Esse vere, proprium Dei. VIII, 537. Nomen Dei proprium. V, 61, 66. Solus Deus est verum esse. IV, 1741. Creaturæ in comparatione Dei, non sunt. IV, 430. Quo sensu peccatores non habeant esse. IV, 430. Ab eo qui vere est, qui in contrarium pergit, ad non esse pergit. IV, 431. Omnis natura, in quantum natura est, esse cogitur. IV, 109. Quod nulla substantia est, nihil omnino est. IV, 844. Esse, vivere, intelligere. I, 1244. Ex intelligentia colligitur esse et vivere. I, 1244. Esse aliquid in aliquo, duobus dicitur. I, 893.

Esse, pro æstimari. III, 586.

Essentia quid. VII, 550. Essentia non aliter quam substantia solet intelligi. VIII, 959. Essentia et substantia, id est quod a priscis natura vocabatur. I, 1545. Essentia nulla est contraria Deo. VII, 550. Essentiarum gradus ordinati a Deo. VII, 550.

Esther liber, Scriptura sacra. X, 569. Quo tempore liber Esther scriptus. VII, 596.

Esurientes justitiam. V, 365.

Ethnici si quid divinum et rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbaverunt sancti nostri, sed emendarunt. IX, 224, 231.

Ethan interpretatur fortis. IV, 940.

Etruria. Bellum grave Romanorum cum Etruria. VII, 63. Etruscorum regum tormenta. IX, 379.

Eva prima parens. V, 1459. Eva quid significet. III, 207, 215. Cur vita dicta. III, 212, 215. Eva curiositate peccavit. III, 446. Dedit fructum viro, fortassis etiam cum verbo suasorio. III, 445. Probabilius existimavit non esse mortem quam timuerat secuturam. III, 446. Eva etsi præcepti divini oblita fuisset, maximam tamen culpam incurrere non desiisset. III, 445. Evæ menti inerat amor propriæ potestatis, et quædam de se superba præsumptio. III, 445. Eva quatenus a serpente corrupta. X, 864. Evæ prævaricatio inexcusabilis. III, 445. Eva cur induta pelliceis tunicis. IV, 1341. Evæ parturientis dolores ex damnatione culpæ, non conditione naturæ. X, 1564, 1566. Evæ nomen, vita: magnum est Ecclesiæ sacramentum. X, 442. Eva figura Ecclesiæ. IV, 461. Evæ et Ecclesiæ formatio simul comparata. V, 1475. Evæ reliquiarium. I, 713. Eva nobis interior, caro nostra est. IV, 548.

Evacuare corpus peccati, quid. III, 2069.

Evagrius. II, 758, 780.

Evangelistarum auctoritas. VIII, 213. Quod Evangelistæ scripserunt, a Christo scriptum censeri debet. III, 1070. Quia in eis loquebatur Spiritus unus, verum est etiam quod dixerit unus. V, 1118. Evangelistæ quo ordine scripserunt. III, 1043. Evangelistæ quatuor, quia sunt quatuor partes orbis terræ. III, 1043; IV, 1559. Evangelistæ quatuor in quatuor animalibus Apocalypseos intelliguntur. III, 1666. Alii aliis aptius intellexerunt. III, 1046. Evangelistæ salva narrationis veritate variant. V, 1117, 1130, 1153. Scripta eorum inter se non sunt contraria. VIII, 315. In texenda Christi generatione, ab invicem non dissentiunt. VIII, 217. Evangelistarum consensus de partitione vestimentorum Christi. III, 1947. Matthæus, Marcus, et Lucas plura dederunt præcepta vivendi, quam Joannes, quare. III, 993. Evangelistæ dicti sunt cœli. III, 870; IV, 154. Angeli III, 873. Pedes Domini. IV, 1167. Sagittæ. IV, 130. In Angelis adscendentibus et descendentibus significati. VIII, 268. Evangelista proprie vocatur Philippus diaconus. V, 1226, 1227. Evangelista pro Evangelii prædicatore. V, 600.

Evangelium unde dictum. IV, 1417. Evangelium latine bonus nuntius vel bona annuntiatio. V, 266, 740; VIII, 210, 214. Evangelium et Instrumentum est et Testamentum. V, 1456. Evangelium non inimicum Legi, quomodo. VIII, 636. Evangelium lex Testamenti novi. V, 167. In Evangelio revelatur novi Testamenti gratia, quæ in Lege velabatur. IV, 1856. Evangelium unde et esse cœpit et nominari, se-

cundum Manichæos. VIII, 209. Unde secundum Catholicos. VIII, 213. Evangelium quomodo Faustus defi.it. VIII, 219. Evangelium legunt et laudant Manichæi. III, 180. Ex eo quædam recipiebant Manichæi, quædam respuebant. VIII, 321, 323, 342. Quædam esse falsa dicebant. VIII, 359. Evangelium Apostoli dispensatione diviserunt, caritate junxerunt. IV, 341, 342.

Evangeliorum auctoritas. III 1041. In Evangelium non cadit meada imn. V, 740. Evangelio non credebat Augustinus nisi propter auctoritatem Ecclesiæ. VIII, 176. Paulum non habuisse securitatem Evangelii prædicandi, nisi Petri et qui cum eo erant, fuisset sententia robo atus. II, 253. Evangeliorum dissonantia nulla esse secure creditur, donec intelligatur. V, 336. Exemplaribus græcis Evangeliorum major fides habenda. III, 1259. Evangelium quintum ab Hieronymo translatum. X, 1389. *Not.* (*a*). Evangelium Joannis cæteris sup eremineat. III, 993. Evangelii Joannis exordium quædam ad sapientiam, quædam ad scientiam pertinentia complectitur. VIII, 1013. Quædam quæ corporis sensu, quædam quæ animi ratione cognosci possunt. VIII, 1013. Evangelii secundum Joannem initium Platonicus quidam aureis litteris scribendum dicebat. VII, 509. Impletum nunc, quod in Evangelio prædicebatur. V, 417. Evangelicum lumen figuratum per faculas in hydriis fidelibus militum Gedeonis inclusas. III, 813.

Evangelii fides toto orbe recepta. V, 353. Evangelium nondum prædicatum est in nonnullis gentil us. IX, 203. Nondum permultis populis Africæ. II, 922. Evangelii gratiam meritis suis debitam, nec Gentibus, nisi susciperent sacramenta Legis, dandam esse credebant Judæi. VI, 111. Etsi verum esset homines post Evangelii prædicationem gravioribus quam antea malis premi, merito tamen hæc illis acciderent. II, 422. Evangelium sic audire oportet, quasi præsentem Dominum. III, 1652. Evangelium os Christi. V, 520. In illo etiam nunc nobiscum est Dominus. V, 784. Evangelia quatuor, drachmæ quatuor, quibus ab exactione hujus sæculi liberamur. IV, 1783. Ibi peccata nostra solvuntur. IV, 1783. Evangelium ponendum est ad cor, ut sanetur a peccatis. III, 1443.

Evangelium virga virtutis Christi. VII, 551. Vinum quod servatum est in nuptiis. III, 1459. Evangeli a sacramenta in Christi dictis factisque signata, non omnibus patent. VI, 54. Evangelium magister est grandioribus, lex parvulis et pædagogus. VI, 57. Evangelio doceamur quid amare debeamus, quid contemnere, quid agere, quid vitare, quid sperare. V, 1357.

Evangelium sine baptismo non perducit ad regnum cœlorum, nec vicissim. IX, 383. Evangelium accipere quid sit. VIII, 220. An non accipiat, quisquis omnia non dimittit. VIII, 226. Varii gradus eorum qui Evangelica implent præcepta. VIII, 226, 228. Evangelicam vitam sectanti qualiter vivendum cum minus perfectis. II, 352. Evangelio quando Christus parat homines, nullam excusationem vult interponi carnalis temporalisque pietatis. V, 603.

Evangelii dispensatio an præstantior quam baptismi. IX, 383. Evangelii prædicatio per passiones prædicantium clarius et potentius facta est. VII, 612. Evangelii prædicatores pro veritate perpetiendo certarunt, moriendo vicerunt. VI, 179. Evangelicum lumen crevit morte Martyrum. III, 815. Evangelici ministri debent esse forma fidelibus vivendo. I, 857. Evangelium per occasionem prædicare. V, 609. Evangelium non caste prædicantes. IV, 139. Multi ministrant Evangelium, sed sibi ministrant. IV, 1201. Evangelizare qui capiunt, relinquant hydriam suam. III, 1521. Evangelium non sit venale. V, 273. Evangelium pro quo laboravit Paulus usque ad vincula, quod erat. IV, 1448. Evangelii prædicatores accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino. V, 273. De Evangelio vivere Apostolis alisque licitum, non jussum. VI, 553. Evangelizanti licet accipere carnalia pro spiritalibus. IV, 1366, 1367, 1910, 1911. Evangelizanti subveniendum est, antequam petat. IV, 1366, 1367, 1910. Evangelium ponitur ad caput cum dolet. III, 1443.

Eucaddires. II, 83.

Eucharistia. III, 71, 1723; VIII, 382, 658, 879, 881; IX, 202, 290, 669. sacramentum. II, 200; IV, 1348; VII, 520, 741. Pretii nostri sacramentum. I, 778. Eucharistia pretium nostrum quod manduco et bibo et erogo, ait Augustinus. I, 810. Eucharistia, altaris sacramenta. V, 584. Et sacramentum altaris vocatur. V, 401. Item corpus Christi. V, 401. Pene sacramentum omnes corpus Christi dicunt. V, 1563. Panis et calix ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. V, 1247. Panis est corpus Christi, calix sanguis Christi. V, 1246. Eucharistia dicitur communicatio Dominici corporis. I, 720. Mensa Christi in medio Ecclesiæ constituta. V, 733. Mensa corporis et sanguinis Domini. III, 1733. Mensa magna unde accipimus corpus Christi et sanguinem. V, 193. Corpus et sanguinem Agni immaculati accipi in Ecclesia. II, 147. Christus de corpore ac sanguine suo dedit salubrem refectionem, ita ut non deficiat unde reficeris. V, 729. Quam brevem eis qui in partes concidendum putabant, de integritate sua solutionem dedit. V, 729. si carnem Christi non haberemus, panem altaris non manducaremus. V, 726.

Eucharistia spiritalis alimonia quæ accipitur de altari Dei. V, 589. Eucharistiæ cibus et potus. V, 253. Eucharistia vitale convivium. V, 1649. De mensa Dominica non viles epulas, aut ignobiles potus, sed passus occisi Christi carnem pretiosam et sanguinem. V, 1662. Discrimen inter Eucharistiam et cibum temporalem. III, 1613. Non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi. V, 1116. Fit nobis mysticus. VIII, 379. Panis ille, quem videtis in altari, sanctificatus per verbum Dei, corpus est Christi: calix ille, imo quod habet calix, sanctificatum per verbum Dei, sanguis est Christi. V, 1099, 1246. Cœnam manibus suis consecratam Christus discipulis dedit. V, 645. Ipsa est quæ nunc præparatur. V, 645. Ipsam cœnam fide quotidie manducamus. V, 645. Eucharistiam primam confectam manibus suis, et ore suo commendatam, Lucæ sicut cæteris apostolis tradidit Christus. IV, 135; V, 455. Judam adhibuit ad convivium in quo corporis et sanguinis sui figuram discipulis commendavit et tradidit. IV, 75. Eucharistia signum corporis Christi. VIII, 144. Carnis suæ præcisas particulas daturum esse Dominum quidam putaverunt. IV, 1265. Christus discipulis insanire videbatur dicens: *Quicumque non manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum*, etc. IV, 305. Corpus suum Christus ferebat in manibus suis, cum diceret, *hoc est corpus meum*. IV, 303, 308. Salvator quo vehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit altius infigere cordibus, et memoriæ discipulorum. II, 203. Cœna Domini post resurrectionem, ipsius manibus et ore firmata. V, 645. Tenetur et agnoscitur Christus ad fractionem panis. V, 538, 1111, 1118, 1127. Fractio panis in sacramento corporis Christi. II, 148. Voluit agnosci Christus a discipulis, vis in fractione panis, propter nos qui non eum visuri eramus in carne, et tamen manducaturi eramus ejus carnem. V, 1118.

Eucharistia prafigurata. IV, 303. Figurata in pane et vino a Melchisedech Abrahæ propositis. VII, 500. Figuram hanc modo videmus impleri, quomodo, tacetur propter Catechumenos. V, 1407. Israelitarum cibus spiritalis quomodo idem ac noster. V, 1551.

Eucharistia sacrificium. VII, 635 Oblatio. IX, 58. Victima sancta quæ ex altari dispensatur. I, 778. Non quod videtur, sed quod creditur, pascit. V, 645. Sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant Christiani Punici. X, 128.

Eucharistiam nesciunt Catechumeni. III, 1477. Eucharistiæ mensam Catechumeni et Audientes vident, sed ad epulas non accedunt. V, 755. Norunt fideles quid accipiunt, quia per carnem benedicuntur. V, 58. Christum ubi agnoscamus, novit qui fidelis est; qui autem Catechumenus est, ignorat. V, 1111, 1116. Excitantur Catechumeni, ut nomine dato ad baptismum, subinde ad tales epulas accedere valeant. V, 754. De sacramento altaris sacri, quod hodie viderunt baptizati, nihil adhuc audierunt. V, 1102, 1246. Panis quotidianus, quod fideles accipiunt, quod baptizati accepturi sunt. V, 381. Quod norunt fideles, a tritico et vino. V, 48.

Eucharistia ad regeneratos pertinet. X, 1265. Est sacramentum fidelium. V, 649, 729. Non conceditur nisi iis qui baptismum susceperunt. III, 1477. Manducare non possunt corpus Christi nisi baptizati. II, 826. Nec vitam habere possunt qui non manducaverint. II, 785, 826, 984. Præter baptismum et participationem Eucharistiæ, non solum ad regnum Dei, sed nec ad salutem, et vitam æternam potest quisquam hominum pervenire. X, 128, 129. Ista sententia, *Nisi manducaveritis carnem meam*, etc. omnes tenet etiam infantes. X, 123. *Not.* (*a*), 124. Manducare non possunt corpus Christi nisi baptizati. II, 826. Nec vitam habere possunt qui non manducarint. II, 785, 826, 984. Eucharistiæ participatio necessaria parvulis ad vitam æternam consequendam, X, 576, 648. Eucharistia parvulis ministrata. X, 1154. Infantes mensæ Domini participes fiunt, ut habeant in se vitam. V, 943. Sanguinem quem per insaniam fuderunt homicidæ, per gratiam biberunt. IV, 517, 791. Credentes sanguinem biberunt, quem sæviendo fuderunt. V, 483, 497, 538, 554, 1330, 1685.

Eucharistiæ perceptio. VI, 202, 470. Vocatur cœna Dominica. II, 203. Sacramentum Eucharistiæ qua dispositione suscipiendum. III, 1610. Carnem Christi nemo manducavit, nisi prius adoraverit. IV, 1264. Qui manducant carnem Christi, et bibunt sanguinem Christi, cogitent quid manducent. V, 754. Eucharistiæ sacramentum etsi necesse est visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi. IV, 1265. Tunc vita unicuique erit corpus et sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veri-

tate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur. V, 729. Verum Christi corpus et sanguinem in sacramento etiam impii accipiunt. IX, 181. Ad altare in Ecclesia positum multi scelerati possunt accedere, ad altare aliud in cœlis non possunt. V, 1543. Corpus Christi manducant hæretici sacramento solo, Catholici re ipsa. VII, 734. Christi corpus manducare re vera, et non sacramento tenus, quid sit. VII, 742. Eucharistia corde manducanda. III, 1612. Modus quidam manducandi carnem Christi proprius piorum. V, 453.

Eucharistiam percepturis castitas commendatur. V, 735, 736. Nosti quo accedis, quid manduces, quid bibas; imo quem manduces, quem bibas; abstine te a fornicationibus. V, 85. Humilitas Christi in Incarnatione, et in altaris sacrificio declarata. IV, 303, 306, 312. Nisi esset humilis Christus, nec manducaretur, nec biberetur. IV, 303. Cœnam suam dedit Dominus, passionem suam dedit : ille saturatur, qui imitatur. IV, 170, 178, 545. Corpus humilitatis Domini sui manducant etiam divites terræ, nec saturantur usque ad imitationem, sed tamen adorant. IV, 170. Et ipsi superbi veniunt ad mensam Christi, accipiunt de corpore ejus; sed adorant tantum, non etiam saturantur. II, 567. Comederunt pauperes, et saturati sunt, talia passi, qualia manducaverunt. IV, 178. Nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus. IV, 1290.

Eucharistia bonos vivificat, malos mortificat. III, 1762. In Eucharistia habet fidelis ubi vivat, habet unde vivat, III, 1612. Manduca vitam, bibe vitam; habebis vitam, et integra est vita. V, 729. In corpore et sanguine suo Christus voluit esse salutem nostram. IV, 303. Eucharistiæ calix inebriat martyres ad capessenda cœlestia. IX, 298. Judæi de crucifixo Christo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum, et bibendo, illuminamur. IV, 313. Eucharistia sacramentum pietatis, signum unitatis. III, 1612. Mysterium pacis et unitatis nostræ, quod idcirco in pane et vino consecratur. V, 1100, 1103. Concordia et unio effectus sacramenti corporis Christi. III, 1613, 1614. Soli illi manducant corpus Christi, qui sunt in compage membrorum ejus. VII, 742. Virtus quæ in Eucharistia intelligitur, ipsa unitas est; ut redacti in corpus Christi, effecti membra ejus, simus quod accipimus. V, 589. Corporis Christi sacramentum qui accipiunt, non omnes apud eum habituri sunt etiam locum promissum membris ejus. V, 1563.

Eucharistia. Sanguine Christi accepto, ab omnibus gentibus respondetur Amen. VIII, 259. Pretium nostrum accipitur, Amen respondetur. IV, 1663. Ad pignus Christi quotidie dicis, Amen. V, 1469. Ad mensam Domini accedentes, ibi respondent verba fidei. V, 145. Qui ad mensam Domini accedentes, ibi respondent verba fidei, hi fideles vocantur. V, 145. Fideles ii, quibus Christi corpus erogatur. V, 649. Mysterium vestrum accipitis; ad id quod estis, Amen respondetis, et respondendo subscribitis. V, 1247. Audis, Corpus Christi, et respondes, Amen : esto membrum corporis Christi, ut verum sit Amen. V, 1247.

Eucharistiæ perceptionem cur præcedit oratio Dominica. V, 127. His verbis *Dimitte nobis*, etc. lota facie ad altare accedimus, et corpore ac sanguine Domini communicamus. V, 127.

Eucharistia panis noster quotidianus. V, 381, 389, 394, 645. Eucharistiæ sumptio quotidiana. X, 627, 998. Eucharistiam quotidie accipere debent fideles. V, 1099. Communicant alii quotidie, alii certis diebus. II, 200. Qui non audet quotidie sumere Eucharistiam, et qui non audet ullo die prætermittere, uterque corpus et sanguinem Domini honorat. II, 201. Contemptum solum non vult cibus iste, sicut nec manna fastidium. II, 201.

Eucharistiam simul accipiunt boni et mali. V, 584. In ipsa quam multi judicium sibi manducant et bibunt. V, 645. Qui manducant indigne, vere manducant, etsi judicium sibi manducant. V, 1229. Quam multos Judas implet satanas indigne accipientes buccellam. IV, 1854. Bene esse non potest male accipienti quod bonum est. IV, 1854. Non malum est quod datur, sed bonum malo in judicium datur. IV, 1834. *Vide* Sacrificium. Si bene vixeris, cibum Christum habebis; si a Christo recesseris, cibus draconis eris. IV, 1386. Exigitur de manducante quod manducat; non prohibeatur manducare a dispensatore, sed moneatur timere exactorem. IV, 545. Cum quis videt alium ad altare accedentem, quem novit indignum, quando inde nihil ipsi timendum. V, 899, 900. Separatio ab Eucharistia intercedente aliquo graviore delicto. X, 627, 998. Crimina quæ a Christi communione separant. X, 628. Non perseverantes in vita bona separantur a pane Eucharistiæ. V, 395, 401. Separatio a sacramento cœlestis panis per ecclesiasticam disciplinam pœnitenti humiliter amplectenda. V, 1543. Parvula quædam a nutrice, dæmonum sacrilegiis impacta, postea in ecclesia illatam sibi Eucharistiam miris motibus respuit. II, 361.

Eucharistia ad Memorias martyrum celebrata. I, 720. Mensa constructa in loco sepulturæ Cypriani, in qua sacrificium Deo offertur. V, 1413. Sanguinem Christi bibit multitudo venerans natalem Cypriani. V, 1413. Ad altare corpus et sanguinem Christi sumentes. V, 384. Sacrum Christi sanguinem Laurentius diaconus ministravit. V, 1395. Eucharistia olim in manibus poni solita. IX, 277. Conjunctis manibus accipiebatur. IX, 58.

Eucharistia. Discipuli primum acceperunt corpus et sanguinem Domini non jejuni. II, 203. Non præcepit Christus quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis servaret hunc locum. II, 203. Eucharistia a jejunis sumenda, et est mos universæ Ecclesiæ. II, 203. Nonnullos delectavit die Cœnæ Domini ad insigniorem commemorationem post cibos offerre et accipere. II, 203. Quid inde sentiat Augustinus. II, 203. Ex hoc placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. II, 203. Cataplasma ex Eucharistia. X, 1315. Sacramenta quæ per Episcopi afferuntur manum, ad fidem dicti adducuntur. II, 650. Eucharistiam quomodo conficiunt Ophitæ. VIII, 28. Cataphryges. VIII, 50. Pepuziani. VIII, 31. Manichæi. VIII, 35.

Eucharius presbyter per memoriam S. Stephani a calculo sanatus. VII, 766. Et suscitatus est. VII, 766.

Eucratius a Thenis. IX, 220.

Εὐκῆται hæretici. VIII, 40.

Eudæmones. VII, 265. Eudæmones non possunt esse medii Deos inter et homines. VII, 266.

Eudoxius astrologus. VII, 500.

Evectio publica. I, 717.

Eversiones. I, 716; III, 156.

Eversores. I, 685; II, 799. Qui scilicet risus sibi ac ludicra spectacula exhiberi volunt eversionibus et erroribus aliorum. III, 156. Eversor. II, 799.

Eufrates presbyter ad unitatem Christi conversus. II, 583.

Eugenius ab Ammedera. IX, 221.

Eugenius tyrannus Maximi successor a Theodosio victus. VII, 172.

Euhemerus. III, 1056. Sacram historiam scripsit. VII, 217. Saturnum, Jovem, Neptunum et Plutonem homines fuisse prodit. III, 1056; VII, 184. Euhemerus ab Ennio in latinam linguam versus est. III, 1056.

Eulogia panis. IX, 557. Eulogia fieri dicitur, dum sumitur panis unitatis gratia missus. II, 100. Id est accipiendo benedicitur. II, 103.

Eulogius episcopus. X, 525, 652, 663.

Eulogius diaconus martyr. V, 1247, 1249. Ejus responsa. V, 1249, 1251.

Eulogius Carthaginis rhetor. VI, 602.

Eumulius Vicarius Africæ. IX, 541, 640, 687.

Eunomius a quo Eunomiani hæretici, seu Aetiani. VIII, 40, 707, 1087. Eunomius Filium Dei non naturæ, sed voluntatis esse filium dicens, refellitur. VIII, 1087.

Eunomiani. III, 1836; V, 448, 988, 990; IX, 595. Peccabant in Spiritum sanctum. II, 814. Eunomiani in Oriente, non in Africa. V, 280.

Eunuchus Candacis reginæ accepit Spiritum sanctum sine hominum ministerio. V, 601, 1227.

Evodius patria Tagastensis. I, 770. Cum agens in rebus militaret, convertitur ad Deum, et ante Augustinum baptizatur. I, 771. In libris de quantitate animæ et de libero arbitrio, collocutoris personam sustinet. I, 1033. Augustino se socium in sancto proposito adjungit, et cum ipso redit in Africam. I, 771. Psalmum cantat in obitu Monicæ. I, 776.

Evodius cum Proculeiano sermonem contulit. II, 129.

Evodius episcopus in Italiam profectus cum Theasio. II, 273.

Evodius de quo Paulinus. II, 100.

Evodius episcopus Uzalensis. II, 693; V, 1446; VII, 768. Rescribit Valentino de epistola ad Sixtum. II, 975, *not.* (*a*). Multa diversis epistolis Augustino proponit, quibus Augustinus respondet. II, 693.

Eupasia. VI, 475.

Euphemitæ hæretici. VIII, 41.

Euphrates. III, 578. Nomine magni fluminis intelligitur. III, 787.

Europa rapta a Xantho Cretensium rege. VII, 569.

Europæ dimensio. VII, 497.

Europs secundus rex Sicyoniorum. VII, 561.

Εὐσέβεια. VII, 279.

Eusebia Manichæa quasi sanctimonialis. VIII, 36.

Eusebius. VI, 597; VIII, 27. Historiam temporum quæ ad sacram Scripturam pertinent, contexuit. III, 62. Eusebii historiæ a se in latinam linguam translatæ Rufinus duos libros addidit. VIII, 46. Eusebii Chronica. VII, 497, 566, 587. Eusebii sententia de tempore quo promissiones Abra-

hæ factæ sunt. VII, 496. De annis servitutis Israelitarum in Ægypto. III, 612. Eusebius Cæsariensis psalmos interpretatus est. II, 262. Constantinopolitanus vocatur a Paulino, qui ipsius historiam mittit ad Alypium. II, 99.

Eusebius Vercellensis. II, 253.

Eusebius Emisenus. II, 286. In epistolam ad Galatas commentariolos reliquit. II, 252.

Eusebius presbyter Hieronymo mittit libros Anniani Pelagiani. II, 928.

Eustasius ex insula Capraria (monachus). II, 189.

Eustochium et Paula salutant Augustinum. II, 755. De dormitione Eustochii dolet Hieronymus. II, 928.

Eutomus episcopus. X, 652, 663.

Eutropius episcopus. VIII, 665.

Eutychianus Consul. VII, 620.

Eutychiani hæretici. VIII, 50. *Not. ult.*

Exactoris, qui quod suis jam redditum erat, rursum repetebat quasi se non mandante datum, iniquitas corripitur. II, 1062.

Exaggeratissimi diaboli angeli. V, 883.

Exaltare Deum, est altum confiteri. V, 1681. Exaltat Deus humiles sic, ut non faciat superbos. IV, 1472. *Vide* Superbia.

Exaudiri orationes hominum etiam peccatorum. V, 748, 751. Exaudiri hominem, cum Deum orat, ambigenti dubitatio tollitur. V, 171. Exaudiendi nos hinc Deo quædam necessitudo, quia fecit nos V, 295 Deus prævenit desideria nostra. V, 494. Petentem nugatoria propitius Deus non exaudit ut det, sed exaudit ut sanet, non dando. V, 203. Si Deus non dedit, scias quia prodest tibi, quia non dat pater bonus. V, 204. Exaudit quosdam Deus iratus, non exaudit quosdam propitius. V, 147. Deus aliquando non exaudit, ut intelligamus quid ab ipso petere debeamus. IV, 623, 624. *Vide* Oratio. Qui vult audiri a Deo, prius audiat Deum. V, 126.

Exaudire murmurationem, id est, cognoscere. III, 509.

Excæcatio maxima pœna. IV, 688, 690, 691, 692. Unusquisque aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conversionem, aut si contempserit vocationem et disciplinam Dei, excæcatur ad damnationem. IV, 116. Cur alius excæcetur, alius illuminetur, judicio divino reliquendum. III, 1777. Excæcat hominem sinistra intentio. IV, 1859. Elatio causa excæcationis. IV, 790, 794. Excæcatio infidelium a diabolo potest esse. VIII, 393. In uno eodemque opere malo aliud venit de astutia suadentis, aliud de nequitia volentis, aliud de justitia punientis. VIII, 394. Excæcatio infidelium secundum quemdam modum ad verum Deum pertinere potest. VIII, 389. Nec injuste. III, 1777, 1780. Excæcat Deus deserendo. III, 1777. Excæcatio Judæorum ex superbia. III, 1778, 1779; VI, 20. Excæcatio aliquando utilis. III, 1572. Plurimis Judæorum profuit. III, 1779.

Excellentia tria. V, 1590.

Exceptor. V, 1390. Exceptores judicis. II, 578, 581.

Excessus in rebus ad utendum concessis longe tolerabilior, quam in non concessis. VI, 382.

Exclusi ab Ecclesia quomodo eidem prosint. III, 127.

Exclusores argentarii. X, 210. Sic vocantur qui de confusione massæ noverunt vasis formam exprimere. IV, 643, 836, 857.

Excommunicatio. III, 451, 764, 1763; VI, 199, 473; IX, 45, 414, 669. Excommunicatio a mensa. IX, 94. Excommunicatio est misericors severitas. VI, 199. Remedium est contra gravia quædam peccata. VI, 228. Corripiamus, castigemus, excommunicemus, etiam cum dilectione separemus. IV, 635. Excommunicatione pœna major in Ecclesia non est. X, 944. Qui ab Ecclesia resecantur, periculis omnibus ac luporum dentibus exponuntur. Innocentius. II, 785. Excommunicatio non nisi legitima potestate et cum judicio facienda. V, 900, 1546 Excommunicatus a presbytero suo subdiaconus. II, 419. Item excommunicatus a presbytero suo diaconus. II, 419. Excommunicatio ubi adhibenda. IX, 92, 93, 95. Excommunicatio peccatoris. III, 1732. Excommunicantur incontinentes. V, 1094. Excommunicatione prudenter quandoque abstinendum, ne flagello pejor fiat qui cæditur. V, 125. Maxime dum Ecclesiæ perturbatio et disruptio timetur. V, 51. Patres maluerunt Pelagianos in Ecclesiæ corpore sanari, quam ex ejus corpore resecari, si necessitas permitteret. II, 685, 764, 775. Excommunicatum non fuisse qui merebatur, Augustinus probat, ubi erat periculum schismatis. II, 298.

Excommunicatio quid debet intueri. IX, 62, 94. Potest esse utilis. X, 944. Quomodo salubris. IX, 92. Per pœnitentiam aut per malam conscientiam a Christi corpore separati. VII, 674. Sicut ante visibilem excommunicationem, quisquis contra veritatem qua convincitur et arguitur, inimicum gestat animum, jam præcisus est; sic post reconciliationem manet præcisus. IX, 444. Si objecta Cæciliano crimina possint monstrari, ipsum jam mortuum anathematizaremus. II, 794. Separatio falsorum fratrum, ante tempus messis, sine perturbatione Ecclesiæ non potest fieri. III, 1799. Ab iis fraternam non separat caritatem, quos de fraterna congregatione præcipit Paulus separari. IX, 84, 85, 86, 92. Excommunicatio innocentes ac spiritales homines non lædit, sed probat. IX, 125. Non obest homini, quod ex tabula (Ecclesiæ) non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro vivorum non eum delet iniqua conscientia. II, 269. Si quisquam fidelium fuerit anathematus injuste, ei potius oberit qui faciet, quam ei qui hanc patietur injuriam. II, 1068. Excommunicati injuste ut sese gerere debeant. III, 128. Ut domus universa pro peccato unius anathemate feriatur, rationem non invenit, nec facere ausus est Augustinus. II, 1066. Excommunicare laïcum, et clericum degradare. VI, 271.

Excurator. II, 304.

Excusatam se putat humana superbia, quando ignorantiæ, non voluntatis videtur esse quod peccat. II, 883. Excusaturos se dicit Pelagius malos, quod gratiam bene vivendi non acceperint. II, 882. Inexcusabilis ostenditur omnis peccator. II, 882. Eos qui scientes peccant, vocat Scriptura inexcusabiles etiam secundum judicium superbiæ suæ, quo multum confidunt de viribus propriæ voluntatis. II, 885. Excusantes peccata sua, per circuitum volunt venire ad Deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum. IV, 268. Impii ut se excusent, accusant Deum. IV, 1172, 1691. Excusatio peccati iniqua est, et a diabolo suggeritur. V, 138, 186; VI, 357. Excusatio in peccatis manifestis, est superbia damnabilior. VII, 422. Nolens se esse reum, addit potius ad reatum. VI, 357. Non pœnam removet, sed veniam. VI, 357. Excusationes in peccatis diversæ; fati, fortunæ, diaboli, et ipsius Dei. VI, 358. Excusator tuus cum vis esse, triumphat de te diabolus accusator tuus. V, 186.

Excussorum filii, qui. IV, 1674.

Exduumvir. II, 304.

Exedra. IX, 697. Locus de quo episcopus loquebantur ad populum. VII, 770.

Exemplis ratio anteponenda. VII, 36. Exempla magis movent quam præcepta. VII, 53. Fidem infirmorum roborant. IV, 1402. Exempla sanctorum alios accendunt alios dejiciunt. IV, 1812. Exempla, carbones desolatorii. IV, 1600. Exemplis urgemur ad conversionem. IV, 1600, 1601. In Ecclesia qui præcedunt, exemplum se præbere debent sequentibus. IV, 436. Exemplum bonæ imitationis qui proponit, misericordiam præstat majorem, quam qui porrigit reficiendi corporis alimentum. V, 804. Exemplum non sumendum a multis, sed a paucis qui sint justi. IV, 457. Exemplum peccandi ex magnorum virorum lapsu non accipiendum. IV, 539, 586. Exempla mala non excusare, et quatenus bona non desint. V, 1547. Exemplo malorum se excusans, quærit sibi non patronum ad causam malam, sed comitem ad pœnam. V, 758.

Exenia, pro, Xenia. IV, 195.

Exercere. Aliquando Deus per temporalem potentiam damnandorum, exercet disciplinam liberandorum. IV, 935. *Vide* Tribulatio.

Exheredati, dici solent abominati. IV, 86.

Exhortatio quem ad finem adhibeatur. IV, 1501. Exhortationis vires ex gratia. VI, 444. Exhortatio nihil prodest, nisi revelet ille qui intus est. III, 1609.

Exigitur plus ab eo cui plus datur. II, 882.

Exorcismus quid. I, 968. Exorcismus parvulorum in baptismo. IV, 797; X, 829, 1075, 1525. Et exsufflatio in baptismo. X, 1192, 1220, 1385. Exorcismus inter ritus baptismi. I, 968; X, 408. Est vetustissimus ritus. X, 465. Antiquissima Ecclesiæ traditio. X, 467. Exorcizatur potestas diabolica in baptismo. X, 426. *Vide* Baptismus. Exorcismus adjurato Christi nomine. V, 1080, 1100, 1103.

Exorcisterium ecclesiasticum. IX, 578.

Exorbitare est extra orbitam fieri. III, 1739.

Expalmatus. IV, 1250. Expalmaretur. III, 2051.

Expedire et illicitum e sequid differant. VI, 461. Quando quid expediat, quando non. VI, 463. Quod licet, sed non expedit facere, non legis vinculo, sed libera dilectione cavendum. VI, 451.

Experimenta corrigant, quem verba non corrigunt. V, 405. Experiendi assiduitas paulatim subtrahit admirationis incitamentum. VII, 714.

Expompari. V, 268.

Exsequiarum solemne obsequium. IV, 1552. Per triduum in hymnis Dominum collaudavimus super sepulcrum defuncti, ac tertio die redemptionis sacramenta obtulimus. II, 694. In exsequiis quid ad spiritum mortuorum perveniat. IV, 554. Exsequiæ magis sunt virorum solatia, quam subsidia mortuorum. VII, 27. Exsequiæ divitum. IV, 522 554.

Exspirare, extra spiritum fieri. III, 1739.
Exsufflatio in baptismo. X, 408, 435, 829, 1073. Exsufflatio parvulorum vetustissimus ritus. X, 465. Et antiquissima Ecclesiæ traditio. X, 467. Ritus Ecclesiæ universæ et antiquissimæ. X, 1305, 1307, 1439. Exsufflatio in baptismo parvulorum ut eruantur de potestate diaboli. X, 1323. Exsufflare imaginem Dei in baptismo non liceret, nisi eruenda esset a potestate tenebrarum. X, 1333. Deo ipsi gravis et insignis fieret injuria, si imagines ejus sine peccato exsufflarentur et exorcizarentur. X, 1414.
Exsulare, extra solum fieri. III, 1739. Exsul nusquam Christianus. V, 1410. Exsilium, si patria amatur, magna pœna; si non amatur, pejor cordis pœna. V, 1339. Exsilium sua sponte quotidie servi Dei eligunt. VIII, 225.
Exsultatio alia bona, alia mala. IV, 1217. Exsultare Domino pie debes, si vis securus mundo insultare. IV, 1217. Exsultare in cubilibus suis, est exsultare in cordibus suis. IV, 1953. Exsultatio sanctorum nondum est in re, sed in spe. IV, 629. Exsultare quisque debet cum tremore, quia donum Dei est unde exsultat, non meritum suum. IV, 1953. Exsultatio injustorum in sæculo, ac proinde transiens; justorum in Domino, et permanens. IV, 277.
Exsurge pro expergiscere. III, 497.
Exteriora non amanda IV, 1813. Exteriora munda esse non possunt illis quibus interiora immunda sunt. IV, 1661. De interioribus gaudeamus, in exterioribus necessitatem habeamus. IV, 1813. Externis tanto magis quis moritur, quanto magis appropinquat Deo; sicut cum ab eo recedit, omnes vires suas in externa convertit. II, 208.
Extima. Progredi in extima nihil est aliud, quam intima projicere, id est longe a se facere Deum. I, 1185.
Extollere. Parum est ut illud quod in se est bonum, agnoscat homo quod a Deo sit, nisi etiam inde non se extollat super illum qui nondum habet. IV, 878. *Vide* Superbia.
Ezechias optimus et piissimus rex, regnavit Romuli temporibus. VII, 578. Lucos et templa idolorum, et excelsa destruenda destruendo, Domino servivit II, 801. Ezechias secundum quasdam futurarum causas moriturus erat, et quomodo quindecim anni ad vitam illius additi. III, 551.
Ezechiel, quid et quo tempore prophetavit. VII, 532. Prophetavit in captivitate Babylonica. IV, 772. Ezechiel de filiis et patribus suas vitas sequitur, cum ait injustitiam patris non nocere filiis X, 1273. *et supra passim*. Ezechielis prophetiam cap. XVIII pertinere ad præmuntiationem revelationis Testamenti novi. X, 1281. In Ezechielem commentarios edit Hieronymus. II, 719.

F.

Fabella Persica. VIII, 92.
Fabiola. II, 719, 1091.
Fabius. X, 745. Tarentinæ urbis eversor. VII, 19. A simulacrorum depradatione abstinuit. VII, 19.
Fabricarum constructio. IV, 1056.
Fabricius. II, 590; X, 745, 751. Illustris Romanus. VII, 164. Voluntaria ejus paupertas. VII, 164.
Fabricius. VIII, 659. Hæreticus VIII, 664.
Fabula est compositum ad utilitatem delectationemve mendacium. I, 894. Fabulas suas ad naturam rerum, vel ad mores hominum interpretari conantur Pagani. VIII, 374. Et ad nescio quas physiologias vel theologias referre. VIII, 273.
Facere. Quod quisque facit, aut de se est, aut ex aliquo, aut ex nihilo. VIII, 547. Nulla res se ipsa gignit aut facit. I, 1028. *Quod tibi non vis fieri, ne feceris alteri*, manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripsit. IV, 673 Hoc nemo ignorare permissus est, ut esset unde judicarentur quibus lex non est data. IV, 675. *Fac mecum*, quid importet. IV, 1442. Facientes numeri factis anteponendi. I, 1165. Facta sermones sunt, quibus justus defendetur in judicio. IV, 1469. Cavendum ne sicut philosophi quædam facta hominum dicamus media inter recte factum et peccatum. II, 280. Factorum quorundam, quæ nec bona nec mala sint, exempla. II, 281.
Factio, consensus optimatum injustorum. VII, 67. Factionem si videt, qui ad judicium trahitur, debet causam suam meliori judicio reservare. IV, 575.
Facies Dei, præsentia ejus per Ecclesiam. IV, 814. Potentia qua dignis innotescit. IV, 157. Veritas. I, 988; Revelatio et præsentia ejus futura in judicio. IV, 858. Facies Domini propitii et adjuvantis super facientes bona, et irati super facientes mala. IV, 1395. Facies qua Deus videndus est. II, 620, 622, 625. Facierum humanarum similitudo et dissimilitudo miranda. VII, 721.
Facinus, dicitur quod agit cupiditas ut alteri noceat. III, 72.
Facultates dictæ divitiæ. V, 1189. Facultates non sunt nisi infirmitatis argumenta. V, 488, 1190. Facultatem non attendit Deus, sed cupiditatem. IV, 1727. Et voluntatem, IV, 1057. Coronat Deus intus voluntatem, ubi non invenit facultatem. IV, 1351.
Facundia canina. II, 752.
Falcitare. IV, 318.
Fallacia male utitur lingua. III, 1620.
Fallax differt a mendace. I, 892; III, 149. Fallax est qui habet fallendi appetitum. I, 892. Homo falsus docendus, cavendus fallax. I, 925.
Falli et mentiri quo differunt. V, 157, 758. Mentiri pejus est quam falli. V, 758. Aliquando mentiri quam falli est tolerabilius. VI, 241. Falli quam mentiri, quantum ad hominis voluntatem, minus est malum. VI, 241. Miseriores sunt qui mentiendo fallunt, quam qui mentientibus credendo falluntur. VI, 240. In quibusdam rebus magno, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo malo, in quibusdam non nullo bono fallimur. VI, 241. At ipse error per se, aut magnum in re magna, aut parvum in re parva, tamen semper est malum. VI, 241, 243. Fallere volunt multi, at nemo vult falli. I, 794; V, 984, 1405; VI, 240; VIII, 510. Fallere nolunt boni, falli nec boni nec mali volunt. V, 984. Falli quantum oderit anima naturaliter. V, 813. Hic non falli difficile est. II, 275. Fallitur cor hominum de peccato et de pœna peccati. IV, 87. Vis venire ad vitam ubi non fallaris, age modo vitam ubi non fallas. V, 1405.
Falsitas non est quidquam, sed dicitur cum res putatur esse quod non est. I, 744. Fallit ipse animus, non oculi. III, 149. Falsitas non ex ipsis rebus, aut ex sensibus oritur, sed ex peccatis III, 149, 150. Falsitas non est in rebus, sed in sensu animi. I, 887. Falsitatibus minus obnoxia est anima nondum passa sensibilium sensumque vanitatem. II, 70. Falsitas falsitatem trahit. IX, 432. Falsitatis hic regio. V, 975. Falsitas crimen capitale. V, 1471.
Falsum quid. III, 60. De falsi notione. I, 898. Falsum nihil aliud est, quam quod non ita est, ut videtur. I, 889. Quædam eo vera, quo falsa. I, 893. Falsa nemo novit, nisi cum falsa esse novit. VIII, 1070. Non ideo verum aliquid quia diserte, neque ideo falsum quia incomposite dicitur. I, 710. Falsa cur plerumque cogitamus. VIII, 997. Falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis familiarius quæque volutatur. II, 66. Cognitio veritatis, omnia falsa, si modo proferantur, etiam quæ prius inaudita erant et dijudicare et subvertere idonea est. II, 457. Falsum dicere nunquam licet. IV, 86. Falsum testimonium nec mortis minis debet dici. V, 125. Falsum testimonium etiam cum bonorum ac vitæ discrimine fugiendum. V, 651. Falsi testes excæcantur, et ea dicunt nescientes, unde appareant falsi testes. IV, 375, 374.
Famæ bonæ cura habenda. V, 1508, 1569; VI, 448. Fama bona crudeliter contemnitur. VI, 448. Fama vulgi non debet esse studiorum finis. II, 455, 454. Fama bona odor bonus. III, 1760. Fama bona aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. III, 1760. Famam animus perditus malis artibus sibi comparare molitur. IV, 127. Ubi pro existimatione nostra quidquid recte possumus fecerimus, si quis famæ nostræ detrahit, adsit conscientiæ solatium, planeque gaudium. VI, 449. Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. VI, 448. Aliquando ea causa est, ubi non sufficiat conscientia. II, 475, 480. Exitio suo quisque a bonis putatur bonus, cum occultus sit malus. III, 465. Fama bona et mala quomodo justi probantur. IX, 355. Famæ auctoritate nihil vilius. I, 928. Rumor hominum ventis comparatur. II, 1508.
Fames et sitis dolores sunt. I, 797. Fames morbus, cujus medicamentum alimentum. IV, 598, 1596. Fame consumitur qui jejunat septem diebus. IV, 1638. Famem Abraham et Isaac passi sunt. IV, 384. Quomodo ergo justi non quærunt panem. IV, 384, 385. Quid sit, *Deus vocavit famem*, etc. IV, 1396. Famis bona. VII, 25. Fames Romæ. VII, 26. Fames Saguntl. VII, 101.
Fames cordis. V, 262. Famis tempus est modo, tempus saturitatis post erit. IV, 298. Fames perfectorum, conversio peccatorum. IV, 241, 242. Famelici Dei esse debemus: ante januam conspectus illius in orationibus mendicemus. IV, 1893, 1896.
Familia quomodo administranda. VII, 644.
Farinæ tria sata. V, 641.
Fascinare pro invidere. III, 536.
Fuscius ære alieno obrutus ad Ecclesiam confugit. II, 1092.
Fatigationi cum succurritur, alia fatigatio inchoatur. IV, 1320, 1321, 1638.
Fatuitas grande malum. X, 707. Fatuitas est naturalis, quare. X, 1514. Fatuitatem non alienæ naturæ commixtio, sed nostræ depravatio invexit. X, 1429. Fatui quidam nascentes, fateri cogunt originale peccatum. X, 707, 1514.

Fatuorum absurditate delectari non nisi ex carnali affectu venit. X, 148. Fatuæ virgines, quibus non sufficit conscientia, IV, 1921. Fatuæ virgines excitantur ad bona opera, non robore bonæ conscientiæ, sed excitamento linguæ alienæ. IV, 1921. Non dicit fratri suo, *fatue*, qui cum hoc dicit, solum ejus peccato infensus est. VII, 748.

Fatum a fando potest appellari. VII, 150; VIII, 213. Fati nomine quid vulgo intelligatur. VII, 141; X, 579. Fatum ex siderum dispositione fictitium. V, 1007, 1027. Fata tria in colo et fuso digitisque filum ex lana torquentibus, quare finguntur. VIII, 574. Fato nulla fiunt. VII, 150. Doctrinam suam de fato Mathematici ipsi tactis suis evertunt. II, 1061. Hæc doctrina non parvum malum, quod ad defendendum peccatum a medicamento confessionis avertat. II, 1061. Fato fieri, quod merito non fit, Pelagianorum sententia, quæ refellitur. X, 761. Causa peccati in fatum non convertenda. II, 1051. Fato qui mala sua tribuit, Deo tribuit. IV, 1175. Fatum non asseritur a Catholicis sub gratiæ nomine. X, 577, 579. Cur hoc a Pelagianis objectum est Catholicis. X, 577. Fati criminatio retorquetur in adversarios. X, 578, 579. Fati nomine non astrorum positionem, sed summam Dei voluntatem quidam intelligunt. VII, 148. Quare a fati appellatione abstinendum. VII, 150.

Fatalia quæ sint. VII, 141. Fatalium siderum assertores impugnantur. VII, 141, 144, 145.

Faventius Paratianensis saltus conductor. II, 429, 430.

Faunus Pici filius secundus rex Laurentum. VII, 573. In Deos relatus. VII, 573.

Fauni incubi. VII, 468.

Faustinianus episcopus. II, 759, 762, 780.

Faustinus Tuburbitanus. IX, 676.

Faustinus Donatista Hipponе panem coqui Catholicis vetat. IX, 316.

Faustinus episcopus Donatista. III, 1436.

Faustinus diaconus. V, 1576.

Faustus Manichæus. VI, 166, 442. Manichæorum episcopus. I, 707, 710, 711. Fausti patria, dotes, etc. VIII, 207, 223. Ingenium. VIII, 533. Mollities. VIII, 223. Falsæ virtutes quibus gloriabatur. VIII, 224. Faustus negabat esse quidquam in libris Hebræorum de Christo prophetatum. VII, 473. Faustum Augustini præceptorem vocat Julianus. X, 1203. Faustus multis laqueus mortis, Augustino salutis occasio est. I, 711. Faustus eo quod Manichæus esset, judicio proconsulari cum nonnullis aliis in insulam relegatus. VIII, 223.

Faustus a Timida. IX, 233.

Faustus perlator epistolæ ad Bonifacium. II, 854.

Fausti basilica. V, 645, 1202.

Faustulus pastor, maritus nutricis Romuli et Remi. VII, 578.

Favo similis est doctrina sapientiæ, quæ de abstrusioribus sacramentis exprimitur. IV, 1566. Favus Christum designat. IV, 1497.

Febris, Romanorum dea. II, 84; IV, 1596; VII, 50, 88, 123. Febri et pallori fana fecerunt Romani. III, 1055; VII, 105.

Febris lectum non formidat argenteum, non timet pompam divitis, non timet jacula bellatoris. V, 1260. Febres animæ. V, 83.

Februarius mensis unde nomen acceperit. VII, 200. Februarius a Februis sacris Lupercorum appellatus. VIII, 346. Februarius mensis Deo Termino dedicatus est. VII, 200.

Fel crescit irascendi facilitate, ac bellis cremento crescit irascendi facilitas. II, 73. Fel Christus in cruce respuit, quia non intrant in corpus ejus amaricantes. IV, 852.

Fecunditas. Ineffabilibus verbis suis Deus vim seminis indidit primis hominibus. X, 403. Fecunditas ante peccatum et peccato non adempta, I, 1297. Fecunditas homini donata, non est ablata post peccatum. I, 1297; VII, 788; X, 1458. Non est qualis fuisset, si non peccasset. VII, 789. Fecunditas, non commotio pudenda membrorum, munus est Dei. X, 450. Fecunditas feminarum etsi jam ærumnosa facta est, iniquitas non fecunditas hoc fecit. X, 1560. Feminarum uteros non obnoxia virtute, sed libera et potentissima fecundat Deus. X, 837.

Feliciæ virgini consolatoria, vel exhortatoria epistola, ne a malis pastoribus scandalum patiatur. II, 950.

Felicianus Mustitanus. IV, 376, 381. Maximianista. IX, 76, 108, 109, 137, 178, 371, 507, 528, 530, 550. Ordinator Maximiani. IX, 253. Felicianus et alii cum eo conspirantes Primianum damnaverunt. II, 412. Felicianus de tota conspiratione accusatur. II, 413. Adversus eum postulat Titianus. IX, 574. Postulatio adversus Felicianum de Mustitanis locis excludendum. IX, 529. Felicianus unus e duodecim qui apud tres aut amplius proconsules accusati sunt, ut e sedibus suis pellerentur. II, 407. Agitur apud proconsulem ut de basilica excludatur. II, 241. Quandiu duravit iste conflictus. IX, 530. Felicianus damnatur a Primiano. II, 404, 405. A Donatistis. II, 580. A Concilio Bagaitano. II, 192, 198, 309, 405; IV, 382; IX, 65, 75, 107, 251. Felicianus veritatis adulter, catena sacrilegii appellatur. II, 405, 414. Felicianus a parte Donati transit ad Maximianenses. IX, 655. Communicat cum Maximiano, et extra communionem Donatistarum multos baptizat. II, 241. Felicianus vi per Optatum reductus. IX, 251, 252, 316, 565, 581, 704. Felicianus Primiano reconciliatus est IX, 107. Felicianus a Donatistis damnatus, cum ad eos studio concordiæ rediisset postea, sine baptismo in eodem honore ab illis receptus. II, 192, 198, 309, 405, 407, 413; IX, 59, 584, 618, 655, 740. Optato Gildoniano cogente. II, 198, 405. Felicianum Mustitanum etsi damnatum receperunt denuo Donatistæ velut integrum, quasi bono pacis. IX, 54. Recipiuntur et cum illo quos in schismate Maximiani baptizavit. II, 241. Nec Felicianum, nec quos baptizaverat in schismate, rebaptizarunt Donatistæ. IX, 97, 98, 113, 262, 504. Felicianus Mustitanus nunc apud Donatistas episcopus vivit. IX, 426.

Felicitas et Perpetua martyres. VI, 703. Felicitas mulier martyr. V, 1280. Felicitas parturiendo, Evæ pœnam experta est. V, 1284.

Felicitati matri epistola. II, 942.

Felix. II, 1068, 1069.

Felix. IX, 555.

Felix martyr. IV, 1680. Inter tormenta vitam minime finivit. IV, 1680. *Not.* (*a*). Martyrium subiit Themisæ. IV, 1679, 1680.

Felix. Nolam ad beati Felicis memoriam mittit Augustinus duos e suis, unde manifestum fieret uter reus esset. II, 269. Felicis basilica. VI, 157, 591. Felix confessor apparet ipsis hominum aspectibus. VI, 606.

Felix ab Amaccura. IX, 221.

Felix Aptugnensis ordinator Cæciliani. I, 642, 644; IX, 593, 594. *Retr.* 610. Acerbius accusatur in Concilio Carthaginensi schismaticorum. IX, 639. Crimen traditionis in eum conferebant Donatistæ. II, 581. Malorum omnium fons in Concilio Donat. dictus. II, 505, 492. Felicis Aptugnensis causam a proconsule Æliano primo audiri fecit Constantinus. IX, 593, 594, *Retr.* 610. Felicis Aptungitani causa multo præ ceteris invidiosius et criminosius ventilata est a Donatistis. II, 161. Felicem Aptugnensem in judicio proconsulis a quodam Vincentio de traditione convictum dicei aut falso Donatistæ. IX, 539. Ingentius confessus est in cognitione Æliani proconsulis, falsum se fecisse adversus Felicem II, 581. Felix Aptungitanus merito passus est in cognitione suæ causæ quemdam equuleo suspendi. II, 166. Ad jussionem Constantini proconsularibus gestis purgatus est. II, 161, 492. Et a crimine traditionis absolutus. IX, 552, 559, 553, 610, 649, 650, 686. Et Constantini rescripto. II, 581; IX, 540, 555. Gesta proconsularia quibus Felix absolutus est. IX, *pp.* 780 Exemplar litterarum quibus innocens declaratur. II, 504. Felix Aptungitanus proconsulari quidem judicio purgatus fuit, sed hoc sibi ipse non postponerat. II, 165.

Felix episcopus. II, 759, 1069.

Felix episcopus. II, 780, 1089.

Felix episcopus Valerio Comiti commendatur. II, 949.

Felix episcopus Donatista. IX, 526, 555.

Felix a Bagai. IX, 209.

Felix a Buslaceni. IX, 144, 233.

Felix a Gargitibus. IX, 256.

Felix Manichæus. I, 655; VIII, 519. Incendi paratum se dicebat ad defendendam magistri doctrinam. VIII, 527. Manichæum anathemat. VIII, 551. Ipsi scriptam esse epistolam LXXIX suspicio est. II, 275. *Not.* (*a*)

Felix Adrumetinus monachus. II, 969, 971; X, 911, 914.

Felix alius pariter Dei servus ex eadem congregatione. II, 971, 975.

Felix a Marazana. IX, 229.

Felix a Notaria Centurioni IX, 511.

Felix ab Uthina. IX, 218.

Felicitas dea. VII, 126. Ædem primus Felicitati constituit Lucullus. VII, 129. Felicitas si dea est, ipsa una coli debuit. VII, 129, 131. Erraverunt Romani, qui tam sero felicitatem ut deam coluerunt. VII, 129, 130. Felicitas potior regno. VII, 130. Felicitas non dea, sed munus Dei. VII, 131, 140, 193. Felicitas non est colenda, sed Deus. VII, 131.

Felicitatem inter et fortunam bonam quodnam sit discrimen. VII, 126. Felicitatem veram non dat Deus, nisi bonis. VII, 139. Felicitas vera. VII, 370. Felicitas vera quanta erit. VII, 801. Felicitas est plenitudo omnium rerum optandarum. VII, 140. Est participatio Dei VII, 133. Felicitas a solo vero Deo potest conferri. VII, 71. Beatitudo nostra Deus, recedenti ab eo non erit nisi miseria. IV, 898. *Vide* Beatitudo, Prosperitas. Felicitas primorum hominum ante peccatum. VII, 434.

Felicitatem in quo reponant homines. II, 551. Felicitas

non ponenda in temporalibus, V, 202. Stultus et perversus est, qui felicitatem hominis non putat esse nisi in temporalibus facultatibus, et deliciis, etc. IV, 1611. Felicitas temporalis ad vetus Testamentum pertinet. III, 630. Per Christum non terrenam carnalemque felicitatem, sed cœlestem ac spiritalem exspectandam esse intelligebant spiritales Judæi. VII, 546. Felicitate terrena veteris Testamenti, novum Testamentum figurate præmuntiabatur. II, 540. Felicitatem terrenam quicumque in Ecclesia quærunt a Deo, ad Ismael pertinent. IV, 1603. Felicitas terrena etiam in veteri Testamento contempta. VIII, 163. Felicitas temporalis gentilium occultæ Dei providentiæ tribuenda, non deorum favori. VII, 71. Felicitas temporalis communis est justis et impiis. III, 650; V, 129, 1586. Plerumque datur et malis. VII, 595. Beneficentissima providentia, ne pro magno quæratur a bonis. II, 543. Felicitas temporalis, sinistra dicitur; æterna autem, dextera. IV, 1612, 1770, 1867, 1868. Felicitas perpetua habetur a bonis in dextera, temporalis in sinistra. V, 204. Felicitati temporali qui cor apponit, quod sinistrum est dextrum facit. IV, 1867, 1868, 1869. Non felicitatem istam habere hoc peccare est, sed facere illam dexteram cum sit sinistra. IV, 1612, 1770, 1867. Felicitas secundum perversam hominum opinionem. II, 531. Felicitatem veram nemini conferunt res temporales, quia non exstinguunt insatiabilem cupiditatem. IV, 1411.

Felices non sunt existimandi, qui florent ad tempus. IV, 883. Felicitatem suam in præsenti impii nec ipsi tenent. IV, 1636. Malus ideo felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. III, 1625. Malus eo est infelicior, quo sibi videtur felicior. V, 1165. Felix vere est, non qui id habeat quod amat; sed qui id amet quod amandum est. IV, 202. *Vide* Beatus. Nihil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur. II, 531. Felicitas impiorum nonnullis scandalum. V, 126, 134, 168, 203, 1164. De felicitate sæculari impiorum ne perturbentur pii. V, 1383. Non recti corde qui de malorum felicitate scandalizantur. V, 318. Felicitas malorum non invidenda. III, 1605. Declinanti a Deo in adversis, fit verus laqueus falsa malorum felicitas. IV, 1655. Qui patienter fert malorum felicitates et bonos labores, jam talis beatus est. IV, 1191.

Felicitas impiorum, magna ira Dei. V, 1357. Felicitate cui iste mundus arridet, in pressura se computet. IV, 1059. Felicitas peccatorum fovea ipsorum est. IV, 1204. Mali florent falsis bonis, pereunt veris tormentis. IV, 626. Somnium dormientis, felicitas. IV, 925, 1719. Maxime impiorum. VII, 302. Felicitas temporalis fluvius Babylonis. IV, 1764. Felicitas velut flos fœni arescet, et decidet. IV, 620. Felicitas fallax, major est infelicitas. IV, 1697. Felicitas mundi piis non honos, sed onus. V, 1384. Felicitas mundana nobis magis est periculum quam ornamentum. V, 1562.

Felicitas terrena, nec mala putanda est, nec etiam magni facienda. VII. 71. Felicitas terrena donum Dei. II, 533, 539. Justis a Deo datur, ut ad hoc vacent, unde bonum æternum adipisci possint. IV, 1401, 1402. Felicitas in hoc mundo et affluentia rerum temporalium, solatia sunt nostræ peregrinationis. IV, 579. Felicitas et infelicitas metuenda. IV, 946, 1058. Felicitas terrena plus timenda quam miseria. IV, 587, 840, 841. Felicitas terrena contemnenda. V, 204, 205, 206, 1070. Felicitatis terrenæ regnum superbia est. IV, 1050. Felicitas bonorum habere Deum in conscientia. III, 1605. Felicitatem sæculi Christus non promisit. IV, 360; V, 1356. Felicitate terrena Christus homo non fuit commendandus, ne propter hanc serviretur Deo. II, 543. Felicitas humanarum rerum an diminuta sit per Christiana tempora. III, 1068. Felicitas hæc non quærenda. V, 134. Qui vult Christianus fieri ob felicitatem terrenam, adhuc in tenebris perseverat. IV, 1673. Dei cultum vilissimo pretio addicit, qui pro illo terrenam felicitatem quærit. V, 135. In Psalmo LXXII inducitur homo pœnitens quod Deo pro mercede terrena servierit, et agnoscere intendens quare impii felicitate terrena floreant. II, 543. In eos qui felicitatem carnalem petentes exaudiri sibi non videntur. V, 147. In eos qui felicitatem in hac vita esse censent, ac de altera vita dubitant. V, 1381. Felicitatem terrenam quærere et æternam felicitatem patienter exspectare, dormire est inter medios cleros. IV, 825.

Felicitatibus terrenis amaritudines miscet Deus, ut alia quæratur felicitas, cujus dulcedo non est fallax. V, 621. Felicitatibus hujus sæculi si Deus amaritudines non misceret, oblivisceremur eum IV, 1212, 1213. Magnæ virtutis est cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subvertat. V, 483. Nulla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit. IV, 1058. Felicitatis magnæ est a felicitate non vinci. V, 483. Felicitate terrena ad obsequium creatoris utendum est. II, 539. Et ad æterna lucra. II, 556. Felicitas cœlestis cum terrena comparatur. V, 136. Felicitas animarum alia ante, alia post resurrectionem. V, 1282. Felicitas plena quæ sit. X, 1498. Beatissimi sunt, quibus hoc est Deum habere quod nosse. II, 840. Felicitas non est corporis, sed fruentis et intelligentis est propria. II, 439. Sita est in æternitate, veritate, caritate, id est stabili, certa plenaque felicitate, ubi manentibus, videntibus, amantibus sunt cuncta perspicua. II, 744. Cum Deum diligimus propter se ipsum, et nos ac proximos propter ipsum, non jam nos in ipsa vita beata constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quod oremus. II, 499 Felicitas æterna, dextera Patris. VIII, 692 Felices sunt infeliciter sæculi homines, martyres feliciter infelices. IV, 1679. Felicitatem martyres quia videbant, tormenta passi sunt. IV, 1678. Felicitates æternæ duæ frustra inductæ a Pelagianis. X, 1188. Felicitas in futuro sæculo qualis speranda. V, 34, 36, 135, 1384. Carnalis cogitatio de futura felicitate. V, 1189.

Femina de viro facta. IV, 1784. Facta est ad imaginem Dei. III, 293. Extra sex dies creationis facta est. III, 345. Per feminam mors, per feminam vita. VI, 303. Per feminam venenum, per feminam salus. V, 534. *Vide* Mulier. Feminarum ante Christum opprobrium, gratia deletum. VI, 704. Feminæ ad virum subjectio. I, 866; III, 204. Femina ut viris serviat, ordo naturalis est. III, 589. Et lex voluit. III, 762. Femina sub patre aut sub viro constituta vovere non potest sine eorum consensu. III, 744, 745. *Vide* Votum. Feminæ olim philosophatæ. I, 993. Feminæ publicis consultationibus intererant Athenis, sed postea expulsæ sunt, quare. VII, 566. Feminam heredem facere lex Voconia vetuit. VII, 103. Femineus sexus conformatus propter sobolem, non tamen cum libidine, nisi homo peccasset, procreandam. III, 400. Feminæ usus quis naturalis, quis contra naturam. X, 456, 457, 723, 1450, 1452, 1453. Feminis indifferenter utendi detestandam turpitudinem docebant Nicolaitæ. VIII, 26. Simon Magus. VIII, 25. Saturninus. VIII, 26. Feminæ conceptus apud Manichæos carceres et vinculum Dei. VIII, 597. Feminis cur permixte utendum censuit Plato. X, 1551. Feminarum prostitutio unde prohibita. VIII, 438. Femina non solo tactu, sed affectu quoque et aspectu appetitur et appetit. II, 961. Nihil magis ex arce dejicit animum virilem, quam blandimenta feminea. I, 878. Feminam Job cur diabolus servavit. III, 2023. Feminas nec maritatas decet capillos nudare. II, 1060. Feminæ solis maritis ornari, secundum veniam, non secundum imperium permittendæ sunt. II, 1060. Feminis ornamenta exteriora quid noceant appetita, quid spreta conferant. V, 884. Feminini sexus honor est in matre Christi. V, 1008. Obsequium a feminis religiosis de earum facultatibus cur suscepit Christus. IV, 1367, 1368. Feminæ resurrectionis Christi primæ nuntiæ. V, 535. Per feminas viris cur resurrectio Christi nuntiata est. III, 1998. Feminæ de hoste victrices. V, 1285. Feminarum in masculinum sexum conversio. VII, 110.

Femur carnem significat. IV, 1183. Femoris alius est fructus, alius fructus ventris. IV, 1724. Femoris Jacob latitudo, generis multitudo. IV, 506. Quid sit acciuctio gladii circa femur. IV, 1183.

Fercula diis exhibita. VII, 50.

Feriati dies. V, 1201.

Fermentum modo in vituperatione, modo in laude ponitur in Scriptura. III, 78.

Ferrum tribulationem designat. IV, 1397.

Ferveamus in itineribus bonorum operum, hoc est enim ambulare nostrum. IV, 290.

Fessonia dea. VII, 129.

Festivitas Dei lætitia sine defectu. IV, 470. Festi quidam dies Paganorum. V, 1610. Festi dies Christianorum, et dies solemnes Paganorum. VI, 343. Festivitas profana. IV, 1038. Festa humana, lætitia transiens et plena luxuriæ. IV, 470. Festa cur anniversarie in Ecclesia celebrentur. VIII, 505. Festa quomodo observanda. II, 1404. Festorum carnalis celebratio. V, 1178. Festa quædam celebrata cum lætitia convivantium in publicis mensis. V, 274. Festi dies gentilium in abundantia epularum et ebrietate. II, 118. Cur Ecclesiæ principio permissum sit festos martyrum dies simili luxu celebrari. II, 118 Festivitates martyrum ad hoc institutæ, ut eos admoneamur imitari. V, 52, 1293, 1352, 1364, 1414, 1447. Festivitates martyrum honorare et non imitari, nihil est aliud quam mendaciter adulari. V, 1447. Per diversa loca diebus dominicis, et quinquaginta post Pascha, et solemnibus martyrum, et festis quibusque, prandetur. II, 146. Festum Ascensionis Domini ac depositionis S Leontii eodem die celebratur. V, 1208. Festivitas sanguinis mulieris cujusdam III, 1459.

Festus interpellatur adversus Donatistas Hipponensis regionis. II, 309. Cum prius datæ ipsius litteræ nil quidquam valuissent. II, 312.

Fetus in utero quandonam incipiat vivere. VI, 272.

Fetalia. V, 1014.

Fiat, Fiat, in psalmis, subscriptio est cautionis Dei. IV, 1114.

Fictio non est semper mendacium. VI, 538. Christus figurate finxit nescire se quod sciebat, finxit et se longius ire. VI, 537.

Ficus habens folia, carens fructu, Judæi et Pharisæi habentes verba, non facta. IV, 264. Ficus foliis significatur pruritus libidinis. V, 442. sub ficu homo visus a Christo, quid allegorice. IV, 264. Ficus Ægyptiæ lignum non natat in aquis. VII, 715. Ficus sterilis per triennium. V, 553, 555, 638.

Fidentia quid sit. VI, 21. Fidentis Deo quanta securitas. IV, 201.

Fidentianus episcopus. II, 758, 780.

Fidentius episcopus. V, 1448.

Fides dea credita est, templumque habuit, et altare. VII, 127.

Fides unde dicta. III, 1760; VI, 515. Fides sic appellata est, quia fit quod dicitur. II, 285; V, 320. Fides est sperantium substantia, convictio rerum quæ non videntur. V, 699. Fides ex Scripturis canonicis concepta est. VII, 646. Fides catholica testimonio lectionis collecta, et Apostolica veritate fundata. V, 555. Fides titubat, si divinarum scripturarum auctoritas vacillat. III, 35. Fidei nostræ adstipulantur codices Judæorum. VI, 178. Fides habet quoddam lumen suum in Scripturis. V, 698. Habet oculos suos, quibus quodammodo videt verum esse quod nondum videt, et quibus certissime videt nondum se videre quod credit. II, 456. Quod intellectui nostro nondum eluxit, non debet a firmitate fidei dimitti. VIII, 947. Fides est credere quod non vides. III, 1690. Hæc est laus fidei, si quod creditur non videtur. III, 1857. Fides proprie est rerum quæ non videntur. VI, 235. Ecclesiam videntes, Christum credere debemus quem non videmus, sicut Apostoli Christum videntes, Ecclesiam crediderunt quam non videbant. V, 1126, 1143. Christiano quid non opus scire VI, 235.

Fides tollitur, si juxta Academicos tollatur assensio. VI, 243. Fidem quærit Dei voluntas, non quæstionem. V, 1438. Fides amplectenda prius est, quam finiantur quæstiones, ne finiatur vita sine fide. II, 386. Ubi defecerit ratio, ibi est fidei ædificatio. V, 1157. Et profectus. V, 1008. Fides quatenus aliquando præcedat rationem, ac semper præcedatur a ratione. II, 455. Fidei rationem quærere et accipere licet. II, 453. Fallax Manichæus, qui fidem incertarum rerum imperat, et certarum rerum cognitionem pollicebatur. VIII, 185, 184. Quantum ad id quod ortum est æternitas valet, tantum ad fidem veritas, ex Platone. III, 1070. Ubi de fide agitur, longo uti sermone non opus est. V, 1075.

Fidei catholicæ varia argumenta. VIII, 175. Fidei firmitas in eo est, quia omnia, quæ evenerunt in Christo, prædicta sunt. III, 1989. Ad credenda quæ non vidimus, movere debent quæ nunc impleta conspicimus. VI, 176, 178, 341, 346. Christiani primi miraculis movebantur, ut crederent quæ ventura prædicebantur. VI. 341. Modus quo mundus credidit, si consideretur, incredibilior rebus quas credidit invenitur. VII, 756. Signa et indicia divinitus data non desunt, quibus inducamur ad fidem. V, 709. Fides indiciis confirmata. VI, 174. Totius mundi fides in Christum mirabiliter conciliata. VI, 179. Fidei nostræ totus orbis adtestatur. V, 1603. Quisquis adhuc prodigia inquirit ut credat, magnum est ipse prodigium. VII, 760. Fides tanto fortior, quanto magis jam miracula non quærit. X, 183. Testibus vel testimoniis humanis credere vel non credere licet, quantum ea momenti ad faciendum fidem vel habere, vel non habere perpenditur. II, 598. Fides nostra ex moribus hominum, sanctæ quantumlibet professionis, pendere non debet. IV, 1592.

Fides non est superborum. V, 656, 874. Fides primum, deinde præcepta vivendi subjiciunt animam Deo. VI, 299. Fides humilitatem habet. III, 1670. Fides lac parvulorum. VIII, 821. Fidei simplicitate lactari oportet, cum parvuli sumus. VI, 309. Fides catholica simplex parvulis una salus est : hoc uno lacte ad firmitatem solidioris cibi certo robore pervenitur. IV, 132, 133. Fides simplex quæ forte sufficit nobis, non sufficit aliis. V, 619. Illa rectissima disciplina est, in arcem fidei quam maxime recipi infirmos. II, 448.

Fides primogenita cordis nostri. V, 72. Fides res cordis, non corporis. VIII, 1016. Fides non res est salutantis corporis, sed credentis animi. VI, 316. Fidei comites spes et caritas. V, 369. Fides oculus cordis. IV, 1169. Fides nostra primitiæ nostræ. IV, 1749. Fidei, spei et caritati scientia omnis et prophetia militat. III, 35. Firma fide, spe et caritate opus est hic. IV, 1171. Fide, spe et caritate Deus colendus est. VI, 252. Hæc sola in religione sequenda sunt. VI, 233. Fides sine spe et sine caritate, pia non est. II 456. Fides quomodo ad unamquamque se habeat. II, 457. Fides potest esse sine spe, non spes sine fide. VI, 234. Fidei amica spes. V, 248. Fides potest haberi sine caritate, non caritas sine fide. V, 564; VI, 235. Fide titubante caritas languescit. III, 35.

Fidei opus dilectio. III, 2034. Fides vera quæ per dilectionem operatur. III, 1631. Fides laudabilis, fides fidelium; ipsa est vera gratiæ fides quæ per dilectionem operatur. V, 564, 852. Qui non amat, inaniter credit et sperat. VI, 286. Fides per dilectionem operatur in corde, etiamsi foras non exit in opere. V, 32. Fides sine caritate mors est. III, 1578. Fides mortua non Christianorum, sed dæmonum. VI, 217. Fides dæmoniorum. II, 878. Fides male viventium prope est fides dæmoniorum. V, 993. Incipit corruptio a mala fide, inde itur in turpes mores. IV, 614. Fides Christianorum discernenda a fide dæmonum. II, 878; V, 369, 865, 912, 1116. Fides Christiana quænam. VI, 286. Fides cum dilectione, Christiani; sine dilectione, fides dæmonis. III, 2035. Fidem qui non habent, pejores quam dæmones. III, 2035.

Fides ad religionem pertinens quæ sit et de quibus rebus. VI, 234, 299. Partitio rerum quæ ad fidei objectum pertinent. II, 456. Quid sufficiat credere VII, 235 Fides Christianorum præcipua. V, 808, 1116, 1135 Fides historica et temporalis, fides spiritalis et æterna. III, 166. Fide temporalis historiæ, quæ pro salute nostra ab incarnato Verbo administrata est, nutriuntur lactentes, id est, nondum capaces cognitionis rerum spiritalium atque æternarum. IV, 110.

Fidei primum et maximum officium est, ut in verum Deum credatur. VII, 127. Fides in Deum creatorem non sufficit ad salutem. X, 249. Sine fide in Christum nemo unquam reconciliatus est. IV, 1596. Nullus unquam homo potuit justificari aut salvari. X, 599, 401. Nemo liberatur a damnatione quæ facta est per fidem Jesu Christi. X, 923. Nullus justorum etiam antiquorum a damnatione totius massæ perditionis salvus esse potuit, nisi per fidem in Christum. III, 1918; VI, 287. Qui in ea regione defunctus est, ubi Christi nomen audire non potuit, non potuit justificari. X, 249. Fides in Christum non est necessaria ad salutem, si homo sine illa potest juste vivere. X, 248. Fides Christi Legis operibus præponenda. III, 613. Fidei catholicæ certum proprimumque fundamentum, Christus. VI, 235. In causa duorum hominum, Christi et Adami, proprie fides Christiana. V, 190; X, 399. Fides resurrectionis Christi, fides Christianorum. IV, 1609. Fidei plenitudo de Christo. V, 1196. Fides Christi, quæ. III, 1778. Fides in Christum, iter ad Deum. VI, 243; VII, 318. Fide in Christum natum in carne, pervenitur ad Christum natum de Deo. IV, 1641.

Fides vera ab exordio generis humani una et invariata fuit. II, 374. Fides veteris et novi Testamenti non varia est, sed una. II, 681. Ab initio generis humani nec prophetari Christus destitit, nec qui in Christum crederent defuerunt. II, 373. Antiqui justi eadem fide salvi fiebant, qua fideles temporis nostri. II, 845, 858; III, 1722. Fides justorum veteris Testamenti et novi eadem. VIII, 356; X, 272, 399, 400, 450, 569, 595 Ex fide in Christum justi ante passionem vixerunt. X, 284. Et salvati sunt. II, 681, 769, 858. Fides in Christum eadem nobis quæ patribus veteris Testamenti. IV, 596; V, 133; VII, 610. Ut nos per fidem passionis Christi præteritæ, ita antiqui sancti per fidem ejusdem passionis futuræ salvi facti sunt. I, 808. Sic salvi facti sunt credendo quia venturus Christus, sicut nos salvi efficimur credendo quia venit. VI, 352. Fides veteris Testamenti ad gratiam spiritus pertinebat. IV, 283. Fides una sit etiam in diversis observationibus. II, 146. Fidem unam quare Deus multipliciter varieque diffudit. IV, 524. Fides quomodo communis et una omnium credentium. VIII, 1016, 1017.

Fides hic necessaria. V, 236. Necessaria ad salutem. V, 784, 1341. sine fide nullus unquam justus fuit aut erit. VI, 621. Fides quo usque necessaria. I, 877. sine fide impossibile est placere Deo. X, 755. Fides primum præceptum et initium religionis. V, 257. Initium salutis. V, 912. Initium corrigendi cor. X, 314. Initium vitæ bonæ. V, 254; VI, 204 621. Principium melioris vitæ, et interioris renovationis. IV, 1749, 1750. Initium est hominis Christiani, martyrium pro Christo, finis optimus. X, 995. Fides necessaria ad pie vivendum. VII, 610. Fides gradus est pietatis. III, 1574. Fides tua justitia tua. IV, 279. Justitia ex fide, non ex operibus II, 819. Neque per legem justitia, neque per naturæ possibilitatem, sed ex fide, etc. II, 768. A fide omnis justitia sumit initium. II, 877. A fide justificatus incipit. IV, 1464. Fides resurrectio peccatoris. III, 1568. Fide anima reviviscit. IV, 1116. Justificatio ex fide, sine operibus. V, 51. Quid sit secundum Apostolum per fidem sine operibus justificari. VI, 88. Fidem ab operibus quatenus Apostolus distinguit. X, 969. Ex fide justificari nos, cur potius dixerit Apostolus, quam ex operibus. X, 969. Quid

sentiendum de fide sine operibus. IV, 257. Per fidem sine operibus justificari hominem asserit Paulus, ne merito operum se gratiam accepisse præsumat. IV, 261. Fides sine operibus nihil prodest, sicut nec opera sine fide. IV, 258, 259, 261. Fides sine operibus non sufficit ad salutem. X, 892. Fides sine operibus neminem salvat. X, 598. Est otiosa. VI, 87, 88. Radix sine fructu IV, 259. Augustinus suum *de Fide, et Operibus* librum notat. II, 948. Libertas fidei non sit fidelibus velamen malitiæ. VI, 225. Quidam sibi ob fidem regnum cœlorum promittunt, etsi male vivant. V, 368. Error quorumdam, propter fidem Christianam salvandos esse baptizatos, etiam si mores quantumlibet malos non correxerint. VI, 197. Refellitur. VI, 150, 210, 370. Fides in Deum non impedire debet quin fiant ab hominibus quæ facienda sunt. III, 574. Deus facit per gratiam suam opus Legis in homine, et homo per fidem suam suscipiens gratiam, etc., cooperator est adjuvantis Dei. III, 756.

Fides non ex operibus, se ad gratiam pertinet. III, 613. Non ex meritis. III, 1400. Fides non ex bonis operibus, sed bona opera ex fide. V, 52; X, 892. Fides initium unde bona opera incipiunt. X, 541. Gratia fidei præcedit bona opera. VI, 111, 621. Ante fidem nihil est boni operis. III, 1851. A fide bona opera pendent, et præveniuntur. III, 613. Sine fide opera bona a nullo fiunt. II, 875; V, 72. Sine recta fide nulla operum laudabilium copia prodest. X, 598. Opera quæ dicuntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. IV, 259. An qui sine fide dat eleemosynam, etc., dicendus sit pius, an impius. IV, 262. Omne quod non est ex fide, peccatum est. X, 754. Non de animæ et corporis bonis, quæ dona sunt Dei etiam in peccatoribus, sed de actionibus eorum dictum est : *Quod non est ex fide, peccatum est.* X, 752. Fides sic est in anima, ut radix bona, quæ fluviam in fructum ducit. IV, 1803. Fides impetrat gratiam bene operandi seu caritatem. II, 819. Impetrat adjutorium, ut Lex impleatur. V, 851. Impetrat justificationem. II, 820. Fide impetratur justificatio et salus. X, 232, 233. Fides gratiam justificationis conservat. II, 878. Væ homini fideli, nisi Dominus fidem ejus protegat. IV, 1614. Quod fides impetrat, non desinit esse donum gratuitum. II, 878, 879. In via fidei, pro non peccantibus habentur, quibus peccata non imputantur. IV, 1508. Ante fidem non debentur nisi mala pro malis. IV, 1516.

Fides principium meriti. II, 878. Quomodo. III, 2061. *Retr.* Fidei merito præcedenti quomodo tribuitur misericordia. III, 2061. *Retr.* Fides inchoat meritum, sed etiam fidei meritum est donum Dei. X, 965. Et ex misericordia ejus. X, 965. Nec ullis nostris meritis redditur. X, 577. Fides est a Deo. III, 85. Est opus Dei. III, 1602. Donum Dei. I, 622; IV, 1116; V, 254, 750, 911, 913, 915, 1362; VI, 111, 115, 116, 247; X, 552, 555, 807, 975, 976, 989, 1005. Fides non ex præcedentibus meritis, sed gratuitum donum Dei est. II, 878, 879, 880, 969. Donum omnino gratuitum. X, 399, 616, 673. Donum quod denegatur superbis. V, 456. Fides ex gratia est. X, 972. Fidem nostram operatur Deus in cordibus nostris. X, 965. Fides fit in homine, sine qua opera bona a nullo fiunt homine. II, 878. Fides quamvis operandi gratiam impetret, ipsa donum est gratiæ. X, 341. Dei misericordiam non præcedit. II, 879. Ut in Deum credamus, et pie vivamus, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. II, 982. Orandus est Deus pro eis qui nolunt credere, ut velint. II, 984, 987, 988, 989. Pro inimicis nostris qui noadum in Christum crediderunt, ut credant, orare nos debere admonuit s. Cyprr. II, 972, 980. Inaniter oraremus pro infidelibus ut credant, nisi Ecclesia crederet etiam malas atque infideles hominum voluntates per Dei gratiam in bonum posse converti. II, 972. Gratiæ Deo agendæ pro eis qui ex infidelibus crediderunt. II, 989. Non meritis operum ad fidem perveniunt. X, 341. Unde quisque fit dignus fide. X, 975. Locus unde Massilienses probare nituntur fidem non esse Dei donum, ejusque explicatio. II, 375, *not.* (*a*). Fidei justitia a Spiritu sancto, post recessum Christi. V, 786. Fides per baptismum solidatur. III, 264.

Fidei inchoationes quædam conceptionibus similes. VI, 111. Fides præveniente et vocante misericordia Dei, per obedientiam suscitatur. IV, 991. Nemo sibi sufficit ad incipiendam vel ad perficiendam fidem. X, 965. Fidei initium Dei donum est. II, 979, 988; X, 961, 962, 989, 990, 1024, 1026, 1027. Superbiæ est homini initium fidei tribuere. X, 965. Fidei initium ex nobis, cætera autem religiosæ vitæ bona ex Dei gratia esse aiebat Vitalis. II, 989. Aiebat nobis esse a nobis ut credamus in Deum, et Evangelio consentiamus. II, 978. Ut tamen credere velimus, id Deum operari quantum in ipso est, quatenus scilicet nota nobis facit eloquia sua. II, 978. Si consentire Evangelio non est ex dono Dei, sed ex voluntate, frustra orat Ecclesia ut ii credant quibus Evangelium prædicatur, etc. II, 978, 980. In initio Fidei est etiam initium bonæ, hoc est piæ voluntatis. II, 989. Non solum initium fidei, sed et ejus incrementum donum Dei est. X, 992, 995. Gratia non gratis datur, si initium fidei est ab homine, augmentum vero a Deo. X, 965. Totum sibi negotium salutis posset homo vindicare, si sibi sufficeret ad incipiendam vel perficiendam Fidem. X, 965. Quidquid et fidem præcedit, et fidem comitatur, et fidem sequitur, Deo tribuendum X, 970. Inter initium fidei et perfectionem perseverantiæ, media sunt illa quibus recte vivimus, quæ etiam donari a Deo nobis Fide impetrante, ipsi Pelagiani consentiunt. X, 1028, 1033.

Fides perfecta et fides inchoata ex dono Dei est. X, 966. Perseverantia in fide, donum Dei. X, 940. Fidem et perseverantiam esse Dei dona, totius Ecclesiæ in suis orationibus testimonium. X, 1031, 1032, 1033. Ecclesiæ preces pro fidelibus ut permaneant, pro infidelibus ut credant. X, 1606. Et fides, et salus Fidei quæ promittitur, donum Dei est. X, 976. Fides ex Dei dono. III, 1631. Contra quam sensit initio Augustinus. III, 2061. *Retr.* Fidei initium donum Dei esse quando cognovit Augustinus. X, 1026.

Fides in potestate est, quomodo. X, 235. Qui corde proprio credunt in Dominum, sua id faciunt voluntate et libero arbitrio. II, 984, 987. Qui voluerunt, crediderunt. V, 787. Et infideles ipsi si vellent credere, a nullo impedirentur. V, 787. Fides nostra sic est in libero arbitrio, ut egeat divino adjutorio. III, 1778. Et velle et credere nostrum est, et simul donum Dei. X, 965. Fides Christi dicitur fides nostra, quare. X, 209. Tutius est fidem, spem et caritatem suam voluntati Dei committere, quam sue propriæ. X, 976.

Fides non omnium est. IV, 1118, 1805. Fidei donum cur non omnibus detur. X, 972. Cur ille credat, ille non credat, cum ambo illem audiunt, altitudo est judiciorum Dei. II, 878. Quatenus a Christo præsciti sunt qui in eum fuerant credituri. X, 974. Impossibilitas fidei et conversionis quæ, et unde. III, 1778, 1779. Patiendum est sibi fidem per hominem prædicari, quamvis possit homini non per hominem dari. X, 920. Paucissimis donatum est, ut nullo homine prædicante, vel per Angelos fidem accipiant. X, 1023. Fidem nemo accipit a ministro verbi aut sacramenti, sive perfido, sive fideli. IX, 501. Fides patres. V, 1104.

Fides magna possessio. V, 248. Fides a nobis exigitur, offertur salus; pretiosum est quod promittitur, gratis fit quod jubetur. V, 1112. Fides auro præferenda. V, 248. Aurum multis fulget, non fides. IV, 366. Fides in rebus etiam abjectis magnum animi bonum et saluti corporali præponendum. VI, 376. Fides aurum est, carnalis concupiscentia fœnum. IV, 1242. Fides carnalis. V, 34. Fides cara res est, vili illam addixisti. IV, 262. Pro bonis operibus sperasti terrenam felicitatem : impius es. IV, 262. Operibus sperasti vitam æternam, sed non ab illo a quo speranda est : impius es. IV, 262.

Fides via ad religionem tutior, et ab omnibus tenenda. VIII, 82, 86, 91. Fides verbum consummans et brevians, quod fecit Dominus super terram. VI, 124. Per fidem patet via ad Deum. IV, 1751. Fides sit tecum, et tecum est Deus. IV, 1169. Fides quid valet ad cognitionem et dilectionem Dei. VIII, 960. Morum honestas ad diligendum Deum et proximum, fidei veritas ad cognoscendum Deum et proximum pertinet. III, 71.

Fidei filius quis. X, 214. Fide potestatem accepimus fieri filii Dei. IV, 1614.

Fides ad Christum nos trahit. II, 878. Fide vere acceditur ad Jesum. III, 1101. Fides in Christum. V, 773. Fides de Christo, Christus est in corde. III, 1755. Per fidem et spem anima nostra in Christo est. IV, 1845. Hominem pie fidelem cum Christo esse per fidem, non est dubitandum. III, 1927. Quamdiu per fidem in homine habitat Christus, tamdiu homo est templum Dei secundum fidem, non secundum speciem. IV, 1652. Paganus renuntiat sæculo, tunc mactatur : credit in Deum, tunc manducatur. IV, 1642.

Fides sola Christi mundat. IV, 1137. Fides in Christum si adsit, nulla peccata remanebunt. V, 788. Christus nihil prodest non credentibus. V, 1345. Velamen quod in veteri Testamento est auferetur, cum ad Christum quisque inde transierit. II, 549. Jesus in navi, fides in corde. IV, 324, 1169. Fide nostra vigilante, vigilat Christus in nobis. V, 424. Fide sopita in corde, tamquam dormiente Jesu in navicula, periclitamur tentationum fluctibus agitati. IV, 190, 1169, 1611. Fides in corde, quasi Christus in navi dormiens, excitanda. V, 240, 1602. Dubitationis tempestate jactaris : excita Christum, excita fidem tuam. IV, 1915. Fidei oblivio, somnus Christi in corde. III, 1755. Fides præsens, vigilans, oblita. V, 504.

Fides, incarnationis finis. VIII, 914. Fides, salubris medicina fidelium in sancta Ecclesia. VIII, 822. Fidei medicamenta manibus Dei confecta. I, 722. Dominus cum ista medicina venit, ut fidem populis imperaret. II, 448. Ante-

quam scias quare quid dictum sit, crede ita dici debuisse ut dictum est. IV, 1915. sitiebat Christus in cruce fidem illorum, pro quibus orabat. IV, 851.

Fides, vita. III, 1577, 1727, 1753, 1815. Fides recta, via recta. IV, 262. Fides recta, initium bonæ vitæ. V, 254. Fidei rectæ vita recta adjungenda. V, 993, 994. Fide quomodo distinguimur, sic distinguamur et moribus, sic distinguamur et operibus. V, 1117.

Fides ædificii spiritalis fundamentum. X, 970. Fidem in fundamento habere quid sit. VI, 215. Quid super fundamentum fidei, ligna, fœnum, et stipulam ædificare. VI, 151.

Fides orationem præcedit. II, 878. Fides fons orationis. V, 655. Non orat nisi fides. V, 913. Fides si deficit, oratio perit. V, 655. Fides fundito rationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. V, 655. Fides in quantum proficit, in tantum tentatio deficit, ac vice versa. V, 655. Fides a Deo impetrat quod Lex imperat. IV, 1545; VI, 287. Impetrat gratiam ad implenda mandata. IV, 1549. Per fidem impleta sunt, quæ per Legem impleri non poterant. III, 2066. Fide custodiuntur judicia justitiæ Dei. IV, 1567. Opus bonum intentio facit, fides intentionem dirigit. IV, 259.

Fides plena. V, 912, 1196; V, 1345. Fides catholicissima. X, 257. Fides vera, seu fides Christiana ex qua justus vivit. X, 277. Vivere ex fide quid. X, 182. Est mandatum ut justus ex fide vivat, et huic fidei hereditas æterna promittitur. IV, 1393. Ex fide nemo vivit, nisi non videndo quod credidit. IV, 1452. Quomodo et credendum quod intelligatur, et intelligendum quod credatur. V, 257. Intellige, ut credas, verbum meum; crede, ut intelligas, verbum Dei. V, 258, Dedit nobis Deus videre, unde possimus credere quod non videmus. V, 700, 727. Qui vera ratione quod tantum credebat intelligit, præponendus est ei qui cupit intelligere quod credit: si autem nec cupit, cui rei fides prosit ignorat. II, 456. Alia sunt, quæ nisi intelligamus, non credimus; et alia sunt, quæ nisi credamus, non intelligimus. IV, 1552. Deo adjuvante atque donante profecit intellectus ad intelligenda quæ credat, et fides ad credenda quæ intelligat. IV, 1552. Fides est credere quod nondum vides, cujus fidei merces est videre quod credis. V, 254. Fides utcumque inchoat cognitionem. VIII, 961. Fides gradus est ad intelligentiam I, 1224, 1243; III, 129. Fidei gradus saluberrimus et necessarius ad scientiæ adeptionem. IV, 111. Fides præcedere debet intelligentiam. VI, 299. Ad intelligentiam ratio vera perducit, fides animum præparat. II, 454. Fides ad veritatis cognitionem ducit. II, 447. Per fidem ad certam scientiam pervenitur. VIII, 185. Et ad intellectum. III, 1741. Fidem intelligentia sequitur. II, 447. Fidei merito datur merces cognitionis. VI, 71. Fides debet præcedere intellectum, ut sit intellectus fidei præmium. V, 257, 672, 698, 770. Fidei fructus, intellectus. III, 1574. Fides oculos validiores habet ad conspiciendum finem impiorum hic feliciter agentium. IV, 1897.

Fidei certa merces, et infidelitatis pœna. V, 1119. Fidei merces, salus animarum. III, 1850. Contemplatio. VIII, 832, 833, 855. Fide simplici prius nutrienda est mens Christiana, ut fiat capax ad intelligenda superna et æterna. VIII, 279. Fides ad divina capienda facit habiles. VIII, 822. Fide mens purgatur, ut contemperetur æternis. VIII, 904. Fide corda mundantur, ut interiores oculi aperiantur et serenentur. IV, 447, 1552, 1640. Per rerum temporalium fidem, pervenit homo ad æternam veritatem. III, 1070. Inveniendo Deo quisquam non fit idoneus, nisi prius crediderit quod est postea cognitorus. I. 1243. Fides tunc est, quando exspectatur in spe, quod in re nondum videtur. VII, 379. Quæ futura sunt, ita creduntur, ut etiam videnda sperentur. II, 456. Fides, regeneratio, spes, caritas, in hac vita sunt solatia miserorum, non gaudia beatorum. IV, 1555. Fides desideret videre quod credit. VI, 661. Credendo tendimus ad videndum. III, 1923. Fides ita laboret, ut tandem videat. VI, 662. Fides est credere quod nondum vides; fidei merces, videre quod credis. V, 254. Fidei merces quæ esset, nisi lateret quod credimus? Merces autem fidei, videre quod credidimus antequam videremus. IV, 1451. Fides ad visionem perducit. V, 103, 571. Per fidem perveniendum est ad visionem. IV, 510. Fidei merces visio Dei. III, 1691. Merces fidei definienda est visio rerum quæ creditæ sperabantur. III, 1927. Fidei tempus, et tempus speciei. V, 236. Per fidem ambulamus ad speciem. V, 1523. Fides est præsentis vitæ, species futuræ. III, 1830. Fide mens imbuta tendit bene vivendo ad speciem pervenire. VI, 253. Fide lactamur, specie pascendi. V, 708. Lætificabit in patria, quem fides non consolatur in via. V, 541. Fides nostra quandonam fiet veritas. VIII, 904. In fidei temporatis retentione, contemplatione, dilectione, trinitas quædam, sed nondum proprie imago Dei. VIII, 1058.

Fides reipublicæ divinæ nos adsciscit. II, 533. Fidei via ad beatitudinis possessionem ducit. VIII, 63, 64. Fides præparat sanctos regno Dei. III, 1815, 1816. Fides necessaria ad beatitudinem obtinendam, quomodo. VII, 627. Fides et pietas præparationes ad introeundum cum sponso ad nuptias. II, 574. Fide mens purgatur, ut Deum videre valeat. V, 36, 368, 541; VIII, 951. Fidei merces et præmium Deus. V, 136. Fidei gratia in quibusdam tanta, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cælorum. VI, 112. Fides catholica Deo gubernante secura. VI, 293.

Fidei catholicæ quod contrarium est, illud nulla dubitatione falsissimum esse credendum est. III, 262. Catholica fides errori Manichæorum et Pelagianorum adversa. X, 1607. Fides catholica quid tenet. III, 221. Fidem suam prolixius declarat Augustinus. II, 1042. Brevius. II, 1050. Fidei regula, symbolum. V. 999, 1614. Fidei professio concepta certis verbis, tenenda memoriter Competentibus tradi solita. I, 612. Et in conspectu Ecclesiæ reddi. I, 751. Fidei Christianæ professio. VI, 190.

Fides libere confitenda. V, 1278. Fidei Christianæ constantia. VII, 646. Mors temporalis ad exercitationem fidei relinquitur. II, 685 Fidem in persecutione negandam, Ecclesios docuisse dicit Eusebius. VIII, 27. Fides an aliquando desideranda. VI. 376. Fides in corde et in ore habenda. IV, 444. Reprehenduntur qui corde credunt, sed ore negant, vel dissimulant. IV, 444, 445. Fides ne in persecutione deficiat, Dominus vivificat. IV, 446. Fides ne amittatur, omnia perdenda sunt. IV, 618. Fides Christiana duplici modo negari potest. IV, 761. Fidem multi perdiderunt amore visibilium. IV, 1643. Fidem qui amiserunt, primogenitum suum in corde sepelierunt. IV, 1750. Fides una etiam extra Ecclesiam habetur, sed sine caritate. IX, 463, 464. Fides hæreticorum nec fides appellanda. VI, 368. Fides, cordis virginitas et castitas. III, 1455, 1454. Catholica mulier bis nupta, professæ virgini hæreticæ præfertur. X, 599.

Fides et dilectio probatior per hæreses. II, 795. Misericordia Dei non deserit eos qui ex ejus fide vivunt, eumque pie colunt. II, 525. Fidem qui novit defendere, doctior est, non fidelior. V, 1131. Titubantibus est necessarius, non credentibus. V, 1131. Fidem quæ in nobis est quomodo novimus. VIII, 1014. Fidei mysteria quomodo populo tradenda. III, 1353. Quæstiones præter fidem quæ, et earum exempla. X, 597, 598. In quæstionibus præter fidem sic dicitur quis errare, ut non tamen hæreticus judicetur. X, 597, 598. Regula in difficilioribus fidei quæstionibus servanda. VIII, 947. Fidei oppugnatoribus locum et tempus examinis præbere non debent Christianæ potestates terrenæ reipublicæ. X, 1051. Ad fidem quidem nullus est cogendus invitus: sed per severitatem, imo et per Dei misericordiam solet perfidia castigari. IX, 515.

Fidei catholicæ encomium. V, 1690. Fides Legi præponitur. X, 898. Fides eorum qui sub Lege sunt, alia a fide filiorum. X, 256. Fides quidem est in terra, sed vix invenitur plena. V, 655. Fidei integritas res est non exigui momenti. IX, 146. In fide nihil vitii est. VIII, 80. De fide intelligendum dictum Christi, Luc. xvm. V, 655. Fides Gentium, glorificatio Christi. III, 1766. Gentium fides prædicta in Scriptura. VII, 557, 559.

Fides collyrium. III, 1655. Fides per piscem significatur. III, 1342. Fides pia qui piscis bonus. V, 620. Fides magna sicut granum sinapis. V, 488. Fidei symbolum hyssopus. III, 734. Fides eorum quæ pro nobis Dominus temporaliter gessit et pertulit, tabernaculum protectionis a contradictione linguarum. IV, 229. Fides et tunica est et lorica. V, 399. In fide qui sunt stabiles, orbis terrarum est, qui non commovetur: in fide titubantes, orbis terrarum mobilis. IV, 1185. Fides alia vulgaris, alia superior a qua fideles vocantur. V, 145.

Fidem non recte negari rei quod tantum semel contigerit. II, 590.

Fideles parvuli baptizati dicuntur a sacramento fidei. II, 984. Parvulo prodest eorum fides a quibus consecrandus offertur. I, 1304. Fideles quinam sint. X, 1180. Fideles non fiunt nisi libero arbitrio, et tamen illius gratia fideles fiunt, qui eorum a potestate tenebrarum liberavit arbitrium. II, 981. Quomodo. II, 982. In fidelibus quatuor consideranda, prædestinatio, vocatio, justificatio et glorificatio. III, 1614. Fideles dicuntur filii lucis, filii pacis, filii Ecclesiæ, membra Christi. IV, 1867. Fideles vocantur accedentes ad mensam Domini. V, 145, 649. Fideles falsi. V, 1201. Fideles sunt, qui vocantur et non sunt, in quibus sacramenta Christi patiuntur injuriam. V, 1092. Fidelibus suis Christus nusquam desse potest. IV, 1498. Unitatis amor et defectuum tolerantia fidelibus commendatur. III, 879. Fideles de requie fratrum suorum lætantur, etiam in propriis anxietatibus. II, 593. Fideles in Sion et in Jerusalem significantur. IV, 598. Fideles omnes cum Angelis unam domum Dei faciunt, et unam civitatem. IV, 1668, 1669. Fidelium vita

comparata infidelium vitæ, dies est ; comparata vero vitæ beatorum, nox appellari potest. III, 312; V, 321. Fidelium multitudo, vel in varia loca propter persecutiones migratio, per locustas designata. IV, 1443. Fideles ovibus detonsis comparantur. III, 58. Fideles sunt tabernaculum Dei in terra. IV, 469. Fideles in Ecclesia sunt veluti quædam textura. III, 879. Comparatio fidelium, infidelium vituperatio est. III, 1871. Fideles sancti et boni, et in comparatione plurium malorum pauci sunt; et per se ipsi multi sunt. II, 336, 338. Fidelium paucitas, tamquam granorum in comparatione palearum, paucitas dicitur ; per se autem est multitudo. VIII, 388.

Fidelis homo est, credens promittenti Deo ; fidelis Deus est, exhibens quod promisit homini. IV, 283 , 284. Quod minimum est, minimum est; sed in minimo fidelem esse, magnum est. III, 105.

Fides duplex, fides qua credimus, et fides in promissis. X, 235. Fides alia humanorum pactorum, alia qua baptizati fideles vocantur. II, 184. Fides etiam in rebus humanis necessaria. VI, 171. Fide de rebus humanis sublata, quam horrenda confusio sequatur. VI, 173. Fides ab omnibus diligitur. V, 144. Fides etiam oculis iniquorum plus lucet, quam aurum. V, 218. Fides famulis necessaria. III, 591. Fides in servo honoratur. V, 145. Fides non deneganda Deo, quæ exigitur a servo. V, 87, 145, 219. Fidem laudant et exhiberi sibi volunt, etiam qui eam exhibere Deo nolunt. V, 87. Quod tibi gaudes reddi ab inferiore, redde superiori. V, 219. Fides et redditur, et habetur : imo si non redditur, non habetur. V, 219. Fidem amas ut exigas ; ama ut exhibeas. IV, 565. Christus proximus cui servanda fides. V, 251. Fidem Christus ipse maxime exegit. VIII, 88. Fides in deposito reddendo. IV, 618, 674. Fides in pactis et placitis data. VI. 376. Fides amico in ejus paupertate servanda est. V, 247. Fides non modo amico, sed et hosti servanda. II, 856. Fidem jurationis, quamvis extortæ, hostiles inter se acies custodiunt. II, 482. Romanorum fides prædicanda. X, 389. Fides Reguli et Saguntinorum. VII, 101, 759.

Fide jussor deceptus ab eo pro quo fide jussit, pro illo legitimum supplicium luit. II, 661. Utrum non de ecclesia pellendi sint, qui eo confugiunt, quo fidem fidejussoribus frangant, in concilio vult agere August. II, 1066. Indignum enim videri, ut adjutorium fidei violandæ in ipsa fidei domo inveniant. II, 1066, 1067. Fide ejus, qui ut eam servet per dæmonia juraverit, uti licere. II, 184.

Fiducia in se vel in homine, fallax equus ad salutem. IV, 276. Fiduciam ad Deum dat nobis ejus misericordia, non meritum nostrum. IV, 1120.

Fidus episcopus. X, 652, 665.

Fiere. II, 288.

Figentes. II, 694.

Fictus est omnis superbus, omnis fictus mendax. IV, 1811. Fictos habet omnis professio. IV, 357.

Figulinensis fundus. II, 397.

Figulus est Deus cum fragiles, infirmos et terrenos facit. IV, 1211.

Figura dicitur, cum aliquod spatium linea lineisve concluditur. I, 1041. De figuris Mathematicis fuse. I, 1042. Figura ἐπίφωσις, qua numerus accipitur pro numero. VI, 253.

Figura antiphrasis, cum per contrarium verba dicuntur. V, 634. Figuræ scripturarum rebus vere gestis inhærent. V, 30, 557, 558. Figuræ nostræ, ea quæ Israelitis contigerunt. V, 37, 38, 1551. Figuræ veteris Testamenti quærentem desiderant, non reprehendentem. V, 62. Sicut in bonis rebus multo amplius boni est in eo quod per figuram significatur, quam in ipsa figura; ita e converso in malis. IV, 985. Figuræ veteres per Christum evacuatæ. V, 474. Figura Corporis et sanguinis Christi. IV, 73.

Filia Babylonis, ipsa est Babylon; et filia Sion, ipsa est Sion. IV, 1773. Filia Babylonis infelix, et quare. IV, 1773. Filiæ Judæ, non Judæi, sed filiæ confessionis. IV, 540. Filiæ Tyri, filæ Gentium. IV, 511. Filiæ regum, animæ Christo per Apostolos suscitatæ. IV, 508. Et filiæ Apostolorum sunt et Christi. IV, 508. Filiæ regum etiam civitates a regibus conditæ, quæ Christo crediderunt. IV, 509. Filiæ malæ, id est mali in Ecclesia, inter quos boni ut lilium inter spinas, grana inter paleas. IV, 538. Post baptismum christiane non viventes, et filiæ dicuntur propter formam pietatis; et non filiæ seu alienæ, propter amissionem virtutis. IV, 539. Filiam unicam heredem facere lex Voconia vetuit. VII, 105.

Filium Dei qui eumdem dicunt esse ac qui Pater est, catholica fide excluduntur. VI, 184. Et qui filium creaturam esse dicunt. VI, 184. Filium Dei cœpisse ex tempore Arius dixit : posteriores vero Ariani non ita senserunt. VIII, 923. Filium Dei ex nihilo factum esse dicentibus, anathema dixerunt Ariani in Arimino. VIII, 730. Filium Dei non proficientem, sed perfectum esse genitum docebant (Ariani); verum perfectionem ejus, Patris esse minorem. VIII, 780, 787, 805. Filius Dei degener est secundum Arianos. VIII, 748, 761. Quidam Filium Dei esse consilium seu voluntatem dixerunt. VIII, 1087. Contra id quod dicunt, Certe voluit Pater, efficit Filius, ostenditur quia vult Filius, et facit Pater. V, 748. Filium Dei non natura filium, sed gratia profitentur Ariani. VIII, 802. Filium Dei non naturæ, sed voluntatis esse filium dixit Eunomius. VIII, 1087. Filius Patri coæternus quomodo negatur ab Arianis, et quomodo probatur a Catholicis. V, 664. Filium Patri quidem coæternum confitetur quædam hæresis, non tamen semper fuisse filium VIII, 45. Filium Dei a Deo unctum ante Incarnationem volebant Ariani. VIII, 734. Eumque, per ipsam naturam et substantiam suam, visibilem et corruptibilem dicebant. II, 1047; III, 1403. Filius Dei quomodo secundum Arianos Patrem videat. VIII, 728. Eorum sententia refellitur. VIII, 745, 746. Filium Dei, Deum, Dominum, Regem, etc. fatebantur Ariani. VIII, 752. Ideo Patre minorem cum putabant, quia jussa Patris perfecit. VIII, 804. Ipsum etiam secundum formam Dei, Patrem adorare contendebant. VIII, 728. Filium æquare Patri dum nolunt, ne Patri injuriam faciant, utrique injuriam faciunt. V, 772. Filium Dei qui minorem facit, Deo Patri contumeliam facit. VI, 667. Qui filii æqualitatem cum Patre negarunt, de Ecclesia projecti sunt. III, 1666, 1668. Quidam dicentes, qui filius est hominis, factus est Filius Dei; qui vero Filius est Dei, non est factus filius hominis. V, 999.

Filii Dei sempiterna generatio accipienda in his verbis: *Ego hodie genui te*. IV, 71. Filius ideo ex utero, quia de substantia Patris. V, 747. Filius sine passione genitus. II, 751. Nedum dixerit Salomon, *Filium Deus non habet*, ut vult Porphyrius, dixit, quod Deus habeat filium. II, 382. Semper gignit Pater, semper nascitur Filius : sed timendum ne putetur imperfecta generatio, si non dicamus natum, sed nasci. II, 1047. Filii Dei nativitatis similitudines imperfectæ in creaturis. V, 666, 668. Filii generatio Patri coæterna, similitudine splendoris ex flamma geniti illustratur. II, 749.

Filius Dei non ex gratia, aut ex adoptione. II, 541, 542. Filius Dei, Deus. VI, 628, 640. Probatur. III, 1749. Filius Dei unus verus Deus cum Patre. VI, 629 ; VIII, 683. Unum se esse cum Patre nemo præter Christum dicere ausit. V, 774. Prophetia de Christo Pastore, docens ipsum esse unum cum Deo. V, 308. Filius Dei ad se, Deus dicitur; ad Patrem, Filius. IV. 845.

Filius Dei non est alterius naturæ a natura Patris, quia natus. VIII, 719. Filii et Patris nomina non in se ipsis naturas demonstrant, sed alterius ad alterum personas. II, 750. Male ab Arianis dici, Patris et Filii ideo diversam esse naturam, quia iste pater est, ille filius. II, 750. Aut quia iste de nullo, ille de altero. II, 750. Filius Dei ejusdem ac Pater substantiæ. VIII, 825. Filius nullo modo verus Dei filius, si de substantia Patris non est natus. VIII, 771, 775, 778, 786. Filius Dei ejusdem ac Pater naturæ. VIII, 685, 686, 748. Ejusdem substantiæ ac Pater, æqualis ipsi et coæternus. V, 708, 747, 770, 771, 774, 1019, 1150, 1213, 1497. Filius Dei alius est a Patre, non aliud. X, 500. Filius secundum substantiam, hoc est quod Pater est, non secundum id quod ad aliud. IV, 845. *Not.* 1. Sive quod ad alium. IV, 845. *Not.* 1.

Filius totum quod habet, quod potest, tribuit Patri, non sibi; quia est a Patre, non a se ipso. II, 751. Filius Dei plerumque dicit, *Dedit mihi Pater;* ut intelligatur quod genuerit eum Pater. VIII, 839, 847. Quidquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. III, 1912 ; VIII, 1081. Filius Dei, nihil non habet, quod habet Pater. VI, 630. Filius Dei secundum hoc dicitur, quod et Pater est, quod habet de quo sit. V, 668. Filius Dei accepit vitam a Patre, sed non ita tamquam fuerit aliquando sine vita. VIII, 716. Filius Dei quia est de Patre, non Pater de illo, vitam et mandatum accipit a Patre, et docetur ab eo. VIII, 706.

Filius Patri coæternus. II, 751 ; V, 990 ; VI, 15, 631 ; VIII, 683, 773. Filius Dei, secundum quod est unigenitus, non potest dici, fuit et erit; sed tantum, est. VI, 185. Filius Dei Patri æqualis. II, 751; V, 990; VI, 32, 74, 191, 630, 641, 683; VIII, 702, 706, 716, 719, 723, 747, 773, 774, 775, 776, 778, 779. Filius Patri coæternus, et æqualis probatur contra Arianos. V, 770. Filium esse natum, et æqualem gignenti se. II, 1054. Filius natus æqualis, sicut semper natus, ita semper æqualis. II, 751. Filius Dei in omnibus æqualis Patri quæ de substantia ejus dicuntur. VIII, 927. Filium æqualem habere aut noluit Deus, aut non potuit : si noluit, invidus est, si non potuit, infirmus est. II, 1048.

Filius patri simillimus. III, 1819. Ex nulla parte Patri, potest esse dissimilis. VI, 17. Filius Dei quia perfecta imago Patris, ipsi coæqualis. VIII, 931. Unigenitus tantummodo est imago Dei, ergo ad imaginem. I, 626. Filius imago ita-

tris plena, perfecta, summa. VIII, 701. Similitudo et imago Patris, forma omnium, summe implens unum de quo est. III, 159. Filius Dei æqualis Patri, licet Pater dederit, acceperit Filius. VIII, 774, 800. Licet Patri obedierit. VIII, 688, 691, 776, 781, 786. Filii Dei obedientia non arguit inæqualitatem. VIII, 688, 691. Filius Dei non ideo non æqualis Patri, quia a Patre glorificatus. VIII, 848. Aut a Patre missus. VIII, 685, 905. 906. Respondetur testimoniis quibus Filii Dei inæqualitas asseri videtur. VIII, 775, 774, 798. Filius Dei si non est æqualis Patri, duo sunt dii, Pater invidus fuit. VIII, 777, 780. Pater non ideo potentior Filio, quia creatorem genuit, Filius vero non genuit. VIII, 768.

Filius Dei, omnipotens. VI, 629, 640. Filius Dei, Deus, omnipotens, invisibilis, immortalis, sapiens secundum naturam divinam ut Pater. VIII, 720, 724, 725, 745, 746, 762. Filius potentiam, immortalitatem, etc. quam Pater habet, habet et ipse. IV, 502. Filii Dei voluntas eadem ac Patris. VIII, 686. Voluntas Patris et Filii una est secundum æqualitatem formæ Dei. V, 860. Opera Patris et Filii eadem. V, 703, 746, 748. Filium et Patrem quasi duos artifices sibi proponentis carnalis sensus. V, 702. Filius similiter facit eadem, quæ facit Pater. III, 1535-1564, *toto tractatu*. Filius Dei in forma Dei usque adeo non est factus, ut per illum facta sint omnia. VIII, 723. Filius Dei non ideo non genuit, quia non potuit, sed quia non oportuit. VIII, 768. Quidquid facit Filius, non facit sine Patre, et vicissim. III, 1560. An ex eo quod nihil Pater sine Filio, aut Filius sine Patre facit, sequatur ut Pater dicatur natus, passus, etc. V, 336. Filii et Patris eadem opera, quia quæ facit Pater, per Filium facit. V, 702, 704. Quia quæ Patris sunt, Filii sunt. V, 746. Filius sine Patre non facit, quæ se promisit facere. III, 1826. An Pater jubendo, Filius obsequendo fecerit. V, 747. Neque hoc concesso sequitur, ut Filius sit minor Patre. V, 747. Filius Dei jussu Patris omnia creavit. III, 241. Non dubitemus per ipsum regi omnia, per quem facta sunt omnia. V, 336. Ubi dictum est, *Non potest Filius a se facere quidquam*, etc., tale est ac si diceretur, non esset Filius, nisi de Patre nasceretur. V, 705. Filius quomodo faciat quæ viderit Patrem facientem. V, 701.

Filius Dei immensus æque ac Pater. VIII, 813.

Filio Dei hoc est esse, quod nosse. III, 1689. Diem novissimum in Patre et Filius scit. V, 589. Filio Dei hoc est esse filium, quod videre Patrem. III, 1566. 1567. Scientia Filii, visio filii, idem quod Filius. III, 1567. In natura Filii Dei quod est esse, hoc audire, hoc videre. VIII, 695, 696.

Filius invisibilis æque ac Deus Pater : quando voluit apparuit, non ut est, sed ut voluit. V, 64. Filius Dei etiam missus sicut æqualis est Patri non videbatur. VIII, 905. Filium Dei vel Prophetis, vel in Prophetis locutum quidam volunt. VIII, 849. Filius Dei an eo invisibilis, quod humanis oculis contemplari non possit. VIII, 729. De Filii Dei visibilitate ante Incarnationem anceps Arianorum sententia. VIII, 805. Momenta quibus Filium Dei ab homine visum probari putant, refelluntur. VIII, 804, 805, 806.

Filius Dei, incomparabilis splendor incomprehensibilis lucis. VIII, 610. Ostenditur ex scripturis. VIII, 611. Filius Dei unigenitus pax Dei, splendor Dei ipse est. II, 617. Dies ex die. V, 891. Filius Dei, lumen. VIII, 611. Lumen verum. I, 740 Lux vera illuminans omnem hominem, quomodo. X, 130, 131. Filius Dei Deus de Deo, lumen de lumine, vita de vita recte appellatur ; non vero Verbum de Verbo, quare. VIII, 696.

Filius Dei dicitur Verbum, Principium, Sapientia, Veritas, Virtus Dei. I, 815. Quare Verbum dicitur. VI, 185. Quomodo Virtus et Sapientia Patris. VIII, 956. Cur sapientiæ nomine potissimum insinuetur in Scripturis, cum et Pater et Spiritus sanctus sit sapientia. VIII, 936, 937. Filius Dei est Principium. III, 222. Principium est non Patri, sed universæ creaturæ. III, 251. Filius Dei a quo habet ut sit Deus, ab illo habet ut de illo procedat Spiritus sanctus. VIII, 1095. Amor Patris erga Filium qualis. III, 1509. *Vide* Verbum. Filius Dei et Pater æqualiter se invicem diligunt. VIII, 802.

Filius Dei non potest esse nisi unus, quare. VIII, 202. Filius Dei unigenitus est, et primogenitus. VIII, 202. Quomodo primogenitus omnis creaturæ. VIII, 706. Ipse Dominus cum sine additamento ponit Filium, seipsum unigenitum vult intelligi. IV, 116. Filius Dei non ex Patre quemadmodum universa creatura. II, 749. Filius Dei unicus similis est Patri nascendo, nos videndo. IV, 565.

Filii Dei missio prorsus ineffabilis. VIII, 686. Quomodo intelligenda. VIII, 849, 850. Filius Dei non eo ipso missus dicitur, quod de Patre natus est. VIII, 907. Filius Dei an jussus a Patre, an missus dicendus est. VIII, 708. Quomodo missus et prænuntiatus. VIII, 905, 906. A Patre missus est, et a Spiritu sancto, et a seipso. VIII, 790, 848, 850. Filii Dei missio, apparitio ejus in carne. VIII, 905. Filius sic missus est, ut non recesserit a Patre. III, 1689 Filius Dei aliter mittitur ut sit cum homine, aliter ut sit homo. VIII, 907. Tunc unicuique mittitur, cum a quoquam cognoscitur. VIII. 907. Non vero Pater. VIII, 908. Filio Dei sicut natum esse, est a Patre esse ; ita mitti Filio, est cognosci quod ab illo sit. VIII, 908.

Filius licet missus a Patre, non tamen minor est Patre. III, 1573. Filius Dei non minor Patre. VIII, 721. In se non minor per incarnationem. V, 1214. In forma servi, non solum Patre minor, sed etiam seipso, et Spiritu sancto. VIII, 828, 836. Regula duplex ad intelligendas Scripturarum de Filio Dei locutiones. VIII, 845. Ambiguæ Locutiones de Filio Dei ex utralibet regula sine periculo possunt intelligi. VIII, 847. Locutiones plurimæ Scripturarum non quod Filius minor sit Patre, sed quod de Patre sit, intimant. VIII, 847. Quidquid de Scriptura profertur quo minor Patre Filius Dei videatur ostendi, aut de forma servi accipiendum, aut ideo dictum, ut alter ex altero demonstretur. VIII, 775. Pater non dictus Deus Filii ante Incarnationem, nisi in prophetia. VIII, 782. Filius Dei Patrem suum esse etiam propter formam servi Deum suum, veraciter dixit, non humiliter finxit. VIII, 781. Filius Dei minor Patre, imo minor Angelis propter infirmitatem. VIII, 687. Filius Dei ut homo, facit mandatum Patris ; ut Deus, ipse est Mandatum Patris. VIII, 706, 802.

Filius Dei non factus, nec minor Patre. VI, 184. Filium Dei non esse factum. II, 1055. Filius Dei non factus, nisi in forma servi. VIII, 756. Filius Dei æqualis Patri quomodo se exinanivit. IV, 699. Filium Dei vere dici natum et passum, sine divinitatis suæ mutatione. VI, 303. Filius Dei in assumptione hominis non mutatus. VIII, 812. Filius accipiendo carnem non mutatus est, sicut qui accipit vestem, non vertitur in vestem. V, 1214. Filius Dei semper immutatus. III, 1566, 1567. Filius Dei manens in natura sua factus est particeps nostræ naturæ, ut nos manentes in nostra natura efficeremur participes naturæ ipsius. II, 542 Filium Dei naturæ nostræ participatio non fecit deteriorem, nos facit naturæ illius participatio meliores. II, 542.

Filius Dei cur exterior factus, et humilis apparere dignatus est. VIII, 202. Filius Dei incarnatus est, ut magis homo timeret extolli fastu hominis, quam humiliari exemplo Dei. II, 1029. Filii Dei nativitas humana, humilis et excelsa. VI, 630. Filius Dei factus est nobis via temporalis per humilitatem, quæ mansio nobis æterna est per divinitatem. VIII, 938. Filius Dei sine exemplo nobis exemplum est. VIII, 938. In forma Dei exemplum est Angelis qui non lapsi sunt, et in forma servi hominibus ut resurgant. VIII, 938. Filii Dei obedientia, prima causa salutis hominum. VIII, 687, 688. Filii solius est nativitas ex Virgine, sed facta est a Patre et Filio, sicut passio ejus et resurrectio. V, 337, 1063. Filius Dei totam suscepit humanam naturam, sed ab omni peccati nexu liberam. VI, 249. Filius hominis utero Virginis contaminari non potuit. VIII, 598.

Filius Dei secundum formam divinitatis, ubique est ; secundum quod assumpsit carnem, est in cœlo. IV, 969. Sedet a dextris Dei et interpellat. VIII, 723. 760. Filius Dei in qua forma judicabit, et a quo potestatem accepit judicii faciendi. VIII, 840, 842. Filium Dei secundum formam hominis videbunt justi et impii. VIII, 841, 842, 844. Secundum formam Dei, videbunt soli justi. VIII, 844. Visio Filii Dei secundum formam Dei non erit summum bonum justis. VIII, 844. Filius Dei non subditus Patri, nisi secundum hominem. VIII, 750, 829. Quomodo subjectus ei erit qui illi subjecit omnia. VI, 75. Filius Dei tradito regno Deo et Patri jam non interpellabit pro nobis. VIII, 835.

Filius Dei brachium Dei dicitur. IV, 484. Manus est et brachium Patris. III, 1744, 1775. Cibus est Angelis in quantum est Verbum Dei apud Deum ; hominibus autem ut cibus esset, Verbum caro factum est. III, 879. Filius Dei magister, defensor, interpellator et dator. III, 1564. Filius Dei, manus Dei. V, 1577. Filius Dei rex solet appellari in Scripturis. IV, 84. Dixit Petrus, dixerunt et dæmones : *Tu es Filius Dei*, par confessio, sed non par dilectio. IV, 566.

Filii Dei sunt multi gratia, unicus natura. V, 770. Deus Pater Filium, quem unicum genuit, noluit esse unum. IV, 811. Filius Dei fratres suos nos esse voluit. V, 387. Filius Dei secundum id quod est unigenitus non habet fratres, sed secundum id quod est primogenitus. VI, 185. *Vide* Christus. Filius Dei cur factus homo. VI, 184. Filius Dei factus est filius hominis, ut filii hominum fierent filii Dei. V, 680. Filius solus ad divinitatem, non solus ad hereditatem. V, 702. Solus de substantia Patris genitus, alii de familia ejus per ipsum adoptati. V. 702. Filios Dei fieri impossibile non est, propter quos Filius Dei factus est filius hominis. V, 675. Filii Dei ut efficiamur, potestas data. V, 1304. Potestas hæc a Deo est. X, 285. Non est ex libero arbitrio, sed ex caritatis dono. X, 1004, 1292. Filios hominum filios Dei fieri

minus est, quam Filium Dei factum esse filium hominis. V, 675, 1504. Filii Dei quidam secundum susceptam temporaliter gratiam, quidam secundum æternam Dei præscientiam. X, 928. Filii Dei secundum prædestinationem vocantur, qui nondum regenerati. II, 846. Filii Dei jam sumus per gratiam, per fidem, per sacramentum, per sanguinem Christi. V, 503, 691, 709, 774. Filii spiritales per Evangelium in Christo Jesu generantur. IX, 66. Filii Dei sunt homines renovati ad ejus imaginem. VIII, 136. Et qui congruos novitati mores agunt. X, 157. Filius Dei eo quisque fit, quo incipit esse in novitate spiritus. X, 156. Filios Dei non posse vocari, nisi omni modo ab omni peccato puri fuerint effecti, Cælestii doctrina. X, 345. Filii Dei sumus in spe, non in re. IV, 565. Quibus est amabilis Deus, filii sunt; quibus terribilis, filii non sunt. IV, 566. Filii promissionis, perinde est ac filii gratiæ, filii misericordiæ. II, 559. si filii Dei facti sumus, et dii facti sumus. IV, 565. Filii Christi, et uxor Christi, ipsa Ecclesia. IV, 1684. Filii sponsi, Apostoli. IV, 1684, 1845. Filii illi pacifici esse debent. IV, 1685. Filii Dei, filii diaboli quinam. *Vide* Deus. Diabolus.

Filii Abraham, Filii David, et Patriarcharum, qui eorum fidem et pietatem imitantur. IV, 933, 1725. Filii Esaü et filii Edom omnes carnales; Jacob autem spiritales, minores tempore, majores potestate. IV, 1772. Filii Abrahæ vel diaboli sumus, non nascendo, sed imitando. V, 153[illegible] Filios fidei Abrahæ facit, qui promisit. V, 911. Filii hominum quinam. IV, 125, 349, 350, 544, 616. *Vide* Homo. Quinam filii mortificatorum. IV, 1019. Filii excussorum. IV, 1675. Filius impii floret aliquando in sæculo, et aliquando justus factus floret in Christo. IV, 390. Filios sæpe per nequissimos servos emendat pater. IV, 1499. Filii si flagellantur, quid debent sperare servi nequissimi? IV, 1210. Filiorum nomen varie in Scripturis acceptum. I, 619; VIII, 129, n. 3, 130. Filii noctis et tenebrarum. IV, 757. Inter filios diei et filios noctis dividit solus Deus. I, 851. Filii regni, qui præparantur in regnum Dei. VI, 252. Filii gehennæ, qui in illam præparati. VI, 252. Filii iræ. IV, 598. Filii nostri sunt bona opera. IV, 1688, 1724. Fructus horum operum, fiiii filiorum. IV, 1688. Filii alieni, cives Babylonicæ. IV, 1783. Filius junior Evangelicus. V, 1458.

Filiorum procreatio, Dei beneficium. VII, 440. Ad gloriam connubii, non ad pœnam peccati pertinet. VII, 428. Filiorum procreatio in paradiso non sine sexuum commixtione fuisset. X, 555. Filiorum multiplicatio de benedictione Domini venit. IV, 1778. Filios habere, non jam felicitas est, sed habere bonos. IV, 1686. Filii ut parentibus nascantur, fecunditatis est; ut vivant, felicitatis; ut recte instituantur, voluntatis et potestatis. VI, 441. In eos qui filios sibi natos esse gaudent, aut non natos esse lugeat. IV, 1686. Filius alicujus non quidquid ex eo natum est appellatur. VI, 252. Filius dicitur et avi et proavi et ultra majoris alicujus, is qui ex illo propagatur. III, 494. Filii legitimi, filii naturales. X, 721. Filii adoptionis, filii naturales, et filii conjugales. V, 348. Filii ex legitimis nuptiis magis sunt in potestate patris, quam matris. II, 1082. Filii non solum ex conjugio, sed et ex adulterio, bonum aliquod sunt. X, 456. Etsi per vulnus a diabolo inflictum filii generentur, non tamen quidquam in eos potest diabolus. X, 757.

Filii parvuli propter parentum peccata, divino judicio pœnam communem aliquando subeunt. X, 1252. Nonnulla parentum quorumlibet peccata redduntur in filios. X, 1254. Filios propter parentum peccata puniri ostenditur ex Scriptura. X, 1253, 1254, 1256, 1258, 1275. Cur Deus aliter judicat parentes et filios, aliter homini judicandos mandavit. X, 1261, 1262, 1265, 1264. Dei judicium non alligari ea lege, qua judicanti homini præcipitur ne filius moriatur pro patre. X, 1252, 1253, 1254, 1255, 1256, 1257, 1258. Ad gratiam novi Testamenti pertinet, quod filius paternis debitis non sit obnoxius. X, 875. Filii parentum virtutibus sublevantur apud Deum. X, 1272. Filiorum beatitudo ad meritum patrum quomodo promittatur. IV, 1724. Filii mali perdite viventes pietatem parentum persequuntur. II, 310.

Filios quis vere diligat. VI, 702. Filio ploranti pater non dat gladium. V, 498. Nec cum levat in equum. V, 147, 498. Qui filiorum trucidat voluptates, tale sacrificium quale Abraham offert Deo. VI, 702. Filius cujusquam si moriatur, plangit illum: si peccet, non plangit; et Christiani sumus. IV, 409. Filiis suis omnes laborant, nemo sibi. IV, 1659. In avaros, qui res suas servare se filiis dicunt, et pauperi dare nolunt. IV, 422 Filios habes, unum plus numera, et da aliquid Christo IV, 424. Filiis annumerandus Christus in patrimonii divisione V, 529. Filius quis quod male servas, et tibi oberit et filiis. V, 524. Filii defuncti partem fratribus superstitibus dividens, parricidia docet. V, 529. Filiorum in parentes pietas non sit venalis. V, 264. Filii proprio quodam modo apud Judæos. V, 550. Filii qui primi commemorantur in generatione primorum hominum, non sunt primogeniti. VII, 456, 457, 464.

Fimbria vir spurcissimus, Marii partes contra Syllam secutus est. VII, 83. Ilium crudeliter evertit. VII, 83. In sua domo trucidatur. VII, 107.

Fimbriæ tactus. V, 1278.

Fingere quandoque simulare, quandoque formare significat. IV, 427. Fingere mendacio simulante, aliquid componere significat. VII, 399. Fingere non semper idem ac mentiri. IV, 1210. Fingitur quodammodo quod figurate dicitur. V, 558. Fictio Christi figurata fuit non fallax. V, 558. *Vide* Fictio. Laborat qui fingit quod dicit. IV, 1811.

Finis quid sit. VIII, 653; X, 749. Finis dicitur duobus modis, vel quo fit ut non sit quod erat, vel quo fit ut perfectum sit quod inchoatum erat. IV, 250, 628. Finis duplex, consummationis et consumptionis. VI, 77. Finis consumptionis et finis perfectionis. V, 566. Finis ibi dicitur, ubi jam quo excurrat, et quo referatur, non invenitur. II, 458. Exiguum est omne quod finitur. II, 1510. Quid diu est, ubi finis est? V, 688, 1385. Finis non est miseriæ, quamdiu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. II, 455. Finis sæculi quando futurus sit, Evangelio magis consonat qui se nescire confitetur. II, 924. De fine sæculi Liber ad Hesychium. II, 899.

Finis noster Christus, non qui consumat, sed qui consummet. IV, 628, 662. Finis omnis consummationis, habere vitam sine fine, sine dolore, vitæ hujus doloribus partam. IV, 1361. Cum psalmus dicit, *in Finem*, corda convertenda ad Christum. IV, 1804.

Finem inter et officium quid distat. VIII, 655. Finis boni operis quis esse debet. IV, 1555. Quid sit. VII 227. Finis quo refertur quodque opus, efficit ipsum aut laudabile, aut vituperabile. I, 1356. Fines boni et mali nostri, quinam sint. VII, 621. Fines boni et mali aut in animo aut in corpore, aut in utroque simul positi sunt. VII, 621. Circa fines boni et mali, ducentas octoginta sectas Varro numeravit. VII, 621. Deus finis propter quem fit recte quidquid fit. X, 788. Cum non ad suum referuntur auctorem dona Dei, hoc ipso mali his utentes, efficiuntur injusti. X, 743. Cum facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur. X, 749. Quidquid boni fit ab homine, et non propter hoc fit propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est. X, 749. Finibus, non officiis, virtutes a vitiis discernuntur. X, 749. Peccaverunt in hoc infideles, quod non ad eum finem opera retulerunt, ad quem referre debuerunt. X, 751. Mala numquam possunt ex fine bono fieri bona. VI, 528.

Golias quis fuerit. V, 197. Goliæ monomachia cum David. V, 197. Allegorice exponitur. IV, 1856. Golias figura diaboli. IV, 302.

Gorgoni fabula. VII, 570.

Gor. IX, 227.

Gotthorum potentia. VII, 115. Gothi comparato exercitu Italiam vastant. VII, 115. Gotthorum irruptio in Urbem. VII, 109. Gothi pagani Romam oppugnantes vincuntur. V, 624. Gothi hæretici expugnant. V, 624. Gotthorum gladiatores. VII, 90. Gothos sibi conciliare qui conentur Donatistæ. II, 793.

Gracchus Tiberius a Scipione occisus, qua de causa. VII, 66. Gracchi caput quantum grave erat, tanto auri pondere venditum est. VII, 105. Gracchorum seditiones. VII, 66, 69, 104. Gracchorum mors. VII, 105.

Gradatio seu κλῖμαξ dictionis figura. III, 93.

Gradus hominis quatuor, ante Legem, sub Lege, sub gratia, in pace. III, 2065. Graduum cantica, græce ἀναβαθμῶν id est, ascendentium, non descendentium. IV, 415. Tot sunt, quot fuerant templi gradus. IV, 1960.

Græcia facta est Romana provincia. VII, 52.

Græci, Troja delet[a], ad propria remeantes cladibus diversis contriti sunt. VII, 573. Græcorum vana superstitio et consuetudo referendi mortuos in deorum numerum. VII, 565. Græcorum regnum. *Vide* Argi. Græci leves dicti. VII, 18. Græcorum lingua in gentibus præeminet. VII, 235. Græcorum gymnasiorum et Romanorum fororum alia sunt certamina. II, 456. Græcæ linguæ, tamquam præcedenti, unde Scriptura in Latinum translata est, magis credendum. IV, 1539. Græci per litteras numerant. III, 1473.

Grammatica græce, latine litteratura dicitur. I, 1012, 1099. Grammatica est vocis articulatæ custos, et moderatrix disciplina. I, 894. Hæc historiæ custodiam profitetur. I, 1012, 1099. An Grammatices sit docere sonos et accentus. I, 1010. Grammaticæ leges studiose observantur, negliguntur præcepta Dei. I, 673. Grammaticarum scholarum liminibus appensa vela. I, 670 ; VI, 713. Liber *de Grammatica* scriptus dialogi forma ab Augustino, cum esset Mediolani baptismum percepturus. I, 591. Qui liber ille excidit. I, 591.

Grammatici magistri penulati. I, 672. Grammatici litteriones per contemptum appellati. II, 445. *Not.* 1. Grammatici judices Poetarum. I, 1014. Grammaticorum censuram concionator non timeat, dum omnes instruat. V, 228, 1371. Grammaticorum leges in concionibus minus curandæ, si forte melius in barbarismo populus intelligit. IV, 386, 1796.

Grando est iniquitas res alienas auferens. IV, 1000.

Granum morte multiplicatum. V, 1397.

Gratiæ crudeles inimici Pelagiani. X, 688, 693. Et Cælestiani. VIII, 47. Gratia quid secundum Pelagium ac Cælestium. II, 760. Gratia Pelagiana. X, 272, 361, 1291. Gratia Pelagiana multiplex. X, 1111. De adjutorio gratiæ id dicit Pelagius, quod referatur aut ad naturam, aut ad doctrinam, aut ad liberum arbitrium, aut ad remissionem peccatorum, aut ad exemplum Christi. II, 760, 768, 774, 849, 853, 877. Gratia Pelagiano doctore ea intelligenda est, quæ Paganis atque Christianis, impiis et piis, fidelibus et infidelibus communis est. II, 816. Communis est omnibus natura, non gratia. V, 172, 173, 174. Non de donis Dei naturalibus, sed de donis gratiæ ait Apostolus : *Quis enim te discernit ?* X, 967, 968. Ut non Lex, sic nec ipsa natura est gratia qua Christiani sumus. X, 896. De gratia cum disputatur, non de ea loquimur quæ ad naturæ pertinet institutionem, sed reparationem. X, 252, 277. Naturæ falsus defensor sub jugo est iniquitatis. V, 190. Refutatur experimento propriæ infirmitatis. V, 188. Ex orationibus Ecclesiæ. V, 191. Sapiens postulando continentiam, non naturam, non liberum arbitrium, non scientiam, non remissionem peccatorum, sed vires quibus valeat continere petit. II, 853. Etsi natura qua conditi sumus, quadam ratione dici possit gratia. II. 767, 768. Natura non putetur gratia, nisi quia et ipsa gratis concessa est. V, 172, 176. Gratiam Dei nullam dicit Pelagius, nisi naturam nostram cum libero arbitrio creatam. X, 345, 347. Aliquando, idque tenuiter nec aperte, ei conjungebat vel Legis adjutorium, vel remissionem peccatorum. X, 347. Gratia quæ nullis præcedentibus meritis datur, non est remissio peccatorum. II, 877. Naturæ falsus defensor medico ingratus. V, 189.

Gratiam Dei qua juvamur ad non peccandum, Pelagiani Legem esse dicunt. X, 617, 893. Et de gratia nihil Pelagius profitetur, quod non possit intelligi de Lege ac doctrina. X, 373, 376. Gratia non in Lege consistit. X, 212. Aliud Lex, aliud gratia. X, 364. Gratiam inter et Legem quid intersit. V, 791. Per Legem actum est, ut peccatum agnosceretur, et prævaricatione augeretur, et sic ad divinam gratiam confugeretur. II, 769. Lex, docendo et jubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut quærat demonstrata infirmitas salvatorem. II, 593. Nec sacerdotium nec Lex introducunt in hereditatem æternam, sed gratia per fidem. III, 743. Deus facit per gratiam suam opus Legis in homine ; et homo per fidem suam suscipiens gratiam etc., cooperator est adjuvantis Dei. III, 756. In gratia et non in Lege veri Israelitæ gloriantur. II, 893.

Gratiæ adjutorium a Pelagio positum in sola doctrinæ revelatione. X, 379, 380. Gratia Christianorum non in scientia tantum sita est. II, 852. Gratia si desit, etiam obest doctrina. II, 983.

Gratia Pelagiana in interiori et multiformi mentis illustratione. X, 364. Hæc gratia a gratia Legis et doctrinæ non distat. X, 364. Sapientiæ revelatio non est perfecta gratia. X, 366. Gratia agitur non solum ut facienda noverimus, verum etiam ut cognita faciamus, etc. X, 367, 373. Gratia non solum ostendit quid faciendum sit, sed adjuvat ut fieri possit. X, 153, 241, 363. Non Lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operatur Deus in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. X, 373. Ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. X, 366. Quomodo gratia possit dici doctrina. X, 367. Homo sub Lege, homo sub gratia constitutus. I, 620. Conditio hominis sub gratia constituti. V, 64, 66. Timor sub Lege, spes sub gratia. V, 791.

Gratia proprie dicta non est natura, non Legis scientia, etc. X, 382. Gratiam, quæ nec Lex sit nec natura, valere

tantum, ut præterita peccata dimittantur, non ut futura vitentur, contendunt Pelagiani. X, 896. Gratia neque natura est cum libero arbitrio, neque Legis scientia, neque remissio peccatorum, etc. X, 352. Gratiam in remissione peccatorum, et in exemplo Christi ponebant Pelagiani X, 361, 379, 774, 1243. Gratia proprie dicta, gratia Christi, Pelagio est exemplum Christi. X, 381, 1202. Gratiam Pelagius intelligebat eam in qua creati sumus a Deo cum libero arbitrio. X, 335. Gratia Pelagianorum nihil aliud, quam datum a Deo liberum arbitrium et Legis doctrina. X, 262. Gratiam Dei non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in Lege atque doctrina, sententia est Pelagiana. II, 979. Hanc Pelagius in judicio Orientalium episcoporum, licet ficto pectore, damnavit. II, 979. Tria sunt quibus divina mandata dicit impleri Pelagius, possibilitas, voluntas, actio. X, 361. Possibilitatem Deo, reliqua duo homini tribuit. X, 362, 363. Sic defendebant liberum voluntatis arbitrium Pelagiani ut gratiæ Dei non relinquerent locum. I, 595. Gratia non est liberum arbitrium. X, 333. Gratia Christianorum non in natura liberi arbitrii, non in Lege atque doctrina. II, 849, 852, 983, 985; X, 338. Pelagianorum sententiam non adstruxit Augustinus in primis opusculis suis de libero arbitrio. I, 596. Non sola possibilitas, sed et voluntas et actio adjuvatur, cum Deus docet per gratiam. X, 368, 373.

Gratiam tandem confessi sunt Pelagiani. V, 856. Qualem confessi sunt. X, 1484. Et ad singulos actus dari quatenus Pelagius professus est. X, 361. Gratiam ad facilius tantum agendum requirebat Pelagius. X, 374, 375, 380, 871. Per sacramentum mortis et resurrectionis Christi commodiorem tantum viam esse contendebat, non quod alia via esse non possit. X, 872.

Gratia non datur ad facilius tantum agendum. X, 584. Pelagius refellitur, qui gratiam dari ex abundanti, aut ad facilius operandum docuit. II, 829, 830. Pelagius impugnat gratiam Dei per Christum. II, 775. Gratiam qua justificatur impius, et qua Christiani sumus. I, 647. Non tamen aperte audet impugnare. II, 760. Gratiam agnovit Porphyrius, sed non gratiam per Christum. VII, 307.

Gratia generaliter et specialiter dicta. I, 624; III, 2087. *Retr.* Gratia alia communis omnium, quæ est creationis; alia propria Christianorum, quæ est electionis et liberationis per Christum. V, 172, 173. Gratiæ adversarius in Christum injuriosus. V, 921. Gratia Christi tamquam nubes opponitur Judæis. III, 656. Gratiam Christi confitetur Pelagius petit Augustinus. II, 776.

Gratiam secundum merita nostra dari Pelagiani asserebant. I, 595; X, 376, 377, 570, 887, 888. Præter solam gratiam remissionis peccatorum. X, 890. Gratiam mereri homines per bonum liberi arbitrii usum docebant. X, 372. Scripturæ testimonia quibus probant Pelagiani gratiam secundum merita dari. X, 888. Zachariæ testimonio abutuntur. X, 888. Alia Scripturæ loca quibus abutuntur. X, 888. Dogma Pelagianorum, deberi fidei gratiam. X, 377. Fidem esse meritum gratiæ. X, 377. Orationem esse meritum gratiæ. X, 633, 758, 897. Primæ cupiditati boni gratiam deberi. X, 567, 583. Et conversioni cordis seu bono proposito. X, 585, 686, 888. Dogma Pelagianorum, gratiam secundum merita dari, damnavit Synodus Palæstina. X, 338. Pelagius ipse damnavit in Synodo Palæstina. II, 877; X, 587, 961, 962, 1011. Ne a catholicis judicibus damnaretur. II, 985; X, 584, 1027, 1128. De gratia tamen non sincere scripsit post illud Concilium; sed gratiam dari ex abundanti, aut ad facilius operandum docuit. II, 829. Et secundum merita dari. X, 371, 554. Quidam nisi sibi aliquid assignent quod priores dent ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis reprimi se putant. X, 977. Gratiam secundum merita nostra dari, Cælestii dogma. X, 344. Cælestii errores circa gratiam. X, 357. A Palæstinis judicibus damnaatur. X, 358. Et a Pelagio atque ipso Cælestio. X, 358. Gratia creationis conditus est qui nihil boni merebatur, gratia electionis salvatus est qui multum mali merebatur. V, 176.

Gratiam subdolis verbis confitetur Pelagius. X, 332. Anathematizat eos qui gratiam non ad singulos actus dari dicunt, sed in libero arbitrio esse, vel in Lege atque doctrina. X, 338. Gratiam in Ecclesia notissimam Pelagium confiteri Synodus Palæstina credidit. X, 333. Gratiam veram nusquam confessi sunt Pelagius et Cælestius. X, 375, 378.

Gratia Pelagiana exploditur. X, 872. Gratia Dei defendenda contra Pelagianos. X, 885. Quid cum Ecclesia sentiendum de gratia. II, 817. Sententiæ duodecim de gratia. II, 984. Quas Augustinus dicit scire ad rectam et catholicam fidem pertinere. II, 985, 987. Gratia, justitia Dei. X, 896.

Gratia novo Testamento promissa per Prophetam. X, 231. Gratia novi Testamenti sub veteri occultata. X, 400. Tamquam pluvia Gedeon in vellere. II, 770; IV, 1779. Gratia figurata et explicata per matrem Samuelis. VII, 528. Vetera sacrificia gratiam significabant, non efficiebant. II, 633. Significabant priores Tabulæ Moysi datæ. III, 653. Præceptum de observando sabbato. III, 655. Et manna. III, 634. Gratia in veteri Testamento occulta, in novo revelata. IV, 1856; V, 167, 753; X, 217. Quare. *ô altitudo!* etc. II, 770. Gratia et veritas res est novi Testamenti. III, 1396.

Gratia est necessaria. III, 871, 1397, 1402, 1778, 1841, 1843; X, 170, 280, 281. Præter naturam et Legem. V, 174. Non solus homo pertinet ad gratiam Dei, ipsi Angeli Deo debent quod sunt, quod vivunt, quod juste vivunt, quod beate vivunt. IV, 895. Gratiæ auxilium necessarium in utroque statu hominis, sed majus in præsenti. VI, 282. Nec natura humana, etiamsi in illa integritate in qua condita est permaneret, ullo modo se ipsam, creatore suo non adjuvante, servaret. II, 830. Salutem sine gratia non poterat custodire natura, etiam integra. II, 830.

Gratia quia sanat, dicta medicina. X, 1308. Gratia non indigeret natura, si sana esset. X, 285. Gratiæ Dei est inimicus, qui naturam humanam in qualibet ætate negat egere medico Christo. X, 402. Gratia medicinalis. V, 850. Quid secundum Pelagium. X, 266. Gratia medicina est: qui vult semper ægrotare, ingratus est medicinæ. V, 852. Qui sani sibi videntur, insaniunt in medicum. V, 943. Gratia parvulis et majoribus subveniens. V, 907. Medicinam gratiæ Christianæ parvulis revera denegant Pelagiani. X, 1308.

Gratia liberatrix. V, 940. Per gratiam liberantur quicumque liberantur. II, 776, 822. Et præter gratiam Salvatoris, quæ numquam humano generi defuit, nemo liberari potest. VII, 315; X, 315, 316. Gratia liberat a diabolo. V, 446. Sola ab hujus vitæ miseriis liberat. VII, 786. Et a peccatis. II, 885. A lege peccati. V, 842. A concupiscentiæ dominatu. I, 620; III, 2061. A corpore mortis hujus. II, 769. Sola aufert peccatum. III, 2065, 2068. Gratia salvi fiunt prævaricatores cujuscumque legis. II, 681. Nec David ipse surrexisset a peccato, nisi eum gratia relevasset, ex *Innoc.* II, 782. Nulla est anima præter ipsius Christi, cui liberandæ a peccato non sit christiana gratia necessaria. III, 416. Hominem sine gratia posse non peccare docebat Pelagius. X, 281. Asserere hominem per gratiam posse esse sine peccato, tolerabile est. II, 771, 772. Iniquitatis in hominem dominatus ante gratiam V, 187. Justitia Dei sola me liberat, mea sola non sunt nisi peccata. IV, 895. Gratiæ liberantis et adjuvantis necessitas. IV, 233, 234, 890, 895.

Gratia necessaria etiam ipsis baptizatis. X, 277. Gratia Dei nisi regat, cadis; nisi illa erigat, jaces. V, 855. Si non potuisti facere te, quomodo potes reficere te? IV, 524. A te deficere potes, tu te ipsum reficere non potes, ille reficit qui te fecit. IV, 1224. Non potuisti in te, nisi perdere te; nec scis invenire te, nisi ille qui fecit te quærat te. V, 108. Natura per semetipsam non instauratur, sed per Dei gratiam. III, 406, 418; IV, 891, 998.

Gratia necessaria ut ad Deum anima redeat. VIII, 1007. Ad peccandum nobis ipsi sufficimus; ad justitiam vero ut redeamus, non item. X, 259. Gratia delevit cuncta peccata, et ad non peccandum voluntati nostræ conanti adjutorium subministravit. V, 843. Gratia necessaria est et ad conversionis initium, et ad progressum ac perseverantiam. IV, 892, 893. Et ad pœnitentiam amplectendam. VI, 271. Gratia prima quam peccator accipit, quænam. III, 1400.

Gratia a Deo postulanda, ut diabolo resistatur. X, 281. Gratia in tentationibus petenda. III, 761. Gratia necessaria ad superandas tentationes. V, 190. Ne dicas, non possum tenere et portare et frenare carnem meam; adjuvaris ut possis. IV, 457. Imbecillitas hominis auxilio gratiæ destituti. IV, 1746. Deus portat et continet eos in quibus habitat: si se subtraxerit, cadunt. IV, 1632, 1633. Gratia divina privatus, necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat. *Innoc.* II, 785. Nisi magnis precibus in nos gratia Dei implorata descendat, nequaquam terreni corporis vincere conamur errores. *Innoc.* II, 782. Sancti omnes se sine Dei adjutorio nihil agere posse testantur. *Innoc.* II, 782. Necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. *Innoc.* II, 782. Contra peccatum pugnantes vincimur, nisi divinitus adjuvemur, ut non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam delectatio justitiæ vincat in nobis aliarum rerum delectationes. VI, 271. Homo indiget ope Dei ad non peccandum et ad justa agendum. X, 153. Etiam perfectissime justificatus indiget auxilio gratiæ ut recte vivat X, 261. Ut in via justa ambulet. V, 751. Gratiæ Dei est et credendi abinitio, et perseverandi usque in finem voluntas. II, 985. Sanctificati indigent auxilio Dei ut fiant sanctiores. III, 1915. Sine gratia hominem non posse perfici confessus est ipse Pelagius. X, 343. A Deo donatur, ut sciatur a quo bonum omne donetur. III, 1850. Cum Deum scimus, ne hoc quidem nobis tribuendum est, sed illius misericordiæ. II, 575.

Gratia necessaria ad explicanda mysteria fidei. V, 355. Cogitationes bonæ nonnisi ex gratia. II, 818. Ad credendum voluntas sine gratia non sufficit. II, 850. Homo illuminari a se ipso non potest. IV, 195. Oculi sani et patentes, si lux

desit extrinsecus, in tenebris remanent. IV, 1858. Præter Deum, nos tenebræ et infirmitas. IV, 200. Non peccare tam in natura integra, quam in vitiata, ex adjutorio Dei est, sicut et posse non peccare. X, 274. Velle justitiam nemo potest nisi ex gratia. X, 1520. Non solum propter possibilitatem, sed etiam propter voluntatem et operationem gratia prædicanda est. X, 573. Adulti non debent in suæ voluntatis virtute confidere. X, 1292. Non confidendum est de nostris viribus, sed oratio adjungenda conatibus; ut impleat bonis, qui deterret a malis. VI, 480. Universa facies, et vultus sanctarum Scripturarum admonet, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. VI, 278. Nemo præsumat viribus suis se reddere quod voverit: qui te hortatur ut voveas, ipse adjuvat ut reddas. IV, 1717. De Dei misericordia, non de virtute sua homo præsumere debet. X, 693. Misericordia et judicium in voluntatibus hominum fiunt. X, 968. Homo velle bonum non potest, nisi adjuvetur ab eo qui malum non potest velle. X, 1114. Homo in malum quod fecit, nulla necessitate compulsus, sed sua voluntate collapsus est. in bonum autem quod reliquit, solius Dei gratia revocari potest, non voluntate libertatis, quam merito iniquitatis amisit. X, 1518. Non sola arbitrii libertate, et sine adjutorio gratiæ, ad Deum perveniri potest. X, 372. Voluntatem quidem liberam mihi dedisti, sed sine te nihil mihi conatus meus. IV, 208. Ut sit nutus voluntatis, ut sit industria studii, ut sint opera caritate fervenlia, Deus tribuit, Deus largitur. VI, 127. Adam filii non a se ipsis mutari possunt, sed a Deo. X, 1231.

Gratia non tantum ut facilius, sed omnino ut facere possis, necessaria. V, 856. Necessaria ut faciat homo aliquid boni. X, 370. Nihil boni sine adjutorio Dei. V, 856. Nihil rectum. X, 264. Gratia quanto magis minusve adjuvatur homo, tanto magis minusve potest ea quæ ad vitam æternam conducunt. II, 354. A Deo quidquid boni est donetur. III, 1850. A Deo nobis est ut eum diligamus. II, 576 Homo non bene vixisset nisi per gratiam Dei. III, 431. Nisi gratia Dei liberetur voluntas a servitute peccati, recte pieque vivi a mortalibus non potest. I, 596. Homo non potest aliquid agere bene tamquam ex se ipso. III, 382. Gratia beneficii Dei prima, redigere nos ad confessionem infirmitatis, ut quidquid boni possumus, in Deo possimus. IV, 428. Sine gratia vel cogitare aliquid, vel agere secundum Deum, nulla ratione possumus. II, 969. Sine gratia nullum prorsus sive cogitando, sive volendo et amando, sive agendo faciunt homines bonum: non solum ut monstrante ipsa quid sit faciendum sciant, verum etiam ut ipsa præstante cum dilectione faciant quod faciunt. X, 917. Gratia nisi adjuvet, nihil pietatis ac justitiæ sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possumus. II, 818. Sine ea voluntas bona esse non potest. II, 831.

Gratiæ tribuendum quod bene vivitur. IV, 584, 789, 1575, 1784, 1814. Omne bonum meritum nostrum non in nobis facit nisi gratia. II, 880. Justitia nobis vera non est nisi ex gratia. V, 921. A Deo habet homo et quod homo est, et quod justus est. V, 107, 872. Ut sis, Deus operatus est; ut bonus sis, si bonus es, ipse operatur. IV, 1831. A quo accepi ut essem, ab eo accepi ut bonus essem. IV, 713, 1379. Quidquid sumus, illius misericordia sumus; quidquid autem ex nobis sumus, mali sumus. IV, 876. Homo si vult esse aliquid boni, non sit de suo proprio. V, 639. Quidquid boni habet homo, non habet nisi ab illo, qui omne bonum nostrum est. IV, 1073. Quidquid in te mali est de peccatis, tuum est; quidquid boni in justificationibus, Dei est. IV, 193, 1280.

Gratiæ novi Testamenti adversarii non Deo tribuere, sed potius sibi volunt arrogare quod boni sunt. II, 575. Nihil nobis arrogemus, ne et quod accepimus perdamus. V, 178, 191. Deo debemus quod homines sumus, quod bene vivimus, quod recte intelleximus. V, 955. Disciplina christiana hæc est, ut quod quis facit male, sibi; quod bene, Deo tribuat: neque super eum qui bene non facit sese extollat. IV, 1204. Qui putant sibi esse tribuendum, non gratiæ Dei, quod bene vivunt, jam non bene vivunt, quantacumque bona opera facere videantur. IV, 902. Ambulans in via justa, si id sibi tribuat, perit de via justa. V, 750, 751. Qui sibi committuntur, et a se ipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filii Dei. X, 805. Ad bene operandum spes non habenda in homine. X, 885. Gratiæ deputandum quidquid mali non fecimus. I, 681.

Gratiæ adversatur qui putat ad mandata servanda sufficere naturam. II, 741. Gratia data est ut Lex impleretur. X, 221. Gratia necessaria ad implendam Legem. V, 75, 894, 1160, 1162, 1165, 1170. Gratia adjuvantis necessaria est, ut impleatur præceptum jubentis. IV, 757, 889; VI, 421. Præcepta Legis non possunt impleri nisi per gratiam. II, 674, 675, 676, 677, 769, 894, 898. Mandatis Dei rectis et arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi præveniens ejus adjuvet caritas. IV, 1512. Per adjuvantem gratiam implentur præcepta, etiam in veteri Lege. VIII, 559. Si nondum divinus adjuvat Spiritus, secundum Legem volens vivere vincitur, et sciens peccat. VI, 287. Lex non juberet, nisi esset voluntas; nec gratia juvaret, si sat esset voluntas. II, 766. Gratia id quod Lex jubet faciens nos amare, potest liberis imperare. VI, 554. Hominis præsumptio per legem, captivitas per gratiam tollitur. V, 793. Lex jubet, spiritus juvat: Lex agit tecum ut scias quid facias, Spiritus ut facias. V, 1163. Ut caveretur peccatum, non Lex sed gratia, non littera sed Spiritus fecit. X, 1173. Homini Deus donat, unde faciat eum facere quod mandat. IV, 1549. Ipse Deus dat vires, ut quod juvet, impleri possit. V, 200. Lex sine gratia littera est occidens. V, 1239. Non aufert, sed auget peccatum. IV, 1572. Manet ad convincendam iniquitatem, non ad dandam salutem. IV, 888, 989, 1581. Lex ad hoc prodest, ut mittat ad gratiam. IV, 1575. Gratia et liberat a peccato, et litteram donat impleri. V, 1239. Spiritu adjuvante fit jussum Dei cum gaudio, cum delectatione. V, 1171. Auditis divinis testimoniis non commoventur ad fidem, in quibus occulta gratia non operatur ut credant. IV, 1117. Qui mandatorum difficultate deterrentur a fide, veniant non de viribus suis, sed de gratia Dei præsumendo; adjuvandi veniant non judicandi. IV, 457.

Gratia qua mandata Dei impleantur, obtinetur humili oratione. IV, 1581. Fide impetratur. IV, 1549, 1560. Non ideo gratia non est necessaria voluntati, quia dixit Apostolus: *Quod vult faciat?* X, 314. Negantibus gratiam necessariam acerrime ac vehementissime resistendum. X, 202. Gratiam cuivis bono operi faciendo necessariam esse similitudine ostenditur. X, 261. Gratiæ testificatio clarissima est oratio. II, 766, 979, 990; X, 887. Gratiæ adjutorium ad non peccandum non posceretur, nisi esset necessarium. X, 313, 314, 1534. Gratiæ necessitatem docet Innocentius. II, 781, 783. Iniquum est, ait, et ingratum, negare gratiam. II, 781, 782, 784. Docet Ambrosius. X, 382, 383. De gratiæ necessitate Augustinum inter ac Pelagium controversia erat. X, 276.

Gratia vera Pelagianæ gratiæ opposita, quæ. X, 574. Gratia vera quænam dicenda. X, 332, 378. Quænam vera secundum Paulum. II, 853. Quænam gratia in Ecclesia prædicatur. X, 358. Quamnam fides catholica prædicat. X, 1213. Sententia catholica de gratia. X, 980, 1055. Gratia Christianorum. II, 767, 768. Gratia Dei per Jesum Christum quænam sit. X, 917. Gratia in quo sit definita. X, 231. In quo gratiam sitam esse agnoscit fides Christiana. X, 220.

Gratiæ Christi definitio. X, 578. Gratia inspiratio dilectionis. X, 617. Gratia proprie dicta, gratia Christianorum. II, 1321. Gratia novi Testamenti caritas. II, 853; III, 84; X, 374. Caritas in cordibus diffunditur, ut anima sanata non timore pœnæ, sed amore justitiæ operetur bonum. X, 233. Gratia, certa scientia et delectatio victrix. X, 170. Gratiæ effectus illustratio et delectatio. X, 167. Quomodo Deus doceat per gratiam. X, 368. Docet Deus suavitatem, inspirando caritatem; docet disciplinam, donando patientiam; docet scientiam, illuminando intelligentiam. IV, 1549. An Deus omnes doceat per gratiam, necne. X, 971. Qui per gratiam discit, agit omnino quidquid agendum didicit. X, 367, 368. Qui per gratiam didicit, venit; qui non venit, non didicit. X, 368. Gratia quam Christiani profitentur ea est, qua non solum suadetur, sed persuadetur bonum. X, 366. Tunc disco ut faciam, si in tua suavitate doceas me. V, 830.

Gratia vera donum Spiritus sancti, quo fit in animo delectatio et dilectio boni. X, 203. Gratia donat justitiæ delectationem qua immoderatio concupiscentiæ superetur. VI, 225. Gratia liberat a lege peccati et mortis, quomodo. VIII, 125. Liberat delectationem voluntatis a consensione voluptatis. X, 560. Spiritu sancto fit in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas est: præter hunc Spiritum peccare delectat, ubi servitus. X, 218. Gratiæ suavitas facit plus delectare quod præcipitur, quam delectat quod impedit. X, 233, 561. Gratia benedictio dulcedinis. X, 586. Cum ea delectant, quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc et præbetur gratia Dei. VI, 127. Gratia significata est nomine lactis et mellis: dulcis et nutritoria est. V, 167. Gratiam nihil tam significat, quam lactis copia. V, 199. Gratia lacte significatur, quod misericordia delectabili parvulis gratis infunditur. IV, 827, 1857. Gratia spiritalis intelligitur dilectio Dei et proximi. III, 2063.

Gratia Dei id agit, ut dilectione impleantur mandata Dei quæ timore non poterant. IV, 1579. Suavitatem dat Deus, ut bonum vere bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. IV, 1565, 1566. Qui nondum agit sive non faciendo omnino, sive ex caritate non faciendo, oret ut quod nondum habet, accipiat. X, 918 *Vide* Oratio. Gratiæ divinæ vim et dulcedinem non intelligit, nisi qui amat, etc. III, 1609. Gratia absconditur timentibus pœnam. X, 233. Gratia Dei intrinsece agit. X, 316

mtrinsecus operatur. X, 114. Non forinsecus adjuvat Deus, sed intrinsecus. X, 226. Gratia quam secreta et a sensibus remota. X, 971. Ideo possunt homines, quia sic volunt: ideo sic volunt, quia sic Deus operatur gratia sua ut velint. X, 900, 939. Quis idoneus est velle et posse, nisi inspirando adjuvet ut possimus, qui vocando præstitit ut velimus? V, 1014. Gratia efficit ut non tantum velimus recte facere, sed etiam possimus. III, 2066. Volo ut velis, sed non sufficit ut velis; adjuvandus es ut plene velis, et impleas quod velis. V, 894. Aliquando Deus facit in te, quod non fit a te: nunquam autem aliquid fit a te, quod non facit in te. V, 580. Sic Deus in nobis operatur, ut et nos operemur: designat et se operatorem, qui invocat adjutorem. V, 108. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. IV, 1852.

Gratia Dei facit ut opera bona faciamus. X, 1142. Facit ut faciamus. X, 367, 901. Præbendo vires efficacissimas voluntati. X, 367, 901. Jactantia est, Quod Deus promittit nos facimus. X, 1208. Quod promittit homines facturos esse, Deus ipse facit. X, 976. Qui promittit, quod facit promittit, non quod tu facis. V, 894. Quod fit a te, ipse Deus facit in te. V, 580. Gratia Dei non solum operatur remissionem peccatorum, sed etiam cooperantem sibi facit hominis spiritum in opere bonorum factorum. IV, 988. Deus voluntatem præparat, non tantummodo legem et doctrinam libero hominis adhibendo arbitrio, sed sic agit sensum, ut legi et doctrinæ accommodet assensum. II, 980, 987. Gratiam Dei non præcedit aliquid meriti humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pedissequa non prævia voluntate. II, 819.

Gratiæ vis. III, 25, 84. Potentia et energia. X, 936, 971. Gratiæ vis et efficacia unde. X, 936, 971, 972. Gratiæ Dei vis ad voluntatem hominum convertendam. X, 568. Gratia seu voluntas Dei ad salvandum certa et efficacissima. VI, 276. Gratiæ violentia suavis. V, 730. Gratia cor nostrum quo voluerit inclinat. X, 372. Deus malas hominum voluntates quas voluerit potest in bonum convertere. VI, 277. Voluntati tantum præstat gratia salvatoris, ut agi ab illa dicatur. X, 323. Nos volumus, sed Deus operatur in nobis et velle: non operamur, sed Deus operatur in nobis et operari. X, 1013. Subventum est infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter ageretur. X, 940. Adjutorio gratiæ donante fit ut invictissime quod bonum est velint, et hoc deserere invictissime nolint. X, 940. Gratia ea est quæ a nullo duro corde respuitur. X, 971. Voluntas Dei salvare volentis non impeditur humana voluntate. VI, 276. Gratia ideo tribuitur, ut duritia cordis auferatur. X, 971. Gratia Dei reluctantes prævenit, ut volentes fiant. X, 618. Gratia Dei ex nolente facit volentem. X, 1299. Gratia tollit cor lapideum, hoc est durissimam voluntatem, et adversus Deum omnino inflexibilem. X, 898, 971. Gratiæ efficacia quatenus moveat, in Petro ostenditur. X, 382. Gratiam non vacuam in se ipso fuisse unde probat Paulus. X, 342. Gratiæ natura et vis ex oratione dignoscitur. X, 980. Pro gratia testimonia Scripturæ. X, 618. Cypriani. X, 626, 628. Ambrosii. X, 633.

Gratiæ nomine fatum non asseritur a Catholicis. X, 577. Cur hoc objectum Catholicis a Pelagianis. X, 577. Liberi arbitrii et gratiæ conciliandæ difficultas. X, 583. Quæstio de gratia Dei et libero arbitrio difficillima, et paucis intelligibilis. II, 970, 972. Quæstio obscura. X, 981.

Gratia non sic defendenda, ut liberum arbitrium auferatur; nec liberum arbitrium sic extollendum, ut ingrati gratiæ judicemur. III, 1778; X, 168. Neque neganda Dei gratia, neque liberum arbitrium sic defendendum, ut a Dei gratia separetur. II, 969, 970, 971, 972, 974, 981. Quod probatur ex Scripturis. II, 973. Gratiam ita prædicantes, ut liberum hominis negent arbitrium, errant. II, 969. Qui liberum arbitrium credunt adjuvari per gratiam Dei, ut recta sapiamus et faciamus, bene sentiunt. II, 969. Si non est Dei gratia, quomodo Christus salvat mundum? Si non est liberum arbitrium, quomodo judicat mundum? II, 969. Gratia et liberum arbitrium asseritur. X, 877, 888. Utrumque ad salutem requiritur. X, 893.

Gratia non tollit liberum arbitrium. X, 233. Non pellit, sed potius vitiis pulsum revocat liberum arbitrium. X, 1296. Gratia Dei arbitrium vere ad bona eligenda et agenda fit liberum. II, 987. Voluntas tanto liberior, quanto sanior; tanto autem sanior, quanto divinæ gratiæ subjectior. II, 676, 677. Omnibus divinis paginis docemur, voluntatem liberam nihil posse cœlestibus præsidiis destitutam. *Innoc.* II, 785. Per occultam inspirationem gratiæ Dei præparatur voluntas a Domino. II, 987. Libertas sine gratia qualis. V, 836. Libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia. II, 682. Sine gratia cadit homo præcipitatus libero arbitrio. X, 889. Dei gratia liberatur liberum arbitrium, ut ad recte faciendum sit liberum. I, 625. Libero arbitrio quantum possumus, nisi nos adjuvet Ille qui jubet? IV, 1792.

Gratiæ et liberi arbitrii concursus. V, 902. Gratia et liberum arbitrium requiruntur ad bene vivendum. X, 886. Gratiæ Dei adjungendus voluntatis nostræ conatus. X, 154. Inclinare cor in testimonia Dei, simul est et divini muneris, et propriæ voluntatis. IV, 1569. Prædicato Christo crucifixo unus audiens contemnit, alter ascendit; qui contemnit imputet sibi, qui ascendit non arroget sibi. V, 730. Filii Dei Spiritu Dei aguntur; non quia nihil ipsi agunt, sed ne nihil boni agant, a bono aguntur ut agant. IV, 1581. Agis et ageris, et tunc bene agis, si a bono agaris. V, 855, 717. Adjuvatur nemo gratia, nisi et ipse qui aliquid agit. X, 315. Qui fecit te sine te, non te justificat sine te. V, 923. Exhortationes, præceptiones, documenta, liberum arbitrium demonstrant; vota vero, gratiam. X, 349, 350. De gratia et libero arbitrio non præsumendum. X, 579. Gratias omnes et virtutes unumquemque posse habere aliter Pelagius, aliter Cælestius dixit. X, 556.

Gratiæ ante et post lapsum datæ distinctio. X, 933. Quale adjutorium gratiæ primo homini concessum in statu innocentiæ. X, 933. Gratiæ adjutorium in statu naturæ integræ adfuisset. X, 274. Tamquam lumen sanis oculis X, 274. Majoribus nunc gratiæ donis adjuvanda nostra infirmitas. X, 939. Gratia potentiore opus est post lapsum, quam ante. X, 934. Gratia in Christo data longe potentior, quam gratia primi hominis. X, 936. Gratiæ adjutorium duplex, aliud sine quo non fit aliquid, aliud quo fit. X, 936. Exemplo alimenti et beatitudinis declaratur. X, 956. Quonam gratiæ adjutorio nunc homo indigeat. X, 937. Adjutorium gratiæ quo, non adjuvat sine nostra voluntate. X, 204, 209, 212. Gratiarum diversitatem an auferebant Pelagiani. X, 339. Discrimen doni perseverantiæ Adamo, et cæteris hominibus concessi. II, 1010. Gratia alia certantis, alia victoris. X, 1186.

Gratia præveniens et subsequens. V, 942, 952, 1650. Gratia prævenit nos. III, 1843, 1851. Prævenit ut Deum diligamus. X, 1131. Misericordia Dei ubique prævenit nos. V, 1014. Quis idoneus est velle et posse, nisi inspirando adjuvet ut possimus, qui vocando præstitit ut velimus? V, 1014. Gratia non prius existenti voluntati cooperatur, sed prævenit ut operetur eam. X, 1112. Absit ut in donis Dei nos priores faciamus, posteriorem ipsum. X, 586. Ut faciat homo Deus facit prior. X, 1155. Gratia quomodo nos in omnibus præveniat. V, 952.

Gratia operans et cooperans. X, 901. Gratia ut velimus sine nobis operatur, cum autem volumus, et sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur. X, 901. Sine illa vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad pietatis opera nihil valemus. X, 901. Gratiam adjuvare uniuscujusque propositum, quo sensu catholice dicitur. X, 618. Voluntas aduiti debet. X, 156. Operamur quidem et nos, sed gratia operante cooperamur. X, 264.

Gratia vera duobus modis adjuvat. X, 1244. Gratiæ adjutorium duplex. X, 1534.

Gratiæ tribuere, non sibi, quod fit ex gratia, pietatis et humilitatis officium est. X, 342. Cum de gratia agitur, totum Deo tribuendum est. X, 1000, 1001. Tutiores vivimus si totum gratiæ tribuimus, non autem nos illi ex parte, et nobis ex parte committimus. X, 1001. Gratia Dei sic cogitetur, ut ab initio mutationis suæ usque ad finem consummationis, qui gloriatur in Domino glorietur. X, 588.

Gratia Christi multo magis abundat, quam peccatum Adæ, quo sensu. X, 116, 118, 462, 826, 1229, 1230. Plus prodest quam nocuit peccatum. X, 1181, 1182. An propter abundantiam gratiæ prosit peccatum. X, 205. Gratia quomodo abundavit. III, 2068; X, 1200. Quatenus superabundat peccato. X, 1236. Gratiæ Christi beneficia abundantiora, quam damna culpæ Adami. X, 1179, 1180. Gratia in multos, non in plures abundavit. X, 1229, 1230, 1231.

Gratiæ divinæ beneficia. I, 1296; IV, 279, 488, 499, 1319, 1321, 1322, 1429, 1430, 1629; V, 894, 932. Quid confert gratia. III, 2065. Operatur in nobis. II, 817. Gratia discernit a massa perditionis. II, 817, 820, 851, 860, 969. Redemptos discernit a perditis. VI, 278. Gratia Dei ea proprie est, quæ bonos a malis discernit. X, 968. Et qua facti sumus oves et fideles. V, 173. Gratia qui possit esse communis in hoc et illo etiam nesciente, non item culpa. II, 560. Gratia homines Dei filios facit. V, 691. Gratia novi Testamenti est, nasci ex Deo. II, 541. Gratia ipsos homines bonos operatur ex malis. X, 1133. Salvatoris beneficium duplex, primum remissio peccatorum, posterius sanatio languorum. X, 1514. Gratia et delet peccatum, et præstat ut non committatur. X, 261. Gratiam donat Deus duobus modis, et præteritam dimittendo iniquitatem, et opitulando ne intremus in tentationem. X, 1120. Gratia facit ut Lex impleatur, ut natura liberetur, ne peccatum dominetur. X, 897. Justificat Deus per gratiam non solum dimittendo mala facta, sed etiam donando caritatem ad facienda bona X, 1212. Gratia sanantur infirmi, excitantur pigri, volentes juvantur. II, 851. Gratia Dei nihil hic nobis confert utilius

nisi ut moriamur peccato. II, 974. Regnum mortis sola in quolibet homine destruit gratia Salvatoris. X, 116. Gratiæ beneficia recensentur quatuor : primum, remissio peccatorum. V, 752. Secundum, curatio languoris post baptismum remanentis. V, 752. Tertium, redemptio ab omni corruptione et concupiscentia. V, 752. Quartum, corona justitiæ. V, 755. Liberatio a quatuor tentationibus per Dei gratiam. IV, 1421. Gratia potens est omnis infirmus; et per ipsam fit conscius infirmitatis suæ. I, 781. Gratia Dei fortes facit in tribulatione. IV, 1560, 1561. Ad solam nunc Dei gratiam pertinet, ut ad Deum accedamus, et ab eo non recedamus. X, 1001. Gratia aliis est aqua contradictionis, aliis aqua sanctificationis. III, 737. Quisquis ab initio pudicus permanet, a Deo regitur; et quisquis ex impudico pudicus fit, ab illo corrigitur; et quisquis usque in finem impudicus est, ab illo deseritur. VI, 422. Per gratiam homo creatur de novo. III, 412. An gratia perfecte novum hominem faciat. X, 844.

Gratiæ varii effectus. X, 1192. Etiam illi, qui longo peccandi usu obduruere, quatenus instaurari per pœnitentiam possunt secundum Pelagium. X, 379. Per Christi gratiam instaurati, et in meliorem hominem renati sumus secundum Pelagium. X, 379. Omne opus gratiæ pertinet ad futuri sæculi novitatem. VII, 729. Anima illuminatur gratia sicut nubes a sole. III, 870. Deo donante atque adjuvante proficit intellectus ad intelligenda quæ credat, et fides ad credenda quæ intelligat. IV, 1552. Gratia est aqua qua interior sitis irrigatur. III, 737. Gratia tardos æquat ingeniosis. III, 882. Finire istam vitam in voluntate consentiente doctrinæ salutari, electorum est. II, 982. Gratia prædestinatos, et secundum propositum vocatos ad summam perfectionem glorificationemque perducit. X, 367. Gratia Dei facit homini gradus, quibus ascendat ad beatitudinem. IV, 1063. Gratia via est qua ad cœlestem patriam pervenitur. II, 393. Non talem salutem dat Deus, quæ ab aliquo possit extorqueri. IV, 200. Immortalitatem accepturus est homo per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, accepturus per meritum. VI, 282. Sancti in vita æterna plenius cognoscent quid boni eis contulerit gratia. VI, 275. Gratiam Dei veram defendi posse, etiam si nullum esset, ut volebat Pelagius, originale peccatum. X, 1010. Ex Dei gratia, et debitores efficimur et redditores. V, 1368.

Gratia est a Deo. X, 917. Est Dei donum. V, 788. Obedientia et pœnitentia, continentia et sapientia, dona Dei. VI, 421. Causa gratiæ per quam salvi fiunt peccatores, in Deo est abscondita. III, 406, 407. Qui negat bonum quod ex Deo est, ex Deo esse, facit injuriam toti Trinitati. II, 852.

Gratia a Christo ut Deus et homo est. III, 1842. Ex Deo salus nostra, ita ut nec per Christum liberaremur, si non esset Deus. VI, 282. Gratia in Christo posita est magna et plena. IV, 157. Gratia humilitatis et passionis Christi quanta. III, 1402. Totum quod boni habes, Christi est. IV, 450. Sine Christo nihil, totum in ipso valemus. IV, 252. Gratiæ fons communis. V, 1437. Gratiæ fons in Christo apertus. VI, 283. Gratia quam præstitit nobis Christus gaudium ejus est in nobis, et gaudium nostrum. III, 1845.

Gratia est et vocatur gratia quia gratis datur. I, 597; V, 177. Gratia gratis datur. X, 909, 1003. Nisi gratis est, non est gratia. VI, 282. Gratia, quod mater gratis dat, et contristatur si desit qui accipiat. IV, 1857. Gratia gratuita. II, 875, 877; X, 249. Gratia non est, si non gratuita. IV, 158, 488, 891, 892, 895, 998, 1364. Gratia non debita, sed gratuita. X, 1151, 1155. Gratia Dei gratuita, oleum lucernarum. III, 1583.

Gratia ineffabilis qua nos elegit Deus. III, 1851. Gratia non invenit eligendos, sed facit. II, 821. Invenit omnes injustos VI, 622. Electio gratiæ non fit ullis præcedentibus meritis vel parentum, vel parvulorum, nec ex prævisione operum. II, 887. Gratia sortis nomine appellatur, quia in sorte non est electio, sed Dei voluntas. IV, 246. Dilectus Jacob, Esau odio habitus ante ulla propria merita. VI, 277. In odio Esau, judicium pœnale ingeritur digno; in dilectione Jacob, misericordia præstatur indigno. VI, 277. Neminem Deus liberat, nisi gratuita misericordia. II, 820, 882. Gratiæ gratuitæ exemplum in parvulis. II, 814; X, 909. Nec gratiam secundum merita dari, nec quemquam nisi suis meritis puniri, ex parvulis optime infertur. X, 1008.

Gratis vocati et prædestinati sumus. V, 863. Gratiæ Dei est vocatio, non meritorum. IV, 89. Gratia non datur secundum merita. III, 871. Hominum post lapsum liberatio gratuita per gratiam. X, 933. Gratia qua voluntas liberatur, prævenit voluntatem. I, 597. Contra gratiam frustra merita voluntatis extollit Julianus. X, 1140. Gratia effectus Dei misericordiæ, non merces voluntatis hominis. X, 1007. Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram : atque hoc est invictissimum scutum, quo repellitur inimicus suggerens desperationem salutis. IV, 89, 131.

Gratia secundum merita non datur, sive majoribus sive parvulis. II, 984, 985, 986. Falsissimum est gratiam secundum merita nostra dari. II, 970, 971; X, 572, 554, 567, 758, 873, 875, 877, 889, 981, 1012, 1028, 1031, 1032. Gratia non ex meritis nostris, sed ex misericordia Dei. II, 984, 985; X, 219, 577. Gratia vere gratuita, quæ nullis meritis debita. X, 1133, 1135. Non pro meritis ante actæ vitæ gratia nobis tribuitur. X, 127.

Gratia merita præcedit. VI, 115, 620; X, 628. Non merita gratiam. X, 574, 479, 898, 964. Nihil tuum præcessit, ut acciperes. IV, 891. Merita tua non præcesserunt, sed beneficia Dei te prævenerunt. IV, 234, 583. Gratia non invenit justitias quas coronaret, sed delicta quæ donaret. IV, 754. Meritis malis redduntur munera bona, scilicet gratia. X, 620. Gratia gratis datur, et indignis datur. X, 540. Ut corona digno redderetur, gratia data est indigno. X, 541, 542. Supplicium multis non redditur debitum, gratia non datur debita. X, 1132, 1133. Quia non gratis inferretur supplicium, ideo gratis præstitum est beneficium. IV, 158. Gratia jam non est gratia, si præcessisse contendimus merita. III, 1851. Si eam merita ulla præcedunt. III, 2061. *Retr.* Jam non gratis datur, sed ex debito redditur. V, 177. Gratia et inchoandi, et usque in finem perseverandi, non datur secundum merita. X, 1012. Gratia qua cor lapideum aufertur, non bonis meritis, sed malis præceditur. X, 898. Gratia Dei gratuita nullis præcedentibus meritis, non iniqua. X, 125. Gratia quatenus secundum nostra merita dari dici potest. X, 890.

Gratia præcedit opera bona. X, 1131. Opera ex gratia, non ex operibus gratia. II, 817. Gratia prævenit fidem. VI, 620. Gratia fidei non merito operum datur. IV, 262, 263, 1116. An qui per electionem gratiæ justificatur, destinatione dignus vocari possit dici. X, 345. An saltem ex fide dignus fuit Apostolus cui tantæ gratiæ donarentur. X, 340. Dicentes se cum fide rogare Deum ut det perseverare in bonis quæ habent, et addat quæ non habent, sicque totum a Deo dari, refelluntur. V, 913. Cum cœperis in bona vita benedicere Dominum, opera ejus eum benedicunt, non merita tua. IV, 1333. Non invenit quod exigat Deus, nisi donaverit quod inveniat. III, 1031. Gratia sine meritis defenditur, etiamsi nullum esset peccatum originale. X, 1010. Gratiam secundum merita dari, est gratiam negare. X, 1026. Est gratiam destruere. X, 553 De operibus suis gloriantes ad gratiam non perveniunt. IV, 887. Si vis esse alienus a gratia, jacta merita tua. IV, 263. Quatenus potest dici quod natura humana gratiam mercatur. X, 744. Secundum merita non datur gratia, sed dat merita ipsa, cum datur. II, 980; VI, 620. Gratia cum adjuvat justum, videtur meritis reddi; sed non desinit esse gratia, quia id adjuvat quod ipsa est largita. VI, 621. Amatus es prius, ut dignus fieres qui amareris. V, 781. Ut diligeremus, dilecti sumus. V, 942. Et fides et oratio ex Dei gratia. V, 913. Gratia pie viventibus additur. X, 571. Gratia pro gratia, vita æterna : quæ merces est, et tamen gratia. II, 880; III, 1399; IV, 262; VI, 282. Gratia gratuita et efficax probatur ex verbis Jeremiæ et Ezechielis. X, 620.

Gratiæ divinæ perspicuum documentum, hominis a Verbo singularis susceptio. II, 847; VI, 250; VII, 308. Gratia in Christo maxime eluxit. V, 435, 940; X, 168. Gratia sine meritis in hominis Christi justitia, exemplum est gratiæ qua nos justificamur. X, 1138. Gratiæ ac prædestinationis exempla præclara in parvulis et in Christo. X, 977. Eadem gratia qua factus est Christus, fit homo Christianus. X, 982. Non exegit Christus quod debebatur, solvit quod non debebat. IV, 498. Venit cum osculo gratiæ. IV, 498. Gratia maxime elucet in latrone. V, 435. In Petro. V, 480. In Paulo. V, 1268. Ex quo gratiam non secundum merita dari probatur. X, 888.

Gratiæ distributio quam occulta. X, 569. Inscrutabilia Dei judicia in gratiæ distributione. X, 980, 1009, 1011. Gratiæ munera ex profundo Dei judicio dantur. V, 181, 1294. Gratia profundum est inscrutabile. V, 907. Gratia secundum placitum voluntatis Dei datur. X, 1009. Est in occulto voluntatis ejus. V, 371, 372. Gratiæ dispensatio multum occulta, sed tamen justa. VII, 443; VIII, 451. Gratia Dei non injusta. VII, 376. Gratiæ distributio occultis fit causis, justis tamen. VIII, 451. Ad gratiam non omnes pertinent. IV, 1394. Ad gratiam alius ex duobus parvulis pervenit, alius non. V, 177, 178. Gratia Dei per Jesum Christum, cur ad illum veniat, ad illum non veniat, causa occulta esse potest, injusta esse non potest. X, 125. Non fato fieri ut infantibus aliis subveniatur, aliis non subveniatur. X, 1011. Gratia in electione quorumdam parvulorum ad baptismum. X, 824. Gratiæ altitudo inscrutabilis in parvulorum qui ad baptismum perveniunt discretione. X, 1523. Inscrutabile cur unum potius quam alterum aut liberet aut puniat Deus. X, 1003. Cur unus liberetur, alter damnetur, ad Dei judicia inscrutabilia pertinet : non est tamen iniqui-

tas apud Deum. X, 761. Nec ideo personarum est acceptor, aut injustus. II, 875, 885. Sic nec misericordia impedit veritatem qua plectitur dignus, nec veritas misericordiam qua liberatur indignus. II, 877. Nisi per indebitam misericordiam nemo liberatur, nisi per debitum judicium nemo damnatur VI, 275. Etiam si nullus liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare justitiam. VI, 278. Qui liberantur, sic oportuit liberari, ut ex pluribus non liberatis ostenderetur quid meruisset universa consparsio. VI, 278. Omnes damnationem merentur, a qua si omnes liberarentur, lateret quid peccato per justitiam debeatur; si nemo, quid gratia largiatur. II, 875. Cur huic subvenitur, illi non subvenitur, revocandum ad Dei judicia occulta. X, 910. Gratia cur alii datur, alii non datur. V, 905. Cur non omnibus datur. X, 971, 1009. Cum gratia gratis detur. X, 1002. Cur non omnibus vel non semper sanctis detur. X, 170. Non injustus Deus qui non omnibus, et uni potius quam alteri donat gratiam. X, 1002. Quidam adjuti gratia ante baptismum, quidam nec post baptismum. X, 1115. Gratia aliis ex misericordia datur, aliis ex veritate non datur. X, 169, 170. Ad judiciorum Dei profunditatem pertinet, cur alios religiosos facit, alios non facit. X, 1135. Cur illi ita suadetur, ut persuadeatur; illi autem non ita. X, 241. Gratiam ad tempus cur accipiant nonnulli, et sinantur hic vivere donec cadant. II, 983. Quibus gratia non datur, justo judicio Dei non datur. II, 984, 986. Gratia et justificat impium, et adjuvat justum. VI, 620. Sed cum facit, per misericordiam facit; cum autem non facit, per judicium non facit. VI, 277. Gratia Dei nimis occulta est qua hominum mentes reviviscunt, ut possint præcepta sanitatis audire. IV, 1116. Gratia peccatores quosdam peccata confitentes solvit, quosdam etiam defendentes resuscitat. IV, 816. Gratia data Paulo infideli, et persecutori crudeli. V, 915. Gratia non tam movet cum præstatur indignis, quam cum æque indignis aliis denegatur. X, 125. Cur ille sic, ille autem sic adjuvetur, vel etiam non adjuvetur, nescit Augustinus; scit tamen Deum id summa sibique nota æquitate facere. II, 554.

Gratia pluvia voluntaria. IV, 819, 1735; VIII, 887. Ros Hermon. IV, 1735. In Deo, qui cujus vult miseretur, nulla iniquitas. V, 179. Cur Deus cujus vult miseretur, capere homo non potest. V, 179. Æquitas Dei cujus vult miserentis credatur nunc, donec postea videatur. V, 180. Miseretur Deus magna bonitate, obdurat nulla iniquitate. VI, 278. *Vide* Dei voluntas. Gratia in vasis misericordiæ est adjutorium, in vasis iræ documentum. X, 581. Gratiam non omnibus dari, et quibus datur, nec secundum merita operum, aut voluntatis eorum dari. II, 984, 985. Qui intelligendum quod Deus velit omnes homines salvos fieri. II, 985. An ad electionem gratiæ vel majus ingenium vel minora peccata, vel honestæ utilesque doctrinæ, vel ipsa voluntas consideretur. VI, 127, 128. Gratia non datur secundum qualitates ingeniorum. X, 126. Dei gratia præveniuntur hominum voluntates, et per hanc eæ potius præparantur, quam propter earum meritum datur. II, 987. Deus nec fatali necessitate prohibetur ne id beneficii damnandis conferat, nec aliis ex personarum acceptione confert. X, 1505. Etiam sanctis suis Dominus Deus bonus alicujus operis justi aliquando non tribuit vel certam scientiam vel victricem delectationem, quare. X, 170. Cur sanctos et fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat Deus. X, 170. Gratiæ adjutorium differendo Deus adest. V, 892, 895. In hominibus causa est ne non adjuventur a Deo. X, 167. Quibus gratia deest, jam pœna peccati est: quibus autem datur, non datur secundum debitum. X, 956. Nullis temporibus denegata prædestinatis gratiæ medela contra peccatum. X, 179. Gratia Christi nec ante ejus adventum defuit quibus eam impartiri oportuit. VI, 288. Gratiæ et fidei dono etiam antiqui ante justificati sunt. VI, 621. Gratia Sacramentorum virtus. IV, 984. Gratia non pendet a visibilibus Sacramentis. III, 712.

Gratia quinam adjuvandi. II, 678. Gratiam percipere incipit homo, ex quo incipit Deo credere. VI, 111. Gratia ante remissionem peccatorum inspirat fidem et timorem Dei impartito salubriter orationis affectu et effectu. II, 885. Gratiam bene operandi fides meretur. II, 818. Et impetrat. II, 760. Gratiam Dei dari ex fide petentibus, quærentibus, pulsantibus. II, 989. Ad obtinendam gratiam necessaria est infirmitatis propriæ cognitio. V, 481. Gratiam desiderare initium gratiæ est. X, 917. Gratiam divinæ bonitatis quomodo vis accipere, qui sinum non aperis voluntatis? V, 903. Ut Deus velit dare, debes et tu ad accipiendum accommodare voluntatem. V, 903. Tibi capax fides adhibenda est, ut inundatione gratiæ humilies te, supplices Deo, nihil de te præsumas. V, 200. Gratiam Dei ut præcedat voluntas accipiendi, et jubet et facit Deus. III, 598. Gratia pluvia est: depressa implentur, alta siccantur. V, 750. Gratiam humili datam superbus amittit. V, 200. Ab interiore Dei luce homo nondum penitus secluditur, cum in hac vita est. IV, 94.

Gratia majoribus ad singulos actus datur. II, 828, 985, 984. Dilectio et delectatio justitiæ, gratiæ indicia. X, 918. Solvitur excusatio perversorum qua dicunt se non accepisse gratiam. II, 882. Gratia non sic defendenda, ut quasi de illa securi, mala opera diligant homines. II, 974. Deus opus suum non deseret, si ab opere suo non deseratur. IV, 1890. Gratia etiam piis ac Deum timentibus impugnanda quæ suggeratur. X, 275. Gratiæ Dei quinam non sint subjecti. X, 896. Apostolus ex sua et aliorum, qui sub gratia non sub Lege adhuc sunt, persona locutus est in epist. ad Rom. X, 557, 561, 562. Ex dogmate catholico de originis vitio ac de gratia, non ea sequi incommoda quæ objectant Pelagiani. X, 1409. Explicantur Scripturæ loca ex quibus errandi occasio a Pelagianis sumpta est. X, 585. Quæstiones de gratia difficiles, ante Pelagium transeunter attigerunt Scripturarum tractatores. X, 980. Gratiæ gratuitæ profundum. II, 564, 569. In hoc profundo multorum conteruntur ingenia. II, 565. Volentes disputare de Dei profundo, mersi sunt in profundum, et inde error de animarum peccato ante corpus. V, 905. In mysterio gratiæ et electionis, melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. V, 179. Quidam stulti putant Apostolum ad quæstionem de electione et reprobatione defecisse in responsione, et ingerentia reddendæ rationis exclamasse, *o homo tu quis es*, etc. VI, 278. Gratiam qua nos elegit Deus, primo non invenerat Augustinus. III, 2061. *Retr.* Quæstio de distributione gratiæ inscrutabilis. X, 621. Quatenus ab Apostolo solvitur. X, 621. Cui responsio ista, *o altitudo*, etc., displicet, quærat doctiores, sed caveat ne inveniat præsumptores. X, 241. Cur de gratia, prædestinatione etc. non egerit Augustinus in libris de Libero Arbitrio. X, 1008. De libris de Libero Arbitrio frustra præscribitur Augustino in quæstione de gratia. X, 1010. Objectioni ex libris de Libero Arbitrio ipse satisfecit Augustinus. X, 1010.

Gratiæ commendatio. III, 1607; IV, 1851. Gratia Dei quæ liberat nos, commendat se nobis in omnibus Scripturis sanctis. IV, 874. Et præsertim in Psalmo LXX. IV, 875. Gratiam quo pacto commendet Apostolus. II, 887. Gratiæ laus et prædicatio, vituperatio et damnatio est delictorum. X, 205. Gratia Dei prædicanda in festis martyrum. V, 1286. Gratia et gloria promissionis firmitate jam data aliquando dicitur, quæ tamen suo tempore tantum danda est. III, 85. De gratia disserere cur plurimum delectatus Augustinus. X, 242. Liber *De gratia novi Testamenti* scriptus ab Augustino propter hæresim novam inimicam gratiæ Dei. I, 645. Libri duo *De gratia Christi et de peccato originali*. I, 650. Liber *De natura et gratia*. I, 647. Liber *De gratia et libero arbitrio* ad Monachos Adrumetinos scriptus. I, 656. Liber ad eosdem missus *De correptione et gratia*. I, 656.

Gratia seu gratitudo quid sit. VI, 20, 21. Hanc vis innata inseruit. VI, 20, 21. Gratiæ Dei cognitio et gratitudo quam necessaria. V, 1286. Necessaria gratiarum actio et oratio. II, 851, 856. Gratiarum actio, gratiæ testimonium. X, 154, 996. Gratiarum actio et oratio ostendunt voluntatem per antecedentem gratiam præparari, non vero gratiam merito voluntatis antecedente donari. II, 988. Gratiarum actio est illusoria, si ob hoc gratiæ aguntur Deo, quod non donavit ipse nec fecit. X, 996. Si homini gratias ageret homo pro eo quod illum vel putaret non præstitisse vel nosset, adulatio vel irrisio verius, quam gratiarum actio diceretur. X, 989, 1245. Gratiæ Deo agendæ, non solum cum benefacit, sed etiam cum emendat. IV, 562, 565; 1171, 1172. Gratiarum actio ab omnibus debita medico. V, 950. Gratias agens de parvo melior est incomparabiliter, quam se extollens de magno. II, 110; V, 1287. Unde majores agendæ sunt Deo gratiæ. VIII, 624. Gratiæ omnis intentio id agit, ne simus ingrati. II, 576. In gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi ut qui gloriatur, in Domino glorietur. II, 576. Gratias ipsi agere nobis licet, referre non licet. IV, 498. Gratiarum actionem pro beneficiis suis Deus exigit. IV, 371. Ad gratias agendas Deo pro beneficiis tum generalibus tum particularibus, non sufficit homo. VII, 221. Gratias Deo verbis agimus, re tenemus. IV, 1140. Gratiæ dona alicui fiunt sua, cum amat quod accipit, et gratias agit illi qui dedit. V, 908. Gratiarum actio, sacratius laudis sacrificium. VIII, 624. *Gratias agamus* ubi dicatur, norunt fideles. V, 459. Gratiarum actio Domino Deo nostro, magnum sacramentum in sacrificio novi Testamenti. II, 558. Obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, quo differunt. II, 636. Fiunt precationes antequam illud quod est in Domini mensa incipiat benedici, orationes cum benedicitur, etc., interpellationes seu postulationes cum populus benedicitur, et post hæc omnia gratiarum actiones. II, 637.

Gratianus Imperator. II, 400. Gratianus Theodosium participem regni fecit præ fratre suo. VII, 171. Gratianus

ferro tyrannico interemptus. VII, 171. Vindicatus est a Theodosio. VII, 171.
Gratiani Basilica. V, 849.
Gratianopolis civitas in Gallia. VII, 719. Non longe ab urbe Gratianopoli fons est in quo faces accensæ exstinguuntur, et exstinctæ accenduntur. VII, 719.
Gratulatio et oratio, in quo differant. IV, 1337.
Gregorianus. VI, 475.
Gregorius episcopus Orientalis. II, 626; X, 649, 677, 866. 1024. Ejus apologia prima de fuga sua. X, 677.
Gressus hominis si non dirigeret Deus, semper per prava irent. IV, 372.
Gregis Dei securitas. V, 296.
Gubernat Deus sine labore quæ fecit. V, 692. Deus infusus carni curam gubernandæ universitatis non deseruit aut amisit. II, 547. Gubernatio est optima, ut omnia suis temporibus distributa ex ordine gerantur. VI, 566. Musica ad indicandam divinæ gubernationis harmoniam hominibus concessa est. II, 726.
Guddentis martyris natale. V, 1535.
Gulæ tentatio. I, 797, 798. Gulosi describuntur. III, 97.
Guntasius IV, 376. Benefensis episcopus. IV, 381.
Gurgites. IX, 256.
Gymnosophistæ, philosophorum secta apud Indos. VII, 426, 462.

H.

Habere te agnosce, et ex te nihil habere, ut nec superbus sis, nec ingratus. IV, 1084. Quantum habebis, tantus eris, proverbium avarorum. IV, 609. Habendo aut agendo, beatus dicitur. IV, 1061. Felix vere est, non qui id habeat quod amat, sed qui id amat quod amandum est. IV, 202. Indignus es qui habeas, qui non vis esse quod vis habere. V, 630. Habere aliquid tunc quisque dicendus est, quando bene utitur. V, 527. Aurum ille non habet, sed habetur, qui auro uti non novit. IV, 1646. Haberi aliquid potest, ut nec sciatur quod habetur. V, 462. Nemo sibi dat quod non habet. IV, 744.
Habitare in altis quomodo dicatur Deus, et tamen humilia respicere. IV, 1472. Altus est Deus, non in te habitat, si altus esse volueris. IV, 1186. Habitare in unum, perfectorum est. IV, 1729, 1734, 1736. In quibus non est perfecta caritas, cum in uno sint, turbant cæteros, quomodo jumentum inquietum frangit calcibus quod junctum est. IV, 1736.
Habitatio nostra non debet recedere de cœlo. IV, 557. Habitatio nostra in cœlo aut in mundo, prout Deum aut mundum diligimus. V, 928. Habitatio Dei in Christo, longe aliter quam in sanctis. IV, 828.
Habitaculum Dei Apostoli, Angeli, prædicatores veritatis. IV, 296. Habitaculum Deo per opera bona efficimur. V, 1478.
Habitus multis modis dicitur. VI, 84. Quid sit habitus. VI, 396.
Habitus est matronalis a viduali ac monachæ veste distinctus, qui conjugatis salva religionis observantia potest convenire. II, 1081. Quo habitu vel more vivendi fidem quisque sectetur, ad civitatem Dei non pertinet. VII, 647.
Hadrianus Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam Persis concessit. VII, 135.
Hæmorroissa quid figuret. V, 483, 486.
Hærere Deo vita est, recedere ab illo mors est. IV, 1889.
Hæresis quid sit, omnino definire difficile est. II, 999. Hæresim inter et schisma quid interesse putat Cresconius. IX, 469. Hæresis proprie schisma inveteratum. IX, 471. Non omnis error hæresis est, quamvis omnis hæresis, quæ in vitio ponitur, nisi errore aliquo hæresis esse non possit. VIII, 23. Hæresis non est, quæ non veritatem se nominet. VIII, 507. Hæresis nulla catholica. IX, 389. Hæresis Ecclesia posterior. IX, 122. Hæreses omnes de Ecclesia exierunt tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa. V, 55, 55, 280; VI, 655. Hæreses quatenus filiæ Ecclesiæ, et quid cum ea commune habeant. V, 255.
Hæreses et schismata quomodo fiunt. IX, 155. Hæreses natæ ex Scripturis non bene intellectis. III, 1536. Hæresis auctor mons est ubi oves aliquando inveniunt pascua, sed de pluvia Dei; non de duritia montis. V, 279. Hæresum principes mentium nomine designati. IV, 547, 1651, 1652. Hæreses non fecerunt, nisi magni homines. IV, 1652. Hæreses et schismata [illegible] V, 55. Per carnales contingunt. V, 49. Ab Prophetis prædicta. VIII, 288. Cur post idololatriam immisit eas diabolus. VI, 715. Cur permittantur. IV, 106.
Hæreses utiles. VII, 477, 612. Prosunt Ecclesiæ, et quomodo. I, 746; III, 130, 175. Quid boni per occasionem Ecclesiæ afferant. VI, 541, 715; X, 1026. Per eas eminet quid Ecclesia Dei sentiat, et quid habeat sana doctrina. I, 746. Fides et dilectio probatior per hæreses. II, 795. Ubi sana fides non est, non potest esse justitia. III, 1256. Hæreses non sinerentur pullulare per terram, nisi exerceret sanam et ipsa contradictio disciplinam. VI, 180. Hæreses esse permittit Deus, ut Scripturarum studio incumbamus. III, 175. Hæreses quasi torrentes qui ad tempus perstrepunt. IV, 685. Hæresis prima in discipulis Christi orta. IV, 645. Hæreseon ignorantia tutior. V, 988. Synodi congregatio ad hæreses damnandas non semper necessaria. X, 658.
Hæreses CXXVIII computavit Philaster. VIII, 33. Epiphanius vero LXXX. VIII, 23. De numero sectarum non alia de causa Philastrius et Epiphanius differunt, nisi quod aliud uni eorum videretur esse hæresis, et aliud alteri. II, 999. Hæreses diversæ contra fidem Trinitatis, et Incarnationis. VI, 299, 300. Hæreses omnes a Christo, earumque errores et ritus petit Quodvultdeus ab Augustino exponi. II, 999. Maxime hæreses post quas Ecclesia baptizet, nec tamen rebaptizet. II, 999. Pelagiana hæresis a Monachis suscitata. X, 535. Ejus capita. X, 537. In Synodo Palæstinæ damnata fuit. X, 533, 534, 535. Et a Concilio universali Carthagine habito quo anno. X, 538, 539. *Not.* Hæreses crucis virtute contritæ. VI, 696.
Hæresiotæ. II, 157.
Hæreticus quisnam censendus. II, 160; VII, 612; VIII, 65; X, 531. Quid faciat hæreticum, regulari quadam definitione comprehendi aut omnino non potest, aut difficillime potest. VIII, 25. Hæreticus et hæreticis credens non est idem. VIII, 65. A regula catholica non recedit, qui hæreticum catholica dogmata mendaciter profitentem, catholicum credit. VI, 521. Qui stulta aut falsa loquitur, non statim hæreticus judicandus est. X, 350. Hæreticus non est, nisi qui manifestatæ catholicæ fidei doctrinæ resistit. IX, 169. Hæreticum pertinacia facit. X, 523, 524. Hæreticorum frontem non esse frontem. X, 751. Hæretici et schismatici de furtis Dominicis peculia sibi fecerunt. V, 796. Hæretici omnes, non quod Scripturas contemnant, sed quod eas non intelligant, hæretici sunt. II, 459. Et quod suas falsas opiniones contra earum veritatem pervicaciter asserunt. III, 360. Hæretici malo voto per peccatum legentes; male coguntur intelligere, ut ipsa sit pœna peccati. IV, 106. De obscuritate sacramenti et ænigmate lectionis armant impudentiam suam. IX, 400. Cum divinæ Scripturæ veritatem criminari et obscurare non possunt, homines per quos prædicatur adducunt in odium. II, 272. Comparant sibi sua voluntate perversa et præsentis meritum cæcitatis, et futuri æterni supplicii, si per contumaciam indociles fuerint, etc. II, 1084.
Hæretici non sunt in Ecclesia. IX, 440. Ad Ecclesiam non pertinent. VI, 193. Extra Ecclesiam sunt. V, 292, 980, 1167. Unde a catholica communione exclusi. III, 127. Hæretici ex eodem semine ac catholici nati, sed ab hæreditate propter superbiam exclusi. V, 53. Cum ad defendendas opiniones suas pravas extollerentur, exclusi sunt de Catholica. IV, 1710. Aliquando boni sub hæresis aut schismatis nomine ab Ecclesia expelluntur. III, 128. Quam multi in hæresi nati, in ea permanent, credentes nihil interesse ubi fidem Christi tenerent. II, 550. Apud hæreticos nomine tenus, non re vera est Christus. VI, 253. Hæretici quomodo ad populum Dei pertineant. IV, 1427.
Hæreticus an ethnico aut pagano pejor. IX, 225. Est pejor infidelibus. VII, 742. An eo ipso quod hæreticus est, alia vitia habeat. IX, 171. Hæretici et schismatici differunt. III, 127. Hæretici sacramenta, tamquam vestimenta Christi, dividere potuerunt; caritatem, seu tunicam desuper textam, non diviserunt. IV, 176. Hæretici, quantum in ipsis est, destruunt laudem quam ex ore infantium et lactantium perfecit Deus, dum parvulos nutriri fidei lacte non sinunt. IV, 135. Auctoritatem Ecclesiæ quasi rationis nomine, et pollicitatione superare conantur. II, 418. Et hac fallaci pollicitatione decipiunt. I, 1194. Hæretici venientibus ad se non præcipiunt fidem, sed promittunt rationem. VIII, 79.
Hæretici in multis sunt nobiscum. II, 543 Paria sacramenta celebrantes, sententia dispares sunt. III, 127. In eis esse possunt sacramenta formam pietatis exhibentia, virtus vero pietatis invisibilis et spiritalis in eis esse non potest. V, 465. Habere dona multa possunt, caritatem non possunt. IV, 1545; VI, 157. Quidquid habere potuerint quamvis per se sanctum, ipsi tamen nihil sunt. VI, 157. Hæreticorum nec fides, nec conditio vera. VI, 768. Ipsis non prodest jejunium. VI, 711. Hæreticorum si aliqua mira facta sunt, magis cavendum est. IX, 428. Hæretici

martyrum gloriam, si quid patiuntur, sibi vindicant. IX, 103, 106. Nequidquam se martyres ac servos Dei dicunt. IV, 1494.

Hæretici non essent, si non esset superbia. III, 142. Una mater superbia omnes hæreticos genuit. V, 280. Omnis hæreticus consequenter stultus est. X, 330. Hæretici semper inquieti, quod adversetur eis Spiritus sanctus. II, 219. Hæreticorum inquietudine tamquam de somno ignaviæ nostra excitatur industria. II, 891. Ab hæreticis, tamquam civilibus bellis, quatitur Ecclesia. IV, 1425. Hæretici utiles Ecclesiæ. V, 559; VIII, 267. Quæ iis ad probationem suæ doctrinæ utitur. III, 127. Sapientiam Ecclesiæ et benevolentiam exercent. VII, 612, 615. Eorum morte, filii catholicæ Ecclesiæ a somno excitantur, et ad intelligentiam divinarum Scripturarum proficiant. IV, 106. Hæretici prosunt Ecclesiæ non verum docendo, quod nesciunt; sed ad verum aperiendum excitando. III, 129. Occasionem dederunt, ut quæ latebant in Scripturis aperirentur. IV, 643, 644, 837. De Ecclesia exeuntes, Ecclesiæ prosunt, in eo quod detur nobis et inquisitionis studium, et timoris exemplum. IV, 1428. Hæreticorum comparatione jucundior est inventio veritatis. IV, 126. Hæreticis cum respondetur ex necessitate, ædificantur Catholici ex utilitate. IV, 1429. Ex his qui male sentiunt, probati sunt qui bene sentiunt. IV, 643. Hæreticus, Christianæ fidei inimicus et defensor. IV, 111.

Hæreticorum odium majoris gloriæ signum. II, 891. Hæreticorum errores, veræ persecutiones sunt pie vivere volentibus. VII, 613. Laqueï eorum perniciosi carnalibus. IX, 148. Hæretici omnes milites diaboli sunt et adjutores. X, 1543, 1546. Filii diaboli. V, 286. Hæretici plerumque se paucitate commendant. III, 1303. De paucitate gloriantur. VIII, 664. Vox hæc est omnium hæreticorum. X, 781, 782. Hæretici omnes in paucis et in parte sunt. IV, 265, 1428. Hæretici omnes catholicæ veritatis antiquitati diversa nomina imponunt; ipsi sua singula obtinent. VIII, 707. Nulla est secta erroris, quæ ita veritati Christianæ adversetur, ut non ambiat Christi nomine gloriari. VI, 180. Hæretici, omnes qui non sunt communionis eorum, legibus suis hæreticos vocant. IV, 684, 685. Hæretici veritate convicti dicere solent: Nos oves sumus, Episcopi de nobis reddent rationem. V, 282. Hæreticos magorum Pharaonis habere conatum declarat Apostolus. II, 219.

Hæretici serpenti comparantur. III, 216. Et palcæ. III, 217. Per Cham figurati. VII, 477. Per vulpes ignem in caudis trahentes. V, 1641. Per filios concubinarum. VII, 515. Per Ismaelem alterum Abrahæ filium. V, 55. Per sodalem Samsonis uxorem ducentem. V, 1641.

Hæretici antichristi sunt. VII, 686; VIII, 664. Fures et latrones. III, 1721. Canes dicuntur. IV, 1925. Lupi semitarii. VI, 682. Feræ calami. IV, 856. Pseudoprophetæ. IV, 101. Serpentes indignatione obdurati. IV, 684. Tauri dicuntur. IV, 836. Hæretici quomodo quidam in Ecclesia. IX, 444. Quidam in magna Ecclesiæ domo, tamquam vasa in contumeliam. IX, 157. Hæreticorum vanitatem doctus Christianus vel dolet vel ridet. III, 176.

Hæretici sanandi magis quam perdendi. VIII, 173. Qualibet ratione a pernicie revocandi. II, 795. Adversus hæreses quo animo insurgendum, et quid utilitatis inde consequatur. X, 397. Hæreticorum scriptis cur respondendum. X, 551. Hæretici non correctioni, sed contentioni student. IV, 837. Hæreticis litigantibus et conviciantibus exhibenda mansuetudo. V, 1584. Contra eos non jurgiis, sed magis apud Deum precibus agendum est. V, 1584. Non tam disputationibus, quam orationibus. X, 260. Hæreticis et Pelagianis instructio et oratio debetur. II, 830. Orandum pro hæreticis et schismaticis. IX, 260.

Hæretici spiritali gladio utriusque Testamenti acie bis acuto interficiendi. VIII, 333. Hæretici tanto fortius convincuntur, quanto plures patent exitus ad eorum laqueos evitandos. VIII, 844. Hæreticis objici non vult Aug. privatorum crimina, sed tantum quod catholici non sint. II, 271. Qua via eos refellere voluerit Augustinus suis de Musica libris. I, 1194. Augustini in eos lenitas et clementia. I, 1311. Qui impugnant hæreticos, adjuvantur a Deo. III, 173. Hæresis auctore correcto, facilius revocantur cæteri. II, 788. Hæretici non inquinant ad communionem. IX, 226, 227. Agere cum hæretico vel schismatico de negotio animæ licet, cum liceat agere cum eis de negotio fundi, aut litis dirimendæ. II, 155. Donatistæ, Maximianenses, Manichæi, Ariani, Eunomiani, Macedoniani, Cataphrygæ tempore Augustini vigebant. II, 438. Hæreticorum impia dogmata a quibuslibet Catholicis redarguenda; impia vero facta ab Episcopis præsentibus, aut in proximo constitutis, plectenda. X, 558. Hæreticos velut membra putrida præcidendos ait Innoc. II, 781, 782, 784.

Hæretici omnibus modis ad Ecclesiam revocandi. VI, 714. Hæreticos sic corrigi vult August. ut doceantur. II, 367. Si terrerentur, et non docerentur, improba quasi dominatio videretur: si docerentur, et non terrerentur, pigrius moverentur. II, 322. Hæreticum docere quamvis superbum et pervicacem non abnuit Augustinus. II, 155. Hæreticos Deus per humanas potestates misericorditer admonet. IX, 106, 108. Hæretici, Schismatici, Pagani severis legibus pro religione possunt coerceri. II, 802; IX, 44. Molestiarum temporalium utilitas ad hæreticos reducendos. II, 321, 322, 330. Pietas est eis esse molestos. VI, 715. Persecutio adversus hæreticos et schismaticos non dici debet persecutio. III, 1482. Magna fit in hæreticos (Donatistas) misericordia cum per leges Imperatorum a sua secta eripiuntur inviti, etc. II, 798. Leges Imperatorum adversus hæreticos. IV, 684, 716, 1309. Theodosii lex generalis in omnes hæreticos. II, 804. Pœna decem librarum auri in hæreticos a Theodosio constituta. II, 804. Et ab Imperatoribus. II, 306. Leges de confringendis idolis et corrigendis hæreticis, vivo Stilichone, in Africam missæ sunt curante Theodosii filio. II, 358. Hæreticos de basilicis excludendos præcipiunt leges Imperatorum. IV, 684, 685. Una eademque culpa ab Imperatore existimatur, eorum qui aut dissimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium hæreticis præstiterint. II, 927. Agit Augustinus apud Præfectum prætorio, ut hæreticorum tumor terrendo sanetur potius, quam ulciscendo resecetur. II, 297. Hæreticos corrigi vult Augustinus, non necari. II, 567. Hæreticos falso appellare res suas, quas secundum leges Regum jussi sunt amittere. II, 345. Multi unitatem catholicam veraciter tenent atque defendunt, licet terrore ad eam accesserint. II, 321. Hæretici cum ficte putarentur ad nos transiisse, inventi sunt in tentationibus Catholicis veteribus præferendi. II, 312. Ex occasione legis imperialis quisquis vos non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur, displicet nobis. II, 343. Quisquis res proprias vestras cupide appetit, displicet nobis. II, 345. Sicut et qui non per justitiam, sed per avaritiam tenet res pauperum vel basilicas quas sub nomine Ecclesiæ tenebatis. II, 345.

Hæretici ex hæresi etiam post relapsum redeuntes benigne recipiendi. V, 1358. Hæretici et schismatici aliter in Ecclesiam recipiendi, aliter Pagani. IX, 478. Hæretici quomodo in Ecclesiam recipiendi. IX, 437, 440. Hæreticos denuo baptizandos Orientales aliquando censuisse probatur. IX, 493, 497. *Not.* (*a*). Apud hæreticos baptizati, ut denuo baptizentur, nusquam Scriptura præcepit. IX, 221. Hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus baptisma non est violandum. VI, 137.

Hæreticum facit prava dissensio, non Sacramenta Christiana. II, 343. Hæretici ad Ecclesiam venientes sine baptismo admittebantur. IX, 175, 177, 178. Non per baptismum, sed per pœnitentiam eos recipiendos statuit Cyprianus. IX, 143. Et per manus tantum impositionem reconciliandos, in concilio Carthaginensi censuit Crescens a Cirta. IX. 208. Cur eis imponatur manus. IX, 193. Hæretici ad Ecclesiam transeuntes caritate mundantur, non baptismi iteratione. IX, 711. Hæretici quid in Catholica quærere debeant. IX, 185. Quid eis ad Catholicam venientibus conferatur. IX, 197, 238, 530, 466, 474, 476, 477. Cum ad Ecclesiam redeunt, incipit eis utile esse baptisma quod foris acceperunt. IX, 257, 242. Hæreticos baptismum Christi verum conferre inde habetur, quia et mali qui intra Ecclesiam sunt, conferunt. IX, 139, 140, 176. *Vide* libros de Bapt. 3. et 4. Hæreticos resipiscentes quatenus in iisdem honorum gradibus recipi conveniat. IX, 474.

Hæreticis quidam promittunt liberationem ab æterno supplicio. VII, 733, 741, 742.

Halleluia. III, 2033; IX, 312. Interpretatur, Laudate Deum. IV, 1938; V, 996, 1147, 1184, 1190, 1192, 1632. Propter sahetiorem auctoritatem servatum est. III, 42. Cur in quibusdam Psalmis geminetur. IV, 1419. Halleluiatici Psalmi. IV, 1404. Halleluia certo tempore solemniter cantatur secundum Ecclesiæ antiquam traditionem. IV, 1419. Halleluia et Amen diebus Resurrectionis et Passionis Domini per totum mundum canitur. IV, 177. Halleluia solemniter cantatur post Pascha. IV, 1937, 1938. scil. per quinquaginta dies, et hoc ex antiqua traditione. V, 1052, 1176. Tempore Paschali jejunia relaxant Christiani, halleluia canunt, quod est signum Resurrectionis. II, 217. Aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi. II, 220. Halleluia modo nobis canticum est viatoris. V, 1186. Halleluia canticum est vitæ futuræ. IV, 1938. Halleluia cibus noster in cœlo, potus Halleluia, actio quietis Halleluia, totum gaudium erit Halleluia. V, 1176, 1183. Halleluia in cœlo erit in re, modo autem in spe: modo cantat amor esuriens, tunc cantabit amor fruens, V, 1188.

Hannibal. VIII, 574. Hannibalem juveniliter exsultantem

Q. Maximus patientia sua fregit. II, 244.
Hariolus sapiens dici non debet. I, 916.
Haruspices sacrificia dæmoni offerebant. I, 694. Haruspicem contemnit Augustinus, cui ille victoriam suis sacramentis in Theatrici carminis certamine promittebat. I, 694. Haruspicum et auspicum libri superstitiosi. III, 50.
Hasna. II, 126.
Hebdomades Danielis an ad primum, an ad secundum, an ad utrumque Christi adventum pertineant. II, 912. Non defuerunt qui ad utrumque pertinere arbitrarentur. II, 912. Hebdomadas Danielis in primo Christi adventu fuisse completas sentit Augustinus. II, 899. Consentiunt et hujus prophetiæ expositores multi. II, 912. Completæ non sunt ante Passionem Domini. II, 915. In primo Christi adventu fuisse completas non putat Hesychius. II, 904, 911. Si ad secundum adventum pertinent, jam implendæ fuissent. II, 912. Hebdomadas Danielis de futuro Christi adventu quidam exponens, ab Hieronymo temeritatis notatur. II, 901. Huic opinioni favet Hesychius. II, 904, 911.
Hebionitæ Christianos esse se simulant ex Hier. II, 257.
Heber. Ab ipso Hebræorum vocabulum est. VII, 598.
Hebræi unde sic appellati. I, 656; III, 552. An ab Heber, an ab Abraham cognominati. VII, 481. Hebræis ante Legem prædicator Deus, vel Angeli non defuerunt. VII, 302. Hebræi uni Deo creatori omnium victimas obtulerunt. VIII, 386. Soli ex omnibus Gentibus non colebant Deos. VII, 154. An præter idola, ritus omnes Gentium retinuerint. VIII, 386. Quæ fuerit Hebræorum conditio in Ægypto post mortem Joseph. VII, 564. Hebræos exerceri oportebat in servitute Ægyptia, ad desiderandum sui Creatoris auxilium. VII, 565. Unde apud Hebræos alternaverunt humilitates laborum, et prosperitates consolationum. VII, 570. Vestigium non parvum justitiæ Hebræi populi. VII, 491. Hebræi non tam propter merita sua, quam propter peccata gentium quæ debellabantur, victorias reportabant. VII, 522. Hebræorum regni divisio. VII, 557. Post divisionem conjunctio. VII, 558. Ætates variæ populi Hebræi, unde sumendæ. VII, 522. Hebræa nomina primum in græcam linguam, deinde in latinam translata. IV, 302. Hebræas litteras apud Hebræos scribere nulli fas erat, nisi solis Scribis. VIII, 365. *Vide* Judæi.
Hebræa lingua ab Heber nomen accepit. VII, 400. Primo omnium fuit. VII, 400. Quando inventa. VII, 522. Remansit in domo Heber. VII, 400. Ad populum Dei tantum transmissa est. VII, 490. Hebraicæ litteræ ante Moysen. VII, 598. Hebraica lingua cum suis litteris per successionem patrum custodita. VII, 598. Hebræa lingua punicæ familiarissima. III, 488. Et significationis quadam vicinitate sociata. V, 648.
Hecate oraculum, Christum laudabat. VII, 652.
Hecules, anima mundi. V, 1157.
Hector. VIII, 385.
Helena Græcorum II, 157, 237. Uxor Menelai, adulterio corrupta a Paride. VII, 81.
Helenes meretrix quædam quam Minervam credi volebat Simon magus. VIII, 25.
Heli Sacerdos, Hebræorum Judex. VII, 577. Heli filii ad quid morte puniti. VIII, 618.
Heliopolis civitas solis. III, 584. Abest a Memphi amplius quam viginti millibus. III, 584.
Helles fabula. VII, 570.
Helpidius apud Carthaginem contra Manichæos disputat. I, 716.
Helvidius a quo Helvidiani. VIII, 46.
Her interpretatur Pellicius. VIII, 456.
Heraclitus. VII, 181.
Herbæ quomodo et quando creatæ. III, 275, 326. Spinosæ et venenosæ ad quid productæ. III, 182. Herbarum vita, qualis secundum Manichæos. VIII, 37. Herba semper viva. III, 1742.
Heracleonitæ hæretici ab Heracleone, eorumque dogmata. VIII, 28.
Hercules. V, 164, 1249, 1250; VII, 639. Quo tempore vixit, et quare honores divini ei delati. VII, 565. Herculis scortum Larentia. VII, 185. Herculem inter Semideos Labeo numerat. VII, 58, 59. Hercules dictus Deus fortitudinis. V, 166. Ædituus Herculis secum ipse quasi cum Hercule ludens. VII, 185. Hercules plures fuisse historia secretiore dicuntur. VII, 569. Herculis Syri seu Tyrii duodecim ingentia facta. VII, 569. Illum a se ipso in Oeta monte incensum produnt. VII, 569. Herculis idolum cum suo titulo. V, 164. Cum barba deaurata apud Carthaginem, quæ ibidem rasa est. V, 166. Suffectani ex Christianos necarunt propter Herculis idolum. II, 191. Hercules Romæ sublatus. V, 166. Herculis et Junonis spiritus adversum se divisi. V, 447; VI, 712. Herculea auxilia Cynicorum. I, 943.
Hereditas. Concupiscens res alienas habere, velut hereditatis jure, peccat. V, 72. Hereditatis divisio ad majorem fratrem, ad minorem pertinet electio. V, 1576. Hereditas veteris Testamenti, terrena felicitas; novi, æterna immortalitas. IV, 824, 825. Hereditas in qua coheredes Christi sumus, non minuitur copia possessorum, nec fit augusti r numerositate coheredum. IV, 565. Hereditas Dei sumus, et Deus nostra. V, 796, 1595; VI, 87. Hereditas nostra Deus dicitur, quia ipse nos pascit et continet; et hereditas Dei dicimur, quia ipse nos administrat et regit. IV, 83. Hereditas nobis promissa, et in Christo capite jam exhibita. V, 154, 858.
Heres veteris Testamenti, quis. X, 328. Heredes Dei facti sumus, non ut illi succedamus, sed ut cum illo in æternum vivamus. IV, 1807. Heredes Christi dicimur et coheredes, quomodo. VI, 86, 87. Heres Christus cum filiis scribendus. V, 1571. Hereditatem cujusquam, exheredatis filiis, non suscipit Augustinus. V, 1571. Hereditatem quando Ecclesia suscipere aut recusare debeat. V, 1576.
Hericius, figura eorum qui levioribus peccatis operti sunt. IV, 1372, 1373.
Hermaphroditi. VII, 486; VIII, 1002.
Hermes Ægyptius quid de idololatria senserit. VII, 247.
Hermias a quo Herminiani. VIII, 41.
Hermogenes unde Hermogeniani. *Vide* Sabelliani. VIII, 52.
Hermon, interpretatur lumen exaltatum. IV, 1735. Item, anathema ejus. IV, 1127. Anathematio. IV, 472.
Hermogenianus. II, 61.
Herodes alienigena, rex apud Judæos. VII, 607. Infantum interfector. VI, 655, 664. Herodis metus et sævitia. V, 1029, 1664. Herodes timens regnum amittere, non meruit Regem agnoscere. IV, 536. Innocentes quos Herodes occidit, Christus coronavit. IV, 536. Herodes in angustiis aut perjurii aut cruenti facinoris admittendi. V, 1408. Herodes an mortui, an vivi fratris uxorem duxerit, ambiguum. VI, 221. Herodes duo occasionem præstant crimen falsitatis Evangelio objiciendi. IX, 662. Herodis regis persecutio gravissima post ascensum Domini. VII, 615.
Heros unde dicitur. VII, 299. Heroes appellantur alicujus meriti animæ defunctorum. VII, 299. Heroum nomen non facile reperitur in Scripturis. III, 500.
Heros episcopus Gallus. X, 320, 343, 355. Pelagium et Cælestium auctores nefarii erroris arguunt Heros et Lazarus. II, 759, 764. Eorum litteras Orosius presbyter detulit ad Concilium Carthagin. II, 759. Herotis et Lazari objectis respondit Pelagius. II, 776.
Hesiodus poeta nomen imposuit Musis. III, 49.
Hesperius vir tribunitius. VII, 764.
Hesperos stella Veneris. VII, 720.
Hesternus pro juvene ponitur. IX, 523.
Hesychius Salonitanæ urbis episcopus. II, 899, *not.* (*b*); VII, 664. Sanctus homo Dei. II, 924. Hesychio scribit Augustinus. II, 899. Cui respondet Hesychius. II, 901. Vicissimque rescribit Augustinus. II, 904.
Hetruscorum prædonum crudelitas. X, 778.
Hieraca a quo Hieracitæ. VIII, 38.
Hierius. VIII, 707, 708. Romanæ urbis orator. I, 702. Huic nuncupati ab Augustino libri de Pulcro et apto. I, 702.
Hieroboam idololatriam in regno suo instituit. VII, 557.
Hieronymus. I, 649. Presbyter venerabilis. X, 286. Homo Dei. II, 625. Doctissimus vir. II, 864, 904. Maxime in Scripturis. II, 628. Ab adolescentia ad senectutem in Monasterio desudavit et vixit. II, 243. In Monasterio variis quati fluctibus, et peregrinationis molestias se sustinere queritur. II, 154. Hieronymus Augustino ignotus facie, sed spiritus unitate conjunctus. II, 155. Hieronymus non ex definito defendit nec Petrum peccasse, nec Paulum procaciter arguisse majorem. II, 253. In recenti opere secutus est de hac re sententiam Cypriani et Augustini. II, 779. Hieronymum in sacra Scriptura admisisse officiosa mendacia, dicere videtur August. II, 156. Hieronymus Augustino expostulat de illius epistola per Italiam sparsa. II, 244. Et de jure necessitudinis violato. II, 245. Hieronymum ad παλινῳδίαν hortatur Augustinus. II, 157.
Hieronymus quid sentiret de origine animæ, exposuit in opusculis contra Rufinum. II, 719. Marcellino scripsit suam esse sententiam, singulas animas novas nascentibus fieri. II, 748. Quæstionem de origine animarum Augustino solvendam remittit. II, 747. Hieronymi testimonium pro peccato originali. X, 665. Hieronymus dogma de peccato originali in libro contra Jovianum et in commentariis in Jonam stabilivit. II, 725, 730. Hieronymi sententia de visione Dei. II, 621, 625. Sentit Patris, filii et Spiritus sancti divinitatem oculis carnis aspici non posse. II, 621, 626. Ac rem incorporalem corporalibus oculis non videri. II, 621. Hieronymi sententia de membris Dei contra Anthropomorphitas. II, 628. De Danielis hebdomadibus Augustinus Hieronymi expositiones Hesychio dirigit. II, 899, 903. His lecterem suspendi dicit Hesychius. II, 904. Hieronymo cujusdam de Danielis hebdomadibus opinionem temeritatis

notanti, assentitur Augustinus, II, 901. Hieronymus quæstionem cucurbitæ in libro explanationum in Jonam ridiculam vocat. II, 273. Hieronymi interpretationem in aliquem locum Jonæ prophetæ, velut mendositatem corrigere coactus est quidam Episcopus plebe tumultuante. II, 242. Hieronymus Origenem reprehendit. II, 286. Rogat eum Augustinus ut prodat Origenis et hæreticorum errata. II, 157. Hieronymus docet de magistrorum Ecclesiarum sententiis periculose judicari. II, 904. Hieronymus in Oriente adversus Pelagium pro gratia Christi conflixit. II, 764; X, 699. Ejus adversus Pelagium opus sub nomine Critobuli. II, 779. Pelagius de Hieronymo questus quod ei tamquam æmulo inviderit. X, 700.

Hieronymus ex hebræo in latinum eloquium Scripturas convertit. VII, 603. Psalterium a sancto Hieronymo translatum ex hebræo non habet Augustinus. II, 1077. Hieronymus Job ex hebræo interpretatur. II, 242. Interpretatio Jonæ prophetæ ex græco in latinum facta ab Hieronymo accuratior. II, 242. Hieronymus respondet super interpretatione sua in Jonam prophetam. II, 263. Hieronymi in Ezechielem commentarii. II, 719. Libri in Danielem. VII, 693. In Malachiam. VII, 699. Evangelium ex græco interpretatus est summa fide. II, 243. In expositione epistolæ ad Galatas Origenis commentarios secutum se ait. II, 252. Nec non alios Græcos. II, 252, 253, 254. Quare novam post alios interpretationem librorum canonicorum aggressus est. II, 262. Septuaginta editioni vacare non potest, ut optabat Augustinus, penuria notariorum. II, 753. In librorum canonicorum interpretatione, sensuum potius veritatem, quam verborum ordinem conservavit. II, 261. Quid de Hieronymi versione sentiant Judæi. VII, 603. Hieronymus librum de optimo Scripturas interpretandi genere scripsit. II, 261. Hunc petit Aug. II, 291. Hieronymo dedicati duo Augustini libri. II, 752. Habentur. II, 720, 733. Hieronymo decretum est Augustinum amare, suspicere, colere, ejusque dicta quasi sua defendere. II, 753. Laudatur Hieronymi liber adversus Ruffinum. II, 727. Opus adversus Jovinianum. II, 735, 737. Hieronymi opus in quo de resurrectione carnis præclare disputat. II, 779. Hieronymi epistola ad Marcellinum. II, 718. Laudatur ab Augustino. II, 723, 724, 747, 864. Hieronymi opusculum de hæresibus Augustinus postulat. VIII, 49. Hieronymi Chronica VII, 566, 587. Hieronymi liber, cui nomen Epitaphium quidam tribuebant, de scriptoribus Ecclesiasticis appellandus est. II, 252. Venit hic liber in manus Augustini. II, 155. Quædam huic addenda August. indicat. II, 157. Hieronymus Nepotiani presbyteri epitaphium composuit. II, 252. Hieronymus scribit hominem bimembrem natum Lyddæ. VI, 273. *Not.* (*a*).

Hieronymi encomium. X, 192, 665, 699. Ejus ingenium divino dono aureum. II, 156. Hieronymi animus litteris ipsius non mediocriter noscitur. II, 155. Hieronymi doctrina tantum in latina lingua ecclesiasticæ litteræ adjutæ sunt, quantum umquam lantea potuerunt. II, 741. Hieronymi nullus sermo prolixus, quantalibet tempora occupet. II, 155. Infelix qui Hieronymi labores non digne honorat, aut de bis Deo gratias non agit. II, 741. Hieronymi scientiam quanti faciat Augustinus. II, 247. Ab eo se in sacrarum litterarum scientia superari fatetur. II, 247. Hieronymo Augustinus, ipsius August. testimonio, in multis rebus minor. II, 290. Hieronymo duo libri ab Augustino diriguntur. I, 649. Hieronymi desiderio quantum inardescat Augustinus. II, 237, 241, 247, 248. Hieronymum, si fieri posset, quotidie præsentem habere vellet Augustinus. II, 720. Hieronymus ne unam quidem horam labi patitur absque Augustini mentione. II, 891. Hieronymus per Firmum ad Augustinum scribit. II, 273, 276, 291. Alypium salutat. II, 291. Hieronymum Alypius invisit. II, 111. Hieronymo Paulum unum e fratribus suis commendat Augustinus. II, 158.

Hilarius. X, 283, 866. Insignis Ecclesiarum doctor. X, 693. Vir non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum, et assertione fidei. VIII, 931. Hilarius episcopus Gallus Ecclesiæ catholicæ adversus hæreticos defensor acerrimus. X, 645. Ejus doctrina de carne Christi. X, 1387. Mendacium non esse monstravit, quod dixit Christus se judicii diem nescire. II, 778. Neminem sine peccato esse docuit. X, 283. Hilarii libri. VIII, 931. Tractatus in Psal. CXVIII. X, 691. Homilia de sancto Job. X, 692. Ejusdem expositio Psalmi primi. X, 692. Et Psal. quinquagesimi primi. X, 693. Hilarius Origenem in Psalmos transtulit. II, 262. Hilarii dictum de Trinitate. VIII, 1059. Hilarii interpretatio in locum Apostoli. X, 614. Hilarii Pict. librum (scil. de Synodis) Vincentius opponebat contra crescentem ubique Ecclesiam. II, 332, 337. *Not.* (*a*). Hilarii locum objectum interpretatur Augustinus. II, 337.

Hilarius Arelatensis quibusdam movetur Augustini dictis, in aliis omnibus doctrinæ ejus sectator et admirator II, 1007.

Hilarius Syracusanus consulit Augustinum. II, 674. Eique Augustinus facit satis. II, 674.

Hilarius laicus Gallus. II, 1007. Narbonensis esse videtur. II, 771. *Not.* Augustini se fuisse discipulum indicat. II, 771 *Not.* 1012; X, 957. Epistolam CCXXVI ad Augustinum misit. II, 1007. Seque aliam antea ad ip sum misisse epistolam movet. II, 1011. Augustini ad Hilarium epistola. X, 534. Est CLXXVIII. II, 771. *Not.* Ejus orationibus Augustinus sese commendat. II, 771. Eique exponit Pelagiana commenta. II, 771. Hilarius, libros Retractationum, ac librum de Gratia, et Libero Arbitrio postulat. II, 1011.

Hilarus Tribunitius Catholicus. I, 654. Hymnos de psalmis ad altare cantari improbat, contra quem liber ab Augustino editur. I, 654.

Hilarense oppidum. II, 1019.

Hippocentaurus Manichæorum, quid? VIII, 513.

Hippocrates mulierem suspicione adulterii puniendam liberat. III, 572. Hippocrati quidam libri suppositi sunt, a medicis non recepti. VIII, 514.

Hippon Diarrhytum. VII, 486; IX, 236.

Hippon. IX, 337. Hippo-Regius Romana civitas appellatur. II, 133. *Not.* (*a*). Hippone-Regio ecclesia Pacis. II, 966. Hipponensis Ecclesiæ prædia quæ episcopus existimatur possidere ut dominus. II, 480. Apud Hipponenses August. expostulat quod morem de vestiendis pauperibus obliti sint. II, 471. Hipponenses S. Pinianum suæ civitatis habitatorem habere voluerunt. II, 476. Et sibi presbyterum exoptarunt nulla turpi cupiditate. II, 480. Quanto tumultu eum presbyterum sibi ordinari petierunt. II, 478. In eo tumultu multa contumeliose contra Alypium dixere. II, 481. Postulant ut si quando Piniano ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponensi ecclesia consentiret: quod annuit Pinianus. II, 479, 482. Hipponensis populi infirmitas, et quanta ab illo patiatur Augustinus. II, 473. Hipponensis regionis possessor et dominus Augustinum sub ironiæ adulatione laudat. II, 515.

Hipponensis diaconus. V, 1576.

Hipponense Concilium anno CCCXCIII habitum. VI, 181 *Not.* (*a*). In Concilio Hipponensi an CCCXCVI Can. 38 et Carthag. III, an. CCCXCVII Can. 47 definitum est quæ sint Scripturæ canonicæ quæ in populo Dei legi debeant. II, 233.

Hircanus filius Alexandræ reginæ Judæorum. VII, 607. Confirmatur in pontificatu. VII, 607.

Hirci quidam non ad sinistram erunt. IV, 799.

Hispaniæ tot provinciæ cœperunt experiri mala a quibus erant intactæ. II, 422. Hispanorum animas multo infelicius trucidant doctrinæ falsæ, quam barbaricus gladius. II, 721.

Historia non numeranda est inter instituta humana. III, 56. Historia est demonstrationi similis. III, 56. Historia quatenus inter liberales disciplinas. II, 368. Ejus fides perit, si quod hominum et temporum consensione firmatum est, in dubium revocetur. I, 1335. Historia etiam prophana juvat ad intelligendos sacros libros. III, 55. Historia Ecclesiastica ab Eusebio græce scripta, et a Ruffino in latinam linguam versa. VI, 597. Historiæ occasio. I, 1012.

Historici gentium cum inter se per multa dissentiant, non merentur fidem. VII, 716. Historicis potius credendum est, qui divinæ non repugnant historiæ. VII, 600. Historici solent, cum in suam personam venerint, ita se contexere, tamquam de alio narrent quod de se narrant. VIII, 342.

Histrio. V, 562, 1026, 1461. Histrionum signa valent ex instituto, non ex natura. III, 54. Histriones nullo modo possunt esse musicæ periti. I, 1089. Histriones, aurigas, venatores, etc., qui spectare amant, reprehenduntur. IV, 438, 439, 440, 626, 1527. Histriones ad Christiana sacramenta, nisi relicta arte non permittuntur accedere. VI, 219. Histriones in administrationem reip. recepti apud Græcos. VII, 55.

Hoc, aliud cum corripitur, aliud cum producitur significat. III, 1940.

Hœdi duo populi. V, 42. Hœdi ante judicium non separandi. V, 298, 304.

Holocarpoma. III, 678, 679.

Holocaustum dicitur sacrificium, cum totum incenditur. IV, 576, 599, 776, 798, 1775. Totus exardescat igne amoris divini, qui vult offerre Deo holocaustum. IV, 1775. Non omne sacrificium holocaustum erat. III, 823. *Vide* Sacrificia. De holocausto non manducabatur. III, 823. Holocausta humana Deus improbat. III, 810, 815, 816. Holocausta medullata, mystice. IV, 799. Holocaustosis, reliquiæ holocausti quod ignis consumpsit. III, 678.

Homerus quo tempore vixit. VII, 80. *Not.* (*a*). Homerus poeta dulcissime vanus: hujus lectio Augustino puero amara. I, 671. Multa finxit hominibus flagitiosis divina tribuendo, ne flagitia, flagitia putarentur, ac quisquis ea fecisset, non homines perditos, sed cœlestes Deos videretur imitatus. I, 671.

Homo quid. VII, 626. Homo est animal rationale. V, 255. Factum de terra. V, 1588. Animal rationale mortale. I, 1009, 1062; VIII, 939. Cur duplex differentia ponitur in ejus definitione. I, 1009, 1062. Homo ex anima et corpore compositus est. I, 963; II, 65; V, 717, 810. Homo totus anima et caro. IV, 402. Omnis natura hominis dominatu animæ et famulatu corporis temperata est. VI, 126. Præter animam et corpus nihil ad ejus substantiam et naturam pertinet. V, 810. Hominis persona mixtura est animæ et corporis. II, 520. Hæc mixtura incredibilior videtur, quam mixtura Dei et hominis in Christo. II, 520. Homo magnum miraculum. V, 700. An anima sola possit dici homo. I, 1313.

Hominis descriptio secundum Apuleium, VII, 263. Manichæorum fabula de primo homine. VIII, 210, 221, 246, 375. De bello primi hominis cum gente tenebrarum. VIII, 210, 211, 225, 234. Homines fumi filios dicit Manichæus. VIII, 197. Cur hominis opificem malum inducere conantur Manichæi. X, 1532. Homines semper fuisse quidam opinati sunt. VII, 357. Responsiones eorum ad ea quæ objiciuntur. VII, 357.

Hominis creatio. III, 186, 241. Hominis Deum esse opificem, a quo sunt omnia bona sive cœlestia, sive terrena, carnis ipsius compago testatur. X, 1532. Hominis creatio cum creatione aliorum animalium conjungitur, et etiam distinguitur. III, 241. Homo præcipuum opus Dei dicitur. quare. III, 347, 348. Hominem interiorem primum factum, deinde corpus hominis quidam suspicantur. III, 293. Deus hominem sicut cætera per Verbum suum fecit. III, 371. Quomodo factus est homo in animam vivam. III, 363. Homo an tunc animatus cum Deus insufflavit in faciem ejus. VIII, 614. Deus sufflavit in faciem hominis, quia in ea sunt velut organa sentiendi. III, 23. Homo factus est in die primo creationis invisibiliter, causaliter, potentialiter; in die autem sexto factus est visibiliter. III, 343, 344, 346, 347, 349, 410. Homo sexta die creatus, et sexta ætate reformatus. VIII, 257. Homo ad Dei imaginem est factus. I, 626, 858; III, 186. Homo numinus Dei. V, 82. Magna quædam res est homo factus ad imaginem et similitudinem Dei. III, 26. Hominis ad Deum similitudo. V, 164. Homo ad ipsius Trinitatis imaginem factus est. III, 244; VIII, 1001, 1055. An solus homo factus ad imaginem Dei, non vero mulier. VIII, 1003, 1005. De homine antequam peccaret dicitur quod ad imaginem Dei sit factus. VIII, 135. Quomodo homo et secundum quid factus ad imaginem Dei. III, 243, 292, 347, 366, 409, 2039; VII, 373, 400; VIII, 475, 695, 1003. Homo in anima ad imaginem Dei factus. V, 353; VI, 628. Homo in hoc factus est ad imaginem Dei, quia intelligit, sapit, discernit bonum a malo. IV, 218. Homo gerit in se symbolum Trinitatis, scilicet esse, nosse, et velle. I, 849. Homo factus ad imaginem et imago Dei. V, 361. Longe distans hæc imago. V, 362. Hominis honor verus est imago. VIII, 1006. Homo quomodo ab Apostolo vocatur imago Dei. III, 243. Cum dictum fuisset hominem creatum esse *ad imaginem*, cur additur et *ad similitudinem*. III, 241, 242, 244, 749. Homo factus est ad imaginem et similitudinem, non vero ipse est eadem imago et similitudo æqualis Patri. III, 243. Similitudo ad quam factus est homo, est ipsum Dei Verbum. III, 243. An secundum aliud ad imaginem, et secundum aliud ad similitudinem. VI, 33.

Homo duplex, interior et exterior, et utriusque ratio. VI, 32. Uter ad imaginem et similitudinem Dei factus. VI, 32, 33. Hominis corpus, non animam, esse imaginem Dei quædam hæresis dixit. VIII, 45. Non propter corpus, sed propter mentem imago est. III, 186. Homo non secundum corpus, sed secundum rationalem mentem factus ad imaginem Dei. VIII, 1004. Hominis corpus, quatenus est erectæ figuræ, ad similitudinem Dei factum esse dici potest. III, 243. Homo in ipso corpore indicat se esse ad imaginem Dei factum, quod erecta statura factus est. III, 347. Admonetur homo erecta sui corporis statura, non sibi terrena esse sectanda velut pecora. III, 347. Sed animum in æterna dirigendum. I, 1313; III, 186. Homo totum non amisit per peccatum quod habebat imaginis Dei. I, 628. Sed tantum imaginis Dei perfectionem. III, 186. Homo etsi per exortum suum in regno Diaboli sit. X, 1082. Est tamen imago Dei. X, 1082. Hominis creatio allegorice exponitur. I, 858.

Homo qualis sit factus a Deo. VII, 386, 399, 400. Quomodo factus rectus. VI, 282. Rectus est homo ubi spiritus imperat, caro servit. III, 1395.

Homo ad quid factus. VI, 628. Hominis finis est vita æterna. III, 144. Homo factus in tempore, sed immutabili æternoque Dei consilio. VII, 362. Quærentibus cur homo tam sero sit conditus, quid respondendum. VII, 359. Hominis status ante peccatum. VI, 244; X, 172. In paradiso. VII, 417. Homo primus creatus est in natura sine culpa, sine vitio. V, 172. sine concupiscentia et pugna carnis et spiritus. V, 717. Homo ante peccatum beatus spe commutationis futuræ. III, 458. In suo genere bonus erat. III, 296. Deus forte non dixit hominem esse bonum, quia præsciebat eum peccaturum. III, 295. Homo in agnitione Dei creatus est, et in ea renovatur. III, 292.

Homo an futurus fuerat miser formidine mortis, si non peccasset. X, 1530, 1536. Homo nisi peccasset, posset non mori. III, 354. Et hoc indicat ipsa mors hominis. III, 353. Posteri ejus morti obnoxii non essent. VII, 403. Sine mortis interventu Angelis sociandi fuerant. VII, 377. si non peccasset homo, morti obnoxius non foret. VII, 720. Hominis naturam sic divinitus institutam, ut si non peccasset, moriturus non esset, totius Ecclesiæ fides. X, 1561. Homo futurus fuerat immortalis, si non peccasset. VIII, 615. Homo immortalis fuisset fructu ligni vitæ. VIII, 615. An cibum sumpserit ex ligno vitæ ante maledictum. VIII, 615. Posse non mori præstabatur ei de ligno vitæ, non de constitutione naturæ. III, 354. si homo immortalis factus est, quomodo cibis indiguerit, difficile est dicere. III, 293.

Hominis corpus quale erat ante peccatum. VI, 373. Non erat corruptibile. VI, 332. Homines mortales generantur ex Adamo mortali per peccatum facto. VII, 378. Homo, secundum Julianum non pœnaliter, sed naturaliter conditus mortalis. X, 1312. Homines ex quo concepti, ægritudinem quamdam inchoant qua sunt necessario morituri. III, 399. Homines quod mortales sint corpore, ad misericordiam Dei pertinere arbitratus est Plotinus. VII, 263.

Humanum genus initium habere non repugnat Dei sapientiæ. VII, 370. Hominum genus prius exstitisse sine hominibus gignentibus, quidam philosophi admittere coguntur. VII, 359. De propagatione filiorum, si homo non peccasset, diversæ sententiæ. VI, 373. Hominum multiplicatio quomodo facta fuisset, si immortales permansissent. III, 292. Et Adam non peccasset. III, 396. si homines non peccassent, genus humanum sine libidine multiplicassent. VII, 428, 429, 430. Hominem in paradiso seri potuisse ad voluntatis nutum, membris genitalibus obsequentibus, Augustini sententia. X, 1444, 1447. An primi homines a concubitu abstinuerint usque ad eam ætatem, qua generasse dicuntur. VII, 456, 465.

Homines omnes cur ex uno voluit Deus condere. V, 563, 1233; VI, 373. Homines ex uno procreati ad arctiorem cognationis necessitudinem, et unitatis vinculum commendandum. III, 398. Ad societatem commendandam. VII, 372, 376, 403. Nihil est tam discordiosum vitio, tam sociale natura, quam genus humanum. VII, 376. Homo omnis in primo homine factus est, originis seminisque ratione. IV, 1551. In unoquoque homine est omnis creatura, quomodo. VI, 68; VIII, 675. Hominum genera monstrosa an ex Adam vel filiorum Noe propagine prodierint. VII, 483.

Jejunium maxime festis diebus non agitur. II, 145, 146. Jejunia Christiani relaxant Paschali tempore, stantes orant, Halleluia canunt, quod est signum resurrectionis. II, 218; V, 1048, 1052. Jejunium Dominico die non est illicitum, sed non sine justo scandalo hunc diem quis jejunio decernat. II, 138, 144, 149, 150. Apostoli non solebant solemniter die Dominico jejunare. II, 149. Dominicum diem ad jejunandum auditoribus suis constituebant Manichæi. II, 149, 150. Dies quibus jejunandum est aut non jejunandum, non definiuntur. II, 148, 151. Jejunium Dominici diei unde approbent Priscillianistæ. II, 149. Jejunia statuta solemniter celebrari nolunt Aëriani, sed cum quisque voluerit, jejunandum. VIII, 40. Jejunium quotidianum suadetur, exceptis iis diebus quibus Ecclesia prohibet jejunare. V, 1052. Excepto Sabbato et Dominico, multi tota vita sua jejunant, maxime in monasteriis constituti. II, 140. Jejunia diurna nec non triduana absque cibo et potu. I, 1340. Jejunia crebra, quotidiana, vel etiam incredibiliter continuata in catholica communione. VIII, 225. Quadraginta dies jejunasse quendam, a fratribus accepit Aug. II, 149. Jejunia feminis etiam usitata. I, 1340. Jejunare si non potes, magis pascas pauperem, cujus saturitate tibi venia concedatur. V, 811. Jejunio universa corporis castigatio significatur. X, 500 Jejunium magnum et generale est abstinere ab iniquitatibus, et illicitis voluptatibus sæculi. III, 1529. Jejunare ab isto sæculo. V, 695, 1212. Cur gemendum et jejunandum in hac vita. V, 1050. Jejunia non prodesse aliquid dicebat Jovinianus VIII, 45. Jejunium hæreticis ut prosit, ad Ecclesiam redeundum. VI, 711. Jejunare parvulos apud Niniven merito coactos esse propter originale peccatum. II, 723.

Jemini, dexter interpretatur IV, 97.

Jephte id est aperiens. III, 817, 818. Jephte judex fuit Israelitarum, non rex. III, 819. Votum Jephte discutitur. III, 810. An votum Jephte Deo displicuit. III, 812. An Jephte voverit ex inspiratione Spiritus sancti. III, 814. An ex jussu Dei filiam occiderit, merito quæritur. VII, 55. An Jephte recte egerit exsequendo votum. III, 812. Votum Jephte, prophetia de Ecclesia. III, 815, 820. Jephte, figura Christi. III, 817. Jephte fides. III, 816.

Jeremias quomodo Deo notus antequam formatus. III, 344. In utero sanctificatus secundum prædestinationem, a nonnullis creditur. II, 846. Jeremiæ et Joannis Baptistæ sanctitas genuina. X, 1428. Jeremias et Joannes in utero sanctificati, traxerunt tamen originale peccatum. X, 1429. Quænam tunc inerat illis sanctitas. X, 1429. Jeremiæ sanctificationem nonnulli in typum Salvatoris accipiunt. II, 846. Jeremias captivitatem septuaginta annorum, aliasque clades Judæis prædicit. VII, 582, 583. Et futuram reparationem civitatis Jerusalem. IV, 1917. Quid et quo tempore Jeremias prophetavit. VII, 591. Jeremias centum ferme annos ante Platonem natus. VII, 256.

Jericho interpretatur luna. IV, 728. Casus murorum Jericho in præsentis arcæ, destructionem spei hujus sæculi exprimit septenario dono Spiritus sancti. II, 209.

Jerusalem dicta est Jebus. III, 783, 795; IV, 775. Et Salem. IV, 303. Jerusalem ipsa est quæ Sion. IV, 774. Jerusalem urbs communis tribubus Judæ et Benjamin. III, 795. De eversione ejus agitur toto psalmo LXXIII. IV, 929. Ex signis quæ Christus futura prædixit, alia ad excidium Jerusalem, alia ad adventum Domini per Ecclesiam, alia ad adventum ultimum in quo judicaturus est vivos et mortuos, pertinent. II, 214. Jerusalem eversa est in celebratione Paschatis. IV, 952. Regnante Sedechia. VII, 582. In eversione Jerusalem talia mala populo Judaico tunc accidisse scribit Josephus, ut vix tolerabilia videantur. II, 216. Ad civitatem Jerusalem accedere prohibitum Judæis ab Imperatore Romano. V, 57. Promissiones factæ de terrena Jerusalem, quomodo intelligendæ. VII, 545. Jerusalem tempore Augustini plena erat laudatoribus Christianis, nullum habebat Judæum. IV, 759, 775. Jerosolymis ob terræ motum multi baptizati. V, 136. Jerusalem interpretatur visio pacis. IV, 122, 598, 734, 1656, 1755, 1761; VII, 637. Habet pro fine pacem æternam. IV, 1761. Jerusalem prærogativæ. IV, 253. Jerusalem civitas sancta cur dicta. VII, 458. Jerusalem vera, Ecclesia sanctorum. IV, 1952. Jerosolymitanæ Ecclesiæ fervore mundus accensus. V, 660. Jerusalem unde cœpit Ecclesia, non invisibilis, sed visibilis est intelligenda. IX, 409. Jerusalem spiritalis non magis Judæorum quam Gentium est. IV, 1467. Jerusalem ex parte peregrina, et ex parte immanens in cœlo. IV, 1952. Cujus cives et Angeli sunt. IV, 1761. Civitas Babylonia et civitas Jerusalem, ut ab invicem dissideant. *Vide* Babylon. Jerusalem particula captiva tenetur in Babylonia pro peccato. IV, 1761. Jerusalem incipit corde liberari a captivitate, per confessionem iniquitatis et caritatem justitiæ. IV, 1761. Jerusalem cœlestis quisque fit civis idoneus, cum primum huic sæculo renuntiaverit. IV, 1477. Jerusalem cœlestis filii parturiti et parti sunt matre caritate; inclusi sunt colligente caritate. IV, 1923. Jerusalem typus civitatis cœlestis. VI, 336. Et umbra. IV, 1620, 1650, 1656. In Jerusalem imago Ecclesiæ futuræ, sicut in Sion imago Ecclesiæ præsentis. IV, 122. Jerusalem significat matrem nostram æternam in cœlis, sive in ipsis Angelis, sive in iis qui spe salvi fiunt. III, 478. Jerusalem superna quot cives perdidit ex Angelis, tot vel etiam plures excipiet ex hominibus. VI, 246. Jerusalem amare, ad eam ambulare est. IV, 1918.

Jesus hebraice, Σωτὴρ græce, Salvator latine. VIII, 1025. Jesus interpretatur Salvator, sive Salutaris. V, 944, 1334, 1370; VII, 555, 785.

Jesus Nave Moysi successit, et populum in terram promissionis introduxit. VII, 522, 568. Jesus Nave quo tempore mortuus est. VII, 568. Vocabatur Auses. V, 1553.

Jesus. De eo stulta Manichæorum vaniloquia ploduntur. VIII, 576. Jesum patibilem gigni ex terra de Spiritu sancto concipiente, ipsumque omni ex ligno pendere, hæresis Manichæorum. VIII, 576.

Jesum hominibus salvatorem invident Pelagiani. X, 1125. Jesum parvulis esse Jesum negant ipsi Pelagiani. X, 1302, 1303. Jesus etiam parvulis Jesus. X, 190, 473, 1143, 1189, 1190, 1192, 1214, 1281, 1379, 1380, 1467, 1606. Jesus vix quæritur propter Jesum. III, 1600. Jesus fortis et infirmus. III, 1512. Jesu nomen, quam Salutaris, amicius et dulcius est nominare. VII, 591. Jesum dicere verbis et factis. V, 1257.

Ignavia. Otio ad pietatem, non ad ignaviam fruendum. II, 188.

Ignis principium rerum juxta Stoicos. VII, 250. Et ab eis ut deus habitus. VII, 250. Ignis perpetuus Vestæ dicatus. VII, 77. Ignem aere esse superiorem probatur. III, 263. Super aerem purus ignis esse dicitur cœlum. III, 263. Quare ignis reperitur in inferiori parte aeris corruptibilis. III, 283. Etiam iste ipse ignis laudabilis est. VII, 552. Ignis inferior omnia penetrat, ut motum in eis faciat. III, 281. Non potest frigescere. III, 281. In aliud elementum verti potest. III, 283. Non potest in cœlestem superiorem tranquillitatem evadere. III, 283. Igni aliquid castitatis tribuerunt antiqui. VII, 121. In igne mira sunt plurima, quæ non possunt explicari. VII, 712, 719. In igne vivere animalia, Augustino ignotum. VIII, 198.

Ignis Spiritus sanctus. V, 254. Utrum oculis an spiritu visus sit ignis super Apostolos in die Pentecostes, disputari potest. VIII, 852. Ignis cur prius in sacramentis, in catechizando et exorcizando adhibeatur. IV, 797.

Ignis symbolum adversitatis, sicut aqua prosperitatis. IV, 797. Tentatio tribulationis, ignis. V, 254; VI, 155, 264. Ignis per quem uniuscujusque opus probatur. IV, 222. Quis inde exuratur, quis non. VI, 264. Ignis fornacis diversa agit, paleam in cinerem vertit, auro sordes tollit: sic tribulatio. IV, 173. Ignis in bono potest accipi. VII, 692. Ignis nomine pœna intelligitur. III, 779. Ignis Christi adventum præcedens tum in pœnam malorum, tum in salutem redemptorum. IV, 1240, 1241; VII, 505. Ignis ultimi judicii qualiter non timeatur. IV, 569. Ignis purgatorius post hanc vitam. III, 212; VI, 156, 217, 264. Aliud igne non lædi, aliud per ignem salvari. IV, 222. *Vide* Purgatorius.

Ignem quo puniuntur peccatores, neque esse ignem veram, neque æternum, Priscillianistæ prædicabant. VIII, 668, 672. Ignis gehennæ pro dolore animi infructuose pœnitentis ponitur, secundum aliquos. VII, 725. Ignis æterni pœna conjuncta exclusioni a regno Dei. V, 879, 1337. Ignis gehennæ, pœna peccatorum futura; ignis concupiscentiarum, pœna eorum præsens et occulta. IV, 686, 687, 688. Ignis gehennæ pertinet ad corpus et animam. VII, 723. Ignis supplicio hominum et dæmonum erit attributus. VII, 724. An ignis ille sit corporalis. VII, 724. Quomodo spiritus ab

igne corporeo possunt torqueri. VII, 725. Ignis inferni æternus et combustio æterna. VI, 214. Ignis æternus. VII, 682. Non est æternus sicut Deus. VIII, 563. Ignis æternus non est malus. VIII, 563. Ignis æternus pro diversitate meritorum aliis levior, aliis futurus est gravior. VII, 731. In qua mundi parte futurus sit ignis inferni, nemo novit. VII, 682.

Ignorantia et infirmitas, duæ peccati causæ. VI, 271. Ignorantia et infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem ne moveatur ad opus bonum faciendum, vel ab opere malo abstinendum. X, 167. Etiam per ignorantiam facta quædam improbantur, et corrigenda judicantur. I, 1297. Peccata sunt. I, 1295. Ex ignorantia malum alicui causare, peccatum est. VII, 728. Ignorantiæ peccata. X, 118, 243, 255, 287, 851, 1118, 1239. Quænam sint. II, 186. Ignorantiæ peccata dicuntur peccata humana. III, 721. Peccata ex ignorantia sunt voluntaria. VII, 665. Quædam peccandi necessitas ex ignorantia. X, 1118, 1120. Gravius peccat sciens, quam nesciens. X, 884. Nec ideo tamen ad ignorantiæ tenebras confugiendum, ut in eis quisque excusationem requirat. X, 884, 885. Ignorantia duplex, scire nolentium, et simpliciter nescientium : neutra excusat. X, 885. *Vide* Scientia. Ignorantia non est justa excusatio. II, 883. Nec ignorantia excusat ut a pœna liberet. X, 884. Ignorantia quatenus excuset. IX, 485. Ideo vocantur inexcusabiles qui scientes peccant, quia hi etiam proprio judicio se vident inexcusabiles. II, 885. Ignorantia et difficultas quandonam deputatur ad culpam. X, 288. Ignorantiam perfectam, justitiæ nomine nuncupat Julianus. X, 721. Ignorantiam et oblivionem non subjacere peccato, quoniam non secundum voluntatem, sed secundum necessitatem eveniunt, Cælestii doctrina. X, 545. Ignorantia et difficultas ad miseriam justæ damnationis pertinent. X, 1009. Ignorantia, pœna primi peccati. VII, 784. Ignorantia et difficultas pœna justa de hominis damnatione veniens. X, 287. Ignorantia parvulorum quanta. X, 149, 150. Ignorantia malum etiam in baptizato. X, 851. Ignorantia et infirmitas ut vel nesciat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit, possit, ex occulto pœnarum ordine venit et inscrutabilibus Dei judiciis. VIII, 451. Peccata dicuntur, quia de peccato liberæ voluntatis originem ducunt. I, 1298. Sunt pœna justissima peccati. I, 1297. Ignorantia ipsa in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est; in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. II, 883. Quamvis Manichæis ex suppositione concessum sit, ignorantiam et difficultatem non esse superficia naturæ; fides tamen de peccato originali contra Pelagianos est defendenda. X, 1009. Etsi ignorantia et difficultas essent primordia naturalia hominis, nec sic culpandus foret Deus, sed laudandus. X, 1009.

Ignorantia et difficultas vinci possunt, quomodo. X, 288. Ignorantiæ malum non tantum minui, sed et consumi potest in hac vita. X, 851. Unde minuitur. X, 851. Ab ignorantia liberari non potest homo, sine labore, dolore, timore. VII, 784, 785. Melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. V, 179. Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, numquam scire mereatur. II, 862. Ignorantiæ confessio, gradus est scientiæ. V, 1382. Melius est nescire quam errare. III, 1555. Ignorantia in Dei rebus magis pia est, quam præsumpta scientia. V, 665. Sit pia confessio ignorantiæ magis, quam temeraria professio scientiæ. V, 665. Ignorantiam cautam magis eligit Aug. confiteri, quam falsam scientiam. II, 901. Ignorare se originem animæ, sicut alia multa, Augustinus petentibus fatetur. II, 724, 732. Ignorantia rerum aliquarum qui patienter ferenda. II, 732. Qua de causa etiam in doctis hæc a Deo permittatur. II, 724. Ignorantia quædam docta Spiritu Dei. II, 505. Aliud est ignorare, quod nescire malum est; aliud, quod sciri vel non potest, vel non opus est, vel ad vitam quam quærimus indifferens est. II, 735. De qua ignorantia dictum sit, *Qui ignorat, ignorabitur*. II, 745. Ignorabatne aliquid Christus. IV, 333. Ignorabat Christus peccatum; et hoc non judicando, sed non committendo. IV. 333. Nescire Deus dicitur, quomodo ars non novit vitia. IV, 334. Ignorantiæ symbolum, tenebræ. IV, 326; V, 576. Ignorantia mater admirationis. I, 857. Ignoro, idem aliquando ac non approbo. III, 2071; V, 838; VI, 106. Ignoratur, quod alienum est ab opere. IV, 334.

Ignoscere Dei est non noscere; non noscere autem, non animadvertere, seu non vindicare. IV, 947. Ignoscit melius, quam agnoscit Deus. IV, 947. Ignoscit Deus confitenti, sed se ipsum punienti. IV, 592. Aliquando cui Deus ignoscit in futuro sæculo, corripit eum in isto. IV, 595. *Vide* Parcere.

Ignoscendum fratri. V, 655, 1055, 1556. Cito ignoscendum veniam postulanti. II, 856. Et etiam nolenti petere veniam. V, 1056. Ille tantum accipit veniam, cujus culpa certissima est. II, 165. Ignoscendum fratri toties quoties. V, 515, 652. In hoc genere operis boni excusatio nulla est, ubi sola voluntas, tota facultas est. V, 1055. Ignoscens homini nihil perdit, caritate amplior domum redit. V, 252. Ignoscendi misericors mansuetudo non ad hoc valet ut sit iniquitas impunita. VIII, 624. Ac disciplina negligatur. V, 518. Ignoscendum est aut plectendum ex caritate. II, 661, 662.

Ignotus sibi quisque est ante interrogationem tentationis. IV, 698.

Ilia seu Rhea mater Remuli. VII, 578. Iliam de Marte concepisse geminos volunt. VII, 578.

Ilium eversum a Fimbria. VII, 83. A Græcis. VII, 91. Ilii excidium dii patrii non impedierunt. VII, 83.

Ille, loco nominis proprii apponendi. V, 964.

Illecebræ sæculares contemnendæ. VI, 447. Illecebrare. VI, 314.

Illicitum quid sit. VIII, 419.

Illuminatio duplex spiritalis, et corporalis. X, 130. Illuminatio per fidem est, et illuminatio per speciem. III, 2010. Illuminationem per gradus ad Patrem usque recurrere, sententia Arianorum. VIII, 711, 712, 713. Illuminatur homo conversione ad Deum, non conversione ad se ipsum. IV, 193, 200.

Illusio, magna persecutio. III, 1481. Sicut pœna animæ illusio, sic præmium animæ veritas. IV, 402. Illusiones animæ quantæ sint. IV, 402. Perfecta illarum cessatio, munus Dei. I, 797. Illusiones nocturnæ involuntariæ licet, nihilo minus pœnitendæ. II, 797.

Imaginatio quid. III, 464. Imaginatio quæ nihil aliud est, quam plaga inflicta per sensus. II, 69. Imaginatio non est quid corporeum. III, 306. Imaginandi vis explicatur ex facultate quam habet animus demendi vel addendi iis quæ sensu attigit. II, 70. Imaginatio corporis in animo melior est, quam species corporis, similitudo vero Dei non ita. VIII, 969. Vis imaginationis matrum in fetus. III, 572. Imaginariæ formæ ab aspectu intimo quam difficile abigantur. II, 615. Quid agendum ut abigantur. II, 616. Imaginatio quomodo ad fidem utilis. VIII, 951. Duo mala vitanda animo dum imaginatur. VIII, 990. Imaginatione gaudent pecora et volatilia. III, 366.

Imago, quid. III, 242. Imaginum triplex genus, rerum sensarum, putatarum, ratarum. II, 69. Imaginem habemus in corde impressam eorum quæ cogitamus. IV, 1813. Imagines rerum non a se, sed a sensibus habet phantasia. II, 69, 70. Imagines quomodo formentur in animo, vix potest explicari. II, 706. Imagines corporum non sunt corporeæ. II, 706. Imagines corporales spiritu cernuntur per aliquam licet incorpoream, tamen similitudinem corporis. II, 618. Imagines dormientium, furentium, etc. unde. VIII, 989. Imago, æqualitas, et similitudo non idem sunt. VI, 85. Imagines, earum rerum quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. VI, 145, 163. Imagines non reddunt majores ingentia specula : in parvis autem specillis, et si magna facies sese opponat, brevissima imago pro modo speculi formatur. II, 65. Inter imaginem et similitudinem quodnam discrimen. III, 749. Imago pecudis in homine. VIII, 1006.

Imago Dei duplex. V, 82. Aliud est imago Dei, aliud ad imaginem Dei : utrumque de homine dicitur; de Christo, nonnisi primum. I, 626. Quænam creatura Dei imago dicenda. VIII, 991. Quomodo ad imaginem Dei est homo. VI, 332. Imago Dei intus est in homine, non in corpore. IV, 564, 629. Imago Dei in mente. IV, 480; VI, 628. Imago Dei in immortalitate animæ rationalis quærenda. VIII, 1038, 1040. An imaginem Dei non portabat mulieris mens. III, 452. Imago Dei in Adamo mansit post peccatum, sed deformis. I, 640. Non est omnino deleta in infidelibus. X, 230. Imaginem in nobis Dei deformare potuimus, reformare non possumus. V, 255. Imaginem Dei in homine peccatum delevit, instaurat gratia. III, 355; X, 229, 230. Gratia justitiæ. III, 355. Imago Dei quomodo reformatur in homine. VIII, 1053, 1054. Sine Dei gratia reformari non potest. I, 1067. Imago Dei per vitam perversam perturbatur. IV, 959. Digni sunt ut in civitate sua Deus ad nihilum redigat imaginem illorum, qui in sua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt. IV, 926. Quandonam homo ad imaginem Dei et secundum quid fiat. VIII, 473, 475. Quandonam in eo perfecta Dei imago. II, 562; VIII, 1050.

Imago sua Deo reddenda est. IV, 1379. Pretiosissimum est in homine ipsius depositum. I, 1067. Imaginem Dei vere custodit, qui ei semper adhæret. IV, 896. Aliud est imago et similitudo Dei, aliud ad imaginem et similitudinem Dei. VI, 33. Velle Deo similem esse, in uno sensu laudabile, et in alio perversum. IV, 895, 896. Incipis similis fieri, dum displicet tibi dissimilem esse. IV, 959. Imago Dei veritatem quærit, non vanitatem. V, 566. In homine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit

visio. VIII, 1054, 1055. Imago alia hominis terrestris, alia hominis cœlestis. X, 1601. Imaginem cœlestis et terreni hominis quomodo portemus. III, 352. Imago Dei non diabolo subjiceretur, nisi judicio Dei. X, 1547. *Vide* Peccatum originale. Imagini Dei nullo peccato fuscatæ justum erat ut vivendi stabilitas tribueretur. X, 1598.

Imbecillitas nostra ex peccato. VI, 296.

Imitatio Dei. V, 655. Imitatio perversa Dei in peccatis. I, 681. Imitari Deum diabolus voluit, sed perverse ; nolens esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. IV, 896. Patientia Dei erga peccatores ab hominibus imitanda. II, 654, 655, 656. Imitatio Christi melior dilectionis fructus quem ei rependere possimus. V, 1595. Christi passio nihil prodest, nisi iis qui sequuntur vestigia ejus. V, 1596. In quo Christum imitari debeamus, et in quo non. IV, 1149, 1150. Imitari vias Christi, est intrare per januam. IV, 1149. Imitatio bonorum et ipsius Christi. IV, 436. Imitatio Martyrum. V, 1405, 1447, 1547. Honorare et non imitari, nihil aliud est quam mendaciter adulari. V, 1447. Non parva pars imitationis est, meliorum congaudere virtutibus. V, 1283. Imitari velle hominem, et ab illo pendere, imperfectorum est. IV, 246. Imitari turbam si volueritis, inter paucos angustam viam ambulantes non eritis. V, 1094. Quos eligere debeamus imitandos. V, 1102. Imitatione dignos non invementi quid agendum. V, 1547. Si non invenis quod imiteris, esto quod alius imitetur. V, 1102. Imitatores malorum, comites sibi ad gehennam quærunt, non patrocinia ad regnum cœlorum. V, 759, 796. Imitatione peccatur. X, 1165. Imitatio præpostera. IX, 606. Imitatio plerumque improbanda, quamvis quod imitandum proponitur, non improbetur. VIII, 109. Non imitatione sola peccatum intravit in mundum. X, 1156. *Vide* Peccatum. Non imitationem imitationi, sed regenerationem oppouit Apostolus generationi, cum de Adam et Christo loquitur. X, 1224.

Immaculati esse qui dicantur. X, 512.

Immensitas Dei. *Vide* Deus.

Immodica sub Deo aliquo modo cohibentur. VIII, 557.

Immolari est Deo mori. V, 1368. Immolatitio cur Christianos vesci prohibuit Apostolus. VIII, 505.

Immortalitas vera. V, 428, 1059. Immortalitas Dei, vere immortalitas est. V, 428 ; VIII, 1062. Immortalitas nulli competit creaturæ. VIII, 821. Immortalitas animæ probatur, quia ipsa subjectum est disciplinæ quæ semper est. I, 895, 1021. Probatur et ex ratione numerorum quæ est immutabilis, quæque animo non sine vita inhæret. I, 1025. Et quia ratio quæ immutabilis est, ab animo separari nequit. I, 1025. Quia vita carere animus non potest. I, 1028. Quia non habet contrarium. I, 1029. Quia cognoscit veritatem. II, 65. Quia veritati, a qua est animus quod est, quatenus ipsa est, nihil contrarium. I, 1030. Postremo quia non potest in aliud mutari. I, 1031. Immortalitatem animæ humanæ meliores philosophi scriptis defenderunt. V, 1132. Pherecydes Assyrius primus apud Græcos de immortalitate animæ disputavit. II, 521. Pythagoras samius audita de immortalitate animæ disputatione, ex athleta factus philosophus. II, 521. De immortalitate animæ dubitans pius vir, visis divinis eruditur. II, 699. Immortalitas hominis duplex, prima qua poterat non mori, secunda qua non poterit mori. VI, 281. Immortalitas alia major, alia minor : minor qua quis potest non mori. X, 1580. Major qua quis habet ut mori non possit. X, 1581. Quam immortalitatem perdiderit Adam. X, 1581. Adam potuit non peccando mutari ex minore immortalitate in majorem. X, 1581, 1582. Adam si non peccasset, sine mortis interventu accepturus erat non posse mori, et non posse peccare. X, 1522. A vita minore ubi et mori et non mori posset Adamus, per obedientiam custoditam pervenisset ad vitam ampliorem, ubi mori non posset. X, 1598. De ligno vitæ immortalitas Adæ subministrabatur. X, 1580. Immortalitatem corporis amisisse Adam dici potest, cum propter peccatum ad eam pervenire non potuit. III, 555. Primi hominis peccato natura nostra mutata ex possibilitate immortalitatis, in necessitatem mortis. X, 1512. Immortalitas primi hominis alia ab immortalitate quæ erit post resurrectionem. X, 1096. Immortalitas Adæ fuit posse non mori, beatorum erit non posse mori. VII, 805. Immortalitas illa extrema totius hominis, erit corporis perfecta sanitas. II, 459. Immortalitas et incorruptio corporis de sanitate animi exsistit. III, 28. Incorporea quædam excellentia est. II, 856. Immortalitas non dolet; absumpta est enim omnis corruptio. IV, 651.

Immortalitatis et incorruptionis desiderium in nobis. X, 110. Et beatitudinis appetitus naturalis. X, 747. Immortalitatis merces si fidelibus redderetur in hoc sæculo, jam non esset fides. X, 181. Immortalitatis pignus nobis est nostra a Christo assumpta mortalitas. IV, 1096. Sicut Christus mortalis non de sua, sed de nostra substantia; sic nos immortales, non de nostra substantia, sed de illius. IV, 1906. Immortalitas hominum, si non peccassent, male a philosophis quibusdam negatur. VII, 592.

Immortalis quis dupliciter dicitur. X, 1560. Immortale inter et æternum quodnam discrimen. VI, 15. Immortale esse potest quod creatur in tempore. II, 727. Immortalis creatus est primus homo, quatenus poterat non mori. III, 554.

Immunditia ut ab altero depellatur, an alteri facienda injuria. VI, 506. Immunditia in escis nulla reputatur, sed ab iis abstinetur concupiscentiæ refrenandæ causa. V, 1044, 1047. Immundis quomodo nihil est mundum. IV, 1661. Immundum non tangendi præceptum qui intelligatur. V, 551. Animalia in veteri Testamento prohibita, non natura sed significatione immunda deputabantur. VIII, 253, 256.

Immutabilitas solius Dei est. V, 986. Deus non ideo mutabilis, quia aliud in veteri Testamento, aliud in novo sibi jussit offerri. II, 527.

Impatientes dum mala pati nolunt, graviora patiuntur. VI, 611.

Impeccabilitas in Deo ex natura sua, in homine ex munere Dei. VII, 802. Utrum sit aliqua rationalis creatura quam nihil possit illicitum delectare, magna quæstio est. VIII, 419.

Imperare bene inferiori se non potest anima, nisi superiori se non fuerit dedignata servire. IV, 550. In domo justi viventis ex fide, etiam qui imperant, serviunt iis quibus videntur imperare. VII, 645.

Imperator in unoquoque hominum intus est, in corde sedet : si bonus bona jubet, bona fiunt; si malus mala jubet, mala fiunt. IV, 1958.

Imperatori de religione dicere fas est. IX, 44. Ad Imperatorum curam non terrena tantum pertinent, sed et ne quis in res divinas impune peccet. IX, 749. Possidius Calamensis navigavit ad Imperatorem acturus causam Ecclesiæ suæ. II, 552. *Not.* (*a*). Imperatores Christiani quid juris habeant in hæreticis et schismaticis coercendis ac puniendis. IX, 45. Valentinianus, Gratianus, Theodosius et filii ejus, judicium Constantini in Cæciliani causa firmissime custodierunt. II, 400. Donatistæ male exprobrabant Catholicis quod Ecclesiæ causam apud Imperatores agerent, cum et id egisse profiterentur. II, 580. Donatistæ dicunt ab Imperatoribus Christianis contra inimicos Christi non debere Christianos aliquid postulare, sed ipsi priores fecerunt. II, 505, 794. Maximianistas per potestates terrenas persecuti sunt. II, 192, 265. Et tamen adversus Catholicos querebantur de persecutione per potestatem judiciariam, quam ipsi interpellarunt. II, 505. Imperator Julianus desertor Christi supplicantibus Rogatiano et Pontio libertatem perditionis parti Donati peramisit. II, 599, 414, *et Notam Vide*. Immerito queruntur Donatistæ quod Ecclesiarum suarum possessiones ad Catholicam transire jusserunt Imperatores. II, 809. Imperator non tantummodo sæviendi licentiam auferre Donatistis, sed et eos ad unitatem catholicam coercendo redigere sategit. II, 806. Imperatores catholici cogunt Donatistas ad unitatem. V, 295. Imperatorum constitutiones in Donatistas. IV, 155, 684. schismaticorum testamenta irritantes. V, 510. Imperialium legum utilitas, sive pro veritate contra falsitatem, sive pro falsitate contra veritatem ferantur. II, 795. Thagasta civitas Augustini ad unitatem catholicam imperialium legum timore conversa est. II, 550. Si quid ab Imperatoribus pro utilitate Ecclesiæ petitur, non tamen speratur in eis. IX, 554. Imperatores catholicos scripturas sanctas non permittit scire, temere audet dicere Petilianus. IX, 550. Et persecutionis accusare. IX, 551. Imperatores ac judices catholicos persecutionem Donatistis faciendo periisse, male probat Petilianus. IX, 525, 528. Imperio Romano per Imperatores Christianos multa mala accidisse nobis immerito objicitur. II, 552. Imperatorum litteræ quædam diem et consules habent, quædam non habent. IX, 664. Imperatorum Christianorum felicitas. VII, 170. Imperatorem quidam contempsit de loco munito. IV, 878. Imperator orientalis. V, 294.

Imperii propagatio. VII, 124. Imp. occidentale posterius tempore, sed magnitudine illustrius. VII, 158. Imperii potestas a solo vero Deo est. VII, 168. Via ad Imperium virtus. VII, 156. Nihil interest sub cujus Imperio vivat homo moriturus, si illi qui imperant, ad impia et iniqua non cogant. VII, 160. Imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad se ulterius piscatoris Petri submisso diademate supplicat. II, 1028. Imperium hominis in homines non est ex ordine a Deo primitus instituto. VII, 645.

Imperfectus. In Christianis adhuc carnalibus nondum perfectis morientibus spiritus sanctus perficit quidquid deest, quia ab unitate corporis non recesserunt. II, 845.

Impertita non est parva pœna hujus vitæ. VII, 728.

Impietas propria quid. IV, 596, 597. Impietatem odit Deus, et in aliis eam punit per damnationem, in aliis adimit per justificationem. VI, 125. Impios justificare majoris

est misericordiæ, quam justos creare. III, 1823. Sicut magna pietas paucorum est, ita et magna impietas. V, 441. In ipsa impietate quanto magis damnabile vitium, tanto certius natura laudabilis. VIII, 1068. Impietatis nomen etiam levi peccato tribuitur. III, 767. Unum genus, una conspersio, una massa est impiorum imitatione sibimet connexorum. VIII, 649. Cum omnibus impiis quibus caput est, quasi cum quodam corpore suo unus est diabolus. V, 790. Impiorum alii magis, alii minus peccant, unde. X, 1185. Impii stulti. III, 829. Impii nec bona futuri sæculi cogitare sciunt. IV, 251. Impii sæpe bona adipiscuntur in hac vita, tanquam boni sint. VII, 661. Impiis occulta dispensatione divinæ providentiæ datur tempus florendi atque regnandi. III, 727. Beneficentissima providentia omnipotens Deus terrenam felicitatem concessit et impiis, ne pro magno quæreretur a bonis. II, 545. In Psalmo LXXII inducitur homo pœnitens quod Deo pro mercede terrena servierit; et agnoscere intendens quare impii felicitate terrena floreant. II, 545. Impii florent falsis bonis, pereunt veris tormentis. IV, 626. Impii immerito pios irrident, quod felicitatem suam sperent, non possideant. IV, 1635. Impii miseri et quando felices vocantur. IV, 919, 920, 1636. Impii non vivunt, sed vivere sibi videntur. IV, 690. Impiorum vita comparatur cum herba, quæ per hyemem viget, in æstate arescit. IV, 556, 557. Impii fumo comparantur. IV, 392. Impius pascitur cibo superbiæ. IV, 1290. Impiorum corda abyssus. VII, 668. Conscientia scelerati hominis, carceres et inferos, horrendis et pœnalibus tenebris vincit. II, 651. Impiorum potest esse similis pœna, sed dissimilis est martyrum causa. II, 796.

Impii tentant. III, 432. Impius persuadens impietatem homicida. III, 847. Plus sibi nocet perversus, quam aliis. II, 651. Impii moribus suis pios persequuntur. VII, 613. Impii quare a Deo creati. VIII, 608. Quo sensu boni dici possint. VIII, 608. Impii habent locum suum quem in rebus impleant pro utilitate sanctorum. III, 433. Impius pio vivit, et peccator justo. III, 144. De pravis impiorum moribus dolere, piis prodest. VII, 614. Impiorum correctio, maximum piis gaudium adfert. VII, 614. Impio locus hic inter justos, non in altera vita. V, 1384. Impiorum expulsio a Deo. IV, 88. Pœnæ impiorum interminabiles. VII, 637. Impii, mundi nomine nuncupati. III, 1862.

Impœnitentia peccatum in Spiritum sanctum irremissibile. V, 455, 464. Et desperatio et spes causa impœnitentiæ. V, 139. *Vide* Pœnitentia.

Impositione manus Antistites in oblatione altaris populos suos Deo offerunt. II, 637.

Impossibilitas conversionis et fidei, quæ et unde. III, 1778. Impossibilia Deus non jubet. X, 271, 288. *Vide* Præceptum. Non posse interdum dicitur, quod potest per potentiam, sed non potest per justitiam fieri. IX, 726. Non posse aliquando ponitur pro nolle. III, 1776.

Imprecari cum videtur Psaltes mala, non optat, sed prævidet. V, 378.

Improbitas omnis ex imbecillitate animi venit. III, 1259.

Imprudens est, qui sibi non prospicit in futurum. IV, 531.

Impudicitia quid. X, 763. Quam late patet. V, 84. Impudicus amor non est amor. V, 1509. Impudici non modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione non digni. II, 91. Impudicitia excommunicatione punienda. VI, 220.

Impunitum non potest esse peccatum. V, 133, 139, 187. Impunitatem iniquitatis de divina misericordia sibi pollicentes revincuntur. IV, 257, 701, 997. Iniquus iniquum vult Deum, ut non peccatum puniat. V, 82. Magnæ misericordiæ est nequitiam impunitam non relinquere. V, 935. Parcendo Deus sævit, sed juste sævit. V, 935. Impunita peccata cum dimittit Deus, tunc infestius punit; misericorditer adversatur, cum copiosas libidines inopes reddit. II, 531. Impunitas maxima pœna. II, 392. Maxima vindicta. V, 933. Impunitas pœnalis nutritur felicitate. II, 531. Impunitatem permittere, non esse mansuetudinis Christianæ. II, 516, 517. Dei esse vehementius irascentis, si non correctis malum ad tempus voluerit impunitum. II, 516. Nihil aliud agit quem veraciter pœnitet, nisi ut quod male fecerit, impunitum esse non sinat. II, 516. Impunitatem perniciosam non permitti mansuetudine Christiana. II, 590. Sicut est misericordia puniens, ita crudelitas parcens. II, 660.

Inachus primus rex Argivorum. VII, 562, 597.

Inamaricasse Deum quinam dicuntur. IV, 88.

Inane quid. I, 733, 900. Qui differat a nihilo. I, 733; III, 177.

Inaures virorum in summis ex una parte auriculis suspensæ deputantur in ligaturis. II, 1060; III, 50. Illas gestantes gestant signum diaboli. II, 1061. Inaures dicta idolorum phylacteria. III, 576.

Ino uxor Athamantis in deorum numerum relata. VII, 572.

Incantatores præcantationibus suis miscent Christi nomen. III, 1440. Incantatrix quanta promitteret, narrat Virgilius. VII, 718. Incantationum remedia illicita. V, 1459, 1671.

Incarnationis mysterium ab ineuntibus sæculis prænuntiari non cessavit. VI, 532. Incarnatio Christi futura credebatur ab antiquis. II, 846. Ab Abraham præcognita est. X, 401. Et a Melchisedech Abrahamum benedicente. X, 401. In populo Hebræo id quod ex adventu Christi usque nunc et deinceps agitur, prænuntiatum est. VII, 221. Incarnationem negarunt Platonici. VII, 307. Contra eos adstruitur. VII, 308. De Incarnatione Verbi doctrina Manichæorum. VIII, 585. Apollinaristarum error, non esse in Christo animam aut mentem hominis. I, 746. Deum hominem factum negarat Leporius, ne qua divinæ substantiæ indigna mutatio vel corruptio sequeretur. II, 932.

Incarnatio Verbi. X, 934. Incarnatio Christi, missio Christi. III, 1667, 1702. Incarnatio Christi infidelibus incredibilis. III, 595. Incarnatio Christi omnium miraculorum præstantissimum. III, 1527. Incarnatio Verbi ineffabilis. X, 982, 985. Quid de Incarnatione credendum. VIII, 910. Verbum Dei longe alio modo, quam eo quo creaturis ceteris adest, suscepit hominem, seque et illo fecit unum. II, 520. Homo Verbo accessit, non Verbum in hominem convertibiliter accessit. II, 745. Caro accedit ad Verbum, non perit in carne Verbum. V, 1515. Verbum Dei susceptione carnis non mutatum. II, 518. Homine assumpto in Incarnatione non consumptus Deus. VII, 318. Verbum caro factum est, accipiendo quod non erat, non amittendo quod erat. V, 1317. Verbum sic assumpsisse corpus e Virgine, ut nihil amiserit eorum quæ ad naturam divinam pertinent, haud incredibile videri debet. II, 518. Somnus, cibus et affectus humani, a Christo naturam humanam probant assumptam, non consumptam. II, 519. Ipse Deus, Deus manet: accedit homo Deo, et fit una persona. V, 1532. Christus utramque naturam in unitate personæ copulavit. II, 519. Homo in unitatem personæ Verbi Dei coaptatus est, permanente Verbo incommutabiliter in sua natura. II, 745. Persona Christi mixtura est Dei et hominis, sicut persona hominis, mixtura est animæ et corporis. II, 518, 519, 746.

Incarnatum Verbum Christus. V, 1510. Deus et homo non duo, sed unus Christus. X, 145. *Vide* Christus. Homine assumpto non auctus est numerus personarum in Trinitate. II, 543, 745. Verbum carnem factum esse susceptione inferioris personæ, ubi habent antiqui codices, qua ratione intelligendum. III, 215. *Not.* 1. Quomodo Verbum naturam humanam assumpsit in Incarnatione. VII, 729. Totum hominem suscepit. I, 746; III, 134. Dignatus in nobis totum liberare quod fecit. VI, 367. Verbum in homine quem assumpsit, totam naturam nostram suscepit, id est et animam rationalem et carnem mortalem sine peccato. II, 1085. Sine peccato, sed non sine peccatoris conditione naturam nostram suscepit. I, 1166. Verbum mediante anima rationali carnis particeps effectum est. II, 542. Credibilior debuit esse Verbi Dei et animæ permixtio, quam animæ et corporis. II, 520. Verbum voluit cum homine uniri quodam modo, ut sic ei coaptaretur homo totus, quemadmodum animæ corpus, excepta concretione mutabili. II, 521. Incarnatio Verbi, nuptiæ. III, 1529; IV, 495. Verbum Dei manet sicuti est et ubique totum. II, 518. Deus infusus carni curam gubernandæ universitatis non deseruit aut amisit. II, 517.

Incarnationis causa, peccatum. V, 944, 945, 951. Cur Filius Dei hominem suscepit de genere Adæ et ex virgine. VIII, 1032. Verbum æternum pro salute fidelium ex muliere fieri voluit. II, 540. Ne quis forte sexus a suo Creatore se contemptum putaret, virum suscepit natus ex femina. III, 134. Incarnatione Christi uterque sexus honoratus. VI, 186. *Vide* Christus. Verbum Dei quia est incommutabile, de Virgine natum credere non timemus. VIII, 585. Nec ex homine quo indutus est in Incarnatione, nec ex hominibus inter quos conversatus est, contaminatus Filius Dei. VII, 272. Nec carne posse contaminari veram divinitatem, nec ideo meliores nobis dæmones, quia non habent carnem, monstravit. VII, 272. Duas vitas ostendit nobis Christus in carne, unam laboriosam, alteram beatam. VIII, 543, 547. Cur Christus crucem subire voluit. VIII, 543. Christus descendit usque ad loca, ubi peccatores cruciantur. III, 481. Incarnatione Deus homini quomodo factus est proximus, et unde antea longe distabat. V, 934.

Incarnatione Verbi demonstratur dignitas humanæ naturæ. III, 134. Maxime quia illius plagam assumere dignatus est. I, 1166. Cur sumptio hominis proprie Filio tribuitur. II, 70, 71. Verbum caro factum est, non Pater aut Spiritus.

sanctus, sed carnem Filii tota Trinitas fecit. V, 1063.

Incarnatio an facta ex meritis Christi. X, 1137, 1138. *Vide* Christus. Istam conjunctionem, ut totum simul Verbum et caro unigenitus Dei Filius diceretur, operibus non meruit humana illa natura. IV, 1442. Incarnationis gratia omnium maxima. III, 1844. Hominis a Verbo assumpti est omnino singularis susceptio. II, 836, 847. Nulla anima per meritum liberi arbitrii efficere possit ut alter Christus sit. II, 847. Unio personalis cum Deo in Christo ex gratia singulari, non ex merito liberi arbitrii. II, 847. Non sapientiæ tantummodo perfectiore participatione, sed ipsa persona veritatis ceteris hominibus antecellit Christus. I, 746. Quid ad scientiam, quid ad sapientiam pertineat in Verbo incarnato. VIII, 1033. In Incarnatione Verbi si ratio quæritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. II, 519.

Incarnationis necessitas. V, 573, 710, 998, 1006, 1099. Incarnati Verbi gratia nulla major, nec causam habet, nisi gratiam. V, 999. Non liberaretur humanum genus, nisi Sermo Dei signaretur esse humanus. V, 940.

Incarnationis sapientia. VII, 308. Incarnatione Verbi convenientior non fuit modus alius liberandi hominis a mortalitatis miseria. VIII, 1024. Incarnationis beneficium. VII, 220, 222. Quantum beneficium. IV, 898. Incarnatione præstita nobis beneficia. V, 1016, 1018; X, 174. Nullo modo beneficentius consultum est homini, quam filii Incarnatione. III, 134.

Incarnationis finis. VIII, 533, 541, 546, 547, 585; X, 131. Incarnationis finis, adoptio hominum in filios Dei. VII, 729. Deus factus est homo, ut fieremus dii. V, 909. Verbum factum est quod nos sumus, ut attingere possimus ad id quod non sumus. V, 670. Per Incarnationem factum est ut homines divinitatem frustra non ambirent. II, 521. Ex quo Verbum caro factum est, non desperandum est homines fieri posse filios Dei II, 542. Verbum, nomen humanitatis ab homine dignanter assumpsit, divinitatis ei largiter tribuens. II, 521. Verbum suscepit hominem quem videre homines poterant, ut sanati per fidem postea viderent quod tunc videre non poterant. II, 540, 545.

Incarnationis utilitas. IV, 1766, 1767. Varia commoda. VIII, 1031. Incarnata Dei sapientia, via ad religionem commodissima. VIII, 88. Per Incarnationem quædam nobis disciplina vivendi et exemplum præcepti insinuatur. II, 70. Incarnatio Verbi qua infantiæ nostræ lactescit Sapientia Dei. I, 745. Verbum in Christo venit hominibus magisterium et adjutorium ad capessendam æternam salutem. II, 520. Incarnatio Verbi collyrium oculis cordis nostri. III, 1393, 1399. Lutum quo sanata est cæcitas generis humani. III, 1714. Magna contra superbiam medicina. I, 1167; V, 487. Incarnationis mysterium et virtutem superbia non percipit. VII, 273, 301. Quantæ pro Incarnationis beneficio gratiarum actiones agendæ. VII, 220, 221. Incarnatio fidem fundavit. VII, 318. Justi omnes sive ante, sive post Incarnationem, nec vixerunt nec vivunt nisi ex fide Incarnationis Christi. II, 859. Incarnationis fide antiqui justi, sicut et nos justificati. X, 400, 401, 403. Et salvi facti sunt. II, 680. Incarnationis fides necessaria est quamdiu hic degimus. V, 1216. *Vide* Christus.

Incarnate. V, 670.

Incarnatio animæ. II, 723, 729, 733.

Incarnatum cibum mater lac facit. V, 670.

Incerta sunt omnia temporalia. II, 495, 496, 506. Incerta hic omnia præter mortem. V, 590.

Incipientes vitam bonam quid pati soleant a contradictoribus. V, 548, 586.

Incola dicitur qui habitat in terra aliena. IV, 1602. Incola idem est atque advena. IV, 1398. Incola et inquilinus, qui discrepent. IV, 1518. Incolæ hic et peregrini dici vere non possunt infideles. IV, 1519.

Incolumitas in ipsa vita ac salute, atque integritata animi et corporis constituta est. II, 499. Incolumitatis suæ cura homini innata, vestigium est secretissimæ unitatis ex qua est. I, 675.

Incontinentia conjugum venialis est propter matrimonium. III, 397; VI, 458. *Vide* Conjugium. Continentia.

Incorporea omnis natura, spiritus in Scripturis appellatur. II, 1043. Incorporea quælibet natura, etiam vitiosa et misera, præstantior est omni corpore. II, 561. Solum Deum omni corpore semper carere, Evodius existimat. II, 698.

Incorruptio. Tres viros in camino Deus conservavit aut addendo carni eorum incorruptionem, aut igni detrahendo corrumpendi facultatem : posterior modus mirabilior. II, 942. Incorruptionis typus in tympano et chordis. IV, 1964.

Incredulitas et infidelitas, mors. III, 1753. Sicut quod Dominus se ipsum negare non potest, laus est voluntatis divinæ; ita quod Judæi non poterant credere, culpa est voluntatis humanæ. III, 1778.

Incubi. VII, 468.

Indigentia rerum terrenarum sollicitat animam. III, 2073. Indigentia dominorum ac servorum mutua. III, 2044.

Indoctum esse minus malum est, quam esse indocilem. I, 942.

Induciæ. VI, 35.

Indulgentia non obstinatis, sed a peccato recedentibus speranda. VI, 225. Indulgentia peccatorum pertinet ad incerta et occulta sapientiæ Dei. IV, 592. Indulgentia peccatori se convertenti promissa, non crastinus dies. IV, 1301, 1877; V, 141, 245.

Indurari pro fortis effici. III, 543.

Induratio Pharaonis quomodo facta. III, 601. Indurationis Pharaonis causa, ipsa etiam Dei patientia. III, 603, 607. Induratur cor, cum deserit Deus, et possidet inimicus. III, 784.

Infames intestabilesque jure habentur, qui muliebri habitu se ostentant. I, 899.

Infantia unde sic appellata. VII, 522, 750. Infantia sine ullo renisu subjacet carni. VII, 522, 750. Nemo est qui non eligat perpeti mortem potius quam infantiam. VII, 728.

Infans in utero matris non est pars corporis matris. X, 847. Infantes nondum natos, de uteris matrum quædam verba clamasse narratur. VII, 110. Infantium fletus in exordio hujus vitæ, prophetia miseriarum quas ingrediuntur. VII, 728. Infantes sunt infirmiores fetibus ceterorum animalium. VII, 379. Infans continuo vel cito moriturus cur nascatur, occultum est, III, 420. Infantum infirmitas quanta. X, 150. Quanta ignorantia, et unde. X, 148. Infantum ignorantia pœnalis est. X, 149. Infantium mens an se noverit. VIII, 1040.

Infantes nuper natos in illo statu esse, in quo Adam fuit ante prævaricationem, Cœlestii dogma. X, 334.

Infantia peccatis obnoxia. I, 665, 666. Infans unius diei non est mundus a peccato, non ex eo quod commisit, sed ex eo quod contraxit. V, 928. Infantes etiam ipsi liberatore egent et baptismo. V, 1333. In autum etiam salvator Christus et redemptor. X, 128, 129. Infantes ante baptismum exorcizantur et exsufflantur. II, 890. Infantes non baptizati, sunt sub potestate diaboli. X, 426. Propter originale peccatum. X, 708. *Vide* Baptismus, Parvuli. Infantibus peccatum personale non tribuendum. X, 121. Infantes, ut fideles, ita et pœnitentes dicuntur. X, 123. Infantium consecrationes. I, 1080. Infantes antequam baptizentur morte prævenios posse ad originalium peccatorum indulgentiam pervenire, error Victoris. X, 516. Infantium sine baptismo decedentium damnatio levissima. X, 809. In qua corporis quantitate resurrecturi sunt infantes. VII, 776.

Infantes nos quomodo Babylonia invenerat, et effocaverat. IV, 776, 777, 1773. Infantes et lactentes in Ecclesia, quinam. IV, 110. Infantia regenerationis, nova vita. III, 1982. Infantes appellantur recens baptizati. III, 1982; V, 1092, 1099, 1101, 1205, 1246. Infantium Sacramentis septem vel octo dies deputantur. V, 1101. Infantium Octavæ. V, 1201. Infantium Octavis habitus Sermo. V, 1360. Ablactari ante tempus in infantia spiritali perniciosum. IV, 1715, 1714.

Infantes pro Christo occisi, martyres. VI, 655. Eorum passio graphice describitur. VI, 644, 655. *Vide* Innocentes.

Infelicitatem velle omnino non possumus. X, 274. Infelicitatis suæ cognitio non parvus est ad beatitudinem accessus. III, 1247. Infelicitas per ignem, prosperitas per aquam adumbratur. IV, 797. *Vide* Felicitas, Tribulatio.

Inferiora calcat, qui hæret superiori; si autem recedat a superiore, ista illi in supplicium convertentur. IV, 1887. *Vide* Temporalia et Felicitas. Secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora. III, 483. Homo diligens inferiora, apud inferos ordinatur. III, 132.

Infernus varie sumitur. III, 582, 586. Infernus intelligitur vel locus impiorum post mortem, vel cæcitas animi quæ peccantem excipit et involvit. IV, 95. Inferorum vocabulo partes inferiores terræ nuncupantur. III, 730. Quare. III, 482; IV, 1943. Inferi sub terris sunt. I, 640. Inferos in hac vita explicari, nec esse post mortem, quidam affirmant. III, 481. De inferorum substantia non dubitarunt sapientes gentilium. III, 481. Est prorsus inferorum substantia, sed spiritalis, non corporalis. III, 481. Inferorum nomen nusquam Scriptura in bonum sumit. II, 711, 834; III, 482. Inferi in lingua græca ἄδης, ex eo quod nihil suave habeant. III, 483.

Infernum duplex, superius et inferius. IV, 1093, 1094. Inferi inferiores, id est, pœnæ quas damnati luunt graviores post hanc vitam. III, 167. Ibi nulla est commemoratio veritatis, nulla ratiocinatio. III, 167. Exclusis a regno cœlorum non restat nisi pœna gehennarum. V, 962. Pœnarum gradus in inferno pro criminum diversitate. IX. 171. Inferni tormenta aliis duriora, aliis sunt mitiora. V, 879. Quæ ibi mitiora sunt, pejora sunt quam quæ hic formidantur. V, 879. Infernales angeli comparantur quæstionariis tortori-

bus. V, 680. Vocantur exaggeratissimi diaboli angeli. V, 883. Dolorem aut corporis aut animi in inferno defuturum, absurdum est putare. VII, 723. Nullus in inferno ab igne æterno liberabitur, cum in illum missus fuerit. VII, 750. Nemo cruciatibus saltem moriendo subtrahitur, ne in moriente simul etiam ipsa pœna moriatur. VIII, 621. Quare in inferno hæc pœnarum æternitas dura et injusta videtur sensibus humanis. VII, 726. *Vide* Ignis.

Infernum inter et regnum æternum non est medius locus. VII, 741. Loca ab impiorum tormentis remotissima, non absurde creditur antiquis sanctis fuisse assignata, quamvis apud inferos. VII, 681. Inferi non appellantur ubi justorum animæ requiescunt. III, 481. Christus descendit ad inferos. II, 710, 712, 714, 834, 835. Et in inferis quosdam liberavit. II, 714. Adam solutum fuisse doloribus inferni, Ecclesia consentit : quod et antiquis sanctis fuisse concessum addunt aliqui, sed displicet Augustino. II, 711. Poetas et Oratores qui falsos deos ridendos monstrarunt, et Paganos vitæ laudabilis, fuisse liberatos a Christo, cum ad inferos descendit, quidam censuerunt. II, 710. Quidam putant eos esse solutos qui non audierunt Evangelium. II, 713, 833. Quinam sint ii quos Christus liberavit, cum ad inferos descendit, temerarium est definire. II, 710. Quonam ex inferno dives potuerit videre Lazarum in requie constitutum. IV, 93. Inferni portæ, mortis imperium. V, 1642. Inferni pericula in prosperis sæculi plus fallunt. IV, 1488. Inferni pericula inveniunt, et non inveniuntur. IV, 1488. Christus solus eruit animam suam de manu inferi. IV, 1138. Qui malum quod faciunt, noverunt esse malum, viventes descendunt in infernum. IV, 639.

Infidelitàs, mors. III, 1577. Infidelitas inchoat pœnæ meritum. III, 2061. *Retr.* Filios diaboli facit. X, 589. Infidelitas in infantem trajicitur. X, 847. Infidelitas iniquitatis et peccati nomine significata. IV, 1508. Infidelitas proprie peccatum vocatur, quasi solum sit, si non exprimatur quale peccatum sit. X, 589. Peccatum infidelitatis in Christum, cur solum arguitur. V, 785, 787. Infidelitas mundi inexcusabilis. V, 787.

Infideles an bona opera facere possint. IV, 259, 260. *Vide* Fides. Infidelis non potest esse arbor bona. X, 754. Infidelium opera. X, 341, 755. Unde opera infidelium discutienda. X, 250. Infidelium opera non bona. X, 755. Et quæ bona videntur, sunt peccata. X, 753, 754. Quomodo. X, 753, 754. In infidelibus virginitas carnis esse potest, non pudicitia virginalis. X, 765. Infidelium opera nonnulla legimus, quæ vituperare non possumus, sed merito laudamus. X, 341, 754. Sine aliquibus operibus bonis difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur. X, 754. Invenies homines bene viventes, et non Christianos : bene currunt, sed quo plus currunt, plus errant. V, 777. Ipsa opera bona quæ faciunt infideles, non ipsorum sunt, sed illius qui bene utitur malis. X, 754, 755. Infidelis cum laudabilibus moribus damnatur, fidelis minus bene moratus salvatur. X, 598. Infideles verba Dei custodire non possunt. IV, 1516. Infideles cum non credunt Evangelio, contra voluntatem Dei faciunt, eam tamen non vincunt. X, 238. Pro infidelibus non oramus ut fiat eorum natura, aut ut doctrina eis prædicetur; sed ut voluntas corrigatur, doctrinæ consentiatur, natura sanetur. II, 983. Infidelium et impiorum corda, leonum cubilia sunt. IV, 1376. Infideles et impii per mare designantur. IV, 1748. In aquis maris quomodo versantur. IV, 1380. Infideles et impii, tenebræ. IV, 248. Per fidem conversi ad Deum, lux fiunt. II, 562. Infideles, aqua sunt; Christiani, vinum. III, 1452. Infideles credentes adumbrantur per caput vituli comminutum a Moyse, et sparsum in aquam in potum filiis Israel. IV, 1129. *Vide* Pagani. Infideles et impii non sunt in terra peregrini. IV, 1519. Iis utitur diabolus tanquam gladiis contra fideles. IV, 1857, 1858.

Infinito nihil jungi posse. II, 443. Infinito quantumcumque finitum non comparatur. IV, 373. Infinitæ partes in corpore. I, 1252. Infinite secari potest linea transversim. I, 874.

Infirmitas humana communis exponitur contra Pelagianos. X, 689, 690, 692. Infirmitas et cæcitas, morbi naturæ. X, 293, 295. Hebetudo et infirmitas animi et corporis infantium, quid arguunt. VII, 378. Infirmitas carnis in infantibus, pœnalis est. X, 150. Infirmitas humana sine peccato esse non potest in hoc sæculo. I, 593. Infirmitates animi multiplicatæ sunt, non ad perniciem, sed ut medicus desideraretur. IV, 144. Infirmitas nos irremediabiliter obsidebat, ut nec ad medicum ire sineremur. V, 778. Infirmitas admonitio est non superbiendi. X, 742. Quia non est in me firmitas mihi, nec est mihi spes de me. IV, 472. Qui potens in te esse cupiebas, infirmum te fecit Deus, ut fortem te faceret de se, quia infirmabaris de te. IV, 525.

Infirmitas et ignorantia duæ causæ peccati. VI, 271. Infirmitas et corruptibilitas corporis, compedes. IV, 1019. In nobismetipsis sola est infirmitas causa pugnandi. X, 742. Quanto sunt caritati futura meliora, tanto sunt infirmitati violentiora præsentia. II, 593. Infirmitas tum corporis tum animi agnoscenda, ut quisque perficiatur. X, 367. Ut gratia obtineatur. V, 481. In infirmitatibus nihil quærendum præter auxilium Dei. III, 1444. Infirmitas quæ post baptismum remanet, resurrectione consumetur. X, 591, 602. Infirmitates aliorum ferendæ, eisque opitulandum. III, 1237, 1238, 1261, 1262. *Vide* Onera. Infirmitas triginta et octo annorum. V, 694. Infirmitates pro peccatis in Scriptura ponuntur. II, 633.

Infirmus et ægrotus in quo differant. V, 277. Infirmus quomodo confirmandus. V, 276. Infirmi in monasteriis quomodo tractandi. I, 1380. Cur mente fortiores, infirmiores corpore. VIII, 586. Infirmiores opprimuntur a potentioribus. IV, 1646.

Inflatio et tumor imitatur magnitudinem, sed non habet sanitatem. IV, 420.

Ingenium omne laudabile, sine vera pietate ac religione, superbia vanescit. VII, 51. Ingenia excellentissima tanto in majores errores ierunt, quanto de se præfidentius cucurrerunt. II, 669. Ingenii tarditas et fatuitas quorumdam naturalis, ex originali peccato provenit. X, 1381, 1382. Ingenio obtusi nascuntur merito peccati originalis. X, 1441. Ingeniosissimi quique quam longe distent ab ingenio Adami. X, 1432, 1433. Ingeniosum nasci felicitatis est. VII, 128. Ingeniorum diversitas unde oriatur, Augustinus ab Hieronymo sciscitatur. II, 728.

Ingenitus Pater recte dicitur, etsi hac voce non utatur Scriptura. II, 1039, 1040.

Ingentius decurio Ziquensium civitatis. II, 304; IX, 540, *App.* 784. Ingentius scriba publicus. IX, *App.* 780. Ingentius scriba Augentii. IX, *App.* 782. Ingentium falsasse epistolam Cæciliani exduumviri Maximus contendit. II, 304; IX, 540. Ipse confessus est in cognitione Æliani proconsulis falsum se fecisse adversus Felicem Cæciliani ordinatorem. II, 582; IX, 686. Ingentium ad comitatum suum transmitti jubet Imperator. II, 582; IX, 540, 649, 686. Quare. II, 582. Cæcilianum ab Imperatore fuisse purgatum probat Optati codex. II, 581. Libellus a Donatistis Imperatori Constantino datus. II, 582. Litteræ Imperatoris ad Verinum Vicarium. II, 582. Litteræ Imperatoris ad proconsulem ut ad comitatum suum mitteretur Ingentius. II, 582. Nec postea Imperator damnavit quem purgaverat. II, 582, 583.

Ingratitudinis vitio etiam magni viri ad idololatriæ dedecus defluxerunt. X, 211. Ingrati describuntur. III, 97. Ingratus Deo, ipse est peccator qui fœneratur et non solvet. IV, 370, 371. Ingrata tunc est anima, quando quod illi ex Deo est, sibi tribuit, et præcipue justitiam. X, 211. Non habens habet, qui nescit unde habeat : tollitur a Deo res sua, et remanet illi iniquitas sua. V, 1287, 1290. Ingratum liberum arbitrium præcipitavit hominem. V, 1289.

Inimicitiæ tribus vitiis vivunt, negligentia, pertinacia, superba verecundia. V, 1046. Tribus his vitiis opposita tria remedia. V, 1046. Inimicitiæ vel nasci non debuerunt, vel cito et ante solis occasum mori. V, 1046. Inimicitiæ vitandæ cautissime, ferendæ æquissime, finiendæ citissime. I, 1006. Inimicitias hominum nec excitare nec augere parum est homini humano, nisi eas etiam extinguere studuerit. I, 773.

Inimicus et inimicus. V, 323. Inimici Dei quinam. IV, 630, 1178, 1801; VII, 350. Inimicus quisquis erat Christi, erit sub pedibus ejus, aut adoptatus, aut victus. IV, 1452. Inimici Ecclesiæ qui. IV, 242. Inimicorum hominis duo genera. IV, 524, 525. Inimicus quamdiu tu tibi es, inimicum habes sermonem Dei. V, 637. Inimicus quem licebat antiquis odisse, et quem jubemur numquam diligere, diabolus est. V, 806. Inimicos non admitti adversus fideles, nisi quantum iis prodest tentandis et probandis. V, 421. Inimicorum odium in diabolum, qui per eos nos persequitur, convertendum. IV, 1841. Inimici invisibiles, invisibiliter sunt expugnandi. V, 435. Inimici sunt spiritalibus omnes carnales. IV, 1772. Horrendum malum, inimicis iratis inimicorum iratorum dicta prodere. I, 773. Inimici si fiant duo ex tribus amicis, quid faciat tertius. V, 323. Inimicos nihil nocere posse. V, 1430. Inimicus sævire potest; ferire, si Deus noluerit, non potest. IV, 366. Inimici duo sunt in persecutione, alter occultus, alter apertus. IV, 632, 649. Inimicus ipse intus sibi est, qui odit alterum. V, 507. Ipse sibi prius ac magis nocet, quam ei in quem sævit. V, 507. Nullo modo tibi potest nocere sæviens inimicus, quantum tibi noces, si non diligis inimicum. V, 383. Nihil justo nocet, qui bene etiam uti inimico potest. III, 163. Inimicos Deus convertit in usum suorum, non solum quando vincuntur inimici, sed etiam quando metuuntur. III, 795. Inimici homines, qualescumque fuerint, non sunt odio habendi; ne cum odit malus, quem patitur malum, sint duo mali. IV, 248.

Inimicorum dilectio commendatur. IV, 1273, 1274; V, 53, 383, 384, 564, 1404. Inimicorum dilectione nihil in mandatis Dei mirabilius. IV, 1518, 1524. Hanc etiam antiqua lex præcepit. V, 807. Inimicum disce diligere, si vis cavere inimicum. IV, 1273. Inimicum diligere salubre est, licet amarum. IV, 447. Inimicos diligendi præceptum durum, sed magnum habens præmium. V, 120, 1435, 1684. Calcat fluctus hujus sæculi, qui diligit inimicos. IV, 631. Efficitur similis Deo. IV, 1274. Quo animo diligendus inimicus. III, 2038, 2041. Unde diligendus. III, 30. Inimicum qui diligit, fratrem diligit. III, 2041. Inimici etiam iniqui diligendi. IX, 120. Inimicus sic diligendus ut tamen corripiatur. V, 53. Inimici odium et amor quomodo sibi invicem non contraria sunt. VIII, 362. Vindicta in aliquem inimicum cum caritate procedere potest. VIII, 158, 159. Inimicorum interfectio Judæis tamquam carnali adhuc populo congruebat. VIII, 158, 159. Inimicorum interfectionem quo animo faciebant, qui in populo Judæo sancti et spiritales erant. VIII, 158, 159. Mansuetudo erga inimicos. V, 1430.

Inimicis parcere tenemur. V, 299. Saltem petentibus, venia danda est. V, 384. Inimico pœnitenti et veniam poscenti, ignoscendum. V, 384; X, 300. Inimico veniam negans nihil ipsi nocet, sed sibi. V, 385. Inimicus de nulla re sic vincitur, quam cum misericordes sumus. IV, 1860, 1861. Inimicis parcere, eleemosynæ genus maximum. VI, 266. *Vide* Eleemosyna. Debita dimittere. Ignoscere.

Inimici pro quibus et contra quos orandum. IV, 248. Inimicum non habemus, nisi diabolum; pro cæteris orare debemus. IV, 238. Orare pro inimicis quam durum; quam magnus hujus operis fructus. V, 120. Inimicis nostris tantum bonum optandum, quantum nobis. IV, 435. Oratio contra inimicos quænam illicita, quænam licita. V, 564. Inimicis precari mala quam iniquum. V, 1686. Orandum contra malitiam inimici, non contra naturam. V, 384. Inimici mors qualis expetenda. V, 565. Non orent homines, ut moriantur inimici; sed hoc orent ut corrigantur, et mortui erunt inimici. IV, 404. Quare nunc Ecclesia orat pro inimicis. VII, 737. Non frustra oravit Ecclesia pro inimicis. V, 151. Inimicis beneficium tribuere est, auferre quod illis noxium est. II, 390. Carbones congerendi super inimici caput quinam intelligantur. V, 807.

Inimici dilectio, dilectio perfecta. III, 2042. Inimicorum dilectio nostra est de diabolo victoria. IV, 1214. Inimicorum dilectio donum Dei. V, 1436. Inimicos diligendi exemplum de Patre cœlesti datum. V, 325, 1433. Aliud exemplum in Christo. V, 1435, 1685. Aliud in Stephano. V, 325, 1436, 1685.

Iniquitas non est substantia. IV, 845. Sed perversitas voluntatis detortæ a summa substantia in infimam. I, 744. Iniquitati necesse est ut serviat, qui noluerit servire caritati. IV, 163. Iniquitas malus dominus in corde. IV, 163. Iniquitati merito subderis, domino quem tu tibi ipsi fecisti; quia ei qui te fecit, subditus esse noluisti. IV, 163. Iniquitatis capita pullulant, principandi, et spectandi, et sentiendi libidine. I, 690. Iniquitate et impietate nihil est laboriosius. IV, 127. Iniquitas est carnem spiritui reluctari. X, 861.

Iniquitas magna est sterilitas. IV, 1571. Quod ad arborem humor inutilis, hoc ad animum persuasio iniquitatis. III, 380. Iniquitas febris est, qua palatum cordis perditur. IV, 251. Ex abundantia iniquitatis, fit torpor caritatis. IV, 433. Iniquitas sola longe te a Deo facit; dejice parietem peccati, et cum illo es. IV, 1775. Ab iniquis recedere non potes, ab iniquitate recede. IV, 1185, 1402. Iniquitatem suam quidam quasi quærere conantur, et timent illam invenire. IV, 343. Iniquitatem suam qua ratione multi defendunt. IV, 343. Iniquitatis adversarius, sermo Dei : huic te junge, et perimitur et vincitur. IV, 542. Iniquitatem aut occidis, aut occideris ab iniquitate. IV, 764. Iniquitates non sunt nobis naturales, sed possunt mutari. IV, 1195. Nemo non inaniter inique facit. IV, 1646.

Iniquitas male viventium modo toleranda est. III, 1624. Ex iniquitate proximi quomodo proficiendum. IV, 800. Iniquitas prius lædit cor injustum unde procedit, quam hominem justum in quem procedit. IV, 107. Iniquitas, quæ fit per sanguinem, dicitur sanguis. IV, 597. Iniquitas hominis per contactum mortui significatur. III, 736. Iniquitas omnis parva magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut a Deo vindicante. IV, 701. Iniquitas nulla impunita nisi quam sanguis Salvatoris expiaverit. X, 861.

Iniquus fit homo, cum propter se ipsas diligit res propter aliud assumendas, et propter aliud appetit res propter se ipsas diligendas. VIII, 451. Iniqui male utuntur bonis operibus Dei. III, 1620. Quod iniquus inique egit, hic non inique Deus permisit. IV, 745. Voluntas injusta damnetur, permissio justa glorificetur. IV, 746. Iniquis ipsis, si correcti non fuerint, servat æterna supplicia, qui eorum malitia juste utitur, ut aliis mala ingerat temporalia. II, 993. Iniquus non est vere amicus. IV, 1179. Iniquorum voces duæ. IV, 1201. Iniquus non parva sibi pœna est. IV, 605. Iniquorum humiliatio vere misera. IV, 255. Iniqui apti sunt inferioribus creaturæ partibus, quo dissimiliores Deo : apti autem superioribus fiunt, quo similiores Deo. I, 744.

Iniqui dicuntur alienigenæ, filii alieni, aquæ contradictionis, gladius malignus. IV, 1867. Iniqui, canes Lazari vulnera lingentes. III, 832. Iniqui grandini comparantur. III, 875. Pulveris nomine designantur. IV, 328. Iniqui, tenebræ. III, 1598; IV, 325, 1607. Iniqui omnes in tenebris sunt. IV, 557, 564. Iniquos a tenebris somniorum, excipient tenebræ tormentorum. IV, 564. Iniqui cum diabolo unum corpus constituunt, unum judicium sortiuntur. V, 790.

Injuria non est quod jure pateris. IV, 1894. Injuriarum triplex genus. III, 1261, 1263. Injuria quæ restitui potest, vel ad pecuniam vel ad operam pertinet. III, 1263. Injuriam nobis facit, qui alteri coram nobis facit. V, 511. Injuriam qui fecit, quid agere debeat. V, 508.

Injurias et rerum temporalium damna quo animo Christianus ferre debeat. II, 529. Injuriæ patientissime tolerandæ. III, 1257, 1258. Non ut patiaris molestiam te hortatur Apostolus, sed ut patiaris injuriam. IV, 1894. Injuriam patientes vindicat Deus, puniens injuriosos. IV, 1894. Injuriam passus quid agere debeat. V, 508. Passus es malum, ignosce, ne duo mali sitis. IV, 638. Injuriam passus vindicari vult : de aliena pœna quærit medicamentum, et invenit grande tormentum. V, 684. Misericordiam impendens securus exspectabis judicium, non tam securus de justitia tua, quam de Dei misericordia. IV, 1922. Injuriarum fœnerator quis sit. IV, 638. Injuriarum condonatio, misericordia est quæ gratis constat. IV, 1922. Injuriæ omnimoda remissio in novo Testamento est præcepta, et in vetere prænuntiata. VIII, 139. Injuriarum condonatio et patientiæ præcepta, maxime in cordis præparatione retinenda. II, 550. Injurias princeps civitatis debet oblivisci. II, 528. Injuriarum condonatio reip. utilis est, nedum contraria. II, 529. Injuria accepta Romani ignoscere, quam persequi malebant. II, 528. Cæsarem nihil oblivisci solere nisi injurias, Cicero dixit. II, 528.

Injuriare. V, 288.

Injustitiam ferre melius est, quam facere. IV, 1655. Injustitia aliena tantum te torquet, quantum recesseris a tua. IV, 1268. Injustitia injusto primum et soli proprie nocet. IV, 365. Injustus omnis malignus est. IV, 1805, 1806. Quod fit injuste, Deus juste fieri sinit. VII, 728. Injustus sive sit blandus, sive ferox, et sibi et aliis est noxius. IV, 1805. Parum tibi esset quod esses injustus, nisi et eum injustum voluisses, a quo in te vindicari noluisses. IV, 478. In injustum necesse est ut vindicetur, sive convertatur, sive non. IV, 364. Injustus comparatur faculæ ardenti, quæ semper comburitur, et non semper comburit. IV, 1241. Injusti a justis admoniti, quid respondeant. IV, 1200. Injusti duo vix se patiuntur. IV, 364. Qualis inter eos concordia. IV, 364. *Vide* Iniqui.

Innocens quis. V, 1272. Nihil innocentius eo qui in virtute perfectus est. III, 1259. Innocens est cujus cor innoxium est. IV, 1663, 1662. Qui nec alii nocet, nec sibi. IV, 1286. Innocens non est quamvis non noceat, qui vult nocere. IV, 1190. Innocens quisque est non timore pœnæ, sed amore justitiæ. IV, 1190. Solus Christus innocens. V, 928. Innocentis officium est, non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato vel punire. VII, 644. Innocentes cur hic affligantur. I, 1304. Innocentium oppressorum consolatio, Deus judex, testis conscientia. IV, 408.

Innocentes, Christi martyres. I, 1304; III, 426. Innocentium felix ignorantia, qui pro Christo pati potuerunt, quem nondum poteraut confiteri. V, 1027. Innocentes pro se occisos ab Herode, Christus coronavit. IV, 536. Innocentes, martyrum nomine et corona donati. V, 1664, 1668. *Vide* Infantes.

Innocentia est virtus, qua nulli nocemus. VI, 514. Ista est vera innocentia, quæ nec inimico nocet. IV, 102. Innocentia morum. V, 1560. Maxime erga Deum. V, 1561. Innocentia cordis requiritur, manuum innocentia non sufficit. IV, 1008. Tota justitia ad unum verbum innocentiæ redigitur. IV, 1286. Innocentia tua, etiam in dormiente vox est animæ tuæ. IV, 1317. Innocentia divitiis omnibus anteponenda. IV, 1068. Innocentiam tene, quomodo, cum avarus esses, tenebas saccellum, ne tibi extorqueretur a fure. IV, 392. Illa tibi sit patrimonium tuum. IV, 392. Innocentia simulata, non est innocentia, sed duplex iniquitas. IV, 765. Innocentia peccato perdita an possit per pœnitentiam reparari. X, 1543.

Innocentia religiosissima femina a cancro per signum crucis sanata. VII, 763.

Innocentius Papa. X, 376, 378, 389, 574. Innocentio adversus Pelagium et Cælestium scribit Carthagin. concilium. II, 758. Item Milevitanum. II, 762. Item episcopi quinque. II, 764. Item Aurelius cum aliis aliquanto diligentius. II, 972. Quibus epistolis, quatuor aliis rescribit Innocentius. II, 779. Innocentii Papæ epistola ad concilium Carthaginense. X, 575. Ad concilium Carthaginense et Milevitanum. X, 648. Ejusdem ad episcopos Numidiæ. X, 576. Innocentii rescripta ad concil. Carthagin. Milevit. nec non ad litteras familiares episcoporum laudantur. II, 817. Innocentii epistolam per Cæcilianum Augustinus accepit. II, 646. Innocentii judicium de actis Palæstinis. X, 389. Pelagium esse purgatum non existimavit. II, 787. Cælestium et Pelagium simul cum dogmatibus damnavit. I, 649; II, 865; X, 574, 699. Innocentii censura in librum Pelagii. II, 788.

Innocentius episcopus. II, 577, 758, 780.

Innocentius Thebaltensis epis. IV, 380.

Innocentius presbyter portitor litterarum Hieronymi ad Augustinum. II, 928.

Innocentius presbyter oculo effosso ac digito præciso a Circumcellionibus occisus. II, 509, 511.

Innocentius exadvocatus vicariæ præfecturæ, miraculo sanatus apud Carthaginem. VII, 761.

Innovari non possunt infantes, nisi traxerint vetustatem peccati. X, 1308.

Innuere, quid. VIII, 1071.

Innupta tota animi intentione debet placere Deo. VI, 445.

Inobedientia quid. III, 377. Inobedientia grande malum. III, 383. Inobedientia Adami. IV, 897. Inobedientia carnis, prima pœna inobedientiæ hominis. VII, 386, 426; X, 564. *Vide* Adamus, Obedientia.

Inopia. Melius inopiæ laborem servi Dei tolerant, quam ut necessariorum facultatem cum conscientia fraudis obtineant. II, 337.

Inordinatus animus. I, 670. Jussit Deus, et sic est, ut pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus. I, 670.

Inquilinus quis dicatur. IV, 429, 1945. Inquilinus in quo dissideat ab incola. IV, 1518. Inquilinus es in terra, eris possessor in cœlo. IV, 1946.

Inquinare pro inquinatum pronuntiare. III, 519.

Insecta a Deo creata sunt. III, 287. Quando. III, 287. In insectis major est consideratio bene considerantis, et laus uberior omnipotentis artificis. III, 288.

Insensibilitas minime laudabilis. IV, 650, 651.

Insidiæ dicuntur arcus. IV, 763. Insidiari nobis hostis non audet, si de via, id est de Christo, non recesserimus. IV, 1660. Insidiæ nullæ sunt occultiores, quam hæ quæ latent in simulatione officii. VII, 632. Insidiæ non injuste ponuntur in bello justo. III, 781.

Insipiens est qui non intelligit in quo malo sit. IV, 551.

Insipientia non est parva pœna hujus vitæ. VII, 728. Insipientiam quo sensu Christus habuit. IV, 849.

Instituta hominum quæ fugienda, quæ amplectenda. III, 55.

Insufflatio Dei in faciem, creatio animæ. VII, 373. Quod instituitur præter consuetudinem, ut quasi observatio sacramenti sit, non approbat Augustinus. II, 221. Ex institutis humanis non superstitiosis quædam superflua et luxuriosa, quædam commoda et necessaria. III, 54. Quænam illa. III, 54.

Instrumenta Ecclesiæ tradita. II, 265.

Insultant pii modo, qui postea ipsi sibi insultabunt. IV, 1637.

Intellectus est aliquid animæ. III, 1516. Dicitur vir animæ. III, 1516. Intellectus vocatur occultus visus. IV, 296. Intellectus et ratio differunt. V, 254. Intellectum ad intelligibilia videnda a sensu potius admoneri, quam aliquid accipere. *Nebrid.* II, 67. Intellectu quænam percipiamus. II, 597, 599, 615, 615, 616. Intellectus proferendi quasi vehiculum, sonus. V, 185. Intellectu continetur quod novimus, et eo solo potest comprehendi. I, 996. In intellectu sunt universa, seu potius ipse universa. I, 1007. Intellectus finitus est. VI, 14. Intellectus et locutionis discrimen. VI, 311.

Intellectus, ne erret, opus habet magisterio divino et adjutorio. VII, 642. Intellectus fit in nobis Deum consulendo, sive ipsa per se mens, sive per sensus intelligat. II, 78. Deus solus est lux intellectus. IV, 1553. Intellectus bonus a Spiritu sancto. V, 1645. Non parvi est intellectus, nosse a quo poscendus sit intellectus. IV, 1552. Intellectus et sapientia petatur a Deo. X, 911, 912. Quomodo Angelus dicatur intellectum dare homini. IV, 1553. Per fidem pervenitur ad intellectum. II, 522; III, 1618, 1619, 1630; X, 125. Cur David petit intellectum. IV, 1552. Impia mens odit etiam ipsum intellectum, ne cogatur quod intellexerit facere. V, 850.

Intelligentia præstantissimum in homine. I, 1223. Intelligentia nostra est natura, quæ non alibi hoc, et alibi aliud, sed omnia quæ habet, in uno simul habet. II, 616. Intelligentiæ suæ vires nulli satis cognitæ. X, 530. Intelligentia prima, et consequens ex ea, quænam. IV, 263, 264. Intelligentia cujusque rei datur perfecta, qua præstantior esse non possit. VI, 22. Intelligentiæ fides præmittatur. V, 556, 570, 571. Intelligentiæ spiritalis lucem immunda corda non portant. VI, 470. Mores perducunt ad intelligentiam. III, 1540. Intelligentiæ facili præferenda bona vita: hæc meretur amplius intelligere. V, 1179.

Intelligere excellentius, quam esse aut vivere. I, 1244. Intelligere, credere, opinari, in animis hominum sibi finitima sunt. VIII, 83. Quomodo differunt ab invicem. VIII, 83. Intelligere duobus modis in nobis fit, aut ipsa per se mente, aut admonitione a sensibus. II, 78. Intelligere semper sine vitio est. VIII, 83. Intelligere non est nisi verum sentientis. V, 157. Intelligere veritatem quid sit secundum Manichæos. VIII, 572. Intelligere rem quamque non semper alius alio magis potest. VI, 22. Intelligendi celeritas et dispiciendi acumen est donum Dei. I, 705; III, 1689. Tanto sincerius aliquis intelligit, quanto intentionem mentis a corporis sensibus removet. I, 1029. In homine carnali, tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi. V, 1139. Intelligere superflua nihil nocet; sed fortasse discere nocuit, quare. VIII, 83. Quædam non intelligimus, quia non possumus; alia, quia nolumus. IV, 542, 543. Alia sunt quæ nisi intelligamus, non credimus; et alia sunt quæ nisi credamus, non intelligimus. IV, 1552. *Vide* Fides. Ut valeamus intelligere quod credimus, quid agendum. V, 570. Intelligendi gradus, fides, fidei meritum, intellectus V, 698.

Intelligibilia quænam sunt. VII, 231. Intelligibilia sensibilibus antecellunt. VIII, 96, 99. Sed defectus utriusque generis non possunt alteri alteris anteponi. VIII, 99. Intelligibilibus in rebus Philosophi divitias ponunt, in sensibilibus egestatem. II, 64. Intelligibilia per intelligibiles species intelligimus. VII, 341.

Intentio lumen est. III, 1289, 1539. Non quid quisque faciat, sed quo animo faciat, considerandum. III, 1289. Ex animo quisque ad præmii vel pœnæ retributionem pendendus est. IV, 460. Cum boni et mali eadem faciunt, eademque patiuntur; non factis et pœnis, sed causis discernendi sunt. II, 324. Intentio recta. V, 804, 805. Intentio culpabilis. V, 805. Intentio quæ prava, quæ recta. V, 303, 375. Intentio opus bonum facit, intentionem fides dirigit. IV, 259. Cordis sui intentionem vix homo cognoscit. IV, 1857. Soli Deo nota est. IV, 1837. Intentio bonæ conscientiæ, oleum est quo vegetantur lampades, id est, bona opera sapientum virginum. II, 571. Excæcat hominem sinistra intentio. IV, 1839. Quodlibet quisque facit, ut terrenum emolumentum consequatur, serviliter facit. V, 208. Quomodo agendum ut nesciat sinistra quod facit dextera. IV, 1834.

Intemperantia quantum peccatum. V, 1272.

Intercessoris et defensoris discrimen, et utriusque officium. II, 657, 662. Intercedere pro altero, cuique homini officium humanitatis videtur. II, 657. A Domino commendatur. II, 658. Interveniendum pro furibus, non ad hoc ut minime restituant ablata, alias in societatem criminis veniretur. II, 662, 663. Sed ut corrigendorum morum locus eis detur. II, 655, 656. Non imputanda intercessoribus mala quæ ex liberatione reorum aliquando sequuntur, sed bona quæ intuentur. II, 661. Intercessio Sanctorum quantum pro aliis valeat apud Deum. IV, 1412.

Intercidona dea. VII, 188.

Interficit qui offert interficiendum. III, 1937.

Interjectiones in usum alterius linguæ, per interpretationem transire non possunt. III, 43. Interjectiones magis affectum indicant, quam rem aliquam significant. III, 1764.

Interiora, non exteriora sunt amanda: illa ex voluntate, ista ex necessitate habeamus. IV, 1813.

Interpellationes, obsecrationes, orationes, gratiarum actiones, qui differunt. II, 635. Fiunt precationes antequam illud quod est in Domini mensa incipiat benedici; orationes, cum benedicitur; interpellationes seu postulationes, cum populus benedicitur; et post hæc omnia gratiarum actiones. II, 636.

Interpretationum Scripturæ diversitas, utilis. III, 43. Interpretationis vitium unde emendari potest. III, 44. Interpretationem novam librorum canonicorum quare post alios Hieronymus aggressus est. II, 262. *Vide* Hieronymus. Interpretibus Scripturæ plurimum auctoritatis tribuendum censet Aug. II, 112. Interpretum LXX. editio ab Augustino appellatur Vulgata. VII, 489. *Vide* Septuaginta.

Interrogatio non arguit ignorantiam. VIII, 408, 650.

Interventores. IX, 610. *Not.* (*a*). Interventor qui vacante sede regebat Ecclesiam. II, 177. *Not.* (*a*).

Invenire, quid. VIII, 979. Inveniendi facultas deesse non potest animis pie Deum quærentibus. I, 1049. Inven-

tionis nonnulla pars est nosse quid quæras. III, 847. Inventa res domino restituenda. V, 963, 965. Quod invenisti, et non reddidisti, rapuisti. V, 965. Non se excusat ignorantia, si non dominetur avaritia. V, 964. Egregium de hac re exemplum. V, 964.

Inventius episc. II, 759, 780.

Inventius alter episc. II, 780.

Inveterascens ira fit odium, etc. II, 153.

Invidia et æmulatio, quo differant. III, 2142. Invidia, odium felicitatis alienæ. III, 436; IV, 1399; V, 1561. Invidia superbiæ filia. V, 783, 1561, 1565; VI, 315, 413, 450. Invidiæ mater superbia. II, 561; IV, 1290. Et comes. IV, 709. Invidia sequitur superbiam, non præcedit. III, 436, 437.

Invidia quantum malum. IX, 160. Invidentia immane vitium. III, 160. Invidentia Deo est odibilis. VII, 444. Invidentia nihil miserius. VII, 268. Nihil adversius caritati. VI, 315. Invidia abesse debet a fidelibus. III, 879. Invidentia vitium diabolicum. VI, 315, 413, 673. Diabolicum malum. IX, 314. Peccatum diaboli. III, 2017. Hac diabolus, diabolus est. III, 133. Corpus diaboli ex invidis componitur. IV, 1807. Invidia peccatum diabolicum et simul pœna peccati. X, 821, 822. Invidia causa est omnium seductionum et supplantationum. IV, 1807. Invidentia diabolica, quæ. VII, 441. Invidia impedit ne quisque habeat quod alter habet. III, 1646. Quisque etiam habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. III, 1812. In spiritualibus bonis tuum deputa, quod amas in fratre; suum deputet quod amat in te. V, 1040. Falsi justi veris justis invideant necesse est. IV, 1807. Invidentia in cœlis propter præmiorum differentiam nulla. VI, 412; VII, 802.

Invidus est, qui optat melior esse quam alius. III, 2040. Invidet nemo alter in eo quod non vult vel esse vel videri. IV, 1807. Invidus nullus ut alterum lædat, non sibi prior ipse tormento est. VIII, 586. Invidus propria quadam nota peccator dicitur. IV, 414.

Invisibilia modo sibi congruo videntur, eoque sunt certiora, quam quæ corporis sensus attingit. II, 456. Invisibilia meliora sunt visibilibus. V, 869. Invisibilia dicuntur quædam æterna, quia oculis istis mortalibus videri omnino non possunt. II, 456. Invisibilium omnium maximus est Deus. VII, 319. De invisibilibus cui fides adhibenda. VII, 318. Invisibilitatis ordinem statuebant Ariani, non modo in Trinitate, sed et in virtutibus cœlestibus. VIII, 727, 745, 766. Refelluntur. VIII, 763.

Invitus facere quomodo quis dicitur. X, 234. Invitus nemo benefacit, etiamsi bonum est quod facit. I, 669. Ex Dei potentia vel in bonum vel in malum nemo cogitur invitus. X, 567.

Invocare Deum in veritate quid. IV, 1087, 1882, 1883. Quis proprie Dominum invocat. III, 1307. Invocare Deum anima non novit, nisi sola rationalis. IV, 1911. Invocare Deum non decet sine munditia cordis. IV, 249. Nemo Deum invocavit, quem non prior ipse vocavit. IV, 1488. Invocant et non invocant Deum mali. IV, 249. Invocare Deum est illum in se vocare. IV, 249. Invocas, quidquid amas. IV, 1087. Qui invocat Deum propter terrena bona, Deum non invocat. IV, 250, 617, 618. Non vere Deum invocat, qui ea desiderat quæ illi displicent. IV, 142. Invocatio aliquando dicitur, quæ non Dei, sed hominum sit. III, 501. Martyribus nos debemus orationibus commendare. V, 868. Invocatio S. Stephani. V, 1447.

Io quæ et Isis appellata est, Inachi filia, ut dea habita est in Ægypto. VII, 563.

Joab interpretatur inimicus. IV, 715.

Joachim an Mariæ pater fuerit et ex tribu Levi aut Juda, non constabat Augustino. VIII, 471.

Job ante Legem. V, 500. Job nec indigena, nec proselytus, sed ex gente Idumæa. VII, 609. Tertia generatione posterior fuit, quam Israel. VII, 609, 610. Usus est his quæ acceperat tamquam bonus viator; possedit, non possessus est. VI, 704. In Job demonstratur Deum etiam temporalia dare et auferre. IV, 327. Remansit solus a facultatibus, solus a familia, solus a filiis, plenus Deo. IV, 660. Uxor ei sola relicta, sicut Eva, adjutrix diaboli, non consolatrix mariti. IV, 220, 660, 1150, 1151, 1382, 1732, 1738, 1881; VI, 632, 704, 719. Conjugem Job reservavit sibi ministram diabolus ad decipiendum virum, suis illi ablatis omnibus. IX, 727. Non dixit, Dominus dedit, diabolus abstulit; quia non abstulisset diabolus, nisi permisisset Dominus. IV, 1150. Job tuba ductilis fuit tribulationis tunsione edens fortem et dulcem sonum. IV, 1255, etc. Gratis Deum coluit. IV, 660, 1752, 1794; V, 264, 569, 1692. Amissis omnibus delectatur in Deo. V, 147. Quare Job tentatus et probatus. III, 1697. Ipsum tentari Deus permisit, ut probaretur homo, diabolus vinceretur. IV, 1150, 1612. Job concessus est diabolo tentandus, ut eo probato esset ille cruciandus. III, 2023. Diabolum non videbat, sed potestatem Dei intelligebat. IV, 1150. An diabolus magis crudeliter in carne Job oculis pepercit, ut manerent ad spectaculum vulneris, quod universo corpori inflixerat. IX, 636.

Job exercitatus contra diabolum. III, 2007. Adamo fuit cautior. VI, 616, 719. Per ipsum vicit Adam in stercore, victus in paradiso. IV, 220, 327, 539, 1207. Melior Job putris in stercore, quam Adam integer in paradiso. IV, 1255. Job in stercore quam dives. V, 1511. Foris pauper, intus dives. IV, 255. Job in pressura non passus scandalum. V, 500. Ignis tentationis accedens, aurum, non stipulam invenit; abstulit sordes, non convertit in cinerem. V, 569.

Job quare tanta passus. X, 305. Job non propter peccata afflictus. X, 162. Omnibus qui tunc in terra esse justi potuerunt, antecellebat. X, 162. Non caruit tamen peccato. X, 159, 162. Quod ad justitiam pietatemque attinet, nullus Job homo suorum temporum, coæquatur. VII, 609. Job ipsum Deus tentari permisit, ut imitationis exemplum nobis præberetur. IV, 660. Job patientia describitur. VI, 615, 632, 704.

Job fortitudo. I, 1329. Job magnus in perferendis tribulationibus. X, 162. Job prævisa Christi passione ad tolerandum roboratus. X, 161. Job Christum prophetavit. X, 283.

Job figura eorum qui in conjugio Deum colunt. IV, 1732. Videtur aliquid duri contra Deum dixisse, sed non intelligentibus. IV, 1385. A blasphemia defenditur. IV, 1384. Job non minor forsitan est gloria, quam martyrum. VI, 719. Job, sanctique alii qui mala ferre maluerunt, quam sibi necem inferre, Catoni præferendi. VII, 37. Cum filii non dupli, sed totidem redditi sunt Jobo quot habuerat, commendata est fides resurrectionis. II, 549. Job, Daniel et Noe quos significent. VI, 716. Job per lucem interiorem indifferenter habet, sive tenebras, sive lucem hujus vitæ. IV, 1794. Liber Job in auctoritatem canonicam a Judæis recipitur. VII, 609. Job primum ex græco eloquio, tum ex hebræo Hieronymus interpretatur. II, 242. In postrema versione non advertitur tanta diligentia. II, 242.

Jobinus. II, 702. Qui servit ancillis Dei. II, 708.

Jucunditas piorum in Domino, etiam in hac vita. V, 142, 146, 147. Jucunditas modo cum timore, plena erit in futuro. IV, 1092. Timor est præsentis vitæ, jucunditas futuræ. IV, 1554.

Joannes Baptista. Illius excellentia. IV, 1833. In utero sanctificatus. *Vide* Jeremias. Joannis exsultatio unde et quid significet. II, 840. Joannes cum peccato natus, Salvatore indiguit. V, 1335. An rationis et voluntatis usus acceleratus Joanni. II, 840. Missus est ante Christum ut lucerna ante lumen. V, 1502. Non lumen, sed lucerna. V, 437, 1502. Lucerna. III, 1657. Lucerna quam paravit Deus Christo suo. III, 1582; IV, 1728. Lumen et non lumen. III, 1503. Erat lux, sed non vera lux. III, 1391. Erat lumen illuminatum. III, 1658. Non erat lumen quod non participando illuminatur. II, 541. Lumen verum a lumine illuminato, id est Christus a Joanne, quomodo discernitur. II, 541.

Joannes præcursor non sine causa tam mirabiliter natus, et tam magnus. V, 1308, 1316, 1328. Joannes quasi præteritæ dispensationis limes quidam. V. 1328; X, 595. Joannes, personam gerens omnium prophetarum. V, 1306, 1307. Et totius prophetiæ. VI, 42, 44. Joannes plus quam propheta. V, 1302. Cur amplius quam propheta, et in natis mulierum non habuisse majorem dictus est. IX, 289. Ideo tantus homo, quo nemo major, ut Christo se humilians, eum plus quam hominem esse ostendat. V, 1310, 1313, 1316, 1329, 1331, 1674.

Joannis magnitudo unde commendetur. V, 1303. Joanne quisquis plus est, Deus est. V, 1301, 1321. Joanne solus inter homines major est Christus. V, 431, 1308. Joanne major est, qui inter Angelos minor est. V, 431. Joannes Baptista nolebat crescere hominum verbis, quia comprehenderat Dei Verbum. V, 431. Joannes Baptista vox clamantis in deserto. V, 1304. Vox Verbo ipso crescente Christo, minuitur. V, 1307. Joannes proprie vox, tamquam omnium vocum, quæ Christum prænuntiarunt signaculum. V, 1306. Joannes præco Domini. V, 1302. Amicus sponsi. V, 1303. In nuptiis sponsi paranymphus. V, 1332. Joannis mirabilis abstinentia. I, 799. Joannes Christus putatur. V, 1303, 1308, 1329. In Joannem animam Eliæ fuisse revolutam quidam hæretici opinati sunt. III, 725. Joannes Elias, et non Elias. III, 1408. Joannis humilitas. III, 1496, 1498, 1503, 1658. Respuit falsum honorem, ut inveniret veram gloriam. IV, 594. Se abjecto Christum commendat. V, 1302, 1310. An Joannes dubitaverit de Christo. V, 432. Non inter discipulos Domini, sed discipulos habens cum Domino fit ejus testis credibilior. V, 1320, 1331. Testimonium Joannis Baptistæ de Christo, et Christi de Joanne. III, 1657; V, 430, 431, 1308, 1312. Cur quæsitum testimonium Joannis de Christo. III, 1660, 1661; V, 714 Quomodo Jo-

annes testimonium perhibuit de lumine. III, 1392. Joannis testimonium Christi divinitatem arguit. II, 540. Præstitum est a Joanne Baptista hoc quod dicebat, *Ego a te debeo baptizari*. V, 1333.

Joannis baptismus alius a Christi baptismo. V, 1048; IX, 290. Joannis baptismus ad prænuntiationem Christi pertinet. IX, 289. Joannes baptismus post quem Paulus baptizavit, in exemplum a Donatistis adduci non potest, ut rebaptizatio necessaria probetur. IX, 290.

Joannis Baptistæ cædes, qua occasione facta. V, 1406. Joannis præcursoris et Christi in nativitate comparatio. V, 1301, 1327. Joannis et Christi in nat. et pass. differentia. V, 1013, 1015, 1302, 1308, 1311, 1681. Joannis nativitatis celebrandæ consuetudo majorum traditione suscepta. V, 1319. In natali Joannis solemnitas superstitiosa et pagana qui correpta est. V, 1021. Christi tantum et Joannis nativitas cur celebretur, non aliorum. V, 1302, 1319.

Joannes Baptista martyr est, quia pro lege veritatis, licet non pro nomine Christi occisus. IV, 1832, 1833. Joannes Baptista mons. III, 1391.

Joannes Evangelista præ cæteris a Domino dilectus. V, 1148. Joannes se discipulum quem diligebat Jesus appellare solet. III, 1932. Quis fuerit discipulus ille qui Christum sequebatur cum Petro, cum ductus est ad Annam, non temere affirmandum est, quia tacetur. III, 1932. Fortassis Joannes ille est discipulus. III, 1932. Joannis scopus in scribendo Evangelio. III, 1575, 1577. Joannes divinitatem Domini exprimendam curavit. III, 1045. Sublimius quam alii de divinitate Domini locutus est. III, 1662. Binc longe ab aliis tribus superius fertur. III, 1045. In Evangelistis quatuor eminentissimus. III, 1085. Joannes creaturas omnes transcendit, ut ad Verbum perveniret. III, 1381, 1743. Joannes Evangelista aquila. III, 1510. Merito aquilæ comparatus. III, 1662, 1666, 1686. Quare Joannes super pectus Domini discumbebat. III, 1536. Secretum divinitatis de pectore Domini uberius et quodam modo familiarius bibit. III, 1045. Et doctrinam suam hausit. III, 1382, 1663. Joannes apostolus epulator avidissimus. IV, 1874. Magnus ructator cœlestia secreta de Dominico pectore bibit. V, 210. Quæ Joannes Evangelista dixit de Filio Dei, parvulorum mentes excitare possunt, grandiusculas vero exercere et pascere. III, 1536. Joannes Evangelista, mons. III, 1390. Ejus humilitas. III, 1382. Johannes circa virtutem contemplativam, alii Evangelistæ circa activam versantur. III, 993, 1046. Joannes apostolus, virgo. VIII, 493. Nullas expertus est nuptias. VI, 391. Etsi passus non est, patientiæ merito non est Petro impar. VI, 391. Joannem Evangelistam quomodo velit Dominus manere donec veniat. V, 1181. Joannes apostolus reperitur longe ante fuisse defunctus, quam quinque millia quingenti anni a generis humani exordio complerentur. II, 910. Joannis Evangelium respuunt Alogi. VIII, 31. Joannis epistola prima ad Parthos scripta est. III, 1333.

Joannes episcopus Jerosolymitanus. IX, 300; X, 342, 343, 351. Dicitur multum diligere Pelagium. II, 774. Ei scribit Augustinus, sibique ab ipso rescribi rogat. II, 774. Mittit ei librum Pelagii cum eo quo eidem libro respondit. II, 775. Joannes Jerosolymitanus Pelagium refellit. II, 829.

Joannes episcopus. X, 652, 663.

Joannes Constantinopolitanus. II, 286; X, 865. De peccato quid sensit. X, 285. Peccatum originale agnovit. X, 1513, 1516. Joannis Chrysostomi loco male ad negandum originale peccatum a Pelagianis allato satisfit. X, 654. Joannis Chrysostomi homilia de Lazaro resuscitato. X, 656, 657. Epistola ad Olympiam. X, 656.

Joannes eremita prophetandi spiritu præditus. VII, 172. De belli eventu a Theodosio majore consultus. VI, 607. Patientissime interrogabatur, et sapientissime respondebat. VI, 608. Numquam se videndum feminis permisit. VI, 607, 608. Feminæ per maritum id anxie deprecanti, in somnis præsentem se exhibet, ut promiserat. VI, 607, 608.

Joel quid et quo tempore prophetavit. VII, 583, 587.

Jonadab interpretatur Domini spontaneus. IV, 876, 890. Jonadab filiis exemplum obedientiæ. IV, 875, 876.

Jonas quid et quo tempore prophetavit. VII, 583, 587. Iram non misericordiam annuntiavit. V, 1610. Jonam triduo fuisse in ventre ceti non magis incredibile est, quam aut Lazarum resuscitatum esse quarto die, aut Christum tertio die resurrexisse, aut tres viros in camino deambulasse. II, 382, 383. Jonas figura Christi. II, 383, 384. Jonas non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit. VII, 587. Jonæ et Christi comparatio. VI, 666. Jonæ locus aliter ex hebræo quam ex Septuagintua versus, tumultum in Ecclesia excitat. II, 242. Quid de eo loco sentiat Augustinus. II, 291.

Ionici philosophi. VII, 225, 233.

Jordanis. Juxta Jordanem in initio veris est messis tritici. III, 777. Tunc repletur Jordanis amplius quam per hyemem. III, 777. Ab Jordane cœpit magisterium Christi. V, 1505, 1587. Jordanis baptismi figura. IV, 1479. Jordanis conversus retrorsum quos significet. IV, 1479.

Joseph significat augmentum. IV, 1021, 1037. Joseph somnium de manipulis manipulum suum adorantibus optime de Christo intelligitur. III, 582. Joseph Psontomphanech appellatus est a Pharaone. III, 582. Magis propheta quam Pharao, quare. III, 461. Quo vitæ suæ anno a Pharaone sublimatus est Joseph, et quo patrem in Ægyptum accivit. VII, 563. Familia Joseph ipsius cura a famis periculo liberata, prophetia de liberandis per Christum. III, 588. Joseph castitas. VII, 563. Et certamen adversus peccatum. V, 1439, 1592. Joseph viris exemplum pudicitiæ. V, 1509. Quo anno mortuus est Joseph. VII, 564. Joseph figura Christi. II, 919; III, 588, 594; IV, 1037, 1404. Benedictio filiorum Joseph prophetia de Christo. III, 593. Joseph pro quocumque fratre ponitur. III, 98.

Joseph sponsus virginis duos patres quomodo potuit habere. I, 633, 635. Quæstio de duobus patribus solvitur. III, 767, 768, 1072, 1073, 1334; V, 348; VIII, 215, 216, 486. Joseph alium patrem, alium avum secundum Matthæum, alium secundum Lucam habet. VIII, 213. Propter virilem dignitatem ab Joseph vel usque ad ipsum generationes Christi contexuntur. VIII, 214. Non sola hominum opinione, sed vere conjuges erant Joseph et Maria. X, 810, 811. Joseph verus maritus Mariæ. V, 342. Ad testimonium conjugalis semper mansuræ virginitatis electus. VI, 560. Joseph custos, imo testis virginalis pudoris. V, 1096. Joseph justitia sincera, non sæva. V, 338. Joseph testis partus Virginis. III, 1637. Pater Christi recte appellatur. III, 1071. Quomodo pater Christi. V, 342, 348; X, 421. Joseph Christi pater non carne, sed caritate. V, 351. Propter quoddam cum matre Christi sanctum et virginale conjugium, Christi parens meruit appellari. VIII, 214.

Josephus scriptor historiæ Judaicæ. II, 916.

Josias longe antequam nasceretur, Prophetæ cuidam revelatus. VII, 548. Lucos et templa idolorum et excelsa destruendo, Domino servivit. II, 801.

Josue prius Auses vocabatur. V, 1553; VIII, 327. In Josue quid significat mutatio prioris nominis ipsius. VIII, 327. Josue voto sol stabat, sed tempus ibat. I, 821. Josue figura Christi. V, 1553; VIII, 271.

Jothor socer Moysi an verum Deum coluerit. III, 619.

Jovianus successor Juliani. II, 400. Parvo tempore imperavit. VII, 171.

Jovinianus monachus a quo Jovinianistæ. VIII, 45; X, 445. Ejus dogmata. VIII, 45. Hæresis. VI, 372; X, 1114, 1115, 1116. Errores. X, 1418. Error de nuptiis. X, 193. Virginitati sacræ nuptias fidelium coæquabat. X, 458, 643. Prælationem virginitatis, nuptiarum accusationem putavit. X, 1415. Non propter majus meritum, sed ne conjugales molestias pateretur, uxorem habere noluit. VIII, 46. Virginitatem sanctæ Mariæ destruebat. X, 552, 643. Joviniani hæresis Romæ invalescit. I, 639. Huic occurrit Augustinus edito libro de Bono conjugali. I, 639. Joviniani hæresis reprimitur ab Ecclesia Romana. I, 639. Joviniani vaniloquia ab Hieronymo repulsa. II, 725. Jovinianistarum percontatio exploditur. VI, 392. Jovinianus in tuenda peccatorum parilitate Stoicus, in aucupandis et defensandis voluptatibus Epicureus. II, 735. Cur Catholicis notam Manichæismi impingebat. X, 458, 643. Jovinianus Manichæum dicebat Ambrosium. X, 1419. Jovinianum inter et Manichæum et Catholicum quid distat. X, 1115. Pelagiani Joviniano pejores. X, 1418. Joviniano comparat Augustinum Julianus, et pejorem contumeliose pronuntiat. X, 1482, 1483.

Jovinus episcopus. X, 652, 663.

Jovis, Vide Jupiter.

Jovius comes Imperatoris Honorii. VII, 620.

Iphigeniæ regis Agamemnonis filiæ transformatio, quomodo facta. VII, 575.

Ira quid. VI, 140. Ira est turbulentus appetitus auferendi ea quæ facilitatem actionis impediunt. II, 73. Motus est animi provocans ad pœnam inferendam. IV, 92. Est libido vindictæ. V, 396; VII, 424. Ira pro vindicta ponitur. VIII, 410. Ira ante peccatum non erat vitiosa. VII, 427. Iram, vitiosam animi partem esse confessi sunt Platonici. VII, 427.

Ira quantum noceat. V, 1431. Est lumen verum justitia atque sapientia, quod desinit meus videre, perturbatione iracundiæ tamquam nubilo superata. V, 476. Ira scorpio est. V, 1430. Iræ motus propter pœnam peccati non est in potestate. IV, 80. Ira si Christiano subrepit, non debet diu teneri et fieri pridiana. IV, 189. Cavendum est ne ira in odium vertatur. IV, 241. Nutritur et crescit malis suspicionibus. V, 397. Ac perducitur ad odium. V, 506. Ira inveterascens fit odium. II, 153; IV, 189, 1373; V, 324, 397. Iram inter et odium quid intersit. IV, 632; V, 1054. Ira turbatur

oculus, odio extinguitur. IV, 241; V, 507. Ira surculus, nisi cito evellatur, crescit in trabem. IV, 241; V, 597. Iram servans, inimicum forinsecus devitat, et multo pejorem in præcordiis retinet. V, 1045. Hoc agit, ut per illam velut per januam aditum præstet diabolo. V, 1045. Super iram non occidat iste sol, ne deserat ipsam mentem sol justitiæ. V, 1045. Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit; sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. II, 958.

Irascendi facilitate fel crescere, ac fellis cremento ad iram crebriorem nos cogi. II, 73. Ira inimica, præter quam cæteri inimici minime nocent. V, 1430. Irati hominis et alterius patienter ferentis descriptio. IV, 1241. Ira sine peccato quæ. V, 649. Usque adeo non omnis qui irascitur odit, ut aliquando magis odisse convincatur, si non irascitur. V, 506. Irascentis et odio habentis magnum discrimen. V, 307. si pater filio irascitur ut corrigat, irascendo amat. V, 1054. Irasci fratri suo, quid. III, 1229, 1230. Quid irasci fratri sine causa. I, 615. Non irascitur fratri, qui peccato fratris irascitur. I, 615.

Ira piorum unde. IV, 240. Aliquando male viventibus irasci licet, clamare non licet, cum corripi non possint, et inde interior turbatio. IV, 241. Multo melius nec juste cuiquam irascimur, quam velut juste irascendo in alicujus odium iræ occulta facilitate delabimur. II, 153. Immanitas iracundiæ per ignem significatur. IV, 1000. Ira gentium ignis fuit, magis consumens eos qui persequebantur, quam quos persequebantur. IV, 1241.

Irasci humanum est. V, 1054. Ira festuca, odium trabes. V, 1054. Irasci sibi. V, 649. Irascitur sibi omnis homo quem pœnitet. V, 1358. Ira non potest interimi, sed reprimi potest. V, 1431. De ira victa laudabilius triumphatur. IV, 1469.

Ira Dei quid. VIII, 142. Ira Dei, vindicta ejus. VI, 139, 249. Secundum Apostolum. III, 2065. Justa fixaque vindicta. II, 860. Vindicta iniquitatis. IV, 1014. Ratio justa vindictæ. IV, 1054. Aversio vultus ejus. IV, 207. Ira non redditur a Deo nisi debita. X, 621. Ira Dei ex populi peccatis. V, 1393. Ira Dei in malos non est sine bonitate. VI, 246. Deus irascendo mitis. V, 166. Quibus Deus irascitur, quid misericordia confertur humana. IV, 996. Servis suis irascitur ut pater corrigens, non ut judex damnans. IV, 1022, 1023. Iræ Dei potestatem valde paucorum est nosse, quia plerisque magis cum parcit, irascitur. IV, 1145. Ira Dei major, vana et seductoria felicitas impiorum. IV, 1145. Ad iram Dei pertinet justam, quidquid faciunt libenter mali, et quidquid patiuntur inviti. VI, 246. Ira Dei transit super justos, non manet. IV, 1119. Potestas iræ humanæ hic solum et in corpus; divinæ autem et hic, et post mortem. IV, 1145. Est ira consummationis, et est ira consumptionis. IV, 710, 711. Ira Dei ministris unde obrepere soleat. V, 1540. Filii iræ, id est portantes vindictam. IV, 398. Natura filii iræ fuisse dicimur, quia spe jam non sumus, nam re adhuc sumus. IV, 398. Natura esse nos iræ filios, quomodo Julianus intellexerit. X, 841. *Vide* Peccatum originale. Ab ira Dei nulla res liberat, nisi gratia Dei per Jesum Christum. X, 123.

Iras interpretatur fratris mei visio. VIII, 457.

Irenæus Lugdunensis episcopus peccatum originale asserit. X, 644.

Irenæus ab Ululis. IX, 252.

Irenæus collectarius. VII, 767.

Ironia et antiphrasis quomodo differunt. III, 81.

Irreverentia, quasi impudentia, quando Christiano necessaria. IV, 850.

Irridetur etiamnum Christus ab innumeris. IV, 171. Irrisio Dei et subsannatio ut accipienda. IV, 70.

Isaac interpretatur risus. VII, 510. Isaac gratiam significat. VII, 505. Isaac miraculo conceptus. X, 714. Isaac filius promissionis, Gentium vocationem significat. VII, 505. Isaac figura filiorum promissionis. III, 566. Deus jubens occidi Isaac a patre, non nisi impiis displicet. V, 27. Isaac ferens ligna, figura Christi crucem ferentis. IV, 244, 245; VII, 511. In Isaac Christi immolatio figurata. V, 133. Isaac figura Christi. VIII, 810. Passionem Domini et resurrectionem figuravit. IV, 603. Isaac ludus cum Rebecca, quid significat. VIII, 427. Quare Rebeccam dixit sororem, tacuit uxorem. VIII, 427. Isaac et Rebecca in benedictione Jacob quid figurabant. V, 38. Isaac in dolo Jacob figuram intellexit. V, 44. Isaac raptus in ecstasim post datam benedictionem Jacob. III, 569. Isthæc benedictio significatione prophetica non vacat. III, 569. Isaac est figura civium cœlestium. VII, 439, 440. Isaac historia et vera est et figurativa. V, 31.

Isaias de Christo et Ecclesia multo plura quam cæteri prophetavit. VII, 585. Isaiæ prophetia similis Evangelio. V, 259; IX, 503. Isaias a quibusdam Evangelista, quam propheta potius dicitur. VII, 585. Isaias Deum vidit non sicuti est. III, 1779. Isaias a Manasse occisus. VII, 582. Isaiam legere jussus Augustinus, quo sese ad baptismum præpararet. I, 769. Isaiæ Pelagiana expositio. X, 1137, 1138, 1139.

Isis seu Io Inachi filia. VII, 597. Uxor Osiris. VII, 254, 256. Tradidit litteras Ægyptiis. VII, 597, 598, 599. Isim mortuam, tamquam deam magnam colendam putaverunt. VII, 599, 563. Isim fuisse hominem dicere vetitum erat sub capitali sententia. VII, 564. Isis irata multis obest, propitia favet multis. VII, 254.

Ismaelis lusus cum Isaac, persecutio fuit. V, 33. Ismael figura civium terrenorum. VII, 439. Carnaliter colentium Deum, terrenam felicitatem quærentium. IV, 1603.

Ismaelitæ interpretantur obedientes sibi. IV, 1032.

Israel interpretatur videns Deum. IV, 959, 1234, 1609, 1624, 1656, 1937, 1951; VII, 518; VIII, 741. Israel nomen electionis. IV, 575.

Israelitæ cur dicti filii Dei. X, 1428. Populus Israel in Abrahamo decimatus. X, 1552. Israelitæ non cito hostes vicerunt, ne prosperitate elati interirent. III, 788, 798. Israelitæ non furtum fecerunt spoliando Ægyptios. III, 608. Israel abstulit labores Chananæi juste; Achab vero abstulit labores Nabuthæi injuste. II, 811. Israelitarum vestis et calceamenta per multos annos in eremo duravere. II, 942. Israelitici populi liberatio ex Ægypto describitur. VI, 694. Israelitæ quot annis in Ægypto servierint. III, 610; VII, 502.

Israelitarum regni exordium. VII, 577. Et regum successio. VII, 577. Israel reges omnes reprobi. VII, 558. Decem tribus Israel a Chaldæis debellatæ, et in captivitatem abductæ. VII, 581. Israelitæ quare in idololatriam lapsi sunt. III, 1404.

Israelitæ carnales et spiritales. VI, 334, 336. Spiritales Ecclesiæ membra erant. VI, 335. Quæ Legis sacramentis significabantur, intelligebant. VI, 336. Israeliticus populus, gens prophetica. II, 376. Propheta fuit Christi. VI, 435. Hujus populi dicta et facta, prophetia fuit. VI, 335. Israeliticus mystice exponitur. VI, 49, 694. Nullus Christianorum a nomine Israel se putet extraneum. IV, 1476, 1743. Multi ex Israel nati non Israelitæ: et e contra. II, 895, 896. Semen Israel, qui ad novam vitam nati, et ad visionem Dei reparati. IV, 169. Israel sunt omnes fideles. IV, 1743; Omnes sancti. IV, 1948. Filii Ecclesiæ. IV, 1952. Quidquid Israel contigit in Ægypto et deserto, ad mores Christianorum traducitur. V, 1551; VIII, 269. Israelitarum captivitas et liberatio, figura captivitatis et liberationis Christianorum. IV, 917. Israel eductus ex Ægypto, homo per baptismum liberatus a peccato. III, 1626.

Israeli visio Dei promissa. V, 683. Israelis nomen promissionem visionis Dei in patria importat. III, 577. Populus Dei in cœlesti Jerusalem erit veraciter Israel. VII, 547.

Israeles vocabant Circumcellionum fustes. IV, 134.

Italiæ pars magna a Græcia quondam nuncupata. VII, 225. Italiæ clades. II, 422. Italia vastata a gladiatoribus. VII, 115. Italiæ flores Poeta clarissimus commemoravit. II, 314. Itali in sonis verborum Augustinum exagitant et ab eo vicissim reprehenduntur. I, 1015. Itali serenas hyemes orant. I, 1001.

Italica præpotens femina. II, 318, *Not.* (*b*), 364. Augustini ad ipsam epistola memoratur. II, 703.

Iter aliud est mortalitatis, aliud iter pietatis. V, 955.

Ithacus. VIII, 1047.

Jubaianus episcopus. IX, 128, 141, 142.

Jubet Deus dura, sed promittit magna. V, 120. Deus dat quod jubet. X, 899. Deus facit ut homines faciant quæ jubet ut fiant. X, 976. Deus adjuvat quod voluimus, si quod jubet fecerimus. V, 165. *Vide* Mandata, Præcepta. Ille facit qui jubet, quando ministerium negare non licet. III, 622.

Jubilatio, sonus lætitiæ sine verbis. IV, 1234, 1255, 1272. Jubilatio est admiratio gaudii, quæ verbis non potest exprimi. IV, 528, 1218, 1325. Jubilationem intelligit, qui in Domino, non in se, in gratia Dei, non in meritis scit exsultare. IV, 1128. Jubilatio decet ineffabilem Deum. IV, 285.

Jubilum sonus quidam, significans cor parturire quod dicere non potest. IV, 285.

Juda interpretatur confessio. IV, 540, 835, 865; VIII, 457. Judæ nomine tribus Juda significatur. III, 795. Prophetia Jacob de Juda pertinet ad Christum. VIII, 440. Judæ concubitus cum Thamar quid significet. VIII, 456. Judæ factum neque approbavit Scriptura neque reprobavit, sed pensandum dimisit. III, 812. Judas quantum in ipso fuit fornicatus est. III, 812. Judæ concubitus cum Thamar est peccatum. VIII, 459.

Judas Machabæus templum ab omni idololatriæ contaminatione mundavit. VII, 606.

Judæ Epistola inter scripturas canonicas. III, 1831.

Judam cur Christus in Apostolum elegit. VII, 611. Hum-

elegit Christus, ut nobis daret exemplum tolerantiæ malorum. IV, 329. Judas non est electus ad beatitudinem. III, 1796. Electus est ad opus tentationis; alii undecim Apostoli ad opus probationis. IV, 655. Inter Apostolos electos non frustra ultimus numeratur. V, 95. Omnia Judas non ita reliquerat, ut sinceriter abrumperet vinculum cupiditatis. IV, 1438. Judas ea quæ mittebantur, de loculis auferebat. IV, 195, 1438. Judæ furi cur Christus loculos credidit. VI, 532. Judas licet Dominicorum loculorum infidelis custos, mittitur cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cœlorum. IV, 135. Ipsi primam Eucharistiam confectam manibus suis et ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis Christus tradidit. II, 178, 329; IV, 135; V, 155. Eum Christus adhibuit ad convivium, in quo corporis et sanguinis sui figuram discipulis commendavit et tradidit. IV, 73. Judas manducavit panem Domini, contra Dominum pœnam manducavit. III, 1796. Corpus Christi male malus accepit. III, 1612, 1801. Post panem Christi male sumptum, diabolus in Judam intravit, ut sibi jam traditum plenius possideret. III, 1802. Diabolus non intrasset in cor Judæ, nisi ille locum dedisset. IV, 1766. Buccella qua Dominus Judam designare voluit, non erat corpus Domini. III, 1802.

Judas de Christi divinitate non recte sentiebat. IV, 1438. Non tunc perversus factus est, quando a Judæis corruptus Dominum tradidit. III, 1761. De Judæ traditione. III, 1802, 2032. Judas traditor, explorator Pastoris, insidiator Salvatoris, venditor Redemptoris. III, 1786. Judas non laudabilis utilitate traditionis Christi, sed sceleris voluntate damnabilis. III, 1932. Ita malum tradendo faciebat, ut de illo tradito bonum fieret quod nesciebat. III, 1620, 1786. De scelere Judæ nostram salutem Deus operatus est. V, 95, 339, 1067. Judas tradens Christum idem fecit quod Deus pater, et quod ipse Christus; sed non eodem animo. IV, 795, 1214. Judæ proditio pulchre exponitur. VI, 688.

Judas libere Christum tradidit, quamvis eum traditurum Scriptura prædixerit. IX, 407. Judæ mors voluntaria, grande peccatum. VII, 31. Judam non tam scelus quod commisit, quam indulgentiæ desperatio, fecit penitus interire. V, 1558. Judas Deum timuit, sed nil profuit, quia non speravit. IV, 1912. Psalmus cum totus de Juda explicatur. IV, 1431. *Vide* Christus. Judas voluntate sua malus, Dei ordinante providentia locum suum sortitus. V, 693. Judas filius sponsi persequens sponsum, per Abessalon figuratus. IV, 73, 97, 1847. Judas filius perditionis dictus est, perditioni prædestinatus. III, 1914. Judas lupus ovina pelle contectus, et inter oves alto Patrisfamilias consilio toleratus. III, 1930. Judam traditorem, divinum aliquid, ac scelus ejus beneficium deputant Caiani. VIII, 29. Judas inimicorum Christi personam sustinet. IV, 1432. Corpus malorum significat. III, 1762. Jam non unus Judas, sed multi. IV, 1441. Judas et diabolus persecuti sunt animam Christi; et nunc ad persecutionem corporis Christi idem diabolus manet, Judas autem Judæ succedit. IV, 1849.

Judæa confessio interpretatur. IV, 959. Cur terra desiderabilis dicatur. IV, 1412, 1413. Judæa et Judæi a Juda filio Jacob cognominati. IV, 956, 957; VII, 447.

Judæi quare Amorrhæi et Cethæi appellantur. III, 1703. Judææ gentis unde gloria præ cæteris major. IV, 1077, 1078, 1221. Judæi captivi ducti in Babyloniam, quo tempore. VII, 582. Post captivitatem Babylonicam Judæi non habuerunt reges. VII, 596, 607. Judæorum captivitas resoluta a Cyro. VII, 582. Judæi post instaurationem templi non habuerunt Prophetas. VII, 606. Hinc facti deteriores. VII, 606, 610. Judæorum regnum et sacerdotium prophetia erat venturi regis et sacerdotis. VIII, 409, 417. Judæorum universa gens, totumque regnum fuit propheta Christi, Christianique regni. VII, 221; VIII, 283, 290. Judæorum regnum sine ope deorum institutum, a solo vero Deo servatum. VII, 140.

Judæi acceperunt Legem qua fierent rei, non qua liberarentur a reatu. IV, 233. Eorum duritia lapideis tabulis significata. IV, 1369. Judæi non intellexerunt qua dispensatione Lex data esset. III, 2068. Judæo carnali Lex pondus et tormentum. V, 207. Judæis cur Lex iram operabatur. X, 208. Verbum Dei non habebant in semetipsis, sed in litteris quas legebant. VIII, 649. Judæi quare sub servitute timoris. III, 615, 625. *Vide* Gratia. Non ex Lege sunt heredes, sed ex promissione. X, 1209. Judaico populo præmia temporalia congruenter fuere promissa. VIII, 162, 164. Quia terrenam felicitatem desiderabant, in adversis facile ad idola deflectebant. IV, 331.

Judæi superbia laborabant. V, 945. Eorum gloriatio qualis. X, 208. De Lege ac libero arbitrio suo inanis gloria. V, 851. Legem Dei sua justitia se arbitrabantur implere. X, 208. Judæi errabant 1° Quia justitiæ Dei non erant subjecti, suam justitiam volentes constituere; 2° Quia post Christi passionem vetera sacramenta ex necessitate salutis celebranda esse censerent; 3° Quia prædicatores gratiæ, tamquam Legis hostes persequerentur. II, 145, 156. Per Legem justificari se putabant, quibus similes sunt Pelagiani. II. 770, 893. Judaizant Pelagiani non quidem nomine, sed errore. II, 893. Judæorum qualis justitia. V, 921. Judæi spongiæ vere comparandi. V, 1086. Judæi natura ex Deo, vitio non ex Deo. III, 1705. Filii Abrahæ carnis origine, non vitæ similitudine. III, 1701, 1705. Judæi non sunt filii Israel. IV, 1948. Degeneraverunt, et progeniem Abrahæ perdiderunt. IV, 1948. Judæi filii diaboli imitando, non nascendo. III, 1703. Filii veteris Testamenti. X, 593. Cur dicti filii regni. V, 417. Dicti propria Christi. V, 678.

Judæorum cæcitas. III, 1936. Maxime quando Christus apparuit. V, 260; VI, 643, 664. Judæi propriæ justitiæ opinione excæcati. V, 873. Et superbiæ suæ merito. IV, 1789. Judæorum cæcitas et infidelitas. V, 260, 721, 751, 1029. Quomodo sunt videntes et cæci. V, 752. Judæorum cæcitas, occulta vindicta. IV, 860. Ex aliis occultis peccatis Deo cognitis veniens. VIII, 288. Judæi Christum in humilitate non agnoverunt. IV, 522, 790, 862. Quia gravata super eos erat manus Domini, et hoc fecit Deus, illis juste retribuendo potius, quam sæviendo; non vulnerando, sed non sanando. IV, 862, 1789. In resurrectione mortuorum carnalia bona sperabant. IV, 786. Solos se ad beatam vitam resurrecturos sperabant, quare. IV, 786. Judæi a veritate Christo turbati. III, 1633. Judæi Filium Dei in forma servi contemnentes perstringuntur. III, 1573. Bona temporalia in Christo exspectabant. II, 546. Gratiam Christianam sibi debitam falso jactantes. V, 93.

Judæi nec Moysi crediderunt, nec Christo. V, 250. Judæorum incredulitas prophetata. VIII, 288. Judæi inexcusabiles quod in Christum non crediderunt. III, 1858. Quodnam peccatum Judæi non habuissent, si non venisset Christus. III, 1857, 1860; V, 450. Judæi unde non poterant credere. X, 1014. Non poterant credere, quia nolebant. III, 1776, 1778. Judæi, et qui cum eis non credunt, voluntatis suæ vitio non credunt. II, 830. Judæorum infidelitatem prædixit Deus, non fecit. III, 1776. Judæorum infidelitas peccatum fuit. III, 1775. Judæi in peccato quo Christum occiderunt, aliorum peccatorum occultorum meritis excæcati sunt. III, 1031. Judæis solam præsentiam suam corporalem exhibuit Dominus. III, 1735. Judæos Christus plenos peccatis invenit. V, 450. Judæi periculosius ægrotantes. V, 945. In medicum insanierunt. V, 496, 945.

Judæorum crudelitas. III, 1937. Plus peccarunt Dominum dæmoniacum appellando, quam eum occidendo. III, 1633. Dominum occiderunt eo quod ei inviderent principatum. IV, 765. Et timerent terrena perdere. IV, 932. Gladio linguæ Christum occiderunt. IV, 763. Dominum occiderunt, ut probarent utrum vere homo esset qui mori posset, an super homines. IV, 762. Occidentes Dominum magis ipsi occisi sunt, in quibus iniquitas vixit. IV, 765. Quanta passi sunt occiso Domino. IV, 666, 759, 1439, 1725. Cur statim persecutionem passi atque dispersi sunt. VI, 341. Cur eos subjugari a Romanis Deus passus est. III, 1031. Judæi Romanorum gloriæ rectissime donati sunt. VII, 165. Patrio solo exclusi sunt Imperatoris Romani jussu. V, 57. Tributarii Romanorum facti a Pompeio. VII, 607. Tributarii facti sunt ex peccato. IV, 682. Merito eam terram perdiderunt, pro qua Dominum occiderunt. IV, 1137. Judæi servi etiam principum terræ. III, 1695. Hæc dispersio prædicta. VII, 584. Judæi sine ulla unctione regis sacerdotisque remanserunt. III, 1032; VII, 533. Augustini ætate nullus erat Judæus in Jerusalem. IV, 759, 1650. Gens illa non ita cessit in jura Romanorum, ut amiserit formam Judæorum. IV, 706, 707. Judæorum secta quare non prorsus deleta. VI, 479. Judæi populo Christiano serviunt. VII, 513. Judæus populus qui major, quomodo serviat Christiano qui minor. IV, 1771, 1772. Judæi cur servati et per totum orbem dispersi. X, 594. Necessarii sunt credentibus Gentibus. IV. 705. Judæi non sine divina providentia ubique dispersi, gentis genus nomenque retinent. V, 1032. Non frustra a Romanis victi, nec deleti, in sua lege et consuetudinibus patriis manserunt, ut suis ritibus et scripturis Christum ostenderent, V, 1667. Frustra Israel videntur in omnibus gentibus. IV, 1136. Judæi manent cum signo figurati per Cain, qui a Deo signum accepit ne occideretur. IV, 442, 463, 705, 997; V, 1032; VIII, 261. Judæi toto orbe terrarum dispersi propter testimonium Scripturarum. VII, 140, 221, 608, 610. Ut essent testes Christi per ipsam Legem. II, 634. Et fidei, cujus inimici sunt. V, 268, 1032, 1038. Et veritatis Christianæ. III, 1061. Eorum codices fidei nostræ adstipulantur. VI, 178. Judæi manent ut libros nostros portent ad confusionem suam. IV, 666. Ut ubique portent codices sanctos, quibus Christus et Ecclesia prænuntiata est. II, 525. Divinas litteras portant, non ad adjutorium salutis suæ, sed ad testimonium salutis nostræ. V, 1030, 1032, 1034. Legis lucernam aliis deferunt, non sibi.

VI, 664. Codicem portat Judæus, unde credat Christianus. IV, 666. Judæi Christianorum servi et librorum nostrorum custodes. V, 56, 57, 1667. Christianorum scriniarii. VIII, 266, 267. Capsarii. IV, 463. Librarii nostri sunt. IV, 666. Judæi lapides ad milliaria. V, 1027, 1665.

Judæi nolentes contegi sub alis gallinæ ipsius sapientiæ, exemplum dederunt quo timere debeamus. IV, 1140. Judæorum infidelitas magnum aliquid in usum nostrum confert. VIII, 329. Judæorum a Deo dimissio per Isaiam prænuntiata. VIII, 59. Clarius per Malachiam. VIII, 61. Judæi ejecerunt Christum de Jerusalem terrena, Christus eos ejecit de Jerusalem cœlesti. IV, 1650. Judæorum populus, quare maledictus. VIII, 259. Judæorum populus, etiam indomitus, a Deo desertus non est. IV, 1225. Judæi reprobati, sed non omnes. IV, 1221, 1222. Judæorum quidam electi. III, 1765. Ex iis qui Christum persequebantur. III, 1687. Ex Judæis vasa iræ, et vasa misericordiæ, sicut ex gentibus. VI, 124. Judæorum multitudo perfidiæ merito reprobata, non ad Jacob, sed ad Esaü potius pertinet. IV, 1476, 1477. Judæi multi conversi ex consideratione prophetiarum de Christo. VII, 608. Multi audito Petro. V, 484, 947. In conversis oratio Christi de cruce valuit. IV, 1199. Judæi oliva fracta V, 1503. Judæi ante Christum in radice olcæ, nunc sunt rami fracti. VIII, 241. Judæi rejecti propter superbiam, et Gentes insertæ ob humilitatem. II, 559; V, 487, 1503. In Judæis gratia prior, in Gentibus humilitas amplior. V, 1036. Judæi qui Christum crucifixerunt, per humilitatem et confessionem veniam consecuti sunt. IV, 1198, 1199. Judæi sanguinem quem sævientes fuderunt, credentes biberunt. IV, 791; V, 485, 497, 538, 554, 1550, 1685.

Judæi conversi vitæ Evangelicæ studio flagrantes. VI, 340. Fervore Gentiles in conversione superarunt. IV, 1304. Judæi victi, victoribus leges dederunt. VII, 192. Judæis victis, Deus eorum se non esse victum ostendit idolorum eversione et gentium omnium conversione. III, 1051. Quam timenda Dei opera in reprobatione Judæorum et vocatione Gentium. IV, 789, 790, 794. Judæi prævaricatores, pulvis. IV, 1303. De ipso pulvere venit paries tot millium credentium. IV, 1303. Non Judæi solum regem Christum recusaverunt, sed et modo multi cum ubique regnantem habere nolunt. IV, 647. Minus peccaverunt Judæi crucifigentes in terra ambulantem, quam qui contemnunt in cœlo sedentem. IV, 859. Deus non cessat spiritaliter facere ea signa propter electos, quæ olim fecit corporaliter propter Judæos. IV, 1751, 1840, 1841. Latet Judæos quod venerit Christus, sed volentes latet. V, 567. Judæi non conversi exspectant adhuc Christum. IV, 936; V, 567, 572. Christum venturum credunt, sed non moriturum. VII, 553. Dissimulant se intelligere et videre Scripturas, per quas annuntiatus est Jesus Christus. II, 448. Judæorum cæcitas ex Scripturis veteris Testamenti convincenda. VIII. 51. De chartis inimici convincitur adversarius. IV, 463. Sic apparent Judæi de Scriptura, quomodo facies cæci de speculo; ab aliis videtur, ab ipso non videtur. IV, 666. Judæi qua animi affectione ad fidem invitandi. IV, 110. Judæi in Antichristi laqueos irruent. IV, 1418. Ultimo tempore ante judicium convertentur ad Christum. VII, 704. Qui in novissimis diebus convertentur, plangent mortem Christi, non reatu criminis, sed pietatis affectu. VII, 706. Judæorum conversionem ad Christum ante judicium prædixit Osee. VII, 581. Judæorum error de resurrectione. V, 1622. Ad Judæos judicandos Christus surrexit. IV, 1723. Jam sunt judicati, et quomodo. IV, 1752.

Judæorum religio quam præstantior Paganorum. VIII, 290. Judæi Christum suis ritibus et Scripturis ostendunt. V, 1034. Judæorum sacramenta, significantia. V, 1242. Judæorum regnum, templum, sacerdotium et unctio mystica prænuntiando Christo deputata sunt. III, 1051. Judæi sacrificare apud Gentes non poterant. I, 600. Neque Pascha ubilibet mactare. I, 600. *Not.* (*a*). Judæis contaminatio erat in alienigenæ habitaculum intrare diebus azymorum. III, 1956. Judæi carnaliter sabbatum observabant. III, 189. Eorum abstinentia ab immundis animalibus, figurativa erat. V, 800, 801. Judæorum sabbata et sacramenta a Seneca reprehensa. VII, 192. Religio Judæorum infirmata, quomodo. VII, 529. Observationes veteres revelato Testamento novo non sunt necessariæ. II, 894, 897. Gentiles qui in Christum credidissent, Legis onere liberos; eos autem qui ex Judæis crederent, Legi esse subjectos, ex Hieronymo censet Aug. II, 253, 257. Judaicæ observationes post Christi adventum nec Judæis perniciosæ, nec Gentibus necessariæ. VI, 492. Judaizare Judæos non cogebat Christiana doctrina, sed nec prohibuit Apostolorum decretum. II, 279. Judæorum cæremonias et perniciosas esse et mortiferas Christianis pronuntiat Hieronymus, quod et Augustinus sentit, modo gratia revelata ponatur. II, 258, 283. Judæis post Christum quo animo Legem observare licuerit. II, 278. Judaicarum observationum præcepta cur legantur Christianis. V, 801. Christiani non carnaliter, sed spiritaliter sunt Judæi. II, 895, 896. Christianus licet Judæus sit et Israelita spiritaliter, non debet sibi hæc nomina imponere. II, 895, 897. A carnali Judaismo quis censeri debeat alienus. II, 391, 394. Aptus quidam dicitur carnaliter judaizare, sesequc Judæum et Israelitam vocitare. II, 899.

Judæorum personam gerit Moyses. IV, 1789. Judæi in Cain adumbrati. VI, 688; VIII, 258, 260. Fabris arcæ Noe comparati. V, 1665. In rubo qui non cremabatur figurati. V, 63. In aqua piscinæ. V, 687, 690. In Gedeonis vellere. IX, 398. Judæi per bovem, Gentes vero per asinum significantur. IV, 1675. Judæi carnales per filios concubinarum adumbrati. VII, 513. Judæi et Gentiles per divitem et Lazarum significati. III, 1550. Judæi et Christiani per Jacob et Esaü figurantur. IV, 1771. Judæos figuravit Esaü. V, 55. Qui patris benedictionem non obtinuit. VII, 516. Judæos, quasi majorem filium respicere videbantur benedictiones; sed ad Christianos, quasi ad minorem, perveniunt. V, 45, 44. Judæi terræ et aridæ, Gentes maris nomine significantur. IV, 524, 937; IX, 398. Judæi soli ex veteribus, Christiani nominis velamentum non ambiunt. II, 448. Judæi, Ariani, etc. peccabant in Spiritum sanctum. II, 814. Judæi librum sapientiæ non recipiunt in auctoritatem canonicam. I, 638; II, 199. Judæorum traditiones non scriptæ. VIII, 637, 638, 642. Judæi in Kalendis Januariis notantur. V, 1020.

Judicium liber a quo tempore incipit. III, 791.

Judicium mentis de tam multis rebus non fit sine aliqua interiore luce. II, 615. De creatura visibili atque invisibili pro humano sensu non judicandum. VIII, 609. De quibus nobis judicare liceat, aut non liceat. III, 2085. Judicia hominum quam misera et dolenda. VII, 632. Judicandum de nemine. IV, 1804. Judicare de aliorum factis quatenus prohibitum. III, 1296. De nullo pronuntiandum in aliquam partem sive in bonam, sive in malam. IV, 370. Judicium de homine incognito non ferendum. VI, 82. Judica quod videris: quod non vides Deo dimitte. V, 323. Non judicandum de occultis hominum. III, 1859. Judicium de occultis Deo reservandum. II, 267.

Judiciis temerariis plena omnia. V, 285. Judicium temerarium. III, 1297. Ne temere judicetis, quod non videtis quo corde quis faciat. V, 1145. Quinam temere judicant de incertis. III, 1298. Difficile est ut non omnes tales tibi videantur, qualis es. IV, 359. Augustinus in judicando aut aliquid mali suspicando de aliquo maxime cautus. II, 267, 268. Judicandi nondum est tempus: quando erit. V, 322.

Judicare de nobis ipsis quam difficile. IV, 1921. Judicium nostrum vel de nobis ipsis quam incertum. V, 285. Quid sit hodie quisque homo, vix novit ipse homo. V, 285. Iniquum est ut quisque judicare de alio velit, et judicari de se nolit. II, 1039.

Judices dicti sunt dii. III, 628. Judicandi officium homini est alienum. V, 299, 304. Ad officium judicis exercendum pertrahit humana societas. VII, 633. Quæ in judice spectanda. X, 700, 701, 702. Hæc in judice securitas fidei est, ut de se non timeat judicari. IX, *App.* 820. Judices inflantur, quia judicant de capitibus humanis. V, 1504. Judex in se primum, tum in alios jus dicat. V, 110. Judices cum tremore judicent homines. V, 108, 109. Judicium præcipitans quam iniquus sit. V, 298. A quibus supplicium exigendum, et quibus donandum sit, superbe judicant debitores. VI, 121. Judicibus misericordia necessaria. II, 636, 638, 659. Quia et ipsi misericordia egent. II, 656. Judica te ipsum sine adulatione, et proximum cum dilectione. V, 322. Quando judicas, dilige hominem, oderis vitium. V, 323. Judex quomodo pii patris implere debeat officium. II, 509. Ad hoc mitissimi homines facinus occultatum diligenter examinant, ut inveniant quibus parcant. II, 509. Audire soleo, in potestate esse judicis mitius vindicare quam jubeant leges. II, 536. Judicibus licet flectere in leniorem sententiam, etiam non in causis Ecclesiæ. II, 512. Judex amet terrere, sed diligat. V, 111.

Judicum severitas non inutilis. II, 660, 661. Judex ut veram hujus vitæ miseriam agnoscere debet, necessitatem indagandæ veritatis vi tormentorum. VII, 633. Judex peccata persequatur, non peccantem. V, 110. Non usque ad mortem persequatur, ne perdat hominem; homo non necetur, ut sit qui emendetur. V, 110. Judices cur animadvertere dicuntur. V, 138. Consuetudo provocandi a mitiore sententia. II, 512. Judici interroganti ubi reus lateat, qui nescire se dicit, cum sciat, falsum dicit testimonium, et occidit animam suam. VI, 505. Judicare parte absente et inaudita nefas est. II, 165.

Judicare personaliter. III, 1636. Personam judicando nemo accipit alienam, si non accipit suam. V, 960. In judicio nec pauperi nec diviti favendum. III, 628. Pauperi favere contra veritatem non licet IV, 285, 286. Quid prolato judi-

cio fieri possit in ejus gratiam. IV, 286. Non levi periculo subjacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem conficere pertentarit. IV, 377.

Judex an ullum munus non accipiat, novit solus Deus. IV, 195. Munus accipit, non modo qui propter aurum et argentum, sed etiam qui propter laudem judicat male. IV, 193. Judicis periculum etsi non quærentis aliena, cupide tamen servantis sua. V, 631. Judicium justum aut verum testimonium non vendendum, licet vendatur justum patrocinium et verum consilium. II, 663. Judicis munus, si pecunia emitur, animo serviendi justitiæ, non reprehendendum. V, 110.

Judici alia provinciæ, alia Ecclesiæ causa esse debet. II, 508. Judicium duplex, ecclesiasticum et forense. X, 598. Judicia sæcularia episcopis delata. IV, 1570; VI, 576. Judiciorum ecclesiasticorum regula. V, 1546, 1547. Hæreticorum accusationes contra catholicum presbyterum admittere nec possumus, nec debemus. II, 1068. Judicium quo episcopus accusatus causam dicit. II, 954. Ac salvo episcopatu punitur. II, 954. Judicat Augustinus presbyterum. II, 234. Etsi sex Episcopis causam presbyteri terminari in Concilio statutum est. II, 235. Quæ ille negavit, Deo dimisit. II, 234. Qui judicium misericordia temperet. II, 234. Duos e suis invicem accusantes ac vicissim negantes, pacto mutuo mittit ad tumulum B. Felicis, ubi alterutter crimen fateri cogatur. II, 269. Verberum usus sæpe in judiciis solet ab Episcopis adhiberi. II, 509. Judicium episcopale indissolubile. IV, 196. Constantini lex, ut sententiæ Episcoporum inviolatæ semper incorruptæque serventur. IV, 196.

Judicio non contendendum. III, 1260. Judicium habere adversus alterum de rebus sæcularibus prohibitum a Christo. VI, 269. Et delictum est, docente Apostolo. IV, 1045; VI, 269. Sed veniale. VI, 269.

Judicium perversum, non judicium. V, 317. Judicium et justitiam facere. V, 317. Non solum qui bonam causam perdidit, sed etiam qui justissime victus est, de judice murmurat. IX, 41. Judices per jocum et superstitionem fieri solebant Kal. Januariis. V, 1020. Judicium Salomonis inter duas mulieres meretrices allegorice exponitur. V, 92.

Judicia Dei quam inscrutabilia. III, 1771, 1777; V, 177; X, 980. Quibus et quomodo dicuntur inscrutabilia. IV, 1514. Judiciorum Dei altitudo. X, 1126. Profundum. V, 905, 907. Abyssus. IV, 473, 474. Tale est velle scrutari inscrutabilia, quale est velle invisibilia videre et ineffabilia fari. V, 182. Nobis consideratio, admiratio, tremor, exclamatio, quia nulla penetratio; ipsi autem gloria. V, 118, 1294. Deus et nunc judicat, et ab initio generis humani judicavit. VII, 659, 687. Nihil hic sine judicio Dei agitur. VII, 660. Exempla quædam obstupendorum judiciorum Dei. X, 923. Et inscrutabilium. X, 1004.

Judicium duplex, occultum et manifestum. IV, 117. Judicium occultum est pœna, qua nunc quisque aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conversionem, aut excæcatur ad damnationem. IV, 117. Dei judicium in variis hominum affectionibus et ingeniis. X, 744, 745. Sine Dei judicio nemo est tardus in animo, vel claudus in corpore. IV, 1515. Judicia Dei in mysterio gratiæ non ratione scrutanda. V, 181, 1294. Judicia Dei occulta in hominum prædestinatione. VI, 275. Judicia Dei occulta, cur de prædestinato reprobus, et de reprobo prædestinatus nascatur. X, 846, 847.

Judicium mundi quomodo nunc fit. III, 1771. Judicium duplex, alterum damnationis, alterum discretionis. III, 1113, 1576, 1709, 1719, 1771. Judicium discretionis fit in hac vita. III, 1771. Pii quærentes a Deo judicari, quærunt discerni a malis. IV, 191. Judicavit Dominus plebem suam separando bonos a malis. IV, 1752, 1753. Judicium quandoque pro discretione sumitur. IV, 191. Deus nunc judicat quædam, non omnia. V, 129. Ubi loqueris adversus Deum iniquitatem, ibi te judicat; non judicium differt, sed pœnam. IV, 953. Ad hoc multa reservantur judicio, et quædam in præsentia judicantur, ut illi qui differuntur timeant et convertantur. V, 129. Non judicat quemquam Deus ob ea quæ facturus fuisset si diutius vixisset, sed ob facta tantum. X, 482, 483, 977, 981, 1007. Pelagiani ipsi viderunt falsum esse, hominem judicari secundum merita præscita. X, 979. Qui unumquemque judicari putant secundum merita præscita, adversantur sententiæ catholicæ de originali peccato. X, 978. Favent Pelagianis. X, 979. Judicari quemquam secundum merita quæ habiturus fuisset si diu vixisset, absurdum est dicere. X, 978, 1004. Dicere hoc de parvulis compulsi sunt (etiam qui a Pelagianorum errore alieni esse voluerunt.) X, 1011. Judicium Dei in peccantes. V, 126. Deus in ipsa misericordia et condonatione peccatorum judicium exercet. IV, 285. Mutato reo Deus judex mutatur. V, 152.

Judicia Dei occulta in hac vita. VII, 660. Et tamen justa. V, 1381. Judicia Dei occulte sunt justa, juste occulta. VII, 687. Piorum fidem non latet justum esse quod latet. VII, 661. Judiciorum Dei æquitas interim credatur, donec in patria perspecta habeatur. V, 180. Judicia divina nisi credantur, non intelliguntur. IV, 1393. Judicia Dei in patria revelabuntur. III, 1777. Judicia Dei bonis prosunt, malis nocent. III, 603. Quænam judicia Dei novit Ecclesia. IV, 1514. Intrare in judicium cum Deo quinam velle videantur. IV, 1848. Qui factionem contra se videt, debet causam suam meliori judicio reservare. IV, 375. Judicium Dei aliquando ponitur in malo, aliquando in bono. VI, 258. Ubi sine adjectione ponitur, justum judicium intelligitur. IV, 903, 1576, 1577. Licet usus habeat, ut dicatur et bonum et malum judicium. IV, 903, 1576, 1577. Judicia Dei triplicis generis, prima, media, novissima. VII, 660.

Judicium extremum. V, 124. Judicium ultimum quare sic dicitur. VII, 659. Quare dies judicii dicitur. VII, 659. Judicii diem certo venturum esse adstruitur. IV, 944, 945; VI, 303. Judicii fides unde firmetur. VI, 342, 346. Firmatur auctoritate veteris et novi Testamenti. VII, 661. Quædam Scripturæ testimonia quæ de judicio esse videntur, ad alia pertinent. VII, 663. Judicium haud dubie futurum probant tot alia prædicta, et jam completa. II, 1028; V, 151, 640, 1453. Judicii futuri exemplum in diluvio. VI, 334. Judicii divini fides nutare non debet ex felicitate impiorum. IV, 357. Etsi nemo peccasset, non sine judicio creatura beatitudine a Deo donaretur. VII, 659.

Judicii venturi dies occultus. V, 271. Extremum mundi tempus, diem, horam nemo novit. II, 899, 900, 901, 902, 903. Christus ideo nescire dicitur, quia in magisterio ejus non erat, ut per eum sciremus. IV, 555. Et quia nescire nos facit quod nobis nosse non proderat. IV, 555. Utiliter Deus voluit latere illum diem, ut semper sit paratum cor. IV, 554. Judicii diem Christus non revelavit Apostolis. II, 906. Nonnulli putant futurum post certa annorum millia. V, 576. Judicii extremi tempus certa quædam annorum ab Adam computatione inveniri non posse. IV, 90, 1143. Transierunt sex annorum millia. V, 576. De Salvatoris adventu qui exspectatur in fine, tempora dinumerare non audet August. II, 899. Quid de judicio ultimo apostolus Petrus prædicat. VII, 683. Judicium extremum post quantum temporis futurum sit Paulus non dixit, sed quomodo futurum. II, 906, 907. Possumus extremum mundi tempus conjicere ex signis. II, 903, 909. Ex signis quæ Christus futura prædixit, alia ad excidium Jerusalem, alia ad adventum Domini per Ecclesiam, alia ad adventum ultimum in quo judicaturus est vivos et mortuos, pertinent. II, 914. Mala quæ extremum Domini adventum præcessura sunt, bonis et malis non erunt communia. II, 918, 919. Signa adventus judicii proxime futuri jam ab Apostolorum tempore: nec desinunt tamen convenire diebus novissimis et esse signa. II, 913, 914. Judicii signa quæ Prophetæ dixerunt, omnia pene completa. V, 576. Finis sæculi non adveniet antequam prædicetur Evangelium in universo orbe. II, 900. Non ita tamen ut omnes credant. II, 923. Judicii nostri ultimi dies non longe. V, 128. Judicii dies si sæculo longe est, unicuique vitæ suæ ultimus prope est. V, 271. Judicium extremum cito est futurum. V, 76. Judicii dies differtur, donec impleatur numerus membrorum Ecclesiæ. V, 228. Quanto magis differtur judicium, tanto majore impetu venturum est. IV, 717. Judicii extremi dies non ideo non potest sciri, quia dies breviandi sunt. II, 912. Judicii dies quo sensu recte octavus intelligitur. IV, 90, 91. Judicium ultimum per quot dies tendatur, incertum est. VII, 659.

Judicium ultimum quale futurum. IV, 1236. Quomodo peragetur. III, 1554. Hoc difficile in Scripturis sanctis comprehendi potest. X, 526. Judicium fiet mox in adventu Domini. VI, 159. Pater non apparebit in judicio ultimo. III, 1555, 1571. Pater judicat et non judicat secundum diversum judicium. III, 1708. Pater non judicabit per præsentiæ manifestationem, sed Christus. VII, 707. Judicabit Christus ut filius hominis. IV, 950. Filius veniet in forma humana ad judicandum. III, 1571, 1580. Judicandi omnes videbunt judicem in forma servi, solis bonis servabitur forma Dei. IV, 546, 547, 1096; V, 711, 1071, 1267. Impii videbunt filium Dei in carne ad supplicium, non ad præmium. III, 1851. Judicaturus sic veniet Christus, quomodo venerat judicandus. III, 1852. Ordo rerum gerendarum in novissimo judicio. VII, 709. Vivi et mortui judicandi sunt. II, 873; VI, 258, 654, 666. Ex Apostolo aliqui ad Christi judicium vivi rapiendi videntur: opponuntur difficultates. II, 873; VII, 688, 690. In judicio Dominus quasi ignis veniet eis, quibus adventus ejus pœnalis erit. VII, 692. Ubi locorum erunt sancti tempore conflagrationis. VII, 684. In judicio bonorum et malorum separatio. VII, 702. Hinc Filius hominis clarificabitur. III, 1804, 1806. Fiet separatio non modo malorum, sed etiam bonorum a bonis, ut alii ad dexteram stent judicando, alii cum Domino sedeant judi-

caturi. IV, 570. Non duodecim Apostoli tantum judicabunt, nec duodecim tribus tantum judicabuntur. VII, 662. Judicabunt omnes perfecti. IV, 570, 572, 1156. Qui sedebunt judicaturi, appellantur cœlum; qui stabunt judicandi, terra nominantur. IV, 573, 1626. Tunc in judicium convertitur justitia, cum accipiunt justi potestatem judicandi. IV, 1407. In judicio libri veteris et novi Testamenti cum libro vitæ aperientur. VII, 680. Homines varie judicabuntur. III, 1783. Non solum universaliter de genere dæmonum atque hominum judicat Deus, sed et de singulorum operibus. VII, 689.

Judicabitur homo secundum opera sua. X, 877, 878. Non recipiet homo seu bonum seu malum, nisi secundum ea quæ per corpus gessit, non secundum ea quæ si diutius viveret gesturus fuit. II, 984, 986. Quomodo hoc verum sit etiam de parvulis. II, 985. *Vide* Adrumetini, Florus. In judicio judex ipsa justitia, testis mala conscientia. VI, 658. Unde in judicio trepidat bona conscientia. V, 578. Inter judicem justum et conscientiam tuam, noli timere nisi causam tuam. IV, 408, 809, 1913. Factis suis justus defendetur. IV, 1469, 1470. In judicio Dominus futurus est testis. VII, 702. Judex est Deus, vide qualem causam geras in corde tuo. IV, 1835. Gaudeamus quod talis est judex noster, qui falli a diabolo non possit. V, 568. In ultimo judicio Deus judex incorruptus. V, 75, 299, 649. Dominus interrogat te, non ut discat a te, sed ut confundat te. V, 299. Quam severus futurus est judex. IV, 1187, 1198. Quantumlibet rectus sibi homo videatur, ad regulam et judicium Dei pravus invenitur. IV, 1849. Tempus misericordiæ non est sine judicio, nec tempus judicii sine misericordia. IV, 1587. Nemo est qui coram judice Deo audeat gloriari se castum cor habere. X, 309. Difficile purgata vita invenitur, cum ille judicat qui novit ad purum et ad liquidum judicare. IV, 481. Quantum quisque egebit ut misericorditer judicetur, et qui hoc sperare licet. II, 571, 573. Si Deus solum judex esset et non misericors, nemo ante eum staret. IV, 1698, 1700. Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutiat eam Deus. I, 778. Nulla spes, nisi superexsultet misericordia judicis. II, 741. Quisquis judicium sine misericordia quasi securus exspectat, iram justissimam provocat. II, 741. Judicium sine misericordia quibusnam faciet Deus. IV, 1256, 1469. In judicio Dei miseratio et misericordia. X, 239. Inest Deo et misericordia judicanti, et judicium miseranti. II, 741; IV, 284, 285. Judicium et misericordia non sunt inter se contraria. IV, 284. Quam largiter Deus erogat misericordiam in præsenti sæculo, tam severe minatur judicium in futuro. V, 75. Cum venerit judicii tempus, erit pœnitentia, sed infructuosa, quia sera. IV, 608. Arguentur in ira Dei quidam et non emendabuntur, quidam vero in emendatione fient salvi. IV, 397. In judicio non deerunt, facta resurrectione, quibus misericordia impertiatur, ut non mittantur in ignem æternum. VII, 738. In judicio quædam quorumdam purgatoriæ pœnæ futuræ. VII, 700. Judicis ultima sententia quam secreto scribatur. V, 297. Judicia Dei apparebunt justissima in ultimo die. VII, 660.

Judicii diem qui cœpit credere, cœpit timere. III, 2046. Judicium ultimum timorem incutit negligentibus. III, 25. Judicii dies iis terribilis, qui securi esse bene vivendo nolunt, et male vivere diu volunt. IV, 354. Judicium extremum cui non timendum sed optandum. V, 1063. Judicium Dei formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam. IV, 1283. Judicem venturum quisquis timet, mutetur, et conscientiam modo corrigat. IV, 548, 569, 809, 1913. Judicii diem novissimum securi boni, trementes mali exspectant. V, 299. Judicii diem securus exspectat, qui vitam istam contemnit. IV, 1916. Adventum Christi vere desiderat et exspectat qui pie vivit. II, 904, 909. Pios convenit desiderare adventum Christi ad judicium. V, 1369. Adventum Domini amat et desiderat Augustinus. II, 925. Ex hujusmodi amatoribus quis amplius consonet Evangelio, qui Dominum citius, aut qui tardius venturum dicit, aut quid id se nescire confitetur. II, 925.

Judicem venturum se Deus minatur, ut non inveniat quos puniat cum venerit. V, 150. Modo fac quod tibi minatur Deus, esto tibi judex. IV, 585. Judicem se quisque habet, ut Deum habeat defensorem. IV, 947. Qui tunc judex futurus est, jam advocatus est. IV, 809, 1913. Quidquid ad judicium exercendum requiritur, intus in ipso homine reperitur. IV, 675. Præparatio ad novissimum diem. V, 589. Sic vive quasi hodie venturus sit ad judicium Deus, et non timebis cum venerit. V, 1221. Dulcia nobis sint flagella patris, ne sit amara sententia judicis. IV, 1795. Novissimum judicii diem exemplo Noe exspectare admonemur. V, 1610. Judicii dies per caminum exprimitur. IV, 1562. Judicium ultimum quare arcus appellatur extentus. IV, 717. Judicium pro pœna dictum. III, 1576, 1577; V, 1630. Pro pœna æterna. II, 947; V, 1258. Pro damnatione. V, 1343; VI, 224, 305. Nonnihil interesse judicium inter et justitiam. IV, 1407.

Judith librum in canone Scripturarum Judæi non recepisse dicuntur. VII, 583. Quo tempore gesta sunt quæ scripta sunt in libro Judith. VII, 583.

Jugatinus Deus, jugis montium præfectus. VII, 118. Jugatinus Deus, qui conjuges jungit. VII, 122, 188.

Jugum grave super parvulos ideo justum, quia nascuntur cum peccato. X, 1250. Est iniquum, si non est originale peccatum. X, 1278, 1281. *Vide* Miseria, Peccatum originale.

Jugum Christi ferre nihil aliud est, quam pie vivere in Christo. V, 443. Male te subjugaverat cupiditas, salubriter te subjuget caritas. V, 897. Jugo Christi qui subjectus est, subjecta habet cætera. III, 151. Jugum Christi hoc est Christiano, quod pennæ avi. IV, 719. Jugum Christi in speciem durum. V, 442. Jugum Christi leve. II, 200. Unde fit leve. V, 443. Amanti suave est, non amanti durum est. V, 192, 1507.

Julianæ domus, non parva Christi Ecclesia. II, 849. Juliana dicit domum suam ab iis discretam qui vel parvos errores videntur habere. II, 849. Augustinus et Alypius Julianam et ejus familiam bonis moribus imbuunt. II, 848. Et instruunt adversus Pelagianum virus libro ad Demetriadem propinatum. II, 848. Juliana grato animo pias admonitiones excipit. II, 849. Hujus rogatu scriptum opus de Bono viduitatis. VI, 429. Julianæ gratulatoria epistola. II, 645.

Julianus Constantio et Constanti succedit. II, 399. Egregiam indolem Juliani apostatæ decepit, amore dominandi, sacrilega curiositas. VII, 168. Juliani exercitus fusus, quia nimis oraculis fidebat. VII, 136, 168. Ipsi domino temporali, licet infideli, obtemperabant Christiani milites propter Dominum æternum. IV, 1654. Julianus lege data prohibet Christianos litteras docere. I, 753. Docere ac discere. VII, 615. Juliani tempora. II, 516. Persecutio adversus Ecclesiam. VII, 615. Julianum hilaritas juvenis Christiani inter cruciatus psallentis, a cæteris torquendis deterruit. VII, 615. Julianum quomodo Donatistæ laudarint. IX, 324, 326, 327, 334. Libello dato quantum ei adulentur. II, 327. Quam impudenter adulentur Rogatianus et Pontius. II, 400. Laudes quibus eum extulerunt Donatistæ, plenæ impietatis. IX, 47. Preces a Donatistis adulatorias accipit. IV, 374. Earum intuitu rescriptum concedit Donatistis. IX, *App.* 808. Supplicantibus Rogatiano et Pontio libertatem perditionis parti Donati permisit. II, 399, 415, *et Not.* Basilicas unitatis reddidit Donatistis. IX, 47, 316, 334. Verba Juliani pro Donatistis. IX, 334. Adversus Donatistas explicantur. IX, 333. Juliano succedit Jovinianus. II, 400.

Julianus a Marcelliana. IX, 233.

Julianus a Telepte. IX, 233.

Julianus litteras Alypii ad Paulinum et Therasiam defert. II, 99.

Julianus hæreticus Pelagianus. X, 1049, 1050. Egregius adolescens. II, 365. Memor Juliani pater eum fecerat Augustino carissimum. X, 647. Eum impense amat August. et desiderat. II, 569. Julianus juvenis confidentissimus. X, 694. Litteris sæcularibus inflatus. X, 1157. Dialecticæ artis astutiam jactabat. X, 703. Julianus fuit conjugatus. X, 725. Continentiam postea professus est. X, 727. Possessus est Pelagiana impietate. X, 455. Julianus baptizatus fuit in Ecclesia catholica. X, 1143. Catholicam veritatem deseruit. X, 1052. De Catholicorum communione discessit. X, 455, 1260. Juliano victus et otium non esset ad scribendum, nisi hæc ab hominibus haberet. X, 1249.

Julianum inter et Augustinum quid controvertebatur. X, 643. Juliani ratio propter quam negat originale peccatum favet Manichæis. X, 668, 669. Julianus eam irridet sententiam, quæ asserit potuisse Deum concedere homini beato, ut de suo semine, sine pudenda libidine, sicut triticum sereretur. X, 1445, 1447. Julianus non refert Scripturas fideliter. X, 452, 1106. Ejus calumniæ adversus Augustinum et Catholicos. X, 552, 554, 1055, 1057. Omnia quæ Julianus Augustino et Catholicis objicit, in ipsum retorquentur. X, 1558. Julianus suo gladio jugulandus a Manichæo. X, 1313. Juliani objecta adversus Augustini librum primum de Nuptiis et Concupiscentia. X, 457, *et seq.* Destitutam veritatem unum se tueri gloriabatur Julianus. X, 699, 855. Libros quatuor scripsit adversus librum primum de Nuptiis et Concupiscentia. I, 651; II, 949; X, 637, 638, 641. Horum librorum decerptis nonnullis ac postmodum toti operi respondit August. II, 949. Quatuor libris. I, 654. Julianus usquequaque fidei venena spargere non cessat. II, 949. Liber secundus de Nuptiis in eum scriptus ab Augustino. I, 651. Julianus octo libros edidit, post quatuor illos quibus August. jam responderat. II, 1001; X,

1063. Illos Roma mittit Alypius ad Augustinum, multum instans ne iis respondere differat. II, 1001; X, 1063. Juliani opus ad sanctum Turbantium directum. X, 1353.

Juliani querela de judicibus qui Pelagii hæresim damnarunt. X, 701, 702. Ad Orientis antistites provocat. X, 648, 649. Eruditos judices exposcit. X, 1141. Quærit examen jam factum apud Apostolicam sedem, et in judicio Palæstino. X, 1183. Queritur episcopale sibi examen et judicium denegari. X, 700. Sibi dat palmam contra antistites Dei. X, 1146. Juliani chartula. X, 437, 440. Juliani epistola Thessalonicam missa. X, 571. Romam directa. X, 437, 1056. Juliani epistolæ ad Zosimum duæ. X, 1057.

Julius episcopus Concilio quod Sardicense jactatur, improbatus. II, 176.

Julius episcopus ad Innocentium defert litteras Concilii Carthagin. II, 780. Concilii Milevitani. II, 784. Necnon Aurelii, etc. II, 786.

Julius obsequens auctor libri de Prodigiis. VII, 73.

Julius Proculus. VII, 91.

Julius mensis sic appellatus in honorem Imp. Julii. III, 51; VIII, 346.

Jumenta a juvando dicta. III, 764. Jumenta dicuntur in Ecclesia simpliciter ambulantes, sed utiles et fide pleni. IV, 1427. Jumentum Christi vir mansuetus, qui non vult se laudari, sed eum quem portat. IV, 310. Jumentum Dei esse ne erubescamus. V, 1007.

Junior, homo novus, gratiæ filius, cantator novi cantici, non Cain, sed Abel, etc. IV, 1512. Junior et senior idem aliquando ac minor et major, licet neuter senex. IV, 1564.

Junius Brutus filios et fratris uxoris suæ occidit. VII, 94. Junii Bruti mors. VII, 94. *Vide* Brutus.

Junii Quarti consulatus. II, 784, 787.

Junius episcopus a Neapoli. IX, 192, 239.

Junius exceptor. IX, 513.

Junius mensis a Junone cognominatus. VIII, 346.

Juno. I, 673; V, 1250. Aer esse dicitur. V, 1024. Juno solum aerem tenere perhibetur. III, 1063. Junonem terram esse perhibent. VII, 207. Quare Juno soror simul et conjux Jovis dicitur. VII, 119. Itemque mater Jovis. VII, 120. Soranus Junonem nihil aliud esse, quam ipsum Jovem dixit. VII, 203. Junonis et Herculis spiritus adversum se divisi. V, 447; VI, 712. Certamen Junonis, Minervæ, et Veneris de pulchritudine pro malo aureo fabula, etiam ipsis paganis. VII, 567. Juno dea pariendi. IV, 209. Juno iterduca est pueris. VII, 193. Junonis asylum in Troja neminem liberavit a Græcis. VII, 17. Junonis spiritus. V, 447. Juno Astarte vocatur. III, 797.

Jupiter. V, 1249. In æthere accipitur. VII, 119. Jovem velut animam mundi hujus esse volunt recentiores Platonici. III, 1058. Et quibusdam placet. VII, 122. Alii esse mundum existimant. VII, 202. Jupiter ut Deus sit, non anima mundi, sed mundus ipse dicendus est. VII, 202. Ex Jove, Junone, et Minerva cuncta fieri, quomodo secundum Varronem intelligitur. VII, 218. Jovis omnia plena. VII, 120. Potestas Jovis in causas rerum efficientes. VII, 201. Jovis imbecillitas ad subveniendum populo. VII, 97. Jupiter mas et femina dicitur. VII, 202. Genitor genitrixque deum dicitur. VII, 202. Deorum omnium dearumque rex. VII, 119. Jovis stella, si rex iste est, aut fulgentior cæteris, aut Saturno superior esse debuit. VII, 206. Jupiter ipse est Saturnus. VII, 205. Ipse est Mercurius. VII, 205. Ipse est Genius. VII, 205. Ipse est omnes dii. VII, 205. Sub deorum universorum nominibus colitur. VII, 121. Jupiter sub alio nomine colitur ab his qui unum Deum solum sine simulacro colunt. VII, 119. Varia cognomina Jovi imposita, ad unum eumdemque referuntur. VII, 205. Inter alia cognomina, Jupiter pecunia vocatur. VII, 203, 204. Quid de cognomine pecuniæ Jovi attributo, sapienti sentiendum. VII, 205. Jupiter facilius sapientia, quam pecunia vocaretur, si ad vitam æternam aliquid conferret theologia gentilium. VII, 205. Jupiter stupris multis adolescens vacavit. VII, 97. Jupiter uxorum adulterator, Ganymedis raptor. VII, 132. Conversus est in bovem et cycnum, ut cum aliqua concumberet. VII, 134. Jupiter tonans et adulterans cur a poetis fictus. I, 672. Jovem dicere et mundum regentem, et per stupra diffluentem, repugnat. VII, 202. Jovis tabula picta adolescentis libidinem accendit. II, 313. Jupiter in Arcadia dictus est Lycæus. VII, 574. Jupiter appellatur Stator. VII, 89. Jupiter in monte Olympo castra posuit, cum adversus patrem bella gereret. II, 83. Jovi imposita a Virgilio falsitatis persona. V, 623. Jovem inducit Virgilius falsa loquentem, ipse veriora loquitur. V, 623. Jupiter ab Homero dæmo nuncupatus est. VII, 256. Apollonius multo melior quam Jupiter. II, 533. Jovis, initio templum non habuit Romæ, VII, 87. Jovem Judæorum Deum putavit Varro. III, 1055. Romani nihil solent superius colere, quam Jovem. III, 1055. Per Jovem lapidem, juratio sanctissima Romanis. V, 77. *Not.* (*c*).

Juratio Dei quid. V, 511. Juratio Dei qua seipsum testatur. IV, 1459, 1460. Dei juratio, promissionis est confirmatio. IV, 1122, 1459. Juramentum appellat Propheta, quod statuit per sacramentum. IV, 1567. Juratio aliud est in ore jurantis, aliud in prophetantis significatione. IV, 99. Juramentum cur Deus prohibuit. VIII, 1660. Cur dicitur a juratione ante omnia abstinendum. V, 977. Juratio licet a Deo usurpata, et ab Apostolo, nobis tamen fugienda. V, 972, 974, 1406. Juratio cavenda, et tutius est non jurare. II, 693. Non ideo quia Apostolus in suis epistolis juravit, ludus nobis debet esse juratio. II, 693. Juratio quænam licita. III, 1255, 2110. Qua conditione adhibenda. V, 977. Securus jurat qui mentiri nescit. V, 1407. Jurans non sibi jurat, sed proximo. V, 979.

Jurationis fides servanda. II, 481. Etiam extortæ. II, 482. Ita debet esse mens fixa in custodiendis mandatis Dei, ut sit pro juratione quod de illis custodiendis statuit. IV, 1567. Non secundum verba jurantis, sed secundum exspectationem illius cui juratur, quam novit ille qui jurat, fidem jurationis implendam esse rectissime dicitur. II, 476, 482. Jurationem servant Hebræi Gabaonitis quamvis mentientibus. III, 781. In juratione servanda Reguli cujusdam religio. II, 476. De juratione quæstio visa Augustino difficilis, fateturque se eam semper vitasse. V, 974. Quare eam vitarit Augustinus. V, 979.

Jurare quid sit. V, 975. Jurare est firme promittere. IV, 1717. Est Deum testari. IV, 1459, 1460. Deus solus securus jurat, quia falli non potest. IV. 1122. Juret Deus, quem nihil fallit, quem nihil latet. V, 973. Quod Deus jurando promisit, sine dubio venturum est. IV, 1725. Minantem Deum et jurantem quantopere timere debeamus. IV, 1226.

Jurare omnino, quomodo vetitum. VI, 507, 512. Bene prohibetur homo jurare, ne in perjurium prolabatur. IV, 1122, 1459. Tanto longius erit a perjurio, quanto erit longe a jurando. IV, 1459. Quia grave peccatum est pejerare, compendium tibi dedit Scriptura, noli jurare. V, 973. Qui jurat, est juxta præcipitium perjurii. V, 974. Quam timendum ei a perjurii discrimine. V, 973. Jurare verum, fas est; non jurare, tutius. V, 974. Etsi verum jurando non peccetur, humanæ tamen fragilitatis corda non jurando tutius a perjurio conservantur. VIII, 362, 364. Propinquat falsæ juration, qui vel verum jurat. V, 1407. Non est peccatum verum jurare, sed falsum jurare, gravissimum est peccatum. II, 693. Grande peccatum, V, 1406, 1407, 1408. Juratio falsa exitiosa est, vera juratio periculosa est, nulla juratio secura est. V, 974. Jurare falsum per idola, perjurium est. V, 978. Non modo non jurandum est, sed nec aliquis compellendus est jurare. II, 184. Juramentum exigere ab alio unde fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. V, 978. Scripturis dictum ne juremus, non autem ne jurationem ab alio accipiamus. II, 184. Utrum peccet qui a Pagano per falsos deos sibi jurari facit. II, 184. Jurans per falsos deos, et fidem non servans, bis peccat. II, 184. Jurans ab alio provocatus, non sic peccat quomodo iste alius. V, 1409. Jurare compellens cum quem falsum juraturum credit, pejor est homicida. V, 978, 1409. Minus malum est per Deum falsum jurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. II, 184. Qui scit aliquem jurare falsum, an et quibusnam tenetur prodere. III, 673. Servus Dei, etiam imminente mortis periculo, jurare non debet se aliquid illicitum aut nefarium facturum. II, 475. Juratio temeraria non implenda admisso homicidio. V, 1408. Jurans David occisurum se Nabal, et non occidens, minus peccavit. V, 1408. Jurans se ab Episcopo non recessurum, non est perjurii reus, si ipso permittente ab eo recedat. II, 230, 232. Possumus uti ea pace quæ inter alios jurantes facta est. II, 184, 185. Licet uti fide ejus, qui ut eam servet, per dæmonia juraverit. II, 184.

Jurandi consuetudo valde mala. V, 1409. Quomodo jurandi consuetudo convellitur. V, 979. Jurandi consuetudini aliquando obnoxius Augustinus. V, 977, 1407. Jurat Augustinus compellente necessitate. II, 480. Idque ad exemplum Apostoli. II, 481. Quomodo juret Augustinus magna necessitate compulsus. V, 977. Tutuslymeni ob jurationis peccatum divina correptione flagellatus. V, 1409.

Jurandi varii modi. V, 975. Jurat qui dicit, *Testis est Deus*. V, 102, 975. Jurandi per Evangelium mos. II, 1066. Juratio vulgaris, *per lumina mea*. V, 55. Jurare per oculos olim usitatum. III, 1659. Jurare solebat Socrates per canem, per lapidem, et per obvia quæque, quare. III, 123. Donatistæ per canos Donati jurabant. IV, 134. *Jura, perjura, secretum prodere noli*, dictum Priscillianistarum. VIII, 44. Jurare per exsecrationem, gravissimum jurisjurandi genus. IV, 99. Juratio appellatur aliquando exsecratio. III, 568. Maledictum. III, 563.

Jus est quod justum est. IV, 1894. Jus et injuria contraria sunt. IV, 1894. Jus non est, ubi justitia vera non est. VII, 648. Non jura dicenda sunt vel putanda, iniqua hominum constituta. VII, 648. Jus falso dicitur esse id, quod ei qui plus potest, utile est. VII, 648. Jus divinum. VI, 393. Jus cœleste. V, 357. Jurisperitus cœli. V, 654. Jus fori et jus poli. V, 1572, 1710. Jus divinum et jus humanum in rerum terrenarum possessione. II, 345. Jure Romano testamenta condere. II, 331.

Jura civilia non faciunt ut homines bonis bene utentes sint, sed ut male utentes, minus molesti sint. II, 665. Jure non tenet, quod quis juste non tractat. V, 527. Jus natura, jus consuetudine quid. VI, 20, 21. Quotuplex jus consuetudine. VI, 21.

Jus Ecclesiasticum. IV, 196. Juris formulæ olim non erant, sed arbitrium voluntatis pro norma legis habebatur. V, 549.

Justina Valentiniani minoris mater ab Arianis seducta persequitur Ambrosium. I, 770.

Justini historia. VII, 116.

Justificationum nomen unde exortum est. III, 651. Justificationes sunt non dicta, sed facta justitiæ. IV, 1514, 1520. Justificationes ideo Dei dicuntur, quamvis a nobis fiant, quia nisi ipso donante non fiunt. IV, 1514. Justificationes Dei quomodo doceantur. IV, 1516. Quomodo discendæ sint. IV, 1514. Ad eas quibus gradibus perveniatur. IV, 1522. In justificationibus Domini nulla difficilior et mirabilior, quam ut suos quisque diligat inimicos. IV, 1524. Quid sit concupiscere, desiderare justificationes Dei. IV, 1521, 1522.

Justificari quid sit. X, 228. Justificatur impius, cum ex impio fit pius et ex possessione diaboli migrat in templum Dei. IV, 100. Justificatio peccatoris. III, 1491. Justificare, id est justum facere, homo non valet. V, 1324. Justus et justificans non est nisi Deus. II, 809. Nemo recreat, nisi qui creat; nemo reficit, nisi qui fecit. V, 952. Non solum homines, sed etiam justos, si tamen sumus, ipse fecit nos, et non ipsi nos. IV, 159, 193. Justificatione impii nihil magnificentius. IV, 1464. An majus sit creare justos, quam justificare impios. III, 1823. In quo Pelagiani Deum justificationis auctorem agnoscunt. X, 208. Justus est et justificans Christus, nos autem justificati per gratiam ipsius. II, 810. Justificamur in Christo solo. X, 115. Nemo nisi Christus justificat. X, 119. Omnes quomodo per Christum justificantur. X, 463. Fides in Christum ad justificationem necessaria. V, 784. Justificatio nostra in sanguine Filii Dei quomodo facta explicatur. VIII, 1023. Per carnem Christi fit etiam in carne nostra justificatio per gratiam. X, 679. Justificamur a peccatis per eamdem gratiam, per quam Christus habuit ut peccare non posset. VI, 250. Delicta nostra sua delicta fecit Christus, ut justitiam suam nostram justitiam faceret. IV, 172. In justificatione recte fit collatio ex contrariis. X, 1236. Ut redimeretur homo, via inita est ei contraria qua in captivitatem est abductus. X, 407. Justificari non potuit, qui Christi nomen non audivit. X, 251.

Justificatio hominis gratuita. IV, 158, 704, 707; X, 210. Justificari gratis, quid. X, 228. Deus non secundum opera justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, etc. II. 569, 570. Justificationem præcedit vocatio, quæ non est meritorum, sed gratiæ Dei. IV, 89. Justificatio nostra fit in vocatione misericordiæ, et timore judicii. IV, 1963. Justificationis misericordiam quibusdam non esse præbendam æquissime judicat Deus. VI, 121. Hoc ipsum quod Deus justificat homines, nimis occulto judicio facit. II, 569. Justificatio nostra ex gratia, non sine nostra voluntate. V, 922. Templum suum non sic de vobis ædificat Deus, quasi de lapidibus qui non habent motum suum. V, 857. Qui fecit te sine te, non te justificat sine te. V, 923.

Justificatio per gratiam quomodo fiat. X, 209. Justificatio in hac vita tribus peragitur. X, 689. Fides impetrat justificationem. II, 818, 819; V, 864. Justificatio ex fide impetratur. X, 232. Non lege factorum, sed lege fidei homo justificatur. X, 215. Justificatio ex fide sine operibus. V, 31. Quomodo intelligenda. VI, 88. Justificatus a fide incipit, ut bona opera, non præcedentia quod meruit, sed consequentia quod accepit ostendant. IV, 1464. Non justificat Deus impium nisi credentem et confitentem. IV, 332. Fides conservat justificationem. II, 878. Justificationem præcedit pœnitentia. IV, 1786.

Justificatio et perfectio nostra. V, 434. Justificati utrum jam simus. V, 864. Justificatus est nemo, quamdiu vivitur in hac vita. V, 930. Justificatio hic nobis imperfecta. V, 867. Tunc complebitur, cum complebitur spes nostra. V, 790. Justificatio perfecta in Martyribus. V, 867. Quod peccator justificandus accepit, pignus est ejus quod accipiet glorificatus. IV, 1465. Justificatio est tantum gratia, vita æterna et merces et gratia. X, 956. Justitiæ Domini justificant impium, justitiæ hominis non faciunt pium, sed superbum. IV, 1544. Nemo justificatur in conspectu Dei, quomodo. X, 312. Quomodo sicut omnes ad condemnationem, ita omnes ad justificationem. X, 827.

Justitia quid sit, et unde. VI, 20. Justitia virtus est qua sua cuique tribuuntur. I, 1235; IV, 1065; VII, 649; X, 1063, 1064. Quod vult Deus, ipsa est justitia. V, 700. Justitiæ altera definitio. I, 1189, 1322. Justitia in quo consistat. III, 1337. Justitia virtus est animi magna, præcipuaque laudabilis. IV, 1577. Justitia ad omnes partes animæ pertinet. III, 204. Justitiæ officium. VII, 629. Justitiæ regulæ immutabiles, etiam impiis notæ. VIII, 1052. Justitiæ regulas immutabiles qui non videt, an non peccat. VIII, 1047. Justitiæ ratio non tantum quid factum sit, verum etiam quare factum sit intuetur. VIII, 426.

Justitia esse videtur malum pro malo reddere, sed non est hæc Dei justitia. IV, 87. Cum punit Deus peccatores, non malum suum eis infert, sed malis eorum eos dimittit. IV, 87. Justitiæ Dei punientis ordo. VII, 641. Justitia Dei non est crudelis. VII, 376. Non sic est Deus misericors, ut injustus sit. IV, 1330. Nec sic justus, ut misericors non sit. IV, 446. Justitia si sine misericordia prolata fuerit, in quolibet quod damnet inveniet. IV. 1922. Omnes damnationem merentur, a qua si omnes liberarentur, lateret quid peccato per justitiam debeatur; si nemo, quid gratia largiretur. II, 875. Justitia ipsa qua retribuuntur bona pro nobis, non est sine misericordia. IV, 1517. Judex justus est Deus, etiam ignoscendo peccatis. III, 2093. Justitia et misericordia passim commendantur in Scripturis. III, 563, 591. Ipsa est prima hominis justitia, ut punias te malum, et faciat te Deus bonum. IV, 1080. Justitia Dei summa etiam malis bene utitur. IV, 1001. Quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur justis, non est pœna criminis, sed virtutis examen. VII, 114. Justitiæ supernæ quædam vestigia impressa tenenda sunt in contractibus humanis. VI, 121. Justitia in terrenis rebus fit gradus ad cœlestem justitiam. VI, 37. Justitia firma et inflexibilis, virga ferrea. IX, 403. Quænam est vera justitia. VII, 649, 656, 730. Justitiæ origo, ætas, genus, et species. X, 1063, 1064.

Justitia Dei et justitia hominis. II, 1607. Virtus et justitia Dei tanto magis necessaria, quanto magis eam sic vult, ut nolle non possit. X, 1498. Justitiæ divinæ constantia. III, 2094. Justitia divina quanto excelsior, tanto ab humana distantior. X, 1256, 1257. Justitia quædam manens est, quam cernit et injustus; ad quam si accedis, es justus, a qua si recedis, injustus es; quæ nec crescit, nec deficit. IV, 744. In dilectione justorum accendimur ex ipsa dilectione incommutabilis formæ. VIII, 959. In multis justis una est Dei justitia, quam omnes participant, tamquam si una facies intueatur plura specula. IV, 137. Justitia qua vivit anima, in se ipsa vivere intelligenda est. II, 461. Et procul dubio Deus est. II, 461. Justitiæ lumen Deus. V, 56. Nonnulli per errorem putarunt nullam esse justitiam per seipsam. III, 74. Ea est humanæ justitiæ disciplina, non in se amare nisi quod Dei est, et odisse quod proprium est. III, 2093. Tota justitia ad unum verbum innocentiæ redigitur. IV, 1286. Justitia hominis alia ab ea qua Deus justus est, X, 895. Justitia Dei dicitur, quam Deus facit. X, 211. Qua nos ex impiis justos facit. V, 753. Justitia Dei sumus cum juste vivimus. II, 569. Non qua Deus justus est, sed qua justi sunt homines quas gratia sua justificat. II, 570. Justitia Dei etiam nobis fit justitia, cum ei cohærendo juste vivimus. II, 461. Justitia Dei dicta quæ homini ex Deo est. III, 618; X, 895. Quare dicitur nostra. X, 209. Justitia Dei, quæ. X, 247. Justitia ex Deo, non per Legem, sed per gratiam. X, 896. Justitia Legis, justitia in Lege, justitia hominis, quæ. X, 603. Justitia Dei seu ex Deo, justitia ex Lege quæ et quid. X, 367, 368, 893, 1209.

Justitia hominis, in Lege sive ex Lege, justitia Dei seu quæ homini ex Deo, in spiritu gratiæ. X, 603. Justitia quæ ex Lege est, dicitur nostra, quia Lex per litteram jubet, non per spiritum juvat. II, 818. Justitia ex Lege est, cum Legi timore obeditur. V, 919. Justitia Dei sine Lege, quatenus non sine Lege manifestata. X, 209. Justitia Dei manifestata per Legem et Prophetas. X, 209. Justitiam Legis non implet justitia quæ in Lege est vel ex Lege, sed quæ in spiritu gratiæ. X, 603. Justitia non ex Lege. X, 616. Destruitur promissio, si ex Lege justitia. X, 1210. Justitia nec per Legem, nec per naturam. X, 249. si per naturam voluntatemque justitia, gratis mortuus est Christus. X, 746, 896. Qui ex Lege justitiam adstruunt, sunt inimici crucis Christi. X, 603. Justitia ex Lege a Christo removet, quare. V, 918. Apostolo damnum videtur. V, 926. Justitiam suam horret Paulus, ut habeat justitiam a Deo. V, 921. Justitia quæ ex Lege est, cur a Paulo contempta. X, 602, 603. Justitia Dei quæ Judæis et Pelagianis ignota est, V, 753. Justitia Pharisæorum est dicere et non facere : abunde:

vestra, ut et bona dicatis, et bene vivatis. V, 1170. Justitia quædam est sine querela in oculis hominum, non in oculis Dei. V, 929, 930. Si justitia ex imitatione justorum, Christus gratis mortuus est. X, 1202. Justitia incarnatione Christi nobis allata. V, 998. Calumnia Pelagianorum de Prophetarum et Apostolorum justitia. X, 597. Justitia Christi quomodo nostra. V, 790. Suam justitiam qui constituere velle dicantur. X, 895. Justitia nostra non per Legem, neque per naturæ possibilitatem, sed ex fide Dei per Jesum Christum. II, 769; X, 232.

Justitia ex fide. X, 1209. Justitia ex fide, ea est, qua credimus nobis justitiam dari, non a nobis in nobis nostris viribus fieri. II, 818. Justitia ex fide unguentum pisticum. III, 1760. Justitia justi, sic est hominis, ut sit Dei, id est ab ipso data. IV, 255, 877. Justitia nostra nulla nisi a Deo. V, 872, 915, 925, 950, 1515. Justitiæ horreum et fons apud Deum. X, 154. Justitiam non a se homo habet. X, 1102. Non nascitur cum illo. V, 922. Justitia hominis vera, non quæ ex libero arbitrio, sed quæ ex Deo. X, 1542. Justitia Dei non sine gratia. X, 1249. Non est in hominibus nisi beneficio gratiæ. III, 755. Est ex dono Dei. X, 231, 1064. Bene vivere donum est divinum. X, 204. Justitiam sine gratiæ interioris adjutorio perfici, impietatis crimen est dicere. X, 245.

Justitiam Dei caritas facit, non timor. X, 236. Ut justitia vera diligatur et delectet, non nisi divina subvenit gratia. VII, 380. Justitiæ particula impleri non potest, nisi Deus det. V, 877. Ad qualemcumque provectum veræ piæque gratiæ, nisi adjuvante gratia salvatoris perveniri qui negaverit, non est Christianus. X, 282. Justitia nulla vera sine fide gratiæ Christi. X, 605, 606. Non aliqua justitia præter Christum, licet sit aliquod peccatum præter Adam. X, 120. Justitia vita animæ. II, 461. Ad faciendam justitiam quænam requiruntur. X, 242. Ad operandam perficiendamque justitiam et Dei mandata complenda sola humana natura non sufficit. II, 760, 768. Justa vita, cum volumus, adest; quia eam ipsam plene velle justitia est. II, 485, 595. Sed hoc ipsum plene velle in homine non erit, nisi gratia Spiritus sanetur et adjuvetur ut possit. II, 595. Justitiam nemo male habet, et qui non dilexerit non habet. II, 665. Non est bonus quispiam timore pœnæ, sed amore justitiæ. II, 660. Pœna corporis, etsi non a voluntate, tamen revocat ab opere peccati: justitia vero sic amanda est, ut ab ejus operibus etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant. II, 594. Vis adhiberi potest ut ad justitiam quis cogatur, si quidem Paulus violentia ad Ecclesiam compulsus legitur, et Sara salubriter edomabat superbiam Agar. II, 323. Justitiam sitiunt filii, non servi. X, 236. Justitiæ liberaliter serviendum. VI, 61. Justitiæ servitus, vera libertas. VI, 247. Justitiæ plus servitutis debetur, quam peccato solent homines exhibere. II, 594. Justitiæ inimicus est, qui pœnæ timore non peccat; amicus autem erit, si amore ejus non peccet. II, 594. Nondum amant justitiam, qui timore pœnæ a peccando revocantur. IV, 1958. Non est amicus recti, qui mallet, si fieri posset, id quod rectum est non juberi. IV, 823. Justitiam facilem facit amor. IV, 259, 823. Justitiæ amor castus. V, 965. Justitiam amat, qui mallet furta non esse, et si non essent gehennæ. IV, 282. Quam indignum ut ad peccatum suavitas adducat, ad justitiam timor cogat. V, 870. Justitia Martyrum perfecta. V, 867. In amore justitiæ quidam gradus proficientium. V, 868.

Justitia cum delectatione et amore sectanda est. V, 870. Justitiam qui perfecte novit, perfecteque amat, jam justus est. VIII, 968. Justitia ex Lege per timorem, non parit dulcedinem cordis, sed justitia ex fide. VII, 739. Justitiæ dulciores sunt fructus, quam iniquitatis. VI, 330. Justitiæ major est delectatio quam divitiarum. V, 1470. Cæteris delectationibus anteponenda est. V, 869. Inter omnia quæ delectant, plus delectet justitia. V, 868. Bonis omnibus præferenda est. V, 1470. Qui fiat ut justitia nunc magis minusve delectet, nunc non delectet. X, 168. Opus bonum tanto magis delectat, quanto magis Deus summum bonum diligitur. X, 168. Justitia sic delectet, ut vincat etiam licitas delectationes. V, 869. Dilectio et delectatio justitiæ, gratiæ indicia. X, 918. Justitia non ita est tempore diligenda tranquillo, ut turbulento deseratur. IV, 1522. Justitia laboriosa, nisi amantibus. X, 1200. Justitiæ sarcina non est pondus onerati, sed alæ sunt volaturi. V. 898. Justitiæ cur jam molestum sit obedire, superbia causa est. X, 170.

Justitia pulchritudo animi. VIII, 954. Justitia pulchritudinem suam habet. IV, 780; V, 87. Quæ oculo cordis videtur. IV, 780. Quæ placet oculis cordis. IV, 282. In ipsa fœditate corporis amatur. IV, 780. Pulcher est et amabilis cum justitia curvus et deformis senex. IV, 282. Justitiæ amatori satis est, si placeat oculis Sapientiæ; cæteros non curat. IV, 282, 283.

Justitia primi status in paradiso, et justitia post lapsum in quo sita. X, 173. Justitia alia nunc est hominum ad recipiendam sempiternam salutem; alia fuit hominis in paradiso ne eamdem salutem amitteret. VI, 99. Justitiæ nostræ initium, confessio peccatorum. III, 2006. Justitiam maxime humilitate commendavit Christus. V, 1323. Ad recuperandam justitiam peccato amissam, laboribus et molestiis enitendum. X, 183. Justitia hujus vitæ tribus comprehensa, jejunio, eleemosyna et oratione. IV, 482; X, 299. Justitia nostra, non cruciatibus delectatur Deus. V, 1293. Justitiæ opera sine baptismo nihil prosunt. X, 1265. Justitiæ humanæ quis modus. IV, 322. Justitia non sit labiorum, sed et factorum. IV, 674. Justitiam vere loquitur, qui non aliud in labiis perstrepit, aliud celat in corde. IV, 675. Justitia quod Christus vadit ad Patrem, quare. V, 789. Justitia de qua arguitur mundus. V, 788.

Justitiam facere et perficere qui differant. X, 283. De justitiæ perfectione quatuor quæstiones. X, 155. Justitiæ perfectio in hac vita possibilis. X, 204. Etsi hic non inveniatur. X, 242, 245. Justitia hujus vitæ imperfecta. VII, 657; X, 605, 604. Quare. X, 243. Perfecta justitia humana imperfecta est. X, 162. Justitiæ normam cum in Scripturis contemplatus fueris, quantumcumque profeceris, invenies te peccatorem. IV, 1827. Homines in hac vita ex parte adhuc filii sæculi, ex parte filii Dei. X, 157, 158. Justitia hujus vitæ sine peccato qualis poni possit. X, 244. Justitia bene stat cum conflictu adversus vitia. X, 690. Nemo in hac vita sic mundus, ut non sit magis magisque mundandus. III, 1840. Quantacumque justitia in nobis fuerit, reus est ad fontem justitiæ Dei. IV, 1638. Justitiæ hîc aliquid habemus, et aliquid non habemus. V, 864. Grati sinus ex eo quod habemus, ut addatur quod non habemus, et non perdamus quod habemus. V, 864. De justitiæ nostræ perfectione et imperfectione in hac vita testimonia Cypriani. X, 629. Ambrosii. X, 634. Omnes quicumque in hac vita Scripturarum testimoniis justitiæ laude prædicati sunt, non fuerunt sine aliquo peccato. X, 164. Justitiæ perfectio et plena securitas nec in Paulo fuit. V, 834; X, 601, 604. Justitia quæ sine ullo peccato, non erit nisi futuri sæculi. X, 1234.

Justitia hujus vitæ. X, 1514. Quænam. V, 91. Et in quo sita est. VII, 657, 658. Semitæ justitiæ quænam. V, 1648. Justitia hominis perfecta hîc esse quo sensu dicitur. X, 602. Justitiæ perfectio unde. X, 206. Perfecta est justitia, qua potius potiora, et minus minora diligimus. III, 164. Justitia perficienda non plus aliquid quam perfectam voluntatem requirit. II, 485. Justitiæ quæ particula impleri potest sine aliqua continentia? V, 877. Fides tua, justitia tua. IV, 279. Caritatis gradus faciunt et justitiæ gradus. X, 290. Perfectus in justitia dicitur, qui multum in ea profecit. X, 165. In ea quæ perficienda est justitia multum in hac vita ille profecit, qui quam longe sit a perfectione justitiæ proficiendo cognovit. X, 243. Pro justitia non solum contemnenda voluptas, sed etiam ferendus dolor. V, 871. Veri Martyres, qui persecutionem propter justitiam patiuntur. II, 796. Justitia Martyrum perfecta est. V, 871, 1295. Justitia perfecta seu vita sine peccato, quamvis ad hominem pertineat, divinum quoque munus est. X, 201, 202. Sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tamquam stipendium vita æterna. II, 881. Justitia hujus vitæ ad justitiam futuram collata quam nihili facienda. V, 930. Longe inferior est ea qua æquabimur Angelis. VIII, 889. Justitia nostra per fidem est, non per speciem. III, 2010. Justitia quandonam perficietur. III, 2006. Justitia non potest tanta esse in hac vita, quanta in futura. X, 601. Justitiæ perfectio tantum in altera vita. X, 299, 300.

Justitia alterius vitæ perfectissima. X, 606. In quo sita est justitia alterius vitæ. VII, 658. Justitia perfecta, ubi perfecta pax. IV, 1930. Justitia vera pax. IV. 904. Justitia et pax osculantur se. IV, 1078. Justitia vera et perfecta tunc erit, ut nihil mali non solum facere, sed nec cogitare possimus. IV, 1639. Justitia cibus animarum. III, 1494. Justitiam Dei hîc esurimus et sitimus, ut ea postea saturemur. VII, 740. Justitia Deus, quam profecto esurire et sitire, ea nostra est in hac peregrinatione justitia; et qua postea saturari, ea nostra est in æternitate plena justitia. II, 461. Justitiæ fames ad plenam satietatem parat. VI, 707. Justitia esuritur et sititur fortitudinis dono. III, 39. Satietas justitiæ in æterna vita. III, 1609. Justitia non satiabimur, nisi cum fuerit finita vita ista. IV, 751. Justitia perfecta cum videbitur Deus. V, 931. Justitiæ saturitas hîc speratur in præcepto, ibi percipietur in præmio. X, 622. Nunc in præcepto est facienda, post mortem erit in præmio percipienda. X, 631, 632. Justitia perfecta futuræ vitæ non in præcepto erit, sed in præceptorum hîc observatorum præmio. X, 600. Justitia hujus vitæ perfecta facit meritum, perfectissima futuræ vitæ fit præmium. X, 606. Justitia est hujus vitæ; potentia, alterius. VIII, 1026, 1028.

Justitia perfecta non est, nisi in Angelis, et vix in Ange-

lis, si Deo comparentur. III, 2006. Justitiæ perfectio et securitas plena est in Angelis. X, 601. Justitia an desinet in futura vita. VIII, 1046.

Justitiæ lex in cujusque corde inscripta est. IV, 673. Justitia panis est. IV, 562. Per panem et vinum significatur. IV, 1570. Vita justorum paradiso corporali, in quo Adam fuit, significata est. III, 478. *Vide* Homo, Sanctus. Justitiæ perfectio quadragenario numero significata. V, 694. Justitiæ eminentissimæ Noe, Daniel et Job. IX, 343. Sacrificium justitiæ in templo mentis. I, 1195. Justitia Dei. *Vide* Deus.

Justitia injustorum quæ. IV, 1435. Justitia dicimur, et qua ratione dicimur. V, 916. Justitia et circumcisio quomodo nos sumus. V, 915.

Justitia et judicium nonnihil differunt. IV, 1407. Judicium et justitiam facere, recte vivere. VII, 531. Justitia quomodo convertitur in judicium. IV, 1406.

Justus homo quis. VIII, 451. Quis justus animus. VIII, 955. Justus nemo nisi qui Deo servit. V, 649. Justus sub jugo justitiæ est. VIII, 126. Quid sit juste vivere in hac vita. VIII, 419. Juste vivere quid est aliud, nisi audire præcepta legis, et facere. V, 1270. Justorum hæc est omnis vita, disponere testamentum Dei super sacrificia. VII, 699. Vita justi de cœlo recedere non debet. IV, 557. Juste vivere ipsa est via nostra. III, 1658. Qui justus, continuo bonus. IV, 1577. Justus dici potest, qui perfectioni justitiæ plurimum accessit. X, 504. Justi non sunt, qui quod faciunt, timore faciunt. V, 52. Justi fallaciter, qui se putant facere, quod spiritali, quæ ex Deo est, non faciunt caritate. X, 603. Justus qua ratione homo dicatur esse sicut Deus. III, 2010.

Justi ante gratiæ electionem nulli. VI, 621. Justos ab injustis quid discernit. X, 597. Ab illo fit homo justus, qui numquam potest esse injustus. IV, 1446. Homo fit justus eo modo quo aer fit lucidus. III, 583. Non ita se debet homo ad Dominum convertere, ut cum ab eo factus fuerit justus, abscedat. III, 382. Justus credit se sine Deo non posse servare justitiam. V, 605. Juste vivere opus est Dei, licet per nos agatur. X, 242. Deus vias justorum scit, ipsa eorum facit opera. X, 877. Justorum opera cur dicatur Deus operari. VI, 531. Deus hominem operatur ut justus sit, si homo ab illo per superbiam non abscedat. III, 380. Justi licet gratis justificentur, habent tamen merita sua. I, 1346. In homine quidam justus ordo naturæ. VII. 629. Justus esse nemo potest, quamdiu ab unitate corporis Christi fuerit separatus. II, 811, 815.

Justi opera sunt Christi. III, 1823. Justi fiunt ea gratia homines qui renascuntur in Christo, qua gratia justus homo natus est Christus. X, 1139. Justus sine fide Christi nullus aut fuit, aut erit. VI, 621. Justi antiqui non nisi fide in Christum salvi facti. II, 858, 859; VI, 621; X, 450. Non nisi gratia Christi liberati. X, 315, 403. Justos antiquos eadem gratia et Mediatoris fides liberavit. X, 1127. Justorum antiquorum fides et nostra eadem. X, 599, 500. Pelagius et Cælestius negant justos antiquos ex fide incarnationis vixisse. X, 1223. Et per Christum salvatos esse. X, 400. Justi antiqui etsi non nomine, re tamen Christiani. X, 595. Justi omnes, etiam qui fuerunt ante adventum Christi, pertinuerunt ad membra Christi. IV, 385, 731. Justi antiqui non pertinebant ad Legis litteram, sed ad gratiam Christi venturi. X, 116. Pelagianorum sententia de antiquorum salute. X, 569. Justi antiqui ad novum Testamentum pertinent. X, 596. Justi antiqui etsi non perfectæ virtutis, sed tamen propter fidem justi. X, 599. *Vide* Sancti. Testamentum. Justi antiqui quibus in sedibus erant ante Christi adventum; et utrum ipsos ad aliquid melius transtulerit ejus passio, unde indagandum. VIII, 513.

Justus nemo nisi humilis et pius. IV, 585. Justam viam non intrant infideles, de illa pereunt superbi. V, 107. Justus plus intendit in defectus suos, quam in virtutes. VII, 167. Justis ex cadendi periculo ratio sese humiliandi. VI, 419. Melior est peccator humilis, quam justus superbus. V, 930. Nemo sibi placeat, et comparet se illis qui male vivunt. V, 932. Aut aliis insultet. V, 933. Justi multi inferiores merito, peccatoribus conversis. VIII, 443, 444.

Justus qui stat, plerumque cadit. V, 669. Justis miscentur casuri, ut ex eorum casu timor augeatur. VI, 419. Justus seduci potest, sed non ad æternam damnationem. VII, 669. Justus nemo in omnibus. X, 161. Peccata hîc nonnulla in justis. VII, 21. Justi ex fide viventes non sine peccato. X, 244. Sunt tamen qui vivant absque crimine. VI, 262. Justi omnes hac in vita secundum quid boni, secundum quid mali sunt. V, 559. Justorum quorumdam vita, nec bona, nec mala. VII, 750. Justi antiqui non sine peccato. X, 622. In ipsis etiam fructuosis sarmentis agricola qui in cælis est, invenit aliquid quod purget. IX, 746. Justi ad regulam divinam, et justi ad regulam humanam. VI, 718. 720, 721. Qui de justitia sua præsumunt, justi appellantur aliquando in Scriptura. IV, 696. Justus hîc nullus, qui non quibusdam humanis motibus deficiat ad seipsum, et ideo peccet. VI, 262. Quantumcumque justis, non gloriandi, sed pœnitendi causa semper adest. V, 1538. Justi merito orant pro remissione peccatorum suorum. II, 842; VII, 657. Nulli non necessaria peccatorum remissio. VI, 262.

Justi cur multa patiantur in hoc mundo. IV, 1637. Deus non ideo injustus ac invalidus, aut res humanas non curat, quia sinit justos affligi. VI, 98. Justis expedit affligi in hac vita. VI, 99. Labor justorum, flagellum est patris. IV, 1204. Justos de tribulationibus semper eruit Deus, non quidem corporaliter, sed spiritaliter. IV, 319, 320. Justi humiliati non sunt miseri, nisi oculis impiorum. IV, 255. Justi humiliati non ceciderunt, quia Deus cui adhærent, altitudo ipsorum est. IV, 255. Justi in malis temporalibus publicis inter Paganos dupliciter affliguntur, et ab impiis, et cum impiis. II, 423. Justo nil nocet. IV, 366. Justo qui nocet, sibi ipsi vere nocet, non illi. I, 600. Justo nihil justum displicet. III, 140. Quod fuit caminus regis tribus pueris, hoc erit ardens mundus justis in Trinitate signatis. IV, 1514. Non ideo quisque justior, quia persecutionem patitur: probatur exemplis. II, 177. Justi hîc numquam sine persecutione. V, 910. Qualiter persecutionem pro justitia semper patiantur. IX, 420. Justus et injustus oneri sibi sunt. IV, 564. Justorum labores quinam sint. VII, 787. Justorum labores improbis quibusdam scandalum. VI, 38. Justus proficit quando videt pœnam peccatoris. IV, 690, 691. Homini justo unde hîc conturbationis causa. IV, 241, 471. Justi nutant aliquando, cum vident impios florere et abundare. IV, 1648, 1649. Justi vita in hoc sæculo, similis est arbori quæ per hiemem arida videtur. IV, 358, 556, 557. Justi vita hic bellum, nondum triumphus. V, 814. Justorum certamina. VIII, 586, 587. Justi non solum de suis, sed et de rebus aliorum afficiuntur. VII, 414. Justi passiones rectas habent. VII, 413, 416. Justus naufragus evadit dives et nudus. V, 1511.

Justus unde diligitur etsi incognitus. VIII, 971. Quomodo nondum justus justum cognoscat quem diligit. VIII, 953, 954, 955, 959, 966. Justus, si a sua justitia recesserit, in qua diu vixit, et in ea fuerit impietate defunctus in qua non dico unum annum, sed unum diem vixerit, in pœnas iniquis debitas ibit, nil sibi præterita sua justitia profutura. X, 979. Quinam invenientur justi in ultimo judicio. X, 304. Justis liberandis vita non sufficiet in judicio, sine suffragio Sanctorum. VII, 749. Justi quodam modo purgabuntur in judicio, cum mali separabantur ab eis. VII, 700. Justi in regno cælorum, hostiæ ipsi erunt. VII, 700. Quis fructus hîc est justo. IV, 691. Justi hîc et in cœlo gaudent; hîc de spe, ibi de re. IV, 1679. Justi post opera bona sabbatum æternum agent. IV, 1181, 1182. Justus secundum spem beatior est Adamo in paradiso constituto. VII, 328. Justi quomodo pauci. IX, 296.

Justi terram proprie regunt. IV, 544. Orbem proprie habitant. IV, 544. Justorum jure sunt omnia. II, 665. Justorum semen quomodo potens in terra. VI, 161. Quomodo non quærat panem. IV, 387, 388. Juste agens laudem habebit ex potestate, sive illa absolvat, sive damnet. V, 110. Quid est recipere justum in nomine justi. IV, 1327.

Justi appellati sunt vel Angeli, vel filii Dei. III, 519. Appellantur campi, colles. IV, 784, 785. Cœli. III, 1277; IV, 1314, 1625, 1626, 1632; V, 1590. Justus lumen est. III, 826. Dies est. III, 826. Nisi homo ad incommutabile bonum, quod est Deus, conversus substiterit, formari ut justus beatusque sit non potest. III, 381. Justi regnum Christi. VIII, 830, 834. Justi palmæ et cedro comparantur. IV, 1179, 1480. Appellantur sedes Dei. IV, 1625, 1626. Sunt sedes Dei qui judicat ex ipsis tamquam e throno, et ipsos dirigit. IV, 1240, 1626. Justos hinc migrantes tollit Angelus in paradisum. V, 658. Justorum tria genera in Noe, Daniele et Job significata. II, 423; VI, 717; X, 158. Injustos quomodo Deus diligat. VI, 621.

Justum esse non potest quod est contra veritatem. VI, 540.

Jusum susum. III, 2036, 2060.

Juventas dea. VII, 122.

Juventus circa triginta annos esse definitur. VII, 777. Juventutis erudiendæ modus improbatur. I, 672. Juventus Christiani in laboribus et ærumnis, senecta vero candida est recte factis. IV, 1178, 1179. In juvenili ætate potissimum vita corrigenda. IV, 1512.

Juvenalis locus. II, 532.

K.

Kalendarum Januariarum solemnitas superstitiosa. V, 1020, 1021, 1024.

L.

Laban interpretatur dealbatio. VIII, 432.
Labdon judex apud Hebræos. VII, 576.
Labeo. Tres hujus nominis exstitere, scientia juris civilis clari. VII, 56, *not.* (*a*). Labeo Philosophus. VII, 795. Labeo antiquitatis peritissimus. VII, 56. Quomodo Labeo distinguit deos. VII, 105. Per quid numina bona a numinibus malis distinguat. VII, 56. Labeo dæmonicola. VII, 272.
Labia interioris et exterioris hominis. IV, 900. Labia dolosa augent linguis suis pœnas, quibus apud inferos sitiant. IV, 250. Consentiant labia tua cordi tuo; quærens pacem a Deo, tibi ipsi esto pacatus. IV, 444. Labor labiorum superbia. IV, 1810, 1811.
Labor quomodo præceptus nobis sit. IV, 1211. Excellentius est labore manuum sibi victum vestitumque parare, quam ab aliis accipere. II, 692. Labor servis Dei seligendus, qui animo libero exerceatur sine cura et cupiditate. VI, 560. *Vide* Opus.
Labores alienos aliqui nisi conentur non judicando discutere, sed lacerando conscindere, docti sibi non videntur. VI, 441.
Labor hic unde. V, 440. A laboris pœna nullus hominum est immunis. X, 1578. Labores conditionum aliquot recensentur. V, 443. Laborem et dolorem uno nomine Græci appellant. VIII, 410. Ibi labor, ubi multa quæruntur et diliguntur, quibus adipiscendis et retinendis voluntas non satis est. II, 485. Non poterit labor finiri, nisi hoc quisque diligat, quod invito non possit auferri. IV, 107. Laboret homo ut teneat quod facile amisit; tenebit ad firmitatem, quod tenuerit post laborem. IV, 1956. Laborant omnes filiis suis, nemo sibi. IV, 1159. Labor est semen iniquitatis, peccatum conceptio laboris. IV, 107. Laborant homines pro cupiditatibus suis, laborare nolunt pro Dei promissis. V, 237. Labor impiorum in circuitu. IV, 1810, 1811. Bonum opus non multum laborat, malum opus habet laborem. IV, 1181, 1811. Nihil est laboriosius iniquitate et impietate: quem laborem sequitur dolor, quia non solum sine fructu, sed etiam ad perniciem laboratur. IV, 127, 142. Labor justorum flagellum est patris, et felicitas peccatorum fovea ipsorum est. IV, 1204. Si vis sustinere laborem, attende mercedem. IV, 372. Brevis labor est, nec destitutus consolatione. IV, 1212. Labores hujus vitæ, quia transeunt, nihil sunt, sed consequuntur bona quæ non transeunt. V, 728. Labor pretium est regni cœlorum. IV, 1211. Modo tempus est laboris, tempus seminis, tempus frigoris: etsi inter ventos et pluvias, semina; veniet æstas, quæ te lætificet. IV, 391. Nec sentiunt amatores quod laborant, et tunc ab eis plus laboratur, quando a labore quisque prohibetur. V, 585. Labores amantium nullo modo sunt onerosi; nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut et labor amatur. VI, 447, 448. Laborem mundationis carnis et spiritus nemo suscipit, nisi præmio invitatus. V, 263.
Labore emitur requies. IV, 1211. Laborum et actionum omnium finis quis esse debeat. V, 85. Talis actio debet esse animæ, quæ tendat ad quietam securitatem, non quæ augeat inquietum laborem. IV, 1489. Quidquid laboras, ad hoc laboras ut videas. IV, 1170.
Lac. Parvulus es, adhuc lacte nutriendus es, noli irasci uberibus. IV, 644, 784. Lactare ut nutriaris, sic nutrire ut crescas, sic cresce ut panem manduces. IV, 1715. Panis Angelorum lac factus est nobis. IV, 235, 1710, 1711. Humilitas, caro, crucifixio Christi, lac est quod parvulis sufficit. IV, 1613. Lac nostrum Christus humilis: cibus noster idem Christus æqualis Patri. III, 1998. Idem et lac parvulis et grandibus esca esse potest. X, 1017. Lac miro modo significat gratiam. IV, 827, 1857; V, 167. Lac gregis. V, 271. *Vide* Pastor. Lactis alimonia non vescuntur Manichæi. VIII, 37.
Lactentes in Ecclesia, ii qui nondum capaces cognitionis rerum spiritalium atque æternarum, nutriuntur fide temporalis historiæ, quæ pro salute nostra a Verbo Incarnato administrata est. IV, 110.
Lacedæmoniæ matres filios suos ut pro terrena patria sanguinem funderent, ardentius in certamina bellica quam signorum sonitus excitabant. II, 1057.
Lacerna. V, 885.
Lacrymæ testes doloris. V, 1536. Lacrymæ nascentium, testes et prophetiæ miseriæ eorum. V, 909. Lacrymæ sanctorum in hac vita. VII, 683. Justus quisque hic abundantius plorat, unde. V, 194. Piis unde lacrymarum causa. IV, 429. Ardes forte conscientia delicti, lacrymis extingue flammam peccati. IV, 1224. Lacrymas extorquet humiliatorum superborum fumus confitentium peccatorum. IV, 1865.
Lacrymæ sanguis pœnitentis. V, 1542. Seminare in lacrymis omnium est Christianorum. V, 192, 194. Lacrymæ piorum comparantur cum fletu impiorum. V, 193. Lacrymæ et risus inanes de rebus perituris. V, 194, 195. Dulciores sunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. IV, 1683. Lacrymæ piæ contribulatorum, mustum sunt amantium. IV, 1064. Panis lacrymarum die ac nocte comeditur. IV, 467. Lacrymæ quare dictæ sunt panes, non potus. IV, 457, 1683, 1684.
Lactantius operi suo quædam vaticinia Sibyllæ inserit. VII, 581.
Lacturnus Deus præsidet frumentis lactescentibus. VII, 118.
Lacus est profunditas miseriæ vel inferni. IV, 1111, 1853; VII, 594. Lacus infimus profundissima miseria. IV, 1112. Lacus est profunditas sæculi, abundantia luxuriæ. IV, 223. Lacus miseriæ est profunditas iniquitatis, ex carnalibus concupiscentiis. IV, 434, 1853. In lacum descendunt, qui sese libidinibus immergunt. IV, 223. Et qui confessionem perdunt. IV, 1853. Lacum aperire et effodere quomodo differant. IV, 107.
Lædit prius iniquitas cor injustum unde procedit, quam hominem justum in quem procedit. IV, 107.
Lælius in disputatione Ciceronis de rep. inducitur ut interlocutor. VII, 67.
Lætitia quid. VII, 409. Lætitia in bono est et in malo. VII, 411, 412. Lætitia malorum de temporalibus bonis, cæcitas est ac summa miseria. VI, 295. Lætitia sæculi vanitas. III, 1438. Lætitia in malis fovea est. IV, 671. Mors est ipsa lætitia in perfruendo, cum quisque adipiscitur quod perdite concupivit. IV, 123. Melior est tristitia iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis. IV, 671. Lætitia sæculi est impunita nequitia. V, 935. Lætitia non foris quærenda, sed intus. IV, 82. Lætandum corde in Deo. V, 182. Recto corde semper est de Deo jucunditas. IV, 1251. Lætitia sanctorum inde est, quod Dominus sit in illis. IV, 829. Lætitia mentis acquiritur cessando a lætitia carnis. VI, 711. Causa tristitiæ tuæ peccatum est, causa lætitiæ tuæ justitia sit. IV, 478. Lætemur in Domino, non in nobis; quia bonum nostrum non nos nobis, sed ille qui fecit nos. IV, 118, 273, 770, 794. Nihil præstantius ea lætitia quæ in verbo Dei est. III, 483. Lætitiæ saginam producunt nubes Scripturarum. IV, 1909. Lætitia sine timore non sit. IV, 1092, 1093. Lætitia plena et perfecta quando erit. IV, 1092, 1275. Cum accepta fuerit cœlestis et ineffabilis lætitia, perit quodam modo humana mens et fit divina. IV, 351. Lætitiam donabit dies, patientiam quærit nox. IV, 1853. Quæ multum læta sunt, et si certa sunt, vix creduntur. IV, 1927.
Lætitia nominatur solemnitas. II, 115.
Læto qui sæculum, quod contempserat, repetere sollicitabatur, epistola. II, 1053.
Laicus. V, 635, 738, 1540. Laici inferioris propositi (id est alii a monachis). I, 639.
Lamasba. IX, 236.
Lambæse. IX, 206.
Lamina in fronte summi Sacerdotis significat sanctificationem et ablationem peccatorum. III, 641. Ac vitæ bonæ fiduciam. III, 638.
Lampadio de quæstione fati et fortunæ rescriptum. II, 1061.
Lampares vigesimus tertius Rex Assyriorum. VII, 572.
Lampius Barcilonensis. II, 100. A quo Paulinus apud Barcilonem in Hispania per vim inflammatæ subito plebis est sacratus. II, 100.
Lana et linum quid figurant. V, 224. Lana materies vestis est, et designat prædestinatos. IV, 1932.
Languor naturæ nostræ. IV, 1319, 1507. Languor ex culpa contractus. VI, 360. Languores, quos ex pœna peccati patiuntur etiam cives civitatis supernæ. VII, 442. Languor post baptismum. V, 752. Languores nostri a quo sanentur. IV, 1319.
Laodicenus in epistolam ad Galatas commentariolos reliquit. II, 252. Laodicenum de Ecclesia nuper egressum dicit Hieronymus. II, 252, 286.
Laomedon Trojam exstruit. VII, 79. Perjurio Apollinem et Neptunum fallit. VII, 80.
Lapides ossa principum esse dicunt Manichæi. VIII, 306. Lapides et terra in mundo sunt ut ungues et ossa Dei. VII, 212. Lapides dicuntur Gentes quæ adorant lapides. IV, 530, V, 679. Lapides mortuos adorabant Pagani, nos vivum lapidem invenimus. IV, 1244. Lapis angularis Christus. V, 42. Omnes fideles unus lapis. IV, 1228. Unctio lapidis capiti Jacob suppositi, figura unctionis Christi. III, 570. A lapide Christo conquassari aliud est, aliud conteri. IV, 522. Lapis demonstrationis et veritatis. III, 634. Quinque lapides David. V, 198. Lapides vivi, lapides mortui. V, 163. Lapis Christus conquassat parvus, conteret magnus. IV, 936. Lapides pretiosi et vivi in Ecclesia. V, 223. Qui credunt diligendo Christum, lapides vivi sunt, de quibus templum Dei ædificatur. IV, 512, 1704. Lapides Sion omnes Prophetæ. IV,

1303. Lapis limitis agri. V, 1511. Lapidea milliaria litteris plena viam docent. V, 1547.

Lapsus et reparatio hominis. III, 132.

Laqueus venantium, dulcedo hujus vitæ. IV, 1647. Quomodo in laqueum incidant homines, et ex illo eruantur. IV, 1151, 1647. Laqueos non in via, sed circa viam tendit diabolus; via autem Christus. IV, 1151. In laqueo diaboli duo sunt; error quo illiciat, terror quo frangat. IV, 256.

Larentina meretrix Herculis, quibus meritis divinos honores obtinuit. VII, 185.

Lares dæmones boni ex hominibus facti. VII, 265.

Largo de contemptu rerum hujus sæculi epistola. II, 938. Num hic idem sit, qui proconsulatum Africæ gessit. II, 938, *not.* (*c*).

Larvæ, noxii dæmones ex hominibus facti. VII, 265.

Lascivum motum repercutiens, si quid delectabilius cogitavit, non abit sine vulnere. V, 391.

Latera hominis dicuntur, qui illi cohærent. IV, 535, 1684. A latere Domini cadunt, qui de sua perfectione superbiunt. IV, 1156. A latere Christi stant, qui reliquerunt omnia. IV, 1156. Bonus homo est, sed mala latera habet, proverbium. IV, 535, 1684.

Latere hic voluit Christus, et latent similiter boni. IV, 621.

Lastidianus Augustini consobrinus. I, 962.

Latina lingua in Africa vulgaris ætate Augustini. I, 671. Latinæ linguæ inopia in regionibus (Hipponensibus) evangelica dispensatio multum laborat. II, 294. Augustinum in multis verborum sonis exagitabant Itali. I, 1015.

Latinus Fauni filius, a quo Latinorum regnum dici cœpit. VII, 572, 576. Latinorum reges, Silvii dicti. VII, 577.

Latinus Mugiensis episcopus. IV, 381.

Latria. VIII, 698, 703, 799, 827, 828. Latria quid. VII, 278. Latria servitus Deo debita. III, 536, 564, 628, 631; VIII, 313, 384, 385. Uni vero Deo exhibenda. VII, 160, 173, 221, 646. Uni Creatori. II, 749. Et singulis personis Trinitatis. II, 749. Quomodo latriam in nobis ipsis exhibemus Deo. VII, 280.

Latitudo caritatis. V, 904.

Latrocinia sunt parva regna. VII, 115.

Latrones habent inter se quam caritatem vocant. VIII, 223. Latrones ut tutius infesti sint paci cæterorum, pacem volunt habere sociorum. VII, 638. Latronum obstinatio inter cruciatus, ne conscios aut nomina sua prodant, non sine magno amore. V, 923.

Latrones a dextris et a sinistris Christi. V, 1085, 1451. Latronis cum Christo crucifixi conversio. III, 1678; V, 150. Fides et confessio. IV, 332, 443. Confessione effudit ex se saniem, et factus est aptus cibo Domini. IV, 848. Latronis in cruce fides quanti meriti. V, 150. Quam magna, cum titubant discipuli. V, 1110, 1293. Latro in cruce tunc credidit, quando in ipsis doctoribus fides defecit. III, 1918. Apostoli victi sunt a latrone, qui tunc credidit, quando illi defecerunt. IV, 847, 1851. Latronis fides cum discipulorum defectione comparatur. X, 480. Latronis in cruce justificatio per fidem, nullis præcedentibus meritis. VI, 125. Latro in cruce justificatus et salvatus gratis, qui de fauce, id est, de latrocinio in judicium, de judicio in lignum, de ligno perductus est in paradisum. IV, 332, 655. Latroni misericordia obtulit, quod miseria distulit. V, 456. Latroni credenti, ineffabili potestate dominantis Dei baptisma deputatum est habitum in animo, quod in corpore crucifixo accipi non poterat. VI, 53. Latro cui Christus in cruce paradisum promisit, an baptizatus fuerit, incertum. I, 627, 658; IX, *Retr.* 107, 108; X, 503, 505, 516. Credibilius est fuisse. I, 653. Latro in cruce martyr in suo sanguine baptizatus. X, 480. Aut aqua quæ de latere Christi profluxit perfusus. X, 480, 481. Latroni corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti per necessitatem defuit, adfuit per pietatem. IX, 173, 174, 175. Latronis exemplo non præscribendum Salvatoris præcepto de baptismo. X, 481. *Hodie mecum eris in paradiso*, latroni dixit Christus quatenus Deus est. II, 834. Latro quomodo die mortis Christi in paradiso cum ipso. II, 833. Quo in paradiso anima ejus collocata. III, 483. Latro sub filii prodigi parabola intellectus. VI, 705.

Laturam facere. V, 1519.

Laturarii divitum, pauperes sunt. V, 130, 240, 406.

Lavacra superstitiosa in natali S. Joannis. V, 1021. Lavacrum aquæ in verbo perfectæ mundationis effectum sortitur post hanc vitam. I. 593.

Lavare et rigare quomodo differunt. IV, 94. Ad exemplum humilitatis Christus lavit pedes discipulis, non ad sacramentum mundationis. IV, 1184. Lavare manus in innocentibus quid. IV, 193. Lavandi mos in die cœnæ Domini. II, 204.

Laudabiles res proprio fulgore, non ore vulgi esse pretiosas. II, 428, 433. Quidquid laudamus, ideo laudamus, cuia bonum est. IV, 1741. Laudant multa multi, iniqua iniqui. IV, 418. Laudas quod fit? adstipulator es facti. IV, 581, 1741. Ecclesiæ vel professionum quarumdam laudatores incauti. IV, 1278. Nemo laudat nisi quod ei placet. IV, 1939. Laudatio libera est a lege texentis historiam. IV, 1400.

Laudare Deum, accusare nos ipsos. V, 434. Laus jucunda Deo, quæ. IV, 1900. Laudandi Deum præceptum habent Angeli et cælestia. IV, 1941. Qua ratione ab Angelis, qua a nobis laudetur Deus. V, 1016. Laudat Deum universa creatura. I, 705. Quomodo creaturæ etiam inanimatæ laudent Deum. IV, 1691, 1878, 1939, 1946, 1947. Ipsæ species creaturarum, voces sunt creatorem laudantium. IV, 205, 206. A laude Domini ad laudandum se vel unguem recedere non est tutum. V, 455. Laudans se, Deum non laudat, sed se a Deo avertit. V, 932. Ut se homo laudet, arrogantia est; ut Deus se laudet, misericordia est. IV, 1869. Dei est specie sua placere tibi, ad te pertinet eum in gratiarum actione laudare. IV, 500. Summum hominis opus non est nisi laudare Deum. IV, 500. Cur Deus laudari velit ab homine. IV, 1318. Deus misericorditer jubet ut eum laudemus, non arroganter. IV, 1739. Deus nec major fit si eum laudes, nec minor, si vituperes. IV, 1738, 1739. Laudatione, quasi manducatione, vires acquiruntur, et dulcescit qui laudatur. IV, 1281.

Laudandi Deum causa nobis multiplex. IV, 598. Laudem suam, ut capi a nobis posset, temperavit Deus. IV, 1742. Laudavit se ipse Deus, ut bene ab homine laudetur. IV, 1869. In bonitate Dei laus ejus omnis includitur. IV, 1740. Sacrificia laudis, munera gratiosa. IV, 836. Laudes Dei, sacrificium justitiæ. IV, 599. Sacrificium justitiæ quod Deo gratius est, quam sacrificium vituli. IV, 864.

Laudandus Deus semper. V, 1185. Magisterium breve est, ut semper laudes Deum. IV, 1871. Alternet pro tempore sonus vocum, perpetua sit vox interiorum. IV, 1517. Laudas Deum tota die, si vis : quidquid egeris bene age, et laudasti Deum. IV, 341, 1938. Laudat ad horam lingua, vita semper laudet. IV, 1899. Laudare Deum tunc desinis, quando a justitia declinas. IV, 1938. Laudandus Deus in prosperis et in adversis. IV, 280, 628, 885. Curvus es, si laudas Deum quando tibi bene est, et blasphemas quando male. IV, 278. Laus flagellantis, medicina est vulneris. IV, 1871. Laudare Deum de se toto, est eum laudare lingua, voce, conscientia, vita, factis. IV, 1938, 1939. Laudandus Deus in voce, in intellectu et in opere bono. IV, 1390, 1949. Vita et lingua. V, 1190. Laudandus Deus in omnibus operibus nostris. IV, 1316, 1317. Frustra lingua Deum benedicit, si vita Deo maledicat. IV, 580, 583. Qui male vivit, et laudat Deum, a semetipso dissonat. IV, 1900. Deum tantum homo securus laudat, qui non habet unde displiceat. V, 1186. Laudatio impiorum offendit Deum. IV, 1900. Laudant Deum opera sua, non laudant avaritia, luxuria; quia non illa fecit. IV, 1691. Nondum Deum laudat qui male vivit, aut qui meritis suis tribuit quod bene vivit, aut qui se super alium extollit. IV, 540, 584. Laudis vocem audire, est intelligere intus quia quidquid in te mali est, tuum est; quidquid boni, Dei est. IV, 193, 796. Vox laudis Dei est, quia gratia ipsius sumus, quidquid boni sumus. IV, 796. Deus in veritate laudandus, id est de suo, non de tuo. IV, 193, 194. A laude Domini recedit, qui a se boni aliquid habere putat. V, 433. Quia spiritus Dei in servis suis laudat eum, quid aliud quam ipse se laudat? IV, 1869. Laudes Sanctorum, Dei esse laudes. V, 1423. Opera præceptorum laudes sunt ejus qui operatur in suis. IV, 1407. Divites se laudant, pauperes Dominum laudant. IV, 178, 943.

Laudem præcedere debet confessio. IV, 1908. Deum nemo convenienter laudat, nemo quomodocumque non laudat. III, 106. Laudant Dominum qui se subdunt Domino. IV, 275. Velle laudare, laudare est. IV, 1746. Eloquentes muti sunt, qui dum laudant creaturam, obliviscuntur creatorem IV, 1873. Si non laudaverint servi Dominum, superbi, ingrati, irreligiosi erunt. IV, 1738. Et multo magis ab ipsis Deus laudandus est, quo mercantur esse et filii. IV, 1739.

Laudandus Deus corde et amore. V, 1193, 1643. Laudans corde, in aram conscientiæ victimas imponis. IV, 1746, 1220. Aures Dei non ad os, sed ad cor; non ad linguam, sed ad vitam laudatoris patent. IV, 1900. Laudare Deum, amare et laudare; laudare in amore, amare in laudibus, otiosum est negotium. IV, 1916. Laus sine amore, nec vera, nec Deo accepta. V, 1643. Laudet Deum lingua, laudet vita, sed habeat caritatem infinitam. V, 1186. Quis veraciter laudat, nisi qui sinceriter amat. II, 557. Noli timere ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. IV, 1062, 1063. Laudetur Deus voluntate, ametur caritate : gratuitum sit quod amatur et quod laudatur. IV, 626. Sacrificia laudis non timore sed caritate oblata, dicuntur voluntaria oris. IV, 1568. Laudando quod amas, libere laudas.

IV, 1745. Nemo laudat Deum, nisi ori suo factis consentiat, Deum et proximum diligendo. V, 209, 211. Caritas laudat Dominum, discordia blasphemat. IV, 1950. Canticum novum nihil aliud est quam laus Dei. II, 557. A laude Dei incipere debet oratio. IV, 1390, 1882. Laus nostra lætitiam habet, oratio gemitum. IV, 1957.

Laudis Dei tutum iter in scripturis quærendum. IV, 1869. Laudatio hoc est cordi saginato, quod stomacho ructanti ructatio. V, 1188. Modo cantat amor esuriens, in cœlo cantabit amor fruens. V, 1188. Laus Dei solum erit negotium beatorum. IV, 1062, 1100, 1107, 1108, 1463, 1889; V, 1147, 1176, 1186. Ibi cibus noster erit, ibi potus, actio quietis, totum gaudium. V, 1177.

Laus sine fine in cœlo, quia sine fine amor. IV, 1281, 1844. Laudare modo incipe, si in æternum laudaturus es. IV, 1870.

Laus propria non quærenda, sed Dei. III, 2038. Laudare se homo quomodo possit absque arrogantia. IV, 1873. Non te laudes, et quando bonus es: laudando te bonum, fis malus; bonum te fecerat humilitas, malum te facit superbia. IV, 195. Nolle in se laudari, est esse humilem. IV, 310. Laudes humanas ambientes. V, 577, 579. Omnes mortales sese laudarier optant. VIII, 1018. Vera laus ea est, quam non tacet Deus. IV, 1432. Laudes hominum intueri non debet qui recte agit. III, 1269, 1271, 1272. Laudibus humanis assuetus animus, quomodo instante judicio deficiet. II, 573, 574. Laus humana in studiis non quærenda. II, 433. Laudes hominum quæritans operibus suis, adumbratur virginibus fatuis. V, 577. Qui laudes hominum quærit in pia professione, deficit hominum reprehensionibus. V, 1564. Virgines fatuæ, propter ipsam inanem laudem, non propter conscientiam suam bona operantur. II, 571. Qui judicat propter laudem male, munus accipit. IV, 195.

Laudis amor vitium. VII, 158. Præcipuum in vanitate locum habens. IV, 1532, 1533. Vitium hoc utile esse reip. putarunt. VII, 158. Laudis amore multi alia vitia cohibuerunt. VII, 158. Hi non quidem sancti, sed minus turpes sunt. VII, 158. Laudis humanæ cupiditati melius resistitur, quam ceditur. VII, 158. Laudis humanæ periculum. V, 478. Laudis appetitus et contentionis superbia mater est. II, 92. Laudis aviditas hypocrisim sæpe generat. II, 92. Qui laudari vult ab hominibus vituperante Deo, non defendetur ab hominibus Deo judicante, nec eripietur Deo damnante. I, 804. Laudis appetitus miseros facit. I, 1231. Per gratiam suam præstat Deus hominibus unde laudentur. X, 208. Laudari etiam de Dei dono periculosum. II, 804. Non male vivendum est ne laudemur. I, 805. Laude immodica quosdam extulisse pœnitet Augustinum. I, 587. Laudatio ibi a vanitate remota est, ubi etiam vituperatio ab offensione secura est. II, 428.

Laus humana non semper culpanda. IV, 1533. Laudes hominum quando non noceant. V, 804, 805. Laudatio comes bonæ vitæ. I, 805. Laus humana utilis est laudantibus, cum Deum, non hominem in bona vita sua honorant. III, 1269. Cum laudatur quis, laudem in Christum refundat. IV, 450. Cum laudantur boni, non laudatis, sed laudantibus prodest. II, 1024. Qui laudant bonos, indicant sibi bonos placere, quos veraciter laudant. II, 1024. Ut sese gerunt justi cum laudantur. II, 93, 1024; III, 171; VII, 166. Ut se gerebat Augustinus. II, 109. Laus et honor quomodo a Prælatis accipi debeat. II, 93. In laude veritas appetenda est, vanitas fugienda. II, 1023. Laudes suas audire delectari se quo fine dixerit Themistocles. II, 1023. Laudari exoptare partim approbandum, partim cavendum. II, 1023. Finem recti nostri non in hominum laudibus ponere, et tamen propter ipsos homines quærere laudes hominum docuit nos Dominus per Apostolum suum. II, 1024. Laudibus hominum moveri debemus non propter nos, sed propter proximum. I, 805. Laus bonorum quomodo prosit etiam iis quos laudant, licet in his nec sit quod laudant. II, 1024. Laudari a male viventibus non vult Augustinus. V, 1480. A bene viventibus, nec plene vult, nec plene non vult. V, 1480. Laudare se citra arrogantiam aliquando licet. III, 1793. Recte vivere et nolle laudari, quid est aliud quam inimicum esse rebus humanis? III, 1269. Laude carere facile est dum denegatur, difficile est ea non delectari cum offertur, II, 92.

Laus falsa adulatio est. IV, 1824. Melius vituperares, quam dolose laudares. IV, 1600. Laudes vendunt adulatores. V, 578. Adulantis laus respuenda. IV, 870.

Lavinia Æneæ uxor. VII, 576.

Lavinium urbs in qua Æneas regnum constituit. VII, 91, 210.

Laurentius Martyr. V, 1385; VI, 689. Archidiaconus. V, 1388, 1393. Ejus martyrium crudele. III, 1621. Laurentii fortitudo. III, 1621. Unde. III, 1621. Laurentio flamma exterior frigebat in comparatione fervoris quo intus ardebat. V, 1397. Laurentii corpus Romæ. V, 1355. Laurentii Memoria apud Ravennam. V, 1445.

Laurentius provinciæ Cæsariensis episcopus. II, 955.

Laurentius frater Dulcitii. VI, 154, 229, 231.

Laurentum regni initium. VII, 572. Laurentum primus rex Picus. VII, 572. Ex Laurentibus origo Romana dicitur. VII, 572.

Lazapus presbyter. II, 1022.

Lazarus interpretatur adjutus. III, 1350; IV, 872. Lazarus quamvis esset figura peccatoris, multum a Domino amabatur. III, 1749. Lazari resuscitatio aliquid in allegoria significat. VI, 59. Lazarus suscitatus, peccatoris resurgentis figura. V, 433. Et pœnitentium. IV, 1306. Lazarus Ecclesiæ Dei typum gerit. IV, 872.

Lazarus pauper ulcerosus in sinum divitis Abrahæ levatus. V, 113. Lazarus et Epulo post mortem mutaverunt vices. IV, 550. Non est in Lazaro meritum paupertatis, sed pietatis. IV, 610. Lazari cur nomen expressum, non divitis. V, 248. *Vide* Dives. Lazari cum divite comparatio. V, 248, 1650.

Lazarus episcopus Gallus. X, 320, 343, 355. Lazari et Herotis litteras Orosius presbyter detulit ad Concilium Carthag. II, 759. Pelagium et Cælestium auctores nefarii erroris arguunt Heros et Lazarus. II, 759. Objectis Herotis et Lazari respondit Pelagius. II, 776.

Lazarus presbyter. II, 966.

Lazarus diaconus. V, 1574.

Lectio nobis hic necessaria, non in patria. IV, 1193. Lectiones divinæ nos erigunt contra desperationem, et terrent contra superbiam. V, 778. Quando legis, Deus tibi loquitur; quando oras, Deo loqueris. IV, 1086. Tanto citius quisque proficit cum bona legit, quanto citius facit quod legit. VI, 565. Lectionis perversum studium reprehenditur. VI, 565. Lectiones et cantus in Ecclesia. V, 950.

Lector psalmum qui populo exponendus esset, prælegebat. IV, 1784. Lector ascendit, tractator loquitur. V, 124, 131. Lectores sonant Dei verbum etiam quando tacent tractatores. V, 204. Lector recitat Evangelium. V, 433, 1117. Lector psalmum in ecclesia cantans, quem ipse elegit. V, 1550. Lector ecclesiasticus ille non est, qui Scripturam non ecclesiasticam, quamvis in ecclesia legerit. II, 234. Lectoris officio qui semel functi fuerant in aliqua ecclesia, ab alia teneri non poterant. II, 233 *et Not.* Pueri in lectorum gradu. III, 1049; V, 1550.

Legentium error triplex. VIII, 72. Lectorum tardiorum errores auctori non tribuendi. VIII, 823. Legere qui non potest, assidue verbum Dei audiat. IV, 1159. Qui didicerunt a Domino Jesu Christo mites esse et humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. II, 597. In conventibus Christianorum legebatur alternatim et psallebatur. II, 119.

Lectisternia in honorem deorum. VII, 96.

Lectus aliquando est voluptas carnis, et delectatio sæcularis. IV, 93. Lecto quies figuratur. IV, 1730. In lecto esse dicuntur, qui in otio Deo serviunt. IV, 1730. Lectus doloris, infirmitas est carnis. IV, 457. Lecti ærati. VII, 102. Lectus argenteus. V, 1402. Lectus inargentatus. V, 114.

Leges urbs. II, 1094.

Lemures noxii dæmones ex hominibus facti. VII, 265.

Lens cocta a Jacob, et manducata ab Esaü, quid figuravit. V, 39. Lenticula, cibus Ægyptiorum. IV, 527. Lenticula Alexandrina magnificatur. IV, 527.

Leo sacerdos Paganorum. VII, 256. Sacrorum Ægyptiorum magnus antistes. VII, 229. Deorum originem prodit. III, 1057.

Leonem acolythum arbitrantur ipsum esse Leonem magnum, qui postea Sixto in Romana sede successit. II, 867, *Not.* (*b*). Sixtus ad Aurelium senem per Leonem Acolytum scribit. II, 867.

Leones non vixisse carnibus in arca magis credendum est. III, 550. Leo ponitur in laude, ponitur et in vituperatione. IV, 585. Per leonem Christus significatur. IV, 1375. Leo et Christum significat et diabolum. II, 79; V, 471. Leo victus est sæviendo, Agnus vicit patiendo. IV, 1958. Leo in cubili dicitur Antichristus, in quo et vis et dolus operabitur. IV, 127, 128. Leonum cubilia, corda infidelium. IV, 1376. Catuli leonum, plebs Judæorum; leones, principes sacerdotum. IV, 667. Leones ac leonum catuli, dæmonia et eorum principes designant. IV, 1374, 1375.

Leonas Dei famulus. VI, 518.

Leontiana basilica. V, 1201, 1207. Ejus conditor ipse Leontius. V, 1208. Leontii solemnitas ac depositio. V, 1208.

Leontius diaconus. II, 1002, 1012.

Lepidi bellum civile. VII, 109.

Leporius negabat Deum hominem factum, et quartam in Trinitate subintroducebat personam. II, 991. Leporii errori sententia contraria. VI, 249. Leporius a Proculo et Cylinnio merito correptus. II, 991. Et damnatus. II, 991. Leporius pergit ad Aug. a quo sanandus suscipitur. II, 991. Et de facto sanatur. II, 991. Sanati sunt et qui cum illo ve-

nerunt. II, 992. Rogat August. ut per epistolam a se subscriptam suscipiatur. II, 991.

Lepra mentis, doctrina varia et inconstans. V, 953.

Leptimagne. IX, 239.

Leptiminus. IX, 222.

Lepus quid significet. IV, 1372, 1373.

Lethargici. V, 538. Somno periclitantur. IV, 340, 341. Lethargicis cur nihil enervius. I, 1057. Lethargicus dormire volens, symbolum peccatoris perire volentis. V, 246, 538, 1596.

Letheus fluvius, seu fluvius oblivionis apud inferos. VII, 310.

Levana dea. VII, 122.

Levantia anima ad Deum, ut vas ad fontem. IV, 1854. Levandum cor sursum, ne putrescat. IV, 1085, 1629, 1630. Levare se ad Deum, et levare se contra Deum. V, 1536.

Leucippus octavus rex Sicyoniorum. VII, 562.

Leucius episcopus. II, 739, 780.

Leucothea dea. VII, 572.

Levi cur non decimatus. X, 175. Levi absconditus erat in lumbis Abrahæ. III, 407.

Levitæ. Quidquid ad Levitas pertinebat, ad Deum pertinere censebatur. III, 719. Levitas pro primogenitis filiorum Israel sibi Deus deputat. III, 719.

Leutius scripsit actus tanquam actus Apostolorum. VIII, 539.

Lex a legendo seu eligendo dicta est. III, 681. Lex generaliter et specialiter accipitur. III, 2087, 2088. *Retr.* Lex universitatis, sapientia divina. VI, 90. Lex alia æterna, alia temporalis : de utraque fuse et egregie. I, 1229. Lex æterna est ratio divina vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari jubens, perturbari vetans. VIII, 418, 420, 438, 446. Lex Dei sempiterna. III, 618. Lex Dei, voluntas Dei. IV, 586. Æternæ legis notio. I, 1229. Lex æterna ante legem scriptam manebat in cordibus piorum. V, 500. Æternam legem fas est cognoscere, judicare nefas. III, 148. Qui legi æternæ adhærent, temporalis legis non indigent. I, 1238. Lex triplex, in paradiso data, naturaliter insita, et in litteris promulgata. IV, 1374. Lex homini recto data, ut obedientiæ virtus mandaretur. X, 1534.

Lex naturalis. II, 681. Vocatur lex rationis. II, 683. Legem naturæ nemo sinitur ignorare. IV, 1374. Omnibus hominibus inesse probatur. IV, 673, 1574. Lex scripta cur data est, cum jam in cordibus conscripta esset. IV, 673. Lex naturalis per legem scriptam est instaurata, aucta, et firmata. IV, 1374. Lex quinque libris Moysi continetur. V, 198, 199. Legis nomine omnia veteris Instrumenti eloquia significantur. VIII, 1081. Legis cor in decem præceptis agnoscitur. VIII, 262.

Legum tria genera. VIII, 547. Lex et testimonium duo sunt nomina rei unius. IV, 987. Lex quomodo justitiæ Dei testimonium perhibet. X, 596. Leges divinæ apud animum intus expressiores certioresque sunt. VIII, 105. Lex temporalis etiam a Deo data. I, 689. Lex temporalis potest per tempora commutari. I, 1229. Lex scripta digito Dei. VI, 333. Lex data est per Angelos, in quibus persona Dei apparebat. VII, 295. Lex quinquagesimo die post agni occisionem data, quid significet. IV, 1167. Cur in lapide scripta lex. IV, 1326. Legis minister Moyses, promulgator Christus. IV, 590. Legem ad condemnationem valere Tabularum contritio significat. III, 756. Legis repetitio novum Testamentum significat. III, 655. Cur lex apparatu terribili, mirabilibusque signis coram populo data est. VII, 292.

Lex ad quid data. V, 680, 833, 842, 850, 927, 1555; VIII, 381, 543; X, 205, 297, 1238. Lex, prævaricationis est causa. VI, 211. Est insinuatrix peccati. VI, 103. Lex peccatum prohibens, virtus est jacta peccati. VI, 353. Quare et quomodo virtus peccati. VII, 580; X, 198, 1605, 1606, 1607. Lex auxit concupiscentiam. VI, 105, 108, 353. Lege data factus est prævaricator, qui antea erat nescius peccator. V, 818, 820, 831, 928. Lex litteræ ostendat peccatum : tollat peccatum lex gratiæ. V, 825. Prævaricatio, ex lege. II, 769, 892. Lege apparuit peccatum, quod latebat. V, 175. Lex cur ministratio mortis appellatur. VIII, 652, 653. Lex peccati et mortis quænam. V, 842; VI, 61. Abundantia delicti per legem. X, 205.

Legem abjiciebat Carpocrates. VIII, 27. Blasphemant Caiani, et Deum Legis auctorem negant. VIII, 20. Sicut Marcion, et Manichæus. X, 605. Legi veteri Manichæi adversantur. III, 2065. Eamque imperitia curiosa reprehendere solent. VIII, 255. A paganismo nihil distare Faustus blasphemabat. VIII, 320. Manichæorum error de veteri lege. VI, 199. Et in eam calumniæ. V, 25, 175; VIII, 403. Refelluntur. V, 825, 828; VIII, 404, 643. Summa locorum Scripturæ quos a calumniis vindicavit Augustinus. VIII, 639. Pelagianorum calumniæ de usu legis veteris. X, 587.

Lex non vituperanda tanquam mala. X, 557. Lex ab Apostolo non improbatur. III, 2065. Legis laus secundum Pelagianos. X, 610, 616. In laude Legis quæ Pelagianorum intentio. X, 616. Legem sic mittere ad regnum, quemadmodum Evangelium, dogma Cælestii. X, 533, 534. Lex quatenus a Catholicis laudanda. X, 611. Lex etiam vetus a Deo. X, 594. Lex non est mala, imo bona est. VI, 108, 109. Bona ostenditur. V, 822, 828, 831, 842. Bona et sancta. VII, 580. Quomodo bona est. III, 2065. Lex bonum est volenti facere quod lex vult. X, 432.

Lex utiliter lata. VIII, 71. Legis utilitas. II, 676; V, 750; VI, 61, 103, 116, 279, 312, 348, 486. Quibusnam utilis. X, 1111.

Lex cui bono data. II, 859. Lex tamquam pædagogus ad gratiam ducit. VI, 353. Ad hoc prodest ut mittat ad gratiam. IV, 1575. Lex data est ad ostendendum quam arctis vinculis constringerentur, qui de suis viribus præsumebant. III, 2068. Lex danda fuerat, quæ manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus a se ipso se posse esse justum putaret. II, 860. Ideo data est Lex, ut crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur. IV, 1529. Lex data, ut inveniret se homo qui se latebat. V, 833, 927. Lex etiam ipsa in adjutorium data, sed non sicut gratia. V, 850. Sic in adjutorium data est, ne te sanum putares. V, 850. Lex data, ut infirmitas inveniretur, imo augeretur; et vel sic medicus quæreretur. V, 842, 850. Lex docendo et jubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut quærat demonstrata infirmitas Salvatorem. II, 593, 893. Lex quomodo languorem ostendat, superbiam curet, ad medicum ducat. V, 753. Lex data Judæis, ut ad gratiam confugerent. VIII, 652. Lex cancellos tibi fecit, ut non inveniendo qua exires, ad gratiam convolares. V, 894. Lex ostendit non tantum doctorem esse necessarium, verum etiam adjutorem Deum. X, 205. Prava data lex, ut suam pravitatem sentiens, gratiam desideraret. X, 1534. Lex Judæis pædagogus, a quo perducerentur ad gratiam, quæ est in fide Jesu Christi. III, 615.

Legis infirmitas. III, 1402. Infirmitas ad justificandum. IV, 888, 889. Lex quare infirmata et infirma dicitur. IV, 818. Legis Moysi ad sanandum impotentia. V, 689, 753. Lex sive naturalis, sive scripta, non potuit auferre peccatum. X, 116. Nec a peccato liberare. X, 536, 537. Lex factum damnat, non aufert malitiam. X, 634. Lex sine gratia non aufert, sed auget peccatum. IV, 1572. Per Legem non sunt ablata peccata. III, 2067. Nec Lex, nec Sacerdotium introducunt in hæreditatem æternam, sed gratia per fidem. III, 743. Lex reconciliare non potuit. X, 826. Per Legem justificari se Judæi putabant, sicut et id putant Pelagiani. II, 769. Legis littera neminem justificat. X, 219, 536, 1227. Lex sine gratia non solum nihil prodest, sed plurimum obest. X, 364, 365. Prævaricatores facit, vel usque ad effectum mali operis, vel saltem in sola voluntate. X, 221, 904. Lex justificationem non efficiebat, sed prævaricationem. X, 250. Lex Moysi, baculus Giezi super faciem pueri. IV, 889; V, 176; VIII, 272. Lex lapis super mortuum positus. III, 1756. Lex vetus lapis offensionis est his qui gratiam non habent. IV, 1167 Legis infirmitas ex carne. V, 844.

Lex cur jubet. X, 214. Lex bonum jubet, sed non dat. VI, 353. Jubere novit, non juvare. V, 822, 1171. Lex data est ut monstraret homini infirmitatem, et quæret demonstrata infirmitas Salvatorem. X, 209. Lex sine gratia. X, 887. Lex sine gratia non sufficit. X, 896. Dat nosse hostem, non vincere. V, 794. Lex sine gratia nihil valet. V, 1165. Lex non est mala, licet sine gratia sit noxia. VIII, 312. Lex semper est bona, sive obsit inanibus gratia, sive prosit plenis gratia. VIII, 312. Lex quomodo nocet. III, 2065. Lex sine gratia non correctio peccantis, sed virtus est peccati. X, 1605, 1606. Lex peccato dedit virtutem, non quia mala jubet, aut bona prohibet, sed quia ex prohibitione auctum est desiderium, non extinctum. II, 892; V, 841, 894; X, 205, 204. Nescio quomodo hoc ipsum, quod concupiscitur, fit jucundius dum vetatur. X, 204. Quod lex vetat, tanto magis libet, quanto minus licet. VI, 106. Lex quomodo virtus peccati, si bona est. V, 109.

Lex sine gratia peccatum operatur. VII, 730. Facit magis reos. V, 753. Iram operatur. X, 894. Quomodo. X, 208. Lege cognita peccare gravius est. I, 1538. Inexcusabiliores sunt qui divina lege instructi, legi non obediunt. II, 884. Legis prævaricatores sumus, cum id non facimus quod faciendum, vel facimus quod non faciendum esse jam scimus. VI, 274. Lex sine caritatis dono jubere poterit, non juvare, sed prævaricatorem insuper facere. VI, 287. Contra Legem peccantibus prævaricationis crimen accessit. III, 2065, 2068. Quibus non datur gratia, prævaricatores fiunt accedente Lege, non justi. X, 1427.

Per Legis cognitionem tollitur excusatio quam homines afferre solent in peccatis. X, 882, 883. Inexcusabiles sibi sunt, qui Legem cognoscentes, per eas vires quibus confi

debant non impleverunt II, 884. Lex peccatores convincebat, non absolvebat. III, 1528. Qui in media ætate duarum Legum peccaverunt, etsi non alieni a peccato secundum Julianum, non tamen prævaricatores. X, 1223. Legis vel datæ in paradiso, vel in corde scriptæ, vel per Moysen datæ prævaricatores reputandi sunt omnes peccatores terræ. II, 681. Lex os omnium potuit obstruere, non potuit mentem convertere. X, 634. Legis violatæ rei, quomodo sanentur. III, 1397.

Legis antiquæ revera grave jugum qui leve fiebat. V, 444. Lex adjuvat ut gratia requiratur. X, 363. Lex data est, ut gratia quæreretur; gratia data est, ut Lex impleretur. X, 221. Lex nec est gratia, et nihil ex ea fit recte sine gratia. X, 607. Ut non Lex, sic nec ipsa natura est gratia qua Christiani sumus. X, 896. Lex sine gratia littera sola est. IV, 888. Littera est occidens. X, 203, 205, 213, 217, 903. Unde occidit. X, 589. In quo littera juvat prædestinatos. X, 1111. Quod est oculis sanitas ad videndum solem, hoc gratia est mentibus ad implendam Legem. VIII, 312. Legi ubi non erat gratia, caro invictissime resistebat. V, 844. Fides catholica de Lege et gratia. X, 587, 588.

Legem implere quid sit. VIII, 344, 352. Lex unde non poterat impleri. III, 1401. Legem non implet infirmitas mea, sed legem laudat voluntas mea. V, 837. Legem impleri per carnem impossibile. X, 588. Lex non sufficit libero arbitrio. II, 685. Ad Legem implendam vires humanæ non sufficiunt. II, 593, 595. Ex sententia eorum, qui Legem per vires proprias impleri posse dicunt, sequitur nos non orare debere. II, 595. Lex non est testimonium liberæ voluntatis. X, 1534. Lex non juberet nisi esset voluntas; nec gratia juvaret si sat esset voluntas. II. 766. Legis justitia non impletur cum Lex jubet, et homo quasi suis viribus facit; sed cum Spiritus adjuvat, et hominis libera, sed Dei gratia liberata voluntas facit. X, 603. Legem fieri naturaliter, idem ac secundum naturam gratia reparatam. X, 229. Qui naturaliter quæ Legis sunt faciunt, si alieni sunt a gratia, mitius punientur. X, 230. Legis aliqua etsi naturaliter seu per vires naturæ homo facere possit, non tamen ad æternam vitam obtinendam. X, 230, 231. Fides catholica de Lege, gratia et libero arbitrio. X, 917.

Lex non timore pœnæ impletur, sed amore justitiæ. V, 199, 1170, 1241; VI, 222; X, 221, 368. Lex concupiscentiam terruit, non extinxit; fecit timorem pœnæ, non amorem justitiæ. V, 833. Lex timorem incutit, non tribuit caritatem. X, 280. Lex minari novit, non subvenire; jubere, non juvare. V, 822. Ostendere, non tollere peccatum. V, 823. Lex frustra minatur, quando iniquitas dominatur. V, 188. Ab his quæ Lex prohibet, abstinere timore pœnæ, non amore justitiæ, peccatum est. VII, 417. Legis opus qui timore pœnæ, non amore justitiæ facit, profecto invitus facit. IV, 1528. Et inimicus est Legis. IV, 1528. Lex terret de se ipso præsumentem, gratia adjuvat in Deum sperantem. V, 792.

Legis severior vindicta quare in veteri Testamento fervebat. II, 660. In Lege veteri prævalebat timor, in nova amor. IV, 986. Lex cur talis data est. IV, 1064, 1580, 1581, 1698. Lex vetus non noverat nisi punire peccata. V, 28. Lex præcipiebat Judæis ne malefactoribus parcerent. III, 1937. Lex usitatius vocatur, quando minatur et terret et vindicat. VI, 110. Lex non necessaria, nisi his quibus utilis est servitus et timor. VIII, 71. Cur terret Deus per Legem. X, 617. Legis minarum scopus. X, 219, 253. Lex molestissimus pædagogus. V, 851, 856, 857. Qui ducit ad gratiam. X, 247, 248.

Lex sine gratia impleri non potest. IV, 457, 1857. Legem nemo implet, nisi quem adjuverit gratia. III, 1007. Non vitio Legis, sed vitio prudentiæ carnis Lex non implebatur. X, 221. Legis littera jubere tantum, non adjuvare potest. X, 116. Legis præcepta non possunt impleri nisi per gratiam. II, 769, 893, 894, 898; V, 73, 188, 894, 1170, 1240. Non implebatur Lex timore, quæ non impletur nisi caritate. III, 655, 755; IV, 281, 282, 829, 990, 991. Legem non implet nisi caritas. III, 2156; VI, 109, 336. Multa sunt facienda, non jubente Lege, sed libera caritate. VI, 459. Lex tunc impletur, dum non cupiditate rerum temporalium, sed caritate illius qui præcepit, fiunt quæcumque præcepit. VI, 338. Quidquid Lex jubet, nonnisi eo qui jubet adjuvante, inspirante, donante completur. X, 1606. Lex jubere novit, cui succumbit infirmitas: gratia juvare, qua infunditur caritas. X, 557. Quæ per Legem impleri non poterant, per fidem impleta sunt. III, 2065. Lex impleri non potest nisi a spiritalibus. III, 2061, 2062. *Retr.* Lex misericordiæ Dei, lex caritatis. IV, 1698. Lex caritatis dat veniam peccatis, delet præterita, admonet de futuris. IV, 1698. Idem præce, tum timentibus Lex est, amantibus gratia. VI, 110. Lex littera est eis qui eam non implent per spiritum caritatis. VI, 110. Lex reum obligat ex prævaricatione, jubendo quod implere homines ex infirmitate non possunt, nisi se ad Dei gratiam pietate convertant. VI, 108. Preces fundere debet et ad misericordiam fugere, qui Legem implere non potest. III, 1442. Per Legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ a vitio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium justitiæ dilectio, per dilectionem justitiæ Legis operatio. X, 233. Lex adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus caritatem, caritas implet Legem. II, 595. Ante Legem et sub Lege quomodo concupiscentia dominata est. III, 2065.

Lex facit reos homines sub Lege constitutos. III, 1397. Quid sub Lege esse. VIII, 306. Quis sub Lege esse dicatur. X, 280, 603. Qui sint sub Lege damnabiliter. II, 284. Sub Lege est qui Legem non implet. III, 1397. Tamdiu homo est sub Lege, quamdiu vivit peccato. VI, 61. Sub Lege sunt, quibus Lex dominatur. VI, 108. Qui sunt sub Lege, servi sunt dominantis cupiditatis. VI, 106. Esse sub Lege, est de viribus suis ad facienda Dei præcepta superba elatione præsumere. II, 284. Reus sub Lege est, justus cum Lege. III, 1756. Sub Lege homines carnalia bona appetentes Legis justitiam non amabant. III, 2072. Sub Lege operatio vana, cum libido animum vastat, et cohibetur pœnæ metu, non amore virtutis obruitur. I, 1337. Homo sub Lege, homo sub gratia positus, qui differat. I, 620. Aliud est esse sub Lege, aliud in Lege, aliud sine Lege. IV, 67; VI, 558. Justi tempore Legis exstiterunt, nec tamen illi erant sub Lege, sed sub gratia. X, 399. Conditio hominis sub Lege positi. VI, 63, 108. Homo sub Lege figuratur per David Saülis armis oneratum. IV, 1859. Peccare in Lege quid. III, 1857.

Legis scientia non est necessaria absolute ad non peccandum. X, 321. Non posse esse sine peccato, nisi qui Legis scientiam habuerit, Pelagio objicitur tamquam ab ipso dictum. X, 321. Pelagii responsum ad objectionem. X, 321. Discutitur. X, 321. Aliud est hominem per scientiam Legis ad non peccandum adjuvari, aliud non posse esse sine peccato, nisi qui Legis scientiam habuerit. X, 321. Legis scientiæ nomine quid intelligitur. X, 322. Legis scientia sine caritate inflat. X, 617. Legem qui implent vita, non possunt non tenere memoria. IV, 706. Legem suam Deus in corde ponit, ut ea casto amore diligatur. IV, 1565. Lex alia quæ scribitur et imponitur servienti; alia quæ mente conspicitur ab eo qui non indiget litteris. IV, 67. Cor Christiani in libro Legis, quasi luminare in firmamento cœli. IV, 1198. Ille pie attendit legem Dei, et verba oris ejus, cujus aurem inclinat humilitas, non cujus cervicem erigit superbia. IV, 984. Legem Dei quomodo quis memoria teneat, et meditetur fructuose. IV, 706, 707, 1195, 1510, 1555. Qui Legis meminit, nec eam diligit, memoria ejus lapis illi est scriptus, non quo adornetur, sed quo prematur. IV, 1529.

Lex triplex apud Apostolum, lex fidei, lex factorum, et lex peccati. V, 821, 823. Lex peccati, quæ. III, 2071, 2139. Et quid Apostolo. X, 432, 433. Quænam lex, peccati virtus. X, 1605, 1607. Lex peccati cum reatu in parvulis non baptizatis. X, 434. Quomodo lex peccati remissa est per baptismum, et manet. X, 675. *Vide* Concupiscentia. Lex peccati est violentia consuetudinis. I, 754. Lex in membris et lex mentis adversum se pugnant. X, 433. Lex Dei, lex operum, lex fidei. X, 218. Lex operum et lex fidei quo differant. X, 210, 211, 213, 214, 216, 218. Lege factorum dicit Dominus: *Non concupisces;* lege fidei dicit: *Sine me nihil potestis facere.* X, 226. Lege operum dicit Deus, Fac quod jubeo; lege fidei dicitur Deo, Da quod jubes. X, 214. In lege factorum est Dei jubentis justitia; in lege fidei, subvenientis misericordia. IV, 1527. Legis factores non per opera, sed per gratiam justificantur. X, 228. Legis opera quibus homo non justificatur, quænam sint. X, 232. Potuit Apostolus esse intus in affectionibus pravis prævaricator Legis, et tamen conspicua opera Legis implere. X, 557. Lex fidei, quæ. IV, 1527. Lex non evacuatur per fidem, sed statuitur. X, 233. Lex fidei, multa multitudo dulcedinis, seu caritas. X, 233. Condelectari Legi Dei secundum interiorem hominem, non litteræ, sed spiritus donum est. X, 217. Legi Dei condelectatio, de magna venit gratia Dei. X, 432.

Lex scripta in tabulis, et lex scripta in corde. X, 219. Lex scripta in cordibus quid. X, 222, 227, 229. Lex ad discernendum justum, cujusque cordi inscripta. IV, 675. Lex novi Testamenti si quidem in cordibus scribi dicitur, quid distant fideles a Gentibus, quæ habent opus Legis scriptum in cordibus suis. X, 227, 228. Legem habere in cordibus scriptam, hoc est ad novum Testamentum pertinere. X, 225, 228.

Lex spiritus vitæ, quæ. VI, 61. Quomodo liberet a lege peccati et mortis. X, 434. Lex nova, testimonium liberandæ voluntatis. X, 1534. Lex libertatis, caritas. X, 280. Legi Dei mente servire, carne autem legi peccati, quid. X, 433.

Per solam gratiam homo mente servit legi Dei. X, 561. Lex mentis, lex membrorum, per Tragelaphos significatur. III, 880.

Lex civitatis Dei, caritas. IV, 1261. In cœlis plenitudo Legis sine ullo peccandi timore servabitur. IV, 1538. Lex non implebitur ita ut nihil omnino desit, nisi in altera vita. X, 604. Lex in cœlo non legitur, et quare. IV, 1194, 1360.

Legis veteris præcepta an Christianus teneatur custodire. X, 594. A servitute Legis ad filiorum libertatem transeundum. X, 236. Legis observationes cur jam respuunt Christiani. X, 215. Legis observationem indifferentem non esse inter bonum et malum, imo malam esse Hieron. dicit. II, 260, 280. Nec bonam esse nec malam August. docet. II, 280. Poterat Judæus qui Christo credidisset, in observationibus Legis, licet superfluis, permanere. VIII, 156. Legitima nonnulla quo animo celebranda susceperit Paulus. II, 278, 279, 282. Ab illo non mendaciter observata. VI, 536. Tunc permittebantur Judæis in Christum credentibus. VI, 536. Petrum et Paulum Legis exercuisse mandata timore fidelium Judæorum censet Augustinus, Hieronymus vero simulasse tantum. II, 156, 260. Lex post resurrectionem Domini amisit tamquam vitam officii sui. II, 281. Nec continuo deserenda, sed religiose deducenda ad sepulturam. II, 281, 284. Nihil veteris Legis imponebant Apostoli iis qui ex Gentibus credebant, præter tria. III, 994. Gentiles ad observationem Legis non cogebantur. VI, 536. Cogendos quidam putabant, tamquam sine iis salvi esse non possent. VI, 536. Hoc timor Petri simulabat, hoc libertas Pauli redarguebat. VI, 537. Gentiles qui in Christum credidissent, Legis onere liberos; eos autem qui ex Judæis crederent, Legi esse subjectos, ex Hieron. censet August. II, 251, 258. Legis præcepta servari volebant Cerinthiani. VIII, 27. Ebionæi. VIII, 27. Nazaræi. VIII, 27. Legis observatio non continuo, sed paulatim abjicienda erat. II, 281, 282, 285. Legis observatio initio revelationis gratiæ non erat perniciosa; progressu vero temporis a Christianis deserenda fuit. II, 282. Nunc qui eam observare vellet, habendus esset ut impius sepulturæ violator. II, 282. Nec ullo modo hoc jam licet. II, 283. Legis antiquæ sacramenta cur non observemus. IV, 1856. Ideo jam non observamus, quia Christus ea implevit. VIII, 353, 354. Legem et Prophetas quomodo Christus adimplevit. VIII, 352, 359, 365, 368, 370. Quam Legem et quos Prophetas Christus non venit solvere, sed adimplere. VIII, 348, 351. Quædam Legis Christum adimplevisse, quædam solvisse opinabatur Faustus. VIII, 359. Refellitur. VIII, 359. Legem veterem potuisse mutari non mutata divinæ providentiæ ratione. II, 526. Lex non evacuatur in Christo, sed Legis velamen. VIII, 71. Legis observationes serviles ablatæ sunt, sed earum interpretationes tenentur a liberis. VIII, 154. Non jam observanda quæ sunt Legis, sed illa quæ his significantur. VIII, 156, 157. In ipsis umbris non est spes ponenda, sed in rebus quas illæ umbræ significabant. VIII, 156. In lege veteri mysteria velata. VIII, 71. Quæcumque in Lege et Prophetis vel rebus gestis, vel sacramentorum celebrationibus, vel locutionum modis figurate prophetata sunt, in Christo et in Ecclesia implentur. VIII, 348. Christus in antiqua lege prophetatus. II, 634. Judæi toto orbe terrarum dispersi, ut essent testes Christi per ipsam Legem. II, 634 In Lege non intelligebant Christum Judæi. VIII, 652. Exceptis nonnullis. VIII, 653. Legis præcepta multa Judæis pro suo corde lapideo magis congrua, quam vera. VIII, 545.

Legis præcepta omnia figuræ nostræ fuerant. VIII, 346, 351. Legis præcepta medicamenta erant, adventu Domini medicata sunt ipsa medicamenta. IV, 680. Lex ex aliqua parte observatur in fide Christiana. III, 743. Quid ex Lege et Prophetis jam observant Christiani. VIII, 345, 359. Quæ Lege significantur, non jam jubentur facienda, sed leguntur intelligenda. VIII, 345.

Lex quomodo intelligenda. III, 2065; VIII, 403. Spiritaliter intelligenda, ne in murmura sensus carnalis incurrat. VIII, 703. Nihil perniciosius quam quidquid in Lege accipi ad litteram, nihil salubrius quam spiritu revelari. VIII, 71. Lex temporalia promittebat. III, 1602. Cur præmia visibilia promittebat. VII, 292. Per promissa terrena, significabantur æterna. VII, 293. Legis promissa a paucis intellecta. VII, 293. Legis veteris promissa spiritaliter intelligenda. V, 167. Qui propter terrena suscipit legem Dei, ipse est heres veteris Testamenti. X, 328. Legem observantibus quænam vita promittitur. X, 616. Lex vetus quatenus spiritalis. X, 594. Non impletur nisi a spiritalibus. VI, 105. Legis verba non omnes qui noverunt, justi sunt. IX, 299. Homo factor legis debet esse, non judex. I, 859. Qui diligit legem Dei, etiam quod in ea non intelligit, honorat; et quod ei sonare videtur absurde, se potius non intelligere judicat. IV, 1592. Quatuor modi Legis exponendæ. III, 222. Lex Moysi, quæ sola terrena præmia polliceri videtur, habet etiam sub velamento spiritalia. IV, 1149. Lex Judæis data, pluvia voluntaria est quam segregavit Deus hæreditati suæ. IV, 818. Lex vetus spiritaliter intellecta, Evangelium est. V, 168. In Lege velabatur novi Testamenti gratia, in Evangelio revelatur. IV, 1856. Omnis legalis observatio habet occultam virtutem intelligendæ gratiæ Christi. VIII, 259. Quare Judæis intelligendæ gratiæ Christi virtus non datur. VIII, 260. Lex quomodo gratia et veritas fit per Jesum Christum. VIII, 312. Lex Christiana vel ab ipsis infidelibus laudatur, ut potens, divina, ineffabilis. IV, 457.

Legis Mosaicæ et novæ comparatio. X, 218. Legis et gratiæ discrimen. IV, 1528; V, 792; VIII, 652, 653, 654. Earum concordantia. V, 813. Lex vetus mortem, nova justitiam ministrat. X, 219. Lex vetus hordeum est ad Evangelicum triticum. V, 725. Præcepta seu monita quæ Christus quasi opponere præceptis Legis videtur, in ipsis libris veteribus reperiuntur. VIII, 366. Lex in Christo, lex cum misericordia. IV, 209.

Lege uti legitime. V, 851; X, 616, 917. Fieri potest ut quisque et in Lege sit, et non legitime utatur. IX, 461. Quatenus justus et injustus legitime Lege utuntur. X, 209. Non sunt ista duo contraria et quod justus legitime Lege utatur, et quod justo lex non sit posita. X, 210. Lex quomodo justo non est posita. X, 209. Lege utitur legitime, qui intelligens quare sit data, confugit ad gratiam. II, 593. Lex non absolutionis adjutorium, sed vinculum criminis ei fit, qui ad eam implendam de suis viribus fidit. II, 593. Ambulare in lege sine querela. V, 918. Perficere legem in hac vita sanctis non conceditur. V, 858. Consentire cum lege. V, 857. Lege quis male utitur. VI, 103. Lege bene utenti bona opera nascuntur, mala male utenti. IV, 720. Aliud est perire sine Lege, aliud judicari per Legem. III, 1857. *Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*, de Moysi lege intelligendum. IV, 1572. Sententia eorum qui dicunt hos qui in lege peccaverunt non perituros, sed per pœnas transitorias purgandos, rejicitur. IV, 1573. Qui legem agere noluit, a lege juste agitur. I, 1180.

Lex vetus et nova. V, 857. Unde utraque dicitur. X, 221, 222. Lex vetus nunc specialiter pro altera parte veteris Testamenti, nunc generaliter pro toto veteri Testamento dicitur. I, 624. Lex a Judæis contempta. V, 1642. Legis auditores etsi apud Deum justi non sint, audiri tamen possunt, quando verum dicunt. IX, 714. Lex Christiana ab ipsis infidelibus laudatur, sed ejus difficultatem ne cum amplectantur excusant. IV, 457.

Lex in arca est sanctificatio in corpore Domini. II, 219. Lex Moysi porticibus quinque figurata. V, 689. Et denario. V, 1240. Lex Dei, firmamentum. IV, 1194, 1195. Lex Domini immaculata, Spiritus sanctus. IV, 161. Lex decem præceptorum, psalterium decem chordarum. IV, 161. Lex Domini ipse est Christus. IV, 155. Auctor, quem Augustinus appellat adversarium Legis et Prophetarum, non fuit Manichæus. VIII, 664.

Leges omnes beatitudinem appetunt. II, 393. Lex quæ justa non est, non est lex. I, 1231. Per humanam legem nonnulla permittuntur, quæ per divinam vetantur et puniuntur. I, 1232. Lege mundi, non lege Creatoris mundi quædam approbantur. V, 828. Legis humanæ potestas in vindicando, quousque porrigatur. II, 1224. Non licet judici de legibus institutis judicare, sed secundum ipsas. III, 148. Subditur legibus qui non amat leges. I, 1188. Leges humanæ addiscendæ. III, 62. Legibus civilibus terrenæ civitatis civitas cœlestis obtemperare non dubitat. VII, 645. Leges suas non infringit Imperator, quando confessis dat indulgentiam. IV, 590. Ex bonis et malis legibus Imperatorum Ecclesia proficit. II, 399, 796. Legibus malis probantur boni, legibus bonis emendantur mali. IX, 527. Cor regis cum est infidele, aut exercentur aut probantur boni; cum vero est fidele, aut corriguntur aut plectuntur mali. IX, 739. Leges non petendas ab Imperatoribus contra Donatistas August. cum aliis sentiebat, alii contra sentiebant. II, 804, 805. Leges ab Imperatoribus Apostoli non postularunt, quare. II, 801. Leges Imperatorum, exemplo Pauli Apostoli implorare possunt Christiani II, 806. Quid de legibus ab Imperatoribus contra Donatistas petendis decretum sit in Concilio Carthag. II, 805. Leges Imperatorum contra hæreticos. IV, 1309. Paganos. V, 513. Leges Imperatorum hæreticos damnis et exsiliis, Paganorum autem sacrificia capite plectunt. II, 326. Leges de idolis confringendis et hæreticis corrigendis vivo Stilichone in Africam missæ. II, 338. Earum occasione multi ad Christianam religionem vel catholicam pacem conversi. II, 359. Jactant vani homines eas Imperatore nesciente vel nolente datas. II, 358. Lex Theodosii multæ decem librarum auri in hæreticos, in Donatistas qui in Ecclesiam desævirent, extensa. II, 804. Donatistæ possessiones amittere jussi sunt secundum leges Regum terrenorum. II, 345 Querela hæreticorum adversus leges Imperatorum catholicorum. X, 703,

704. Leges pœnales Imperatorum pro Catholica adversus hæreticos defenduntur. IX, 616. Legum coercitiones non auferunt liberum arbitrium. IX, 317. Legum Imperialium adversus Donatistas et alios utilitas. II, 796, 798, 802, 806, IX. 315, 425, 733. Donatistarum plurimi per leges Imperatorum correcti sunt. II, 796, 806. Legum severitate non utuntur Catholici adversus hæreticos. II, 305, 306. Legum severitatem Donatistis deprecatur Augustinus. II, 366. Lex Antonini in adulteros. VI, 475. Lex Julia. VI, 475. Lex Voconia iniqua. VII, 103. Leges securales. II, 166.

Lia interpretatur laborans. III, 1046. Lia figura est vitæ activæ. III, 1046.

Libanus interpretatur candidatio. IV, 912, 1370. Libanus pro dignitate hujus sæculi accipitur. IV, 912, 1370. Libani fructus qui sunt. IV, 911, 912, 1370.

Libellatici. IX, 157.

Libelli. V, 1442. Libelli dabantur ut miracula in populo recitarentur. V, 493, 1300, 1443; VII, 768, 769, 770.

Libentina dea, a libidine sic appellata. VII, 118.

Liber Deus, Libera dea unde sic dicuntur. VII, 187. Liber pater, dictus etiam Dionysius, post mortem ut Deus habitus. VII, 569, 571. Liber vini inventor. VII, 569. Liber cum Cerere seminibus præponitur. VII, 207. Liberi sacra quam turpia. VII, 210, 214. Liberum paucorum sacratorum oculis committendum putant Pagani. II, 83.

Liber Deus qui præest conceptui, alius a Baccho. VII, 193. *Not.* (*a*).

Liberalis episcopus. IX, 192.

Liberales disciplinæ nihil habent congruum libertati nisi quod habent congruum veritati. II, 567. Hinc poetarum, philosophorum, oratorum artes plerumque dictæ immerito liberales. VII, 367.

Libri vitæ nomine quid intelligitur. VII, 680. Liber vitæ prædestinatio seu præscientia Dei. VII, 681. De libro vitæ quemquam deleri, quomodo accipiendum. IV, 862. Liber vitæ aperietur in judicio. VII, 680. Quisnam liber intelligatur in his verbis, *in capite libri scriptum est*, etc. IV, 1962. Libris divinis quædam inspersæ sunt deliciæ sanctæ et bonæ. IV, 413. Liber tibi sit pagina divina, liber tibi sit orbis terrarum; in istis codicibus non legunt nisi qui litteras norunt, in toto mundo legat et idiota. IV, 518. Liber dulcis in ore, et amarus in ventre. IV, 492. Libros plures a pluribus fieri diverso stilo, non diversa fide, etiam de eisdem quæstionibus, utile est. VIII, 823; IX, 595. Auctoritas librorum qui non proficiendi exercitatione, sed præcipiendi auctoritate scribuntur a nobis. VIII, 248, 254. Etsi in libris ab hominibus scriptis inveniatur eadem veritas quæ in sacris, longe tamen est impar auctoritas. VIII, 249. Libri ab hominibus scripti non cum necessitate credendi, sed cum judicandi libertate legendi. VIII, 248, 249. Libros aliorum et scriptores qui errant, peccant sæpe et graviter. II, 555. Libri termino refertur lectoris intentio, sicut labor viatoris hospitio. VIII, 636. Libri profanorum aquæ sunt non omnibus communes. IV, 1360, 1361. In libris alienigenarum inveniuntur optima præcepta morum et disciplinæ, sed non humilitas. IV, 270. Librorum improbatorum lectio, quibus possit non obesse. X, 510. Libros canonicos alii sque quomodo legat Augustinus. II, 277, 286. Libri pontificales sacrorum profanorum. VI, 585.

Liberorum jus quid. X, 714. *Not.* 1.

Libertas variis modis sumitur. X, 1105, 1106. Libertas naturalis, nulli servire. VII, 643. Libertas nostra, non servire peccato sit. VII, 114. Quæ est pejor mors animæ, quam libertas erroris? II, 400.

Liberum arbitrium media vis. X, 258. Liberum arbitrium quod huc atque illuc liberum flecti potest. X, 169. Liberum arbitrium quid secundum Julianum. X, 1515. Et quomodo ab illo definitur. X, 1102, 1103, 1104, 1295. Et a Pelagianis. X, 1466, 1518, 1519. Libera voluntas sic a Pelagiano definitur, ut iis necesse sit auferre libertatem Deo. X, 1299. Libertatis æquilibrium nec in Pelagianorum opinione reperitur. X, 1297. Liberum arbitrium secundum Pelagianos non constat sine possibilitate peccandi. X, 1485. Liberi arbitrii possibilitatem tam in bonum quam in malum ex æqua lancis perpensione vult Pelagius, nec sibi stat. II, 829, 830. In Deo et in beatis liberum arbitrium est sine possibilitate peccandi. X, 1518. Ad naturam liberi arbitrii non pertinet posse et peccare et non peccare. X, 1474. Possibilitas mali non requiritur ad libertatem. X, 1521. Liberum arbitrium in Deo summum. X, 1474. Licet malum facere non possit. X, 1117, 1118. Liber ut quispiam sit, non requiritur ut velle possit et bonum et malum. X, 1116. Variari posse in bonum et malum ad liberum arbitrium non pertinet. X, 1543. Liberum arbitrium putat Julianus non constare cum necessitate. X, 1299. Necessitas quædam beata non auferens libertatem. X, 1116. Liberum arbitrium qua ratione Augustinus adhuc presbyter explicavit. III, 2078. Liberum arbitrium sive in vitam malam, sive in bonam non negat fides catholica. II, 973.

Liberum arbitrium per peccatum Adæ dici sublatum, Juliani calumnia. X, 552, 564. Liberum arbitrium impiis non est ademptum. X, 555. Nemo vel in bonum vel in malum cogitur invitus. X, 567. Deus non sanat invitum. IV, 1320. Liberum arbitrium asseritur. VIII, 451, 540. Liberum arbitrium animæ datum. I, 595, 1079, 1241; III, 133. Libera est nobis voluntas, quia est in potestate. I, 1275. Per liberam voluntatem ipsa libera voluntate utimur. I, 1268. Quid censeatur esse in nostra potestate. I, 596, 1275. Quid libera voluntate, quid necessitate faciamus. IV, 1745, 1746. Libertas si tollitur, omnis humana vita subvertitur. VII, 149. Liberum voluntatis arbitrium non negant, qui confitentur omnem hominem corde suo credentem, nonnisi sua libera credere voluntate. II, 987. Liberum voluntatis arbitrium esse in homine probatur ex divinis præceptis. X, 882, 884, 885. Eo ipso quo aliquid præceptum et imperatum est, obedientia nostra requiritur, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio. II, 971. Ex eo quod venit Dominus mundum salvare, et quod venturus sit ipsum judicare, gratia et liberum arbitrium asseritur. II, 969; X, 874, 875 *et seq.* Qui putat hominem, qui per ætatem potuit uti libero voluntatis arbitrio, secundum opera sua non judicari, errat. II, 971. Si non accepisset homo liberum arbitrium et rationem, non eum sequeretur damnatio justa peccantem. IV, 1302. Liberum arbitrium sic homini datum, ut tamen et divinis legibus et humanis rectissime gravium supplicia constituta sint peccatorum. II, 940. Mathematicis non credendum, ne a libero arbitrio naufragemus. II, 210. Libera voluntas per Dei præscientiam non aufertur. I, 1274. Liberum arbitrium non ita datum, ut quodlibet eo moliens, ullam partem divini ordinis legisque perturbet. I, 595. Creatura in arbitrio libero constituta est, non sic ut Creatoris superet voluntatem, etiam si contra ejus faciat voluntatem. IV, 1464. Cornua falsæ libertatis adversus Deum erigere. I, 166. Ad omnipotentiam Dei pertinet ut ex libero arbitrio venientia mala esse permittat. VI, 581.

Liberum arbitrium cur homini datum. VI, 11. Cur ad malum flexibile datum. I, 1242. Liberum arbitrium homini datum est, ut Deo non necessitate, sed voluntate serviat. VI, 296. Datum est ad recte vivendum, non ad peccandum. I, 1242. Liberum arbitrium in homine ad virtutem et vitia. X, 286. In libero est voluntatis arbitrio peccatum et recte factum. VI, 16. In tuo arbitrio Deus esse voluit cui pares locum, Deo, an diabolo. IV, 1938. Homini Deus dedit liberum arbitrium, et si vult homo, heri fuit palea, hodie fit frumentum. V, 1175. Peccatores se de Deo excusare conantes ideo arguuntur, quia liberum habent arbitrium. X, 883. Creatus homo est cum libero arbitrio, quo ipse ad peccatum consentit. IV, 268. Per liberum arbitrium peccant, maxime qui cum delectatione peccant et amore peccati, et hoc eis placet quod eos libet. X, 1110. Libertas quædam perniciosa. IV, 1306. Libera voluntas causa peccati. I, 595, 733; III, 133. *Et in libris de ea re scriptis.* I, 1221. Ex libera hominis voluntate semen mortis. V, 1269.

Liberum arbitrium, bonum opus Dei. X, 1489. Ad Dei dona pertinet. X, 155. Ad Dei dona pertinet non tantum ut sit, verum etiam ut bonum sit. X, 155. Liberum arbitrium in mediis bonis censetur. I, 598. Cur Deus Angelos et hominem libero arbitrio permisit. X, 932. Libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quid valuerit, apparet in Angelis qui steterunt. X, 1001.

Liberum arbitrium primi hominis quale. V, 1269; VII, 802. Aliter de libertate in qua primus homo factus est loquendum, aliter de ea in qua nunc est. X, 287. Liberum arbitrium perfecte fuit in primo homine. III, 2066. Liberi arbitrii integerrimæ vires in Adamo. X, 1513. Liberum arbitrium primus homo accepit rectum. VI, 685. Liberum arbitrium in primo statu per se sufficiebat ad peccandum, non ad justitiam retinendam, nisi divinitus adjutum. VI, 281. Liberam voluntatem ad male agendum habemus sine Dei adjutorio: quamquam male agendo non sit libera, sed damnabilis ancilla. V, 836. Bonus usus liberæ voluntatis ex Deo. I, 598. Libertas primum hominem decepit, dum indulgentius frenis ejus utitur. II, 785. Liberum arbitrium quid valeat non adjutum, in ipso Adam demonstratum est. VI, 685. Liberi arbitrii infirmitas cernitur in Adamo. V, 852, 940.

Liberum arbitrium tam integrum esse, quam ante propriæ voluntatis usum innoxiam in unoquoque naturam, dogma Pelagianorum. X, 1149. Liberum arbitrium an post peccata tam plenum est, quam fuit ante peccata. X, 1108. Libertas quænam in homine post peccatum. X, 1101, 1103, 1104. Liberum arbitrium non tale nunc quale Adam accepit, sed jam vitiatum est et sanandum. X, 1294. Liberum arbitrium suo malo usu vitiatum. X, 1524, 1529. Liberum arbitrium quo recte agere potuit homo, peccati malitia defecit. X, 1523,

1524. Liberi arbitrii magnas vires homo cum conderetur accepit, sed peccando amisit. V, 752. Libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ij suum. VI, 246. Liberum arbitrium hominis congenitum et omnino inamissibile, quodnam est. X, 1521. Libertas quædam voluntatis congenita immutabilis. X, 1524. Liberum arbitrium, quo beati esse volumus, et miseri esse nolumus, auferri nobis non potest. X, 1565, 1566. Libera est voluntas, etiam qua beati esse sic volumus, ut miseri esse nequaquam velle possimus. VI, 281. Liberum arbitrium nostrum ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus. II, 983. Per malum velle perdidit homo bonum posse. V, 188. Standi et cadendi liberum arbitrium tale acceperat homo, ut posset non peccare; per peccatum amissa rectitudine secutum est non posse recte agere. X, 1522. Libero arbitrio quid restat in hac mortali vita. VI, 108. Libertatem bene agendi seu male, sub malo usu perire non posse, Juliani sententia. X, 1520. Hanc perdidit Adam. X, 1520. Libertas quæ periit per peccatum, quænam. X, 552. 1110. Libertas non peccandi periit pœna peccati. X, 1118. Victa enim vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. X, 296. Quæcumque ista est causa voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur. X, 286. Unde ei resisti potest. X, 286. Libertas non periisset, si bona permansisset voluntas. X, 296. Libera voluntas recte faciendi in qua homo conditus fuit, quod nunc minus valeat, pœna peccati est. I, 1206.

Liberum arbitrium nec est negandum, nec ei nimium tribuendum. X, 879, 880. Libero arbitrio quidam nimium tribuunt. X, 151. Quantum tribuunt Pelagiani. X, 570. Liberi arbitrii elatus assertor Pelagius. X, 373, 374. Libero arbitrio suo suo Pelagiani tribuunt quod credendo accesserunt ad Christum. V, 192. Quidam libero arbitrio tribuentes suam justitiam. V, 172. Et illud ad justitiam sufficere arbitrantes. V, 852 Pelagiani liberum arbitrium sic asserebant, ut gratiæ locum non relinquerent. I, 595. Liberum arbitrium in superbiam extollentes, præcipitant magis quam elevant. V, 1467. Liberum arbitrium defendendo premunt Pelagiani. X, 1290. Liberum arbitrium quo sensu admittebant Pelagiani. X, 441. Liberi arbitrii laus secundum Pelagianos. X, 610. In laude liberi arbitrii quæ eorum intentio. X, 617. Contra præsumentes de libero arbitrio. V, 1466. Liberum arbitrium nudum jactare, quam vanum. II, 975. Liberi arbitrii affectum habuit primus homo plenissimum, nunc in homine liberum arbitrium est sanciatum, Evod. II, 974. *Not.* (*a*). Liberum arbitrium unde liberum in bono, unde in malo. X, 553. Liberum arbitrium in venumdatis sub peccato quid valet. VI, 126. Liberum arbitrium non esse, si Dei auxilio indigeat, Cælestii sententia. X, 343. Liberum arbitrium non sic defendendum, ut adjutorium Dei non putetur necessarium. III, 1778. Sic liberum arbitrium defendendum, ut locus gratiæ relinquatur. X, 883. Christi mortis præmium evacuat, qui negat liberum arbitrium gratia indigere. X, 260. Libertas etiam in pristinum statum restituta eget gratiæ auxilio. X, 1520.

Libertas voluntatis quatenus secundum gratiam defenditur. X, 926. Idonea fuit humana natura per liberum arbitrium vulnerare se, jam saucia non est idonea sanare se. V, 830, 877, 1268. Potuit cadere, non etiam surgere. I, 598; X, 1009, 1520. Libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur. II, 739. Non potuisti in te nisi perdere te; nec scis invenire te, nisi qui fecit te, quærat te. V, 108. Liberum arbitrium desertum divino adjutorio, nullo modo habebit justitiæ soliditatem, sed exitiosum tumorem. II, 676. Nihil valet sine Dei gratia. V, 172, 174. Non sufficit ad bonum. X, 324. Sufficit ad malum, ad bonum autem parum est, nisi ab omnipotenti bono adjuvetur. VI, 685; X, 577, 936. Libero arbitrio quantum possumus, nisi nos adjuvet ille qui jubet? IV, 1792. Ad non peccandum quamvis esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficit, nisi adjuvetur infirmitas. II, 675, 676, 766. Libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia. II, 682. Liberum arbitrium ad bene agendum non sufficit, ex Innoc. II, 782. Non nihil facit in cordis conversione. X, 899. Liberum arbitrium sine Dei gratia nec converti potest ad Deum, nec proficere in Deo. II, 970, 973. Liberum arbitrium a Dei gratia non est separandum, tamquam sine illa vel cogitare aliquid vel agere ulla ratione possimus. II, 969. Libero arbitrio quo factus est homo ex bono malus, non potest fieri ex malo bonus. V, 172. Liberum arbitrium captivatum, non nisi ad peccatum valet; ad justitiam vero, nisi divinitus liberatum adjutumque non valet. X, 607, 620. Non est liber quispiam ad agendum bonum sine adjutorio Dei. X, 1293, 1294, 1295, 1296, 1297, 1299. Liberum arbitrium non sufficit ad cognoscendum quomodo vivendum sit, et ad bene vivendum. X, 270. Nec mirandum quod vel ignorando non habet homo liberum arbitrium voluntatis ad eligendum quid recte faciat, vel resistente carnali consuetudine videat quid recte faciendum sit et velit, nec possit implere. X, 287. Si hi quorum contra carnem jam spiritus concupiscit, ad actus singulos indigent Dei gratia, ne vincantur; qualem libertatem voluntatis habere possunt qui nondum de potestate eruti tenebrarum, dominante iniquitate, nec certare cœperunt? etc. X, 1535. Liberum arbitrium non sufficit ad vincendas tentationes, nisi a Domino victoria concedatur oranti ne intret in tentationem. X, 887. Ut non intremus in tentationem si voluntas sufficeret, non oraremus; quæ tamen si deesset, nec orare possemus. II, 990. Qui accepto semel libera voluntatis arbitrio oratione non opus esse dicunt, ut Deus adjuvet ne peccemus, ab ipso Pharisæo accusantur. X, 154.

Libero suo arbitrio Legem sufficere arbitrantes, refelluntur. V, 851. Libero arbitrio Lex non sufficit. II, 683. Liberum arbitrium non sufficit sine gratia ad implenda præcepta negativa. X, 628. Præceptum Dei custodire non sic habet homo in arbitrii potestate, ut nullo indigens adjumento id possit efficere. IV, 1510 Liberum arbitrium non sufficit sine gratia. X, 893. Non sufficit ad non peccandum. X, 283, 293, 294. Liberum arbitrium in nobis ante gratiam non est ut non peccemus, sed tantum ut peccare nolimus. III, 2066. Qua libertate indigent qui peccatum facere nolunt. X, 1107, 1110. *Voluntate propria omnes regi*, dixit Pelagius, quatenus episcopalis Synodus illud approbavit. X, 322. Merito sententia illa Pelagii fratres quosdam permovit. X, 323, 324. Nemo bene libero arbitrio uti potest nisi per gratiam. X, 571, 572. Homo non se sibi regendum debet committere. X, 323. Amas liberam voluntatem tuam, quid te tibi committis? Melius te potest servare, qui te potuit antequam esses creare. V, 941.

Libertas ad bonum nonnisi ex gratia. X, 1144, 1145. Liberum arbitrium valet ad opera bona, si divinitus adjuvetur. II, 675. Liberum est arbitrium, etiamsi divino indiget adjutorio. II, 828. Liberum arbitrium et Dei gratia simul commendantur. X, 887. Utrumque Scriptura admittit. X, 879. Quomodo utrumque commendet. II, 973. Inclinare cor in testimonia Dei, simul est et divini muneris, et propriæ voluntatis. IV, 1569. Gratia dilectionis sine qua nemo pie vivit, et cum qua nemo nisi pie vivit, asserenda, ut vere liberum defendatur arbitrium. X, 1299. Liberum arbitrium potest esse solum in homine, si non venit ad Christum; non autem potest nisi adjutum esse, si venit. X, 368.

Liberum arbitrium hic infirmum, etiam in baptizatis et sanctis. X, 1514. Ejus infirmitas non nisi per gratiam reparatur. X, 1295. Liberum arbitrium gratia reddendum et adjuvandum. X, 1278, 1279. Libertas bene agendi perdita, non redit nisi per gratiam. X, 1514. In bonum quod reliquit homo, solius Dei gratia revocari potest, non voluntate libertatis, quam merito iniquitatis amisit. X, 1518. Libertas amissa reddi non potest, nisi a Deo. VII, 418.

Libertas vera ex gratia. X, 552. Per gratiam. X, 958. Liberum arbitrium vere fit liberum gratia. II, 760. Liberi efficimur per adjutorium gratiæ. X, 1534. A lege peccati nemo liber, nisi per gratiam. V, 842. Libertatis pristinæ statum Christi reformavit adventus. Innoc. II, 785. Libertas a liberatore promittitur credentibus. X, 296. Tunc efficiamur vere liberi, cum Deus nos creat; non ut homines, quod jam fecit, sed ut boni simus. VI, 247. In primo Adam patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem, in secundo quid Dei adjutorium valeret ad vitam. II, 845. Voluntas non libertate gratiam, sed gratia libertatem consequitur. X, 926. In recte faciendo ideo nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est caritatis. X, 286. Ipsa sanitas est vera libertas. X, 296.

Liberum arbitrium per gratiam non evacuatur, sed statuitur. X, 233. Non tollitur, cum gratia prædicatur. VI, 443; X, 265. Ab apostolo non aufertur. III, 2071. Neque voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia juvatur; sed ideo juvatur, quia non tollitur. II, 677. Libera voluntas nobis a Deo data, tametsi absque illo nihil sit conatus noster. IV, 208. Quod ab homine exigitur propter arbitrium voluntatis, hoc a Deo petitur propter auxilium majestatis. V, 903 Liberum arbitrium ad hoc nos habere intelligamus, ut pia voluntate invocemus Dominum. II, 676. Qui oppugnat gratiam, qua nostrum ad declinandum a malo, et faciendum bonum, liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum vult adhuc esse captivum. II, 981. Liberum arbitrium potius oppugnant, qui oppugnant Dei gratiam, qua vere ad bona eligenda et agenda fit liberum. II, 987. Liberum arbitrium non sic defendatis, ut ei bona opera sine Dei gratia tribuatis: nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi, mala opera diligatis. II, 974.

Liberi arbitrii et gratiæ Dei conciliandæ difficultas. X, 383. Liber ad malum quis. X, 1298. Ad peccandum liber est, qui peccati servus addictus est. VI, 246. Libertas a justitia, servitus sub peccato. III, 156. Liberum arbitrium in malo habet, cui delectationem malitiæ vel occultus vel

manifestus deceptor insevit, vel ipse sibi persuasit. X, 1110. Liberam voluntatem habent in malis, qui sunt liberi justitiæ; non habent liberam in bonis, qui sunt servi peccati. X, 1115. Liberi a justitia non sunt nisi arbitrio libertatis: liberi autem a peccato non fiunt, nisi gratia Salvatoris X, 1110. Ibi summus veraciter liberi, ubi non delectamur inviti. X, 432. Liberi ad faciendla opera pietatis quinam. X, 1105. Quis liber ad bonum. X. 1298. Ad juste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus, justitiæ cœperit esse servus. V, 246.

Libera voluntas. quæ. III, 1696. Libertas prima est carere peccatis. III, 1697. Libertas a peccato. X. 982. Frustra de libero arbitrio se jactant qui sunt servi peccati. X, 233, 234. Nec libera dicenda est voluntas, quandiu vincentibus et vincientibus cupiditatibus subdita est. II, 593. Libertas est cum non peccare delectat. X, 218. Libertas novi Testamenti ea est, ut peccato ad mortem non serviant gratia liberati. X, 958. Liberrimum tunc erit arbitrium, cum peccato servire non poterit. X, 956. Liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato. VI, 281. Non pugnat cum libertate arbitrii negata peccandi licentia et impunitas. IX, 716. Et ita censuerunt majores Donatistarum. IX, 717. Homo a malo se ipso liberatus, laedi ab aliquo non potest. V, 253, 1565, 1564. solus justus est liber. V, 883.

Libertas vera est Christo servire. II, 128. Libera est creatura, cum famulatum Creatori exhibet. IV, 1493. Uni Deo summa libertate servitur. I, 1170, 1520. Libertas a temporali lege et rerum inferiorum dominatio, eorum est qui æternæ legi adhærent. III. 218. Libertas a cultu seu dominatu creaturarum, qua per Christianam religionem in Dei servitio gaudemus. I, 1078. Libertas a conditione peccati, eorum est qui veritati subduntur. I, 1261. Libera voluntas tanto erit liberior, quanto sanior; et tanto sanior, quanto divinæ misericordiæ gratiæque subjectior. II, 676. Libera servitus est apud Dominum, ubi non necessitas, sed caritas servit. IV, 1275. Ipsa est vera libertas propter recti facti lætitiam, simul et pia servitus propter præcepti lubentiam. VI, 246. Libertas vera et sana libertas est, cum bonum opus fit non timore, sed amore. IV, 820. Libertas novi Testamenti amor, servitus veteris timor. I, 1554. Libertas timorem excludit. III, 1698. Libertatis lex, est caritatis lex. II, 740. spiritus servitutis et spiritus libertatis. V, 857.

Libertas duplex, altera meriti, altera præmii. VII, 802. Major nunc in sanctis libertas, quam ante in Adamo. X, 957. Libertas justorum tanta non est in hac vita, quanta erit in altera. X, 1116. Posse non peccare, mori, bonum deserere, et non posse peccare, mori, bonum deserere, qui differant. X, 956. Libertas plena in æternitate. III, 1697, 1699. Et perfectissima. II, 982. Liberum arbitrium beatorum quale. VII, 802. Libertas duplex, immortalitas, perseverantia. X, 955.

Liberatore ad quid opus esse dicunt Manichæi. X, 1105.

Liberari dicetur modis dicitur. V, 745. Liberat Christus, et iniquitatem auferendo, et inspirando caritatem. X, 1104, 1105. Liber in bono nullus, nisi per gratiam Christi fuerit liberatus. X, 917. Vere liberi sunt, quos Filius liberaverit. X, 440. Liberum in bono non erit, quod Liberator non liberaverit. X, 1110. Omnes liberare quomodo dicitur Christus. X, 1198. In iis quos liberat Deus, misericordia; in iis quos non liberet, agnoscendum judicium. X, 1071. Liberavit Deus hominem, non diabolum; quia homo minus peccavit. I, 1284. Liberari a corpore mortis quid sit. X, 677. Libri de Libero arbitrio, quo fine, contra quos scripti. X, 1008.

Libido quid sit. VI, 496. Libido, voluptas sensuum. X, 770, 771. Libido, generale vocabulum omnis cupiditatis. VII, 424. Libidines aliæ vocabula propria habent, aliæ non. VII, 424. Libido, cui nihil additur, de obscœnis motibus corporis intelligi solet. VII, 424. Libidines discernendæ a sensibus. X, 1567, 1568. Aliud sentiendi vivacitas, utilitas, necessitas; et aliud libido. X, 770. In sensibus odorandi, gustandi, et tangendi, quatenus libido possit discerni, et debeat domari. X. 770. Libido vocatur amor, cum pravus est. IV, 124. Libidinem vitiosam animi partem esse confessi sunt Platonici. VII, 427. quo sensu. X, 854.

Libido post peccatum orta. VII, 428, 429. Et ex peccato. VII. 430; X, 405, 406, 427. Libidinis origo. III, 598, 446. Libidinem cum nominare confundatur Julianus, hanc appellat membrorum vigorem et potentiam. X, 471, 472. Naturalem appetitum. X, 446. Calorem genitalem. X, 750. Virilitatem. X, 816. Libidine delectantur Pelagiani. X, 1248. Libidinis laus a Juliano quam magna, licet falsa. X, 1144, 1160, 1279. Libidinem tamen nominare ipsum pudet. X, 446. Libidini patrocinatur Julianus. X, 687. Et eam in paradiso collocat. X, 1159, 1167. Libido an esse potuerit in paradiso ante peccatum. X, 565. Libido in paradiso non fuisset. X, 818. Nec erat in homine ante peccatum. X, 450, 1001. Gratia Dei magna ibi erat, ubi terrenum et animale corpus bestialem libidinem non habebat. X, 781. Libido non esset, si homo non peccasset. X, 1449, 1451. Libido qualis nunc est, non fuit in paradiso. X, 1158, 1195, 1449, 1451. Libido in paradiso ante peccatum nulla esset, vel pudenda non esset. X, 1450, 1451. Aut repugnans voluntati. X, 1449. Et suos motus contra nutum ejus exserens. X, 1324. Sed nutui ejus subserviens. X, 566.

Libido non subjacet voluntati. VII, 425, 427, 430. Subjacuisset, si homo non peccasset. VII, 430, 431, 432. Et libidinis ac voluntatis rixam non habuissent nuptiæ. VII, 431, 434. Mentem libidinis servam non aliud quam propria voluntas reddit. I, 1252. Ante peccatum sine libidine concepissent matres, sine dolore peperissent. X, 453, 454. Sine libidine poterat fieri opus conjugum in generatione filiorum. X, 451. Duo in carne una esse possunt sine libidine. X, 1167. Libido qualis forte potuerit esse in paradiso. X, 1094, 1160. Libido ante peccatum non erat vitiosa. VII, 427.

Libido malum. X, 768, 801, 1455. Tullius ipse libidinem malum esse cognovit. X, 768. Libidinis auctor diabolus. X, 801. In libidine venerea malum peccati originalis. X, 142. Libido qualis nunc, aut vitium est, aut vitiata est. X, 1451. Libidinis non solum excessus culpabilis, sed etiam impulsus est vitiosus. X, 1560. Libido qualis nunc est, mala est. X, 1094. Mala est libido spiritui resistens. X, 1161. Libido morbus. X, 469, 765. Vulnus naturæ. X, 732. Pœna peccati. X, 120, 287, 288, 787, 1554. Inobedientis supplicium voluntatis. X, 429. Libido non a prima institutione, sed a primi hominis mala voluntate originem ducit. X, 734. Resistente atque torquente dolore carnalis vinculi non posse a libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. I, 598. Libido quo sensu nobis naturalis. X, 801. Humanæ menti regnum in libidines æterna lege concessum est. I, 1252. In homine perverso servit ratio, libido dominatur. IV, 108.

Libido licet licita, latibulum quærit. VII, 426, 427. Præ cæteris cupiditatibus turpis est. X, 756. Libidinis merito pudet. VII, 425, 428, 431. Quare. VII, 431. Libido cur nunc pudenda. X, 1161. Quandonam cœpit pudenda esse. X, 451, 452, 457. Ex libidine membra sunt pudenda. X, 451. Libido pudenda nonnisi ex peccato. X, 1160, 1167. Et ex pœna est peccati. X, 1449. Ante peccatum non esset generatio sine commixtione, esset tamen commixtio sine confusione. X, 458. Libidinem sexuum a Deo creatam dicunt Pelagiani, in hominibus tamen pudore esse obumbrandam. X, 1562. Libidinis motus cur aliis magis pudendus. VII, 427, 450, 451. Libido an Dei opus dici possit, quia Abraham et Sara, qui cum libidine conceperunt ex munere Dei, hoc habuerunt. X, 712, 713. De libidine peccatum originale trahitur. X, 1160. Libido non est nuptiarum bonum. X, 422. Nec in ipsis nuptiis malum est nuptiarum. X, 460. Sed carnalis concupiscentiæ malum. X. 406. Libidinis malum nuptiis non imputandum. X, 406. Nec tollit nuptiarum bonum. X, 418. Libido non venit ad nuptias ab earum institutione, sed a peccato Adæ. X, 469. Libidinis vituperatio non est damnatio nuptiarum. X, 416, 418. Libido non solum præter uxorem est culpabilis. X, 687.

Libidinis morbus a nuptiarum negotio distinguendus. X, 1090. Venialis culpa cum conjuge solius voluptatis causa concumbere. X, 1090. *Vide* Concubitus. Conjux. Ad conditionem corporis mortis hujus pertinet, quod nunc non possint esse nuptiæ sine libidinis malo, quamvis ipsum possit esse sine illis. X. 460. Libidine uti non semper est peccatum. X, 817. Libidinis malo bene uti, bonum est opus. X, 1145. Libidine quamquam mala potest quis bene et male uti. X, 457. Quinam bene aut male utitur. X, 1304, 1317. Libidine bene utuntur nuptiæ. X, 404, 1193. Bene utitur pudicitia conjugalis. X, 172, 1155, 1167. Adversus eam adhibentur ab incontinentibus nuptiarum remedia, exercentur a continentibus gloriosa certamina. X, 820. Libidine bene utitur pudicitia conjugalis, melius non utitur religiosa continentia vidualis, vel sacra integritas virginalis. X, 1451. Libidine qui utuntur, non propter libidinem, sed propter propaginem, non agunt opus diaboli. X, 1442, 1443. Libidinis motum nuptiæ ordinant, continentia cohibet et refrenat. III, 400. Libidinem sancti conjugati pati nollent in procreatione filiorum. VII, 425. Libido quandonam noceat conjugibus regeneratis. X, 413. Libidinis labe non polluuntur, qui libidine bene utuntur. X, 763.

Libido non est fami cæterisque molestiis comparanda. X, 773. Libidinis impetus non sua sponte moderatus est. X, 737. Plerumque in somnis ad ipsius operis similitudinem, et suæ motionis pervenit finem libido. X, 460. Libido imperiosa impudicis, domanda pudicis, pudenda pudicis et impudicis. X, 460. Libido non immerito militibus Christi, a quibus debellatur, odiosa est. X, 1237.

Libido venerea mentem absorbet. X, 773, 774. Non sinit sancta cogitare. X, 808. Totum hominem commovet ac sibi vindicat. VII, 424. Ne animus in æterna se attollat, impe-

dit. VII, 227. Violatur societas quæ cum Deo nobis esse debet; cum eadem natura, cujus ille auctor est, libidinis perversitate polluitur. I, 689. *Vide* Cupiditas. Libido in omni malefacto dominatur. I, 1225. Ad vitæ necessaria alii libidine, alii ratione ducuntur. V, 346. Libido triplex. I, 690.

Libido. Nemo est usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeat conflictum. VII, 629. Sanctorum in hac vita cum sensuum libidine pugna et lucta. X, 773. Libido etiam in conjugibus frenanda. X, 716, 717. Libidinem quatenus castitas expugnat et in conjugatis, et in continentibus. X, 1160. Libido cum vincitur, vincitur diabolus. X, 801. An ideo libidini non resistendum, quia est pœna peccati. X, 788. Libidini consentitur potius, quam imperatur. X, 798. Senex LXXXIV annorum Lyristriam sibi ad libidinem emit. X, 713. Libidinis impetus, cantus gravitate fractus. X, 798. Libido surgit? tu tene membra; quid factura est quæ surrexit? V, 719. Surgere novit, vincere non novit; surgendo assidue sine causa, discit et non surgere. V, 719. Ardeat sine causa, et consumit se. V, 719. Libido in salutis nostræ perfectione tamquam infirmitas peribit. X, 1443. In quibus non sanabitur, damnabitur. X, 1155. Libido cur non est malum in pecoribus. X, 756, 757, 1193, 1194, 1372, 1373, 1374, 1455. Libido pertinet ad naturam pecoris, ad pœnam hominis. X, 1360, 1363, 1372, 1373. *Vide* Concupiscentia.

Libidinosi non credunt antiquos justos temperanter uti potuisse multis feminis. III, 76. Libidinosi describuntur. III, 97. In libidines suas euntes, cur fluxi et soluti dicantur. IV, 687.

Libosus Vagensis. IX, 143, 220.

Libra dictus liber Dictinii. VI, 522, 543, 548.

Libyci philosophi. VII, 233.

Licentius Romaniani filius. I, 928, 1080; II, 110. Augustini pro eo sollicitudo. II, 126. Nomen patris et matris erga Licentium Augustini pietas jure sibi vindicat. II, 126. Licentium a moribus incompositis et libidinosis ad sapientiæ studium revocat August. II, 106, 107. Licentium Paulino commendat August. II, 110. Eumque rogat ut Licentium velit exhortari et instruere. II, 110. Benedictos panes quinque Paulinus Romaniano et Licentio mittit. II, 126. Licentius in agro Cassiciaco agens cum Augustino, interlocutoris personam sustinet in libris ibi conscriptis. I, 905. Et in libris *de Musica*. I, 1081. Licentius poeticæ deditus erat. I, 922, 923, 933. Et philosophiæ studiosus. I, 907, 987, 988. Licentii carmen ad Augustinum præceptorem. II, 104. Licentii ingenium aureum. II, 107.

Liciatum. VII, 777.

Licinius Imp. II, 304.

Licinius Consul. IX, 687.

Licita sunt quædam, quæ non expediunt. VI, 460, 465.

Ligandus nemo propter offensam, nisi juste: nam injusta vincula disrumpit justitia. V, 509. Ligandi et solvendi munere quomodo fideles quique fungantur. V, 509.

Ligaturæ superstitiosæ. II, 1060; III, 50. Ligatura sacrilega ad sanitatem recuperandam. V, 1301, 1459. Ligaturas adhibere. IV, 318.

Limata. IX, 511.

Lignum scientiæ boni et mali. VIII, 613, 614, 660. Arbor vera et innoxia. III, 377, 385. Quare sic appellatur. III, 377, 381; VII, 423; X, 171, 172. Recte sic vocaretur, etiamsi non peccassent primi parentes. III, 385. Lignum scientiæ boni et mali non ideo vetitum est quia malum. III, 384. At non ob aliud est malum, nisi quia prohibitum. VII, 420.

Lignum vitæ virtute invisibili præditum. III, 451. Quid præstiturum erat. X, 172. Senium arcebat. VII, 394. Et mortem. VII, 394, 396; X, 1598. Primi parentes ejus ope nec morbo tentari, nec ætate mutari potuissent. III, 447. Lignum vitæ cibum præstabat, quo corpus hominis sanitate stabili firmaretur. III, 377. In carne primorum parentum factum fuisset per escam ligni vitæ, quod fit in Angelis per æternitatis participationem. III, 447. De ligno vitæ manducavit Adamus. X, 1581. De eo solebat Adamus sumere sacramentum, de cæteris alimentum. VII, 394; X, 1580. Lignum vitæ aliud spiritale, aliud corporale. X, 1598. Cibus ligni vitæ magnum aliquid significabat. III, 377. Lignum vitæ et vere creatum est, et sapientiam figuravit. III, 375, 376, 377. Lignum vitæ typus sapientiæ. X, 172. Et sacramentum. III, 447, 451; VIII, 615, 616. Lignum vitæ plantatum in medio paradisi, quid significet. III, 203. Christum significabat VII, 701. Lignum vitæ primis parentibus de paradiso ejectis mansit ad memoriam significandæ spiritalis arboris vitæ. VIII, 616. An cibo ligni vitæ vescatur nunc aliquis, nisi forte Enoch et Elias, non temere asseverandum. VIII, 616. Enoch et Elias translati creduntur ubi est lignum vitæ. X, 1581.

Lignum nos portat in aquis maris. IV, 1380. Ligna imputribilia, ex quibus arca fabricatur. IV, 1917. Lignum per quod aquæ dulces factæ sunt, figura crucis. III, 616. Lignum ubi erant fixa membra Christi morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. III, 1950. Domuit lignum quod ferrum non domuit. IV, 1228. Ligna in campo fructifera allegorice. V, 313. Ligna campi, plebes populorum. IV, 1370. Ligna silvarum Pagani sunt. IV, 1234.

Limatensis episcopus. II, 162.

Limentinus Deus limini præfectus. VII, 119, 184.

Limitibus carbones substernuntur. VII, 713.

Limus terræ unde homo formatus est. III, 201. Limus profundi fiunt, qui a justitia cadunt. IV, 843. Limus luti, concupiscentiæ carnales. IV, 434.

Linea quid. I, 1041. Linea transversim secari infinite potest. I, 874.

Lingua dupliciter intelligitur. VIII, 296. Quid velit cor, lingua testatur. IV, 1191. Linguæ bona vel mala, ubi adest mens bona vel mala. V, 1418. Ream linguam non facit, nisi mens rea. V, 973. Linguæ tentatio. V, 1300. Linguæ tentationibus aliquando non feriri difficile est. V, 1526. Lingua in udo posita, facile in lubrico labitur. V, 978. Lingua non frustra in udo est, nisi quia facile labitur. IV, 414. Contra hæc remedium est silentium. IV, 414. Lingua dolosa ea est, quæ habet imaginem consulendi, et perniciem nocendi. IV, 1599, 1600. Lingua adulatoris plus persequitur, quam manus interfectoris. IV, 869. Cibos amaritudinis non das ventri tuo, et cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ; sicut eligis quo vescaris, sic elige quod loquaris. IV, 606. Lingua Judæorum, gladius quo Christus occisus est. IV, 668, 669. Quam difficile, etiam in piis officiis prædicationis, exhortationis, etc... lingua non peccare. IV, 414, 580. Lingua hominem alienat ab homine magis quam animal ab animali. VII, 653. Linguæ iniquorum sunt in manu diaboli. IV, 1867. Tolerabilius est lingua labi, quam vita. X, 728.

Lingua cohibenda. V, 635, 978. Linguam domare quam difficile. IV, 1827. Linguam domare nemo potest sine gratiæ adjutorio. X, 254. Deus linguæ dominator. V, 573.

Lingua Dei cur dicta est calamus. IV, 497. Lingua Christi, prædicatores ipsius. IV, 175. Lingua popularis, plerumque est doctrina salutaris. IV, 279. Lingua nostra canticum Jerusalem. IV, 1771. Lingua barbara est, quæ Dominum non laudat. IV, 1478. Habendum in corde, quod habet omnis homo in lingua: *Quod vult Deus*. IV, 279. Lingua exsecta presbytero. V, 1596.

Lingua pro sono qui lingua promitur. III, 1952. Pro locutione quæ fit per linguam. IV, 597. Lingua una primitus fuit ante turrim Babel. III, 401. Linguarum diversitas unde VII, 483. Linguarum diversitatem superba impietas invexit, et humilis pietas Ecclesiæ contulit unitati. IV, 636; V, 1245. Linguæ tres toto orbe maxime excellunt, Hebræa, Græca et Latina. IV, 692. Lingua Hebræa primo fuit omnium lingua. VII, 522. Lingua Hebræa unde sic dicta. VII, 522. Hebraica, Punica, et Syra lingua sunt cognatæ. III, 1520. Lingua Græca et Latina qua figura dicitur. IV, 535. Linguarum cognitio necessaria ad intelligentiam scripturarum. III, 42. Linguæ originali potius credendum, quam ejus translationi. VII, 454, 455.

Linguarum donum, signum olim maximum Spiritus sancti descendentis in fideles. VII, 612. Linguarum donum quid significarit, IV, 161, 1706; V, 461; VII, 612. Linguæ omnium gentium in uno homine die Pentecostes, quid significant. V, 497, 946, 1250, 1252, 1254, 1550. Linguæ omnes creditæ ostendebantur, ubi jam omnes linguæ sonabant. III, 1991. Linguis omnibus modo loquitur unus homo Christus et Ecclesia. IV, 161. Linguis omnium loquitur, qui in corpore Christi est. IV, 1929. Modo in Ecclesia ipsa unitas tamquam unus loquitur omnium gentium linguis. V, 554, 1246. Cur donum linguarum modo non conceditur. V, 1250. Nec linguis loquuntur qui credunt. IV, 1706.

Linguere terram, quid sit. IV, 909.

Linternense oppidum in Campania. VII, 102.

Lintei quatuor initiis subligati interpretatio. IX, 413.

Linum et lana quid figurant. V, 224. Linea vestimenta interiora. V, 224. Linistima vestis. VIII, 227.

Linus poeta Theologus. VII, 572, 597.

Litigare an liceat. III, 1281. Aut judicio publico sua repetere, nullis succurrentibus Apostolicis exemplis. II, 527. Litem habere de rebus sæcularibus prohibitum a Christo. VI, 270. *Vide* Judicium. Lites habere, delictum. V, 1540. Quod tamen ferendum, si judicio ecclesiastico finiantur. V, 1540. Litigare etiam apud Ecclesiasticos judices, delictum est Christianis. IV, 1045. Litigantes ad Episcopos causas suas deferunt. IV, 1570. Litem inferenti cedere aliquid ut Deo vaces, est tempus redimere. V, 910. Litigatorum malorum vox, se malos judices esse perpessos. II, 169. Melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. III, 376. Litigare quis censendus. V, 1593.

Litteræ signa vocum, voces signa rerum. VIII, 1071. Primarum litterarum magistri. I, 670. Litteras a primis hominibus cœpisse nonnullis videtur. III, 620. Litterarum repertor Mercurius. III, 49. Litterarum occasio. I, 1011. Litteræ Hebraicæ antiquissimæ. VII, 598. Litteræ quare non sunt communes omnibus gentibus. III, 38. Litteræ seu scribendi ars, quantæ utilitatis. VIII, 972, 973. Littera eadem nomen Dei et diaboli inchoatur. IV, 1575.

Littera quare per se occidat. X, 1111. *Vide* Lex.

Litteræ quæ nobis venerunt de patria nostra, Scripturæ sacræ. IV, 1952. Litteræ communicatoriæ. II, 163, 167, 168. Et non communicatoriæ. II, 161. Litteræ communicatoriæ hæreticis non dantur. IX, 245. Litteræ communicatoriæ dicuntur formatæ. II, 174. Litterarum suarum asperitate offensum episcopum quanta modestia Augustinus placare conetur. II, 624, 650.

Litteras spe commodi temporalis discere, quam solemne et quam vanum. VI, 675. *Vide* Studium.

Litteratura. I, 786. Litteratura Judæorum. IV, 888.

Litteriones. VIII, 655.

Litteus a gemellis. IX, 239.

Liticensis fundus. II, 397.

Loculos Dominus quem in usum habebat. IV, 1367.

Locus quid. VI, 15, 16. Locorum spatia infinita ante mundum non sunt cogitanda. VII, 320. Loca spiritalia spiritaliter cogitare difficile est. III, 1928. Loco non continetur Deus. IV, 337, 952, 953. Localia spatia non occupant nisi corporum moles. II, 362; V, 332, 339, 1486. Locorum spatia tolle corporibus, jam non erunt. II, 838. Quod loco capitur, minus est in parte quam in toto. V, 665. Locus sanctus Dei, quis. IV, 815. *Vide* Deus. Locus Christi, ipse Pater est; locus Patris, Filius; locus noster ipsi sunt, et nos locus Dei summus. III, 1928. Locus noster, Deus. IV, 252, 878. Locus sanctorum qui hinc migraverunt. V, 1366. Locus bonus, quo nobis migrandum de hoc loco malo. V, 1085. Locus animo est affectio sua sive in delectatione, quo se pervenisse per amorem lætatur. IV, 93, 124. Locus impii quis sit. IV, 392. Locus medius non est natis ex Adamo : aut in honorem sunt, aut in contumeliam. X, 1136, 1142.

Locustarum multitudo prodigiosa in Africa. VII, 111. Locusta quid significet. IV, 1000.

Locutio ad quid instituta. I, 1193. Locutio est voluntatis significatio. V, 102. Locutionis et intellectus discrimen. VI, 311. Cum loquimur, nihil aliud molimur, nisi animum ipsum nostrum perspiciendum animo auditoris inferre. VI, 183, 184. Unde puer loqui discat. I, 666. Loquitur Deus in nobis sine sono. III, 1688. Quam varia ratione Deus loquatur. IV, 340; V, 102. Locutio Dei ad Moysen non per divinam substantiam fiebat, sed per assumptam creaturam. IV, 1788. Non magni est meriti cui loquitur Deus : interest enim quid loquatur. VI, 142, 162. Loquitur nobis Deus, si audimus. IV, 575. Multis in corde loquitur Deus, et magnus ibi sonus in magno silentio cordis. IV, 429. Sicut humana consuetudo verbis, ita divina potentia etiam factis loquitur. II, 383. Loqui bona non possunt mali, sicut nec mala boni : qui tamen interdum audiendi mali. V, 475. Loqui dolum, quid sit. V, 125. Peccatores et cum iniquitatem, et cum justitiam loquuntur, falsa loquuntur. IV, 677. Loquentes vanitatem, non audiunt loquentes veritatem. IV, 1866. Quid necessarium est doctori, ut recte loquatur. III, 333. Recte non loquitur nemo, nisi quantum Dominus adjuvat. III, 333. Pauca sunt quæ proprie loquimur. I, 820. Magis optet servus Dei audire, quam dicere. IV, 1812.

Locutio metaphorice. III, 886. Unde dignoscatur an figurata sit Scripturarum locutio. III, 71, 72, 74. Locutiones figuratæ obscuræ fiunt ex ignorantia rerum. III, 47. Locutionis integritas quid sit. III, 44. Locutiones, seu proprietates linguæ Hebraicæ vel Græcæ. III, 485. Locutiones ex variis libris Scripturæ. III, 485. *ac deinceps.*

Loqui cum muliere pro concumbere. III, 625.

Logica seu rationalis philosophia ad contemplationem pertinet. VII, 228.

Longævum pro æternitate quandoque ponitur. IV, 1613.

Longe quisque est a Deo, non regionibus, sed affectibus et dissimilitudine. IV, 1077, 1217. Magna miseria est longe esse ab eo qui ubique est. IV, 1274.

Longinianus paganus philosophus. II, 1030. Sed ab Augustino dilectus eumque vicissim diligens. II, 1029, 1031. Interrogatus ab Augustino qua existimet via ad vitam beatam perveniri. II, 1029. Ut potest respondet. II, 1030. Ac deinde alia ab eo quærit Augustinus. II, 1031. Longinianus paganus laudat Augustinum. II, 1030.

Longinquare. IV, 337.

Longum est quod æternum est, breve est quidquid finem habet. IV, 1169, 1613. Quod tibi longum videtur, cito est Deo : subjunge te Deo, et cito tibi erit. IV, 337.

Lorica est fides, quia interiora transligi non sinit. IV, 324.

Lot, interpretatur declinans. IV, 1033. In duobus Angelis apparuit unus Dominus Lot. VIII, 807, 809. Lot Angelos apud se hospitantes credidit esse homines, divinitus tamen missos. III, 559. Lot meritis Abrahæ liberatus. III, 560. Lot justus dicitur comparative ad Sodomorum scelera. III, 560. Lot ex incendio Sodomorum salvus evadens typum gestat corporis Christi. VIII, 425. Lot factum offerentis filias suas constupratoribus Sodomitis. VI, 530. Lot a peccato defendi vix potest. VI, 532. Lot uxor conversa in salem, quid admoneat. VII, 509; VIII, 425. Uxor Lot in salem conversa ut homines condiat. IV, 1057; VI, 682. Quid figuret concubitus filiarum Lot cum eo. VIII, 426. Concubitus filiarum Lot cum eo, et prophetia est et flagitium. VIII, 426. Figura est eorum qui male utuntur Lege. IV, 720.

Lotionem pedum die cœnæ in consuetudinem multi recipere noluerunt, ne videretur ad baptismi sacramentum pertinere. II, 220. Nonnulli de consuetudine auferre non dubitaverunt, alii in diem tertium octavarum vel in ipsum octavum transtulerunt. II, 220. Lubricum luxuria est. IV, 328.

Lucanus poeta. VII, 107. Judæorum Deum incertum posuit. III, 1063. Lucani locus. II, 1071.

Lucas et Marcus Apostolorum suppares. V, 1127. Lucas circa sacerdotalem Domini stirpem occupatur. III, 1044. Lucæ vitulus assignatus est, quare. III, 1666. Lucæ cap. 3, v. 3, conciliatur cum Matthæi, c. 1, v. 1. III, 580.

Lucas servus Dei litteras August. ad Joannem defert. II, 774.

Lucernæ et luminis veri discrimen. V, 987. Lucerna sapientiæ, caro Christi. IV, 1793. Lucerna in candelabro lucens, Christus in cruce pendens. V. 1436, 1479. Lucernam in cruce Dominus accendit. IV, 1379. Lucerna a se ipsa non accenditur, ita nec anima humana sibi præstat lucem. IV, 1446. Lucerna Scripturarum. IV, 608, 1854. Lucerna infirmis oculis accensa in sanctorum exemplis. V, 1436. Lucerna, homo qui bene operatur. V, 1479. Lucerna inextinguibilis in fano Veneris. VII, 716.

Lucimus a Rucuma. IX, 228.

Lucifer stella Veneris. VII, 721. Luciferi stellam, quidam Veneris, quidam dicunt esse Junonis. VII, 206. Lucifer pro cunctis sideribus positus, pars pro toto. IV, 1186, 1187, 1458. Luciferum sidus honori et nomini Cæsaris dicare conati sunt Romani. III, 51, 1057. Luciferi nomine significantur tempora. V, 747. Lucifer significat omnem spiritum qui illuminatur. IV, 1187.

Lucifer Calaritanus episcopus a quo Luciferiani. VIII, 45. Lucifero Calaritano displicuit quod Arianis ad Ecclesiam redeuntibus gradus honoris servarentur : cecidit in schisma. II, 813; VI, 307, 308.

Luciferianos nec Epiphanius, nec Philaster inter hæreticos posuit, quare. VIII, 45. Luciferianorum error. IV, 857. Luciferianos animam ex transfusione generari sensisse quidam dicunt. VIII, 45.

Lucilianus. I, 925.

Lucilla. V, 295. Mulier Hispana. IX, 395. Pecuniosissima. II, 167. Et factiosissima femina. IX, 37. Odiis accensa furialibus instat ut contra Cæcilianum alter ordinetur. IX, 512. Episcopos adversus Cæcilianum corrupit. IV, 376. Et damnationem Cæciliani emit ab eis. II, 168; IX, 426, 443 Quadringentos folles dedit. IX, 513. *App.* 798. Lucilla cur Cæciliano infensa. IX, 37, 426, *App.* 775. A Cæciliano, dum diaconus esset, correpta et inde læsa. II, 167.

Q. Lucilius Balbus in secundo de deorum Natura libro Ciceronis disputat. VII, 136.

Lucillus episcopus, portans reliquias S. Stephani a fistula sanatur. VII, 766.

Lucillus diaconus, Novati forte Sitifensis episcopi, germanus. II, 294. *Not.* (*b*).

Lucina dea a parturientibus invocata. VII, 122. Parturientibus præfecta. VII, 128.

Luciniamus Augustini familiaris. II, 67, 73.

Lucius et Gaius, pro quolibet. V, 253, 1587.

Lucius Opimius. VII, 103.

Lucius Pontius. VII, 72.

Lucius Saturninus, tribunus plebis. VII, 106.

Lucius Tarquinius Collatinus Consul, Urbe ejectus a collega suo. VII, 94.

Lucius Titius. VII, 72.

Lucius ab Ausafa. IX, 236.

Lucius a Castro Galbæ. IX, 207.

Lucius a Membresa. IX, 234.

Lucius a Thebeste. IX, 220.

Lucretia a filio Tarquinii violenter stupro oppressa. VII, 61. Lucretia adultera non fuit, sed casta. VII, 32. Ex pudoris infirmitate, non ex caritate pudicitiæ se occidit. VII, 34. Homicidium commisit, cum se peremit. VII, 33.

Lucretius Consul Romanus. VII, 93.

Lucretius animam ex atomis esse scribit. VIII, 72.

Lucrum est esca, fraus laqueus. IV, 782, 1810. Lucrum non sic sapit, quomodo dolet damnum. V, 1438. Lucrum luteum. I, 716. Pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnum, IV, 1382, 1645. Nemo habet injustum lucrum sine justo damno. V, 70.

Lucta spiritus cum carne. I, 760. Lucta christianæ animæ. V, 1511. In tentationibus quotidianis. V, 1439. Lucta carnis et spiritus hic in justificatis manens. V, 85, 169, 189, 715, 820, 821, 864, 891. In lucta carnis et spiritus quid faciendum. V, 190. Victoria post resurrectionem cur differtur. V, 892. De lucta spiritali disserentem, qui non certant non intelligunt. V, 815.

Luctus est non inhumani cordis vulnus, quod consolationibus sanatur. VII, 633. Luctus et officia defunctis exhibenda. V, 937. *Vide* Lugere.

Lucus dicitur quod minime luceat. III, 81, 800.

Ludi primitus instituti Telxioni regi Sicyoniorum. VII, 562. Ludi diis inferis sacri. VII, 99. Ludi Circenses. I, 725. Soli primum in usu apud Romanos. VII, 44. Ludi funebres. VII, 255. Ludi sæculares Romæ instaurati. VII, 98. Ludi sæculares contemnendi. IV, 1046. Ludi quare diis instituti. VII, 569. Ludos alicui celebrare an divinitatis indicium, VII, 253. Ludi esse non deberent in humanis, si Romani essent honesti. VII, 112. Ludi scenici. in rebus divinis positi a Varrone. VII, 132, 137. A Platone damnati. VII, 237, 238. Ludos scenicos non turpes judicaverunt Græci. VII, 135. Illi scenicos actores in reipubl. administrationem receperunt. VII, 53. Ludi scenici, deorum jussis Romæ instituti, quare. VII, 44, 53, 57, 58, 73, 132. Quam periculosi ludi scenici. VII, 75, 76, 134. Quam turpes. VII, 50, 51. Licet turpes, eos exhiberi sibi dii jusserunt. VII, 189, 237. Turpissime ludos scenicos dii poposcerunt. VII, 239. Ludi scenici sunt pestis morum. VII, 97. Ludis scenicis majestas divina non placatur, quibus humana dignitas inquinatur. VII, 78. Deos habere qui ludis scenicis delectantur, simile est furoris. VII, 187. Ludi pompatici. V, 148. Nugatoria iniquitatis, ludi et spectacula vana. V, 81, 83, 88.

Ludi, id est, loci ad exhibendos ludos. V, 203.

Ludificatio dæmonum, quomodo fit. VII, 574.

Lugere quemquam numquam debebant qui oleo sanctificati erant. III, 690, 710. Apud antiquos ea faciebant Lugentes, quæ consuetudini essent contraria. III, 690. Scindebant vestimenta. III, 710. Secabant corpora. III, 708. Hoc fieri Deus prohibet. III, 708. Sanctis in veteri Testamento celebrabatur luctus septem dies. III, 596. Numerus istic septenarius luctus comprobatur. III, 596. *Vide* Novendial.

Lugentes quomodo beati. IV, 1099. Lugendum filiis ablato sponso. V, 1049.

Lumbos succingere. V, 226.

Lumina dicuntur oculi. IV, 1838.

Luminaria et sidera unde facta. III, 265. Quare quarto die facta. III, 235. Quomodo dividant inter diem et noctem, cum jam inter lucem et tenebras divisisset Deus. III, 236. Luminaria dividentia inter noctem et diem allegorice. I, 854. Luminaria et sidera quomodo sint in tempora et signa, in dies et annos. III, 274, 275. Non ideo cœlestia luminaria adoranda, quia ducitur ex eis aliquando similitudo ad divina mysteria figuranda. II, 209. Luminaria cœli vident mala fieri super terram. IV, 1194.

Luna ex aqua bona facta secundum Manichæos. VIII, 33. Et navis lucis. VIII, 33. Luna qualis creata fuerit. III, 275. Plenam primitus factam esse, absurdum est dicere. III, 256. Omni die perfecta est. III, 256. Semper est plena. III, 276. De luna, unde lumen habeat, duæ sunt opiniones. IV, 131, 132. Manichæorum de lunæ incremento et defectu delirium. II, 207. Ejus incrementa et decrementa, unde. IV, 131, 132. Lunæ defectus et incrementum ex eo quod magis vel minus illustretur a sole; aut si habeat suum lumen ex eo quod partem hemisphærii in qua est lumen ostendat vel abscondat. II, 207. Lunam deponi imaginaria ludificatione sensuum exhibebatur. VII, 293. Non luna ipsa, sed quod accenditur, variatur. III, 276. De luna quam inepte quidam mentiuntur. IV, 1194. Lunam adorabant Manichæi. VIII, 242, 300, 320. Soli et lunæ non conviciatur Moyses. VIII, 300. Christiani non observant dies et annos et menses et tempora, licet ad solis et lunæ computationem Pascha celebrent. II, 209. Luna in Scripturis allegorice Synagoga. II, 208; IV, 137. Ecclesia. IV, 131, 908, 1373. Sicut luna ad oculos nostros augetur recedendo a sole, et minuitur ad solem approp inquando; sic anima recedendo a sole justitiæ ad exteriora progreditur, approp inquando vero se convertit ad interiora. II, 207, 208. Lunæ nomine significatur mutabilitas mortalitatis. IV, 728, 908, 1134, 1846. Item scientia. IV, 1760. Luna resurrectionis imago. IV, 1324. Luna significat carnem Christi. IV, 941 Carnales designat et insipientes. IV, 941. Frange lunam, fac fortunam, dictum eorum. VI, 674.

Lupæ ad Martem pertinent. VII, 578.

Lupanaria unde dicta. VII, 578.

Luperciana. IX, 229.

Luperci Romani, unde sic dicti. VII, 574. Lupercorum sacerdotum ascensus et descensus per viam sacram quid significat. VII, 569.

Lupicinus servus Dei. II, 592.

Lux duplex, Deus, et lux quam fecit. VIII, 609. Inter lucem quod est ipse Deus, et lucem quam fecit Deus, non distinguunt Manichæi. VIII, 404. Lux æterna et incommutabilis. I, 742, 801. Lumen Deus quale cogitandum. V, 36. Lumen quod Deus est, quam excellens. VIII, 372. Lumen quod Deus dat, non est tale quod possit ab aliquo obtenebrari. IV, 200. Lux in Domino, tenebræ summus sine Domino. V, 321, 1472. Lux cordis Deus est. IV, 206, 207. Lucem illam non vident nisi mundi corde. IV, 206, 806. In cæcitatem mentis quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur. IV, 94. Paganus quasi bene vivens, patentibus oculis est in tenebris; Christianus male vivens, in luce est, sed clausis oculis. IV, 196, 197. Ex luce Dei consilium sibi dat ipsa anima. IV, 1887, 1888. In luce Dei æterna quædam legit anima rationalis. IV, 1887, 1888. Lux hominum, lux mentium. III, 1398. Lux interior cujus ope tam multa videmus ac dijudicamus. II, 615, 616. Vocatur lux judicans. II, 616. Lumen est veritas proprio splendore fulgens, unde animæ tamquam lucernæ accenduntur. IV, 102, 105. Lux sincerissimæ et incommutabilis veritatis, quibus pateat. V, 524. Lumen verum, justitia et sapientia. V, 476. Luce intelligibili perfunditur anima, ut faciat opera justa. IV, 1191. Lux justitiæ oculis cordis videtur. III, 1659. Justitiæ lux menti perturbatæ pœna est, antequam sanetur. V, 542. Lucem justitiæ mens perturbata nec audet contemplari, nec valet. V, 542. Lux cordis caritas. II, 560. Lucis internæ amor. V, 1531. Lux visibilis solis et lux invisibilis Verbi Dei, quid differant. V, 676. Lux interior cum visibili comparatur. V, 547. Lux visibilis corporum colores, invisibilis animarum formæ affectiones. V, 1498 Quando nos delicti pœnitet, in luce sumus. IV, 162. Deus fecit lucem, cum Christus a mortuis surrexit. IV, 552.

Lumen aliud illuminans, aliud illuminatum. III, 1502, 1658; IX, 74. Lumen verum ab illuminato lumine discernendum. II, 541. Lumen sibi esse homo non potest. V, 987. Lumen tu tibi non es, ut multum oculus es, nihil valens sine lumine. V, 457. Lumen a quo omnis homo illuminatur. V, 437. Lumen verum solus Christus. V, 55. Lux Dei, veritas Dei, et hoc utrumque unus Christus. IV, 478. Quomodo lux vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. X, 130. *Vide* Omnis. Rei illuminatæ cavendum a vento superbiæ. V, 457. Lumen mundi quomodo sunt viri sancti. V, 36. Lumen viventium. IV, 660.

Lux creata duplex, spiritalis et corporalis. VIII, 405, 611. Lux alia corporalis iniquis ac bestiis communis, et alia lux justorum. IV, 1250. Lux triplex, ætherea, sensualis et rationalis; et contrarium cujusque. III, 228. Lucem aliquam esse præter cœlum, facile ab homine percipi non potest. III, 228. Inter lucem qua cernimus, et lucem qua intelligimus, quantum distet. VIII, 372. Lucem qua cernimus, ab ea luce qua intelligimus, nusquam discrevere Manichæi. VIII, 372 Lucem corpoream Dei dicunt esse naturam Manichæi. VIII, 33. Manichæorum fabula de pugna lucis cum tenebris. VIII, 293, 294. De lucis purgatione. VIII, 33, 36. De luce creata primo die variæ difficultates. III, 254. Lumen oculorum Adam, ipse Deus erat. IV, 405. Lux an est creatura prima. III, 248. Lux quæ initio facta est, quænam. III, 227, 228. Et qualis. VII, 322. An corporale quid, an spiritale. III, 252, 248. An temporaliter, an in Verbi æternitate dixit Deus, *Fiat lux*. III, 248, 251. Quare in creatione lucis non additur. *Et fecit Deus*. III, 252, 269. Nec dicitur, *Et sic factum est*. III, 292, 317. Divisio facta inter lucem et tenebras, quomodo accipienda. III, 228. Quomodo intelligenda in creatura spiritali. III, 234. Lux primum facta, est conformatio creaturæ spiritalis. III, 311. Est vita intellectualis. III, 253. Lux dici potest facta, cum sapientia increata se transfert in animas sanctas ut illuminatæ possint lucere. III, 258. Interpretatio data de luce et die spiritali, non impropria et figurata existimanda est. III, 314.

Lux corpus divisibile. VIII, 183. Lux ubique tota. VI, 638. Lux solis facit formas coloresque discerni. V, 676. Lux regina colorum. I, 800. Lux excellentissimum in corporibus. I, 1279. Nullus sensus, nullus ab anima spontaneus corporis motus sine luce et aere. III, 363. Lumen quo cuncta discernimus, tam nobis est certum, quam efficit certa quæ conspicimus. II, 457. Luce oculi pascuntur. III, 1495; V, 709. Lux cibus oculorum. IV, 1114; V, 183. Lux per oculos emicans, unde. VIII, 675. Ante lucem surgere quid sit. IV, 1670.

Luxuria. V, 526, 529. Quid. VII, 536. Luxuriam esse ma-

lum dicit Julianus, non vero concupiscentiam. X, 1349, 1350, 1351. Luxuriæ malum, concupiscentiæ consentiendo committitur. X, 1349. Luxuria quorumdam Christianorum, persecutio maxima Ecclesiæ. IV, 866. Quando Romam invaserit luxuria. VII, 102. Luxuria per lubricum significata. IV, 328.

Luza, Bethel, Ulammaüs, eadem civitas. III, 577.

Lybia duplex. V, 295. Lybia pars Africæ, competit tamen hoc nomen toti Africæ. III, 783.

Lycurgus Lacedæmoniis leges ex Apollinis auctoritate se instituisse confinxit. VII, 60.

Lyristria. V, 828.

M.

Macarius. II, 114; IV, 135; IX, 28, 29, 32. Ad quid ab Imperatore in Africam missus. IX, 47, *App.* 800. Donatistarum injusta expostulatio de Pauli et Macarii persecutione. IX, *App.* 800. Macarius adversus Donatistas pro unitate agit secundum leges contra eos latas. IX, 362. Macarianam Donatistæ Ecclesiam catholicam vocabant. II, 190. Et Catholicos, Macarianos. IX, 292, 329; X, 1101. Refelluntur, et aliquo sensu nomen hoc gloriæ Catholicorum verti ostenditur. IX, 292, 293, 294, 297, 329. Macarium Donatistas persequendo periisse clamabat Petilianus. IX, 324, 328. Refellitur Petilianus. IX, 329. Macariana tempora. II, 97, 173; IV, 134. Paulinus ad Macarium consolatoriam epistolam dedit. II, 1073.

Macedonius a quo Macedoniani. VIII, 39, 797.

Macedoniani. V, 448; IX, 395. Et Photiniani peccabant in Spiritum sanctum. II, 814.

Macedonius Africæ vicarius. II, 665. *Not.* (*c*). Vir negotiosissimus in repub. nec suis, sed aliorum utilitatibus attentissimus. II, 655. Amator est reipublicæ. II, 669, 670. Lenis et humanus. II, 655. Intervenit apud episcopum pro clerico. II, 657. Ab Augustino quædam quærit, et ab eo rescriptum accipit. II, 652. Rursumque scribit Augustino, eique ille rescribit. II, 665. Macedonii edictum adversus Donatistas. II, 673. Macedonius August. commodat decem et septem solidos. II, 1092.

Macedonum regnum quanto tempore duravit. VII, 358.

Machabæos ignis non agnovit, qui tres pueros agnovit. III, 2040. Quare. V, 1380. Machabæis et tribus pueris in persecutione diversus exitus, idem tamen Dei præsidium adfuit. V, 202, 1380. Machabæis plus præstitum, quam tribus pueris. V, 1300. Machabæos Deus occulte coronavit, tres pueros aperte liberavit. IV, 1945. Machabæi in igne defecerunt carne, non fide. IV, 389. Machabæi pro sacramentis veteribus martyres effecti. II, 156. Et pro Christo. V, 1379. Machabæi martyres non appellatione, sed re ipsa Christiani. V, 1377. Machabæis merito instituta solemnitas. V, 1377, 1379. Basilica in eorum memoriam erecta Antiochiæ. V, 1379. Machabæorum mater septies martyr. V, 1379. Ejus fortitudo laudatur. IV, 855, 856, 868. Ab ipsa matres discant filios diligere. V, 1579. Machabæorum mater Ecclesiam repræsentavit. V, 1380. Matri Ecclesiæ similis. IV, 855.

Machabæorum libros non habent Judæi sicut legem et Prophetas et Psalmos. IX, 729. Ecclesia pro canonicis habet. VII, 596. Quare. VII, 596. Non inutiliter ab Ecclesia recepti sunt, si sobrie legantur vel audiantur. IX, 729.

Machæra, quid. IV, 1955. Machæra linguæ, major quam ferri. III, 2062.

Macomades, *Macomadia*. IX, 215, 473.

Macrobius Donatistarum episcopus. II, 536; IX, 755. Macrobius bonæ indolis juvenis. II, 406. Donatistarum apud Hipponem episcopus ordinatus. II, 406. *Not.* (*d*). Litteris Augustini rogatur ne subdiaconum ipsius rebaptizet. II, 407. Quam iniqua ejus responsio. II, 407, 408. Macrobium manifestæ injustitiæ convincit Augustinus. II, 408, 409. Macrobius Circumcellionum facta per Punicum interpretem arguit. II, 416.

Mactaris seu Mattaris. IX, 225.

Madaurenses idololatræ scribentes Augustino vocant eum patrem, et optant in Domino salutem. II, 1025. Eos Augustinus ad veram religionem hortatur. II, 1027. Madaurense forum, numinum frequentia possessum. II, 81. Quæ ibi sint simulacra. II, 82.

Madiam, interpretatur declinans judicium. IV, 1033. Filius fuit Abrahæ de Cethura. III, 739.

Madianitæ ab Abrahamo per Cethuram propagati. III, 582. Madianitæ vocantur aliquando Ismaelitæ. III, 582. Et Æthiopes. III, 727. Nunc Saraceni appellantur. III, 727.

Maelith interpretatur parturiens sive dolens. IV, 613.

Magdalena peccatrix an fuerit soror Lazari, dubitatur. III, 1748. Ejus conversio. IV, 810. Magdalena frontosior facta est ad salutem, quam fortasse erat in fornicatione. IV, 1660, 1661. Ideo sanitatem recepit, quia ægrota sibi visa est. III, 1447. Ipsi Christus apparet, quem tangere prohibetur. V, 1148, 1154. Christi ad Magdalenam verborum sensus. V, 1143, 1148, 1151, 1154. Magdalena figurat Ecclesiam. V, 58.

Magiam nunc laudat, nunc vituperat Porphyrius. VII, 286. Magiæ impietas ostenditur. VII, 243.

Magicarum artium inventor Zoroaster. VII, 728. Magicæ artes ex curiositatis vitio. I, 802. Et doctrinis ac operibus dæmonum exercentur. VII, 244. Quomodo magicas artes dæmon homines edocuit. VII, 717. Magica consecratio. V, 1439.

Magi Pharaonis. V, 74, 562. Quare fecerunt quædam miracula sicut Moyses. VI, 90, 696. Magi per dæmones possunt, quidquid possunt. VIII, 875. Deus solus creat etiam illa, quæ magicis artibus transformantur. VIII, 875, 876. Aqua quam Magi Pharaonis verterunt in sanguinem, vel marina erat, vel ex ea regione in qua erant filii Israel. II, 585. An magi mortuos suscitaverint. II, 521. Apuleius Afer, cum omnibus suis magicis artibus, ne ad aliquam quidem judiciariam reipub. potestatem potuit pervenire. II, 534. David sine magicis artibus, ex pastore ovium ad regiam dignitatem pervenit. II, 534. Magi non prophetis, nedum Christo comparandi, quoad miracula. II, 535. Magi Ægyptii a Moyse superati. II, 521. In dubio utrum medicamentum sit magicum necne, quo animo quisque utatur interest. III, 57. Magi multis onerati peccatis. V, 1036. Eorum impietas in sacrilegiis. V, 1030. Magi etiam apud infideles severe puniti. VII, 243.

Magis stella apparuit eo die quo Christus natus est. V, 1033. Hæc stella fuit magnifica lingua cœli. V, 1031, 1035. Numquam antea, nec postea inter sidera apparuit. V, 1031. Christus a Magis quo die adoratus sit, ubique clamat præclaræ solemnitatis auctoritas. V, 1030, 1035. Magorum munera. VI, 664. Primitiæ gentium in Magis delibatæ. V, 1035.

Magister non est qui docet hominem scientiam, nisi Deus. I, 602, 813. *Et ex professo in libro* de Magistro. I, 1193. Homo exterius admonet, Deus veritas intus docet. I, 1216. Magistrum interium nos habere testamur, cum bene admonentem judicio non errante approbamus. II, 576. Qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus ipsis per se ipsum intrinsecus docet. II, 591. Magister unus Christus ipse docuit Moysen per Jetro, Cornelium per Petrum, Petrum per Paulum. II, 724. Condiscipuli omnes sumus sub Christo magistro. V, 155, 1367. Magister est templum ex quo Deus reddit responsa. III, 18. *Vide* Docere, Doctor.

Magister memoriæ, præfectus dictandis et adnotandis quæ Princeps verbo respondebat. II, 431. *Not.* (*b*).

Magistri penulati. I, 672.

Magisterium periculosum, disciplinatus securus. V, 155.

Magistratus malæ civitatis administrant quosdam actus bonæ civitatis, et e converso. IV, 735.

Magna res magnos viros desiderat. I, 909. Maximæ res cum a parvis quæruntur, magnos eos solent efficere. I, 909. Magnus Deus non mole, sed virtute magnus est. II, 517. In iis quæ non mole magna sunt, hoc est majus esse, quod est melius esse. VIII, 929. Magni in Deo esse poterimus, si sub illo parvuli simus. IV, 758.

Magnanimitas quid sit. VII, 55. *Vide* Animi magnitudo.

Magnates cupiditates eorum qui ipsis cohærent, explere coguntur. II, 994. Ut eas expleant, necesse est multa quæ Deo displicent fiant : et nec sic explent. II, 994.

Magnes ex India mittitur. VII, 714. Magnetis vis stupenda. VII, 714, 719. Non agit in argentum. VII, 714. Quando juxta magnetem ponitur adamas, non rapit ferrum. VII, 714. Magnetibus lapidibus simulacrum ferreum in templo quodam suspensum. VII, 717.

Magnificentia quid. VI, 21. Magnificentia Domini hæc est, justificatio peccatoris. IV, 1464. Magnificentia in Angelis et potentia quanta. IV, 1232. Magnificentiam quærebas, dilige sanctitatem; cum sanctificatus fueris, eris magnificus. IV, 1232.

Magnificetur Deus semper, nusquam homo, IV, 871. Magnificamus Deum, non faciendo ut magnus sit; sed laudando et magnum fatendo. IV, 913. Magnitudinem sapientia, immortalitas, sanitas habent, sed non malis. II, 836. Magnitudinem inter et tumorem distat. V, 537.

Magog interpretatur de tecto. VII, 676. Bella Gog et Magog, et ædificatio templi, in Ezechiele difficilia intellectu. II, 719.

Major Cælicolarum. II, 180.

Major basilica. V, 1194. Seu Majorum, apud Carthaginem. V, 209, 902, 1333.

Majores non offendendos, et qui illi sint. V, 418.

Majorinus episcopus. II, 759, 780; IX, 90, 96. Episcopus

Carthaginensis. I, 617; II, 759, 780. A Donato contra Cæcilianum ordinatus Carthaginensis episcopus. IV, 375; VIII, 43; IX, 469, 553. Majorini pars primo dicebatur, quæ deinde dicta est Donati. II, 302.

Maius mensis, a Maia Mercurii matre nomen habet. VIII, 346.

Malachias, sive Malachi, propheta, Angelus dictus, et ab aliquibus sacerdos Esdras creditus. VII, 699. Quid et quo tempore prophetavit. VII, 595.

Malacia. V, 623.

Malchus interfectus regnaturus. III, 1931. Solus Joannes hujus nomen expressit. III, 1931. Et solus Lucas quod Dominus ejus auriculam sanaverit. III, 1931. Auris pro Domino amputata et a Domino sanata, auditum amputata vetustate renovatum significat. III, 1951.

Maledicendi licentia non facit beatum. VII, 174.

Maledicorum genus, qui ubi episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, jactent, contendant, sed non omnes manifestari posse. II, 270. Scripta maledica ne spargant discordantes, quæ concordantes delere non valeant. II, 250. Maledicorum dentes non hominem, sed carnalia ipsius desideria consumunt. IV, 197. Male viventes, etsi lingua taceant; vita Domino maledicunt. IV, 1335, 1737. Maledictio tamquam oleum est in ossibus eorum, qui se fortes putant, quia eis licet impune male facere. IV, 1441. Maledictione tamquam vestimento operitur, qui in conspectu hominum de iniquitate gloriatur. IV, 1441. Maledictione se præcingit, qui malum ex destinato aggreditur. IV, 1441.

Maledictum cur verbis horrendis dicatur. VIII, 636. Maledictum Dei in Adam ad sententiam pertinet punientis, non ad iram maledicentis. VIII, 616. Maledicta cum ex prophetia dicuntur, non sunt de malo voto imprecantis, sed de præscio spiritu denuntiantis. VIII, 330. Maledictio quandoque dicitur ex malevolo errore dicentium, non ex aliquo malo verborum. IV, 460. A maledicto cur Christus abstinuerit in Judæos. IV, 353. Quam in arbore sterilitatem Christus maledixit. IV, 354. Maledictionis maternæ rarum exemplum. V, 1443; VII, 769.

Malleus universæ terræ, diabolus. IV, 1255.

Malliana. II, 1034. Mallianensis subdiaconus. II, 1033.

Malitia et malignitas quid. IX, 87. Malitia, nocendi amor. V, 1560. Malitiæ vitium non natura est, sed contra naturam. VII, 331. Malitia parvulorum, naturalis. X, 1426. Malitia potest dici naturalis, sine ulla reprehensione institutionis et conditionis Dei. X, 1420. Malitia originaliter ab Adam tracta. X, 909. Malitia hominum cupiditatem nocendi potest habere propriam, non potestatem. IV, 291. Malitiæ profunditas, quæ. IV, 349. Malitia cum igne comparatur. IV, 329, 330. De malitia mali flagellatur bonus, et de servo emendatur filius. IV, 1213. Malitia immutabilis non Deo, sed homini. X, 1423. Malitia, pro pœna. V, 1400. Malitiæ individua comes miseria. IV, 293. Malitia, indigentia boni. X, 1481.

Malum quid sit. VIII, 586, 587, 607. Manichæi sententia de malo. X, 1529. Refellitur. VIII, 588, 589. Manichæorum error circa malum. X, 1104, 1105. Malum et bonum unde hi dijudicabant. VIII, 509. Malum non accidens, sed substantiam esse putant. X, 1330. Malum non est substantia. I, 743, 1330; VIII, 193, 538. Non est aut natura mala, aut dilectio naturæ malæ. VIII, 393. Non est natura, sed contra naturam. VIII, 200, 201. Id cuique generi malum est, quod contra naturam est. I, 1347. Quasi inimica substantiæ inconvenientia. I, 743, 1330. Malum non est nisi privatio boni. I, 688; VI, 13; VII, 525, 535; X, 743, 1495. Mali causa, defectus a bono. VII, 357; X, 666, 672. Ab incommutabili bono deficiens voluntas boni mutabilis. VI, 244. Mali nulla natura est, sed amissio boni hoc nomen accepit. III, 384. Malum nihil aliud est quam corruptio. VIII, 200. Corruptio modi, speciei, vel ordinis naturalis. VIII, 553. Totum nomen mali de speciei privatione repertum est. VI, 13. Naturæ malum est deficere ab essentia, et ad id tendere ut non sit. I, 1348. Mala ex bonis orta sunt. X, 669, 1478, 1480, 1481, 1495, 1496. Malum non nisi de bono profertur. X, 671. Non nisi ex natura bona oriri potest. X, 464, 669, 731. Mala non ex natura, sed ex vitio naturæ. V, 987.

Malum summum non est. VI, 13. Sine summo bono non potest cognosci. VIII, 101. Malum sine bono esse non potest. X, 1535. Malum nihil nisi quod et bonum sit. VI, 257. Malum non potest esse nisi in natura bona. VII, 553. Nisi in aliquo bono. X, 1124. Mala quæ sunt vitia, ex bonis et in bonis inesse. VI, 238; X, 1085. Malum quomodo detrahitur a natura. VII, 418. De malo bonum fieri potest. X, 401. Mala ideo de bono oriri possunt, quia bonum de nihilo factum est. X, 1481. Malum ideo potuit oriri in homine, quia de nihilo factus est. X, 1470, 1472, 1473, 1474, 1475.

Malum unde sit, magna quæstio Manichæorum. VIII, 101. Et contra Manichæos disputatur. VIII, 202, 203, 415, 596. Malum aliquando a Deo, aliquando a materia asserunt Seleuciani. VIII, 41. An Deus pater malorum. VIII, 631. Mala Deum facere negabant Coluthiani, mala creasse dicebant Floriniani, utrique hæretici. VIII, 42.

Malum quotuplex. VIII, 607. Malum dupliciter appellatur. VIII, 169. Omne quod dicitur malum, aut peccatum est, aut pœna peccati. I, 735, 1222; III, 132, 221. Malum culpæ ex libero arbitrio proficiscitur. I, 595, 612. *Ex professo in libris* de Libero arbitrio. I, 1221; X, 1509. Malum est nobis de nobis. V, 575, 1565. Malus quisque sui malefacti est auctor. I, 1221. An non est quidquam malum, præter opus voluntatis, quod justitia prohibet perpetrantis. X, 1456. Malum voluntatis non posse naturæ admoveri, falsum Juliani principium. X, 1486. In se ipsis malæ voluntates habent interiorem pœnam suam, eamdem ipsam iniquitatem suam. III, 390. Ad omnipotentiam Dei pertinet, ut ex libero arbitrio venientia mala esse permittat. VI, 539.

Mali Deus non est auctor. I, 1253, 1546; III, 1705; VI, 16. Ex duobus generibus malorum quæ sunt in mundo, quodnam pertinet ad Deum. VIII, 117. Malum quod est pœna, a Domino perpetratur. VIII, 169, 170. Malum pœnæ juste a Deo infligitur. I, 742, 1221. Mala Deus infert malis, non peccata, sed supplicia. II, 558.

Mali ortus et origo. X, 465, 666. Peccatum. VIII, 125. Censuerunt Philosophi contingere mala, propter peccata ab animabus in alia vita commissa. V, 1132. Mala hujus vitæ agnoscunt pariter Manichæi et Catholici, sed de eorum origine prorsus dissentiunt. X, 1528. Mala generis humani volunt Manichæi deputari nescio cui mali principio, æternitati Dei coæterno; Pelagiani nolunt imputare peccato. X, 1559. Mala non sunt naturalia. III, 221. Malum cum quo nascimur an naturale. X, 1127. Falsum est, malum non posse convinci, quod naturale est. X, 1457. Malorum omnium nostrorum causa peccatum est. V, 1131. Mala nulla essent, si non esset peccatum. VII, 752. Malum nullum esset, si non fecissemus. III, 384. Mala congenita nobis veniunt ex natura peccato vitiata. X, 1528. Mala congenita, si nemo peccasset, in paradiso non fuissent. X, 1529, 1549, 1556. Mala quæ patiuntur infantes, ostendunt originale peccatum. X, 1269. Et non sunt nisi ex natura vitiata. X, 821, 822. Manichæorum hæresis de naturali malo, quantum distet a catholico dogmate peccati originalis. X, 1263. Mala non ad peccatum originale referunt Pelagiani. X, 1608. Ubi quæritur unde malum veniat, Manichæos adjuvant Pelagiani. X, 1558. Manichæis in quæstione de malo facile respondent Catholici, non Pelagiani. X, 1509. Catholicum dogma de origine peccato vitiata est confitendum, ut vincatur Manichæus. X, 1532. Malum unde secundum Julianum. X, 1494. Malum in ipsum Deum refundendum esse, inepte probat Julianus. X, 1487, 1488. Malorum quæ a creaturis patimur, causa est peccatum. III, 1586. Mala hujus vitæ non nisi ex peccato. X, 1546, 1550. Mala corporis et animi pullulaverunt de radice peccati. X, 1315, 1316. Mala quæ in Adæ progenie conspiciuntur, ex peccato originali. X, 1488. Mala nascentium tribuenda peccatis parentum. X, 1582. Malum nisi experimento non sentiremus. III, 384. Quid esset malum, potuisset intelligere homo ante mali experimentum. III, 386. *Vide* Afflictio. Malis temporalibus totus mundus affligitur. II, 422. Mala hæc ut in Prophetis et in Evangelio prædicta, non sunt miranda. II, 422. Mala quasi optantes Prophetæ, quo animo dicant. IV, 328, 329. Mala hic et bona et malis et bonis communia. IV, 1017; V, 256. Seeus post judicium. VII, 661. Mala quisque metitur ex cupiditate et ex consuetudine. VI, 513. Si desit pietas et caritas, quid est a mundi malis tranquillitas et quies, nisi luxuriæ perditionisque materies, sive invitamentum sive adjumentum? II, 1026. Prospera res, donum est consolantis; res autem adversa, donum est admonentis Dei. II, 957. Tempora mala et dies mali unde. V, 498, 909, 1563, 1466. *Vide* Dies. Stultorum et iniquorum est accusare ordinem rerum, cum putant tempora esse pejora quam fuerunt. IV, 81. Mala quæ per quosdam Imperatores Christianos imperio Romano acciderunt, immerito in doctrinam Christianam rejiciuntur. II, 532.

Mala quædam sunt, quorum Deus auctor est. X, 711. Unum et idem malum quomodo et a Deo, et a diabolo esse possit. X, 805. Malum quod Angelo vel homini adscribitur, ei a quo conditi sunt, non adscribitur. X, 1499. Malorum temporalium causas superiores potius attendit August. II, 995. Mala quomodo sint a Deo. VIII, 204. Ad quid illa permittit Deus. VI, 256; VIII, 205. Malis variis vitam hujus sæculi cur peragi permittat Deus. IV, 329; X, 709. Malum quod tibi a Deo venit, non est malum, quia justum. IV, 278.

Malis bene uti novit Deus. VII, 435. Novit bene operari de malo. X, 1442. Novit de malo facere bonum. VIII, 427, 429. Multa bona Deus facit de nostris malis, nostrisque

peccatis. II, 727. Mala Deus omnipotens esse non sineret, si eis bene uti summa sua bonitate non posset. X, 1495. Potentius et melius esse judicávit Deus, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere. VI, 245; VII, 751. Malum a Deo non fit, quando fit de malo bonum. X, 1442. Mala prosunt, bona obsunt, sicut fuerint quibus datur. III, 1801. Nihil mali accidit sanctis, quod eis non vertatur in bonum. VII, 23. Ad probationem et emendationem mala permittuntur. VII, 42. Sunt ad eruditionem nostram. III, 1441. Justorum virtutem probant. VII, 114. Malis transitoriis boni, seu vivant seu moriantur, perire non possunt. VII. 74. In his pressuris non cessat fluere amurca murmurantium, et oleum confitentium. II, 422. Mala præsentia aut transeunt nobis viventibus, aut dimittuntur nobis morientibus. V, 402. Deus de malis bona facit, vel ea sanando per misericordiam, vel ordinando per judicium. III, 1924.

Malo quis bene utatur. X, 142. Mala hujus vitæ, quæ vitare impossibile est, qua causa, qua exspectatione, quo termino quisque patiatur, interest plurimum. II, 938. Mala temporalia duriciter patiuntur servi Dei. II, 422. Mala temporalia non timenda. VI, 724. Æquo animo ferenda, quæ patiuntur et boni. VII, 660. Pro fide pietatis omnia mala corporalia toleranda. VII, 313. Si vere quod bonum est toto corde dilexeris, omne malum patienter et æquanimiter sustinebis. V, 1397. Christianorum est pati mala temporalia, et bona sperare sempiterna. V, 1356. Mala quæcunque hujus vitæ cum æternis non comparanda. V, 957. In comparatione æterni ignis, non parva, sed nulla sunt. V. 150. Mala ut non timeremus, in se omnia pertulit Christus. VI, 339. *Vide* Bona. Mala quibus orbis terrarum affligebatur, non esse signa judicii proxime venturi ostendit August. II, 918, 919.

Mala hominis duo, mortalitas et iniquitas. V, 934. Malorum radix cupiditas. X, 370. Mala hominis duo, error et infirmitas. V, 987. Ignorantia et concupiscentia fontes omnis miseriæ hominis. VI, 244. Mala morum, vel sola, vel maxima deputanda sunt. VII, 112. Mali mala corporis, non mala morum pati exhorrent. VII, 113. Mali bonis solis carnalibus frui, et mala sola carnalia non perpeti curant. VII, 78. Mali sola deputant mala, corporis externarumque rerum incommoda. VII, 79. Mali quasi maximum bonum putant, habere bona omnia præter seipsos. VII, 79. Malum esse aliud est, aliud malum pati. V, 319. Malum nullum aliud est præter peccatum. VIII, 117. Malum opus non fit, nisi a malis. VII, 421. Malefactum est in quo libido dominatur. I, 1224. Quidquid in te mali est de peccatis, tuum est; quidquid boni in justificationibus, Dei est. IV, 193. Aliquando voluntate, aliquando necessitate malum agunt homines. X, 1494. A malo qui metu abstinent, dum occasiones inveniunt, non mali fiunt, sed manifestantur qui erant. IV, 1190. Christiano non imputatur si quid mali per hæc quæ propter bonum ac licitum facit aut habet, cuiquam acciderit. II, 187. In omni opere malo labor est. IV, 1811. Male faciendi licentiam quærentes, quærunt exempla male viventium. V, 1579. Non sunt facienda mala, ut veniant bona. X, 808. Mala affectans, quamvis aliis prosit quod fecerit, bona invenire non potest. IV, 212. Mala quæcunque non per sapientiam, sed quæ per experientiam discuntur, feliciter nesciuntur. X, 1552. Dolenda sunt quæ male facta sunt, etiamsi quantum possunt, postea corrigantur. II, 231. Mala sine dolore sunt pejora. VIII, 557. Deus pro sui regiminis æquitate et bene utitur malis, et perversis recte. VIII. 329. Malis peccantium bene utitur Deus. VIII, 563. Mala Deus tolerat a malis fieri, quia æternus est, et videt quid illis servet. IV, 1178.

Malum perficere quid. X, 451. Malum contra quod pugnant baptizati, ex peccato originali. X, 680. Abstinere ab omni re mala quis dicatur. X, 506. Malum quod non vult, quomodo se facere dixerit Apostolus. X, 560. Mala congenerata vincuntur per gratiam. X, 1427. Deflectere a malo et facere bonum, non est possibile voluntati hominis, nisi per gratiam. X, 1297. Non est in potestate filiorum hominis a malo liberari, nisi gratia det potestatem filios Dei fieri. X, 1144. A malo liberari quid sit. V, 1364. Homo rogans liberari a malo, se a se liberari petit. V, 986, 987. A malo congenito liberat Christus. X, 1123. Mali nostri finis, quid. VII, 621.

Malum pro malo reddere justitia videtur, sed hæc non est Dei justitia. IV, 87. Injustorum, si dici potest, justitia est IV. 1455. Homo cum malum pro malo reddit, malo voto vi facienti, prior ipse malus est, dum punire vult malum. IV, 87. Qui non reddit retribuentibus mala, perfectus est. IV, 99. *Vide* Vindicare. Malum pro malo non semper reddit, qui corripit eum a quo vexatus est. II, 322, 323.

Mali quomodo ex Deo et non ex Deo. VIII, 100. An mali recenseri possunt inter opera, quæ Deus fecit bona valde. III, 440. Malos Deus fecit quod ad naturam, non quod ad culpam. V, 587. Mali a se habent voluntatem malam, a Deo autem et naturam bonam, et justam pœnam. III, 434. Malos sic creat Deus, quomodo pascit et nutrit malos. X, 1504. Hoc non repugnat Deo. X, 1506. Cur creat Deus quos futuros malos cognovit. X, 1200. Malos Deus tuetur tamquam pecora sua. IV, 350. Mali vasa perfecta in perditionem. III, 605. Si Deus vellet, etiam mali boni essent. III, 434. Malorum voluntatem in bonum convertere potuit Deus, sed noluit; cur noluerit, penes ipsum est. III, 434. Mali creati sunt ad utilitatem sanctorum. III, 433, 434, 440.

Malus homo quis. X, 370. Voluntate propria quisque malus est. VII, 50. Mali omnes sumus. V, 467, 559; VI, 662. Malos in sua disciplina non esse, neminem sibi arrogare posse. II, 272. Mali et hæretici ex variis Scripturarum testimoniis describuntur. IX, 204, 217. Mali propterea sunt mali, ut sint beati. IV, 293, 1502. In quantum mali sumus, minus sumus. III, 32. Nemo malus facit bonum. V, 409. Nemo malus non sibi prius nocet. IV, 329. Non impune sumus mali, quia Deus justus est. III, 32. Malorum pœnis non indiget Deus. III, 434. Deus ex malorum pœnis consulit saluti bonorum. III, 434. Malus sua ipse sibi pœna. V, 1364. Malo bonus gravis est, etiam ad videndum. V, 117. Mali bonis insultant. IV, 1209. Bonos flagellant. IV, 1213, 1214. In malos non sæviunt nisi mali. V, 1392.

Malorum felicitas nonnullis scandalum. V, 126, 134, 168, 203, 1154. Et occasio lapsus. VII, 703. Occasio est infirmis murmurandi. IV, 190, 357, 620. Querelæ eorum reprimuntur. IV, 190, 620, 621, 622, 1196. Malis nocent etiam ipsa bona. III, 603. Malis non revera bene est, nec bonis male. V, 319. Malus etiamsi regnet, servus est. VII, 114. Mali in tribulationibus quam miseri. IV, 369. Malorum scientiæ duæ, et duæ obliviones. VII, 803. Malus vult bona omnia præter se ipsum. V, 187, 468, 512, 650, 1362. A malo se ipso qui liberatus sit, securus est ab aliis malis. V, 253, 1364.

Mali circumdant undique servos Dei. V, 55. Necesse est ut inter malos vivamus. IV, 329, 1464. Necessitas vivendi inter malos, quanta pœna. IV, 1268. Mixti sunt inter bonos mali. IV, 735, 1604, 1605, 1693. Malis permixtus bonus, securus sit. IV, 194. Mali manifesti sunt, boni autem occulti. IV, 1767. Mixti sunt inter bonos mali, in omni congregatione multitudinis. IV, 634, 655. In omni vitæ genere. IV, 356, 1278, 1279, 1750. In familiis vel sanctioribus. II, 272. Exemplis probatur. II, 272. Non erunt mali, quando non erunt qui per ipsos probentur. IV, 362. Mali si non essent, non esset unde oraretur pro inimicis. V, 120. Deus qui novit exercendos nos, miscet nobis et non perseveraturos. IV, 655. Mali multo plures sunt quam boni, qui latent inter malos, sicut grana inter paleas. IV, 539.

Mali mixti cum bonis in Ecclesia. IX, 96. Ex ipsa Donatistarum confessione in Ecclesia vel occulti, a quo seminati. IX, 634. Parabolas Evangelicas de bonorum et malorum in Ecclesia permixtione, quomodo eludere Donatistæ conati sunt. IX, 742. Mali non sunt in Christi corpore. IX, 345, 346. Intus esse videri possunt, sed foris sunt. IX, 481, 482. Extra Ecclesiam sunt, quia super arenam sunt, non super petram. IX, 212, 216. Malos interdum Ecclesia, ne perturbatio et schisma contingat, sacramentis uti vel invita permittit. V, 51. Mali a bonis tolerandi. V, 1093, 1165. Foris et intus tolerandi. V, 119, 319, 471, 1093, 1546. In Ecclesia tolerandi. II, 411; IV, 190, 460, 655, 656, 657, 653, 654, 736, 1604, 1605; VI, 228; IX, 30, 32, 48, 51, 56, 85, 104, 495, 742, 744. Quare tolerandi. IX, 69. Propter unitatem tolerandi. IX, 88, 90, 91, 92, 94, 570, 629. *Vide* Zizania. Mali quos corrigere vel damnare non possumus, tolerandi. IX, 746. Misericorditer corripiat homo quod potest; quod autem non potest, patienter ferat, et dilectione gemat atque lugeat. IX, 94. Mali tolerandi potius, quam per judicium temere auferendi. V, 1546. Mali propter bonos tolerandi, non boni propter malos deserendi. II, 329. Malos pro unitate tolerare, non parva laude dignum est, nedum reprehensione ulla. II, 171. Hoc affectare debemus, tolerare hic malos, quam tolerari a bonis. IV, 604. Mali a bonis quam a malis facilius tolerantur: quomodo facilius unus sanus fert duos ægrotos, quam duo ægroti se invicem singulos. IV, 190. Malos in Ecclesia tolerandos esse nulla Scriptura non nos admonet. II, 1063. Ipse Dominus docuit, Judam tolerando. III, 1762. Ecclesia non est deserenda propter malorum permixtionem. II, 410. Sana doctrina est, ut nec propter malos recedatur ab Ecclesia, nec in malos ipsos negligatur disciplina. VI, 199, 200, 201. Etsi a populo Dei non separantur mali, erga eos tamen non dormit ecclesiastica disciplina. IX, 669. Malorum tolerantia correptiones ecclesiasticæ disciplinæ non excludit. IX, 656. Malos a bonis in unitate pro pace tolerandos negabat Emeritus. IX, 743. Tichonius cæterique Donatistæ tolerandos dixerunt, etiamsi vera crimina malis objicerentur. IX, 96, 254, 257. Cum contagio peccandi multitudinem invaserit

non jam excommunicatio, sed divinæ disciplinæ severa misericordia necessaria est. IX, 93. Malorum etiam ignoratorum contagio bonos perire docebat Gaudentius. IX, 743.

Mali si sunt in Ecclesia, nil aliis possunt nocere. IX, 29, 50, 51, 53, 55, 56, 57, 69, 275, 276, 655, 656, 657, 658. Inter malos quomodo innocentia custodiatur. IX, 393. Inter malos estote boni, et eritis sine malis boni. V, 1162. Mali non obsunt eis qui factis eorum non consenserunt. VI, 201. Malos qui tolerant, non communicant eorum peccatis : sicut nec Paulus falsorum fratrum, nec Apostoli, furto et scelerì Judæ. IX, 341. Mali spiritaliter a bonis sejuncti sunt ; si autem et corporaliter, pejores fiunt. IX, 200. Separatio cordis a malis præcipitur non corporis. V, 549, 551, 553 ; IX, 349, 633. Malorum commixtio cum bonis non æterna, sed temporalis ; nec spiritalis, sed corporalis. IX, 349. Mali a bonis per hanc vitam non corporum segregatione, sed morum diversitate disjuncti sunt. IX, 566. Hæc separatio corporis a malis ad finem sæculi reservatur. IV, 735 ; VII, 611 ; IX, 249. *Vide* Peccatum.

Mali non sunt gratis in hoc mundo. IV, 630. Ad quid mali in hoc mundo. V, 118. Mali hic suo loco in usus bonos positi. V, 1382. Abundantia malorum propter purgationem bonorum. V, 118, 120. Cum ipsi mali sint suo vitio, Deus de malo eorum bene facit. IV, 1398. Mali bonis operibus Dei male utuntur. IV, 1396. Malorum est male uti bonis, Dei contra bene uti malis. V, 117, 1382. Malis bene utitur Deus. II, 539 ; X, 1303. Quomodo. II, 1084. Mali sicut bonis Dei male utuntur, dum non corriguntur ; sic contra Deus etiam malis eorum bene utitur, non solum ad justitiam suam, etc., sed etiam ad exercitationem et provectum sanctorum suorum. II, 1085. Malis utitur Deus, non secundum eorum pravam, sed secundum suam rectam voluntatem. V, 1067. Malis bene utitur Deus, eorumque malitiam ad exercendos bonos et admonendos accommodat. II, 860. Quo pacto mali bonis prosunt. VII, 478. Malus justo nihil nocet, sed prodest. V, 202, 253. De malis hominibus quanta bona Deus nobis præstet. IV, 1214, 1215. Malis datur potestas in bonos propter bonorum utilitatem. VI, 93. Per malos probantur justi. IV, 362. Mali sunt ad admonitionem vel exercitationem bonorum. III, 601, 606, 788, 794. Omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo vivit ut per illum bonus exerceatur. IV, 650. Mali sunt aliis exercitationis adminiculum et timoris exemplum. III, 434. Homo malus, novacula acuta. V, 202. Malus potens, novacula superflua resecans. V, 421. Malis reddet Deus secundum malitiam eorum, non secundum utilitatem quam ex ea justi perceperint. IV, 1214, 1215. Mali quia volentes injuste utuntur bonis, juste nolentes cruciabuntur malis. II, 554. Cur malis Deus parcat. IV, 1204, 651. Mali hic servantur, ut boni inde nascantur. V, 1383. Mali Christiani plus cavendi, quam Judæi ac Pagani. VI, 343. Sævire in malos non licet. V, 1389. Quare et quomodo mali diligendi. VII, 22. Mali diligendi sunt ut non sint mali. II, 659. Qui sic agit cum malis, ut eos malitiæ pœniteat, novit etiam indignatione consulere. II, 649, 651. Mali pereunt aut conversione ad justitiam, aut amissa potestate adversus bonos. III, 1339. Malus si displicuerit sibi, correctus placebit sibi. V, 513. Malus mortuus bis dolendus. V, 1392. Male viventium et recte vivere prohibentium auctoritate non duci. V, 546, 548. Ex mala vita eorum qui putabantur boni, veniunt in suspicionem malam prope omnes boni. IV, 245. Malis in futura vita non erit locus. V, 1383. Mali fœno similes. IV, 1375.

Mamitus duodecimus rex Assyriorum. VII, 364.

Mammantes. IV, 1255.

Mammona divitiæ interpretantur. III, 1349 ; IV, 620. Mammona apud Hebræos divitias, apud Punicos lucrum significat. III, 1290 ; V, 648. Patitur durum et perniciosum dominum, quisquis mammonæ servit. III, 1290. Mammona iniquitatis cur dicantur divitiæ. IV, 552 ; V, 250, 328, 648, 650.

Mammothrepti. IV, 246.

Manusse interpretatur necessitas. III, 820. Oblitus. IV, 719, 1022.

Mancipia dicta, quia manu capta sunt. III, 590.

Mandatum sanctum quid. VI, 226. Mandatum quomodo sit in vitam, et in mortem. VI, 104. Mandatum scito esse arma, non quibus occidat te, sed quibus a te occidatur inimicus : sed noli præsumere de viribus tuis. V, 831. In mandata Dei, tamquam in speculum, inspicere nos oportet. IV, 1510. Merito absconduntur iis qui sapiunt terrena. IV, 1520. Perfectius cognoscuntur, cum fiunt. IV, 1550. Mandata divina, quæ præsertim ipsam conveniunt voluntatem, ostendunt liberum arbitrium. X, 883. Antiquis fidelibus nihil profuisset Dei dilexisse mandata, nisi eos Christus liberasset. IV, 1593. Mandatis Dei rectis et arduis humana non contemperatur infirmitas, nisi prævenientes ejus adjuvet caritas. IV, 1312.

Mandata Dei non nisi per gratiam implentur. I, 796 ; V, 1162. *Si volueris, conservabis mandata*, quo sensu dictum. X, 900. Mandata Dei custodire, est in dilectione ejus persistere. IX, 151. Id agit gratia, ut dilectione impleantur mandata Dei, quæ timore non poterant. IV, 1579. Viæ Domini duræ sunt timori, leves amori. X, 290. Mandatum si fit timore pœnæ, non amore justitiæ, serviliter fit, non liberaliter ; et ideo nec fit. X, 217. Latum mandatum nimis est caritas. IV, 1561, 1562. Mandatum novum, faciens hominem novum. V, 1555. Mandata Dei quomodo quærenda. IV, 1539. Qui mandata Dei propter mercedem terrenam facere conatur, non ea facit ; quia non ipsa, sed aliud diligit. IV, 1563, 1579. Mandata Evangelica sublimiora quam multi in communione catholica faciunt. VIII, 225. Cur non omnia mandata ab unoquoque sanctorum fiunt. X, 1297.

Mandatum a Donatistis pro Collatione factum. II, 577. Non sine falsitatis crimine. II, 577.

Mandragorica poma rara sunt. VIII, 435. Eorum qualitates. VIII, 435. Mandragorica poma fecunditatem sterilibus parere quidam opinantur. VIII, 435. Mandragorica poma gloriam popularem figurant. VIII, 435.

Manducare non est peccatum, sed immoderate uti donis Dei quæ tribuit ad usus. V, 800. Manducandi et bibendi quæ justa causa. V, 346. Manducandi de omnibus cum moderatione, cum benedictione, cum gratiarum actione, licentia Christianis data. V, 802. Manducat homo ex necessitate, Angelus ex potestate. V, 1618. Manducandi potestas, non necessitas erit post resurrectionem. V, 1618. Manducare cibum qui non perit, credere est. III, 1602. Manducare cum superbis cur David noluerit, cum quibus et Dominum manducasse legimus. IV, 1289. Manducat quodam modo Ecclesia, quos in suum corpus trajicit. IV, 241, 242. Manducare corpus Christi. *Vide* Eucharistia.

Mane quomodo intelligi debeat in historia creationis. III, 235, 240, 296, 312, 314. Mane quandonam fiet. V, 58. Mane erit, cum videbimus quod credimus. IV, 1853. Mane significat prosperitatem sæculi. IV, 782. Tempus consolationis. IV, 1173.

Manemus in Christo indigentia, ipse in nobis manet misericordia. V, 742.

Manganæ. II, 71.

Manicare. III, 808.

Manes dii existimati sunt a Paganis omnes mortui. VII, 253. Et animæ hominum, quorum merita incerta sunt. VII, 265.

Manes Persa. VIII, 485, 487. Sive Manichæus. VI, 303. Quare postea dictus Manichæus seu Mannichæus. VIII, 34. 361. Manichæus apostoli nomen usurpabat. I, 1341 ; VIII, 38, 519, 530 ; IX, 271. Præfixo epistolis suis omnibus hocce exordio, *Manichæus apostolus Jesu Christi*. I, 1341. *Not.* 1. Quare se apostolum Jesu Christi nominabat. VIII, 177. Falso se dicit Christi apostolum. VIII, 285. Inepte eum sic nominabant ejus discipuli. VIII, 69, 520, 526. Probari non potest quod sit Christi apostolus. VIII, 176. Per Manichæum Spiritum sanctum ad nos venisse dicebant ejus discipuli. VIII, 69. Et promissionem Domini de Spiritu sancto, in suo Manichæo esse completam. II, 1055. Manichæus ipse Spiritum sanctum auctoritate plenaria personaliter in se esse dicebat. I, 709. Manichæus Spiritus sanctus a suis creditus. VIII, 177, 178, 292, 525. Manichæo convenire non possunt quæ de Paracleto in novo Testamento scripta sunt. VIII, 507.

Manichæum venisse ut antiquorum figuras aperiret, jactabant ejus discipuli. VIII, 189, 308. Manichæus ob hoc laudatur a discipulis suis, quod remotis figurarum integumentis, veritatem nudam et propriam loqueretur. VIII, 307, 308. Manichæi libri, pleni fabulis. I, 707, 710. Manichæus duodecim discipulos ad instar apostolici numeri habuit. VIII, 38. Manichæus occisus est. VIII, 178. Festum natalis Manichæi magna celebritate per Pascha frequentatum. VIII, 178, 179. Manichæus, pater appellatus a discipulis. VIII, 207. Manichæi deliramenta. VIII, 181. Præcepta. VIII, 223. Errores litteris mandati. I, 710, 1355, 1356. Manichæi scripturæ. VIII, 517, *in admonit.* 518, 529, 530. Epistola. X, 1318. Apud Constantinopolim inventa. X, 1316. Juliano orationibus Flori adjuto. X, 1316, 1327. Manichæi epistola ad Patricium. X, 1325, 1404. Ad filiam Menoch. X, 1404. Manichæus vivendi regulam observatu perdifficilem scripta epistola præstitit. I, 1376. Manichæi epistola fundamenti. VIII, 400. Manichæi fundamentum, quod ruinosum vocat Augustinus. VIII, 380. Multa de astris imperitissime scripta ejus continebant. I, 709. Manichæus deceptus in quæstione de causa peccati. X, 1464. Manichæus et Velitidis. X, 1462.

Manichæi. III, 1875 ; V, 551, 573, 657, 659, 984, 1122, 1641 ; IX, 469. In Perside schisma faciunt. V, 1174. Manichæi in Pamphylagonia, in Gallia. VIII, 373. Manichæi, Hymenæi et Phileti hæreticorum discipuli, et successores. VIII,

219. Manichæi cur Catharistæ appellati. VIII, 36. Eorum dogmata. VIII, 34. Eorum fabulæ blasphemiis plenæ. IV, 1907. Manichæorum hæreseos varia capita. VIII, 510. Manichæorum error circa Dei naturam. VII, 336; X, 1126. Quid de Deo cogitabant. IV, 1040, 1907, 1908. Insana de deo suo sententia. VIII, 466. Manichæorum de Dei natura blasphemiæ. VIII, 565, 566, 567, 571, 593, 598. Duos deos, unum bonum, alterum malum credebant. I, 1317. Seu potius duas naturas vel substantias, duoque principia invicem contraria. I, 1346; III, 130. Eorum error de duabus naturis. III, 1305, 1705, 1705; IV, 108, 1922; V, 821, 847, 983; X, 666. Manichæi fingebant candorem lucis immensæ per infinita spatia usquequaque porrectum, ex una tamen parte quasi nigro quodam cuneo fissum, duo adversa regna esse dogmatizantes. III, 165. Regnum, seu gentem tenebrarum et esse sempiternam, et summum malum asserebant. I, 1346. Malum porro esse terram, seu molem tetram et deformem, per immensum profundam et longam, necnon mentem sive molem tenuem atque subtilem, per terram vagantem. I, 716, 1331. Volunt gentis tenebrarum sine ullo initio malam semper fuisse naturam. VI, 363. Regnum lucis Deum vere esse profitebantur, eique simplicem quamdam naturam incommutabilem, impenetrabilem et incorruptibilem concedebant. I, 1346. Manichæi nec quid sit corpus intelligunt. V, 106. Non possunt nisi incommutabilem Deum fateri. V, 103. Manichæorum insania de duabus naturis inter se confligentibus. VI, 360, 364. Figmentum de pugna Dei lucis cum principe tenebrarum. X, 1071. De gente tenebrarum contra Deum rebellante. VI, 292, 358. Cum gens tenebrarum in Deum rebellaret aliquando, et regnum lucis invadere moliretur, Deum bonum, qui quomodo aliter posset hosti resistere non inveniret, necessitate compulsum misisse huc animam bonam, particulam quamdam suæ substantiæ, cujus commixtione hostem temperatum esse somniabant, mundumque fabricatum. I, 1332, 1335, 1336; III, 130. Dei substantiam a substantia mali, ex parte corruptam esse, et ad peccandi necessitatem perductam esse contendunt. II, 724. Partem dei boni tenebrarum principibus mixtam, toto mundo inquinatam et ligatam, per cibos Electorum suorum, ac per solem et lunam purgari : quod vero de ea purgari non potuerit, in fine sæculi æterno ac pœnali vinculo colligari. II, 1034. Manichæorum deus captivus, coinquinatus, etc. VIII, 35, 36. Meritis naturæ bonæ divinitus subveniri dicunt Manichæi. X, 573. Intolerabilius et inhonestius de Deo sentiunt Anthropomorphitis. VIII, 189.

Manichæorum error circa causam creationis mundi. VII, 335; VIII, 55. Deum bonum fabricasse mundum, etsi ex aliena natura atque materia, confitentur. VIII, 603. Mundum istum ex membris Dei, visceribus gentis tenebrarum admixtis, fabricatum esse delirant. IV, 1822. A Deo cœlos fabricatos, non tamen de sua ipsius substantia dicebant. I, 864. Terras octo, decem cœlos esse dicebant, Atlantem mundum ferre, splenditenentem suspendere, etc. VIII, 508. In eo mali regno antra quinque elementorum, aliud tenebris, aliud aquis, aliud ventis, aliud igni, aliud fumo plenum; atque animalia in illis singulis nata elementis, serpentia in tenebris, natantia in aquis, volatilia in ventis, quadrupedia in igne, bipedia in fumo. I, 1331. Ex iis autem fabricatum esse mundum. I, 1331. A Deo bono. I, 1317. Manichæorum error de duplici terra, de regno lucis, et regno tenebrarum. VIII, 533. Unde phantasmata eorum de terra tenebrarum. VIII, 197. Deum bonum non omnium naturarum esse auctorem dicunt. X, 572. Manichæorum sententia de carnis origine. V, 189. Omnem naturam corpoream a tenebrarum gente esse confingunt. V, 103, 106. Corporum conditorem Deum esse negant. III, 217; X, 1123. Coæternam ipsi originem habere corpora dicunt. X, 651. Carnes et minutissima animalia, et quidquid radicibus terræ inhæret, a mala mente gigni et formari dicebant. I, 864; VIII, 475. Animam rationalem inesse belluis putabant. I, 1370. Et arboribus. I, 1368. Vim intelligendi tribuebant plantis. III, 229. Arbores audire voces nostras, verba intelligere, motus corporum intueri, imo et cogitationes perspicere credebant. I, 1369. Sensum dolendi et gemendi esse in plantis et lapidibus. III, 2074. Ficum plorare cum decerpitur, et vitem dolere, sentire, videre atque audire. I, 1071. Ea propter a cæde animalium et a stirpium laceratione abstinendum esse putabant. I, 1368. Et arborem sive animal necare, esse homicidium. II, 1368. Manichæorum error circa præceptum non occidendi. VII, 34. Hominem revolvi in arborem credebant. I, 1369.

Manichæi partem dei quamdam oleribus, lactucis, pomis, etc., inesse putabant. I, 1362. Manichæorum deus in cibo ligatus atque pollutus, edendo purgatur. VIII, 498. Animam pro meritis inquinationis suæ, per cibum et potum venire in hominem dicebant. X, 613. Panem manducanti non porrigebant. IV, 1823. Vinum fel principum tenebrarum dicebant, licet ipsis uvis comedendis non parcerent. I, 1364. Eorum delicata abstinentia. I, 1357. Gula. I, 1367, 1374. Impudicitia. I, 1374. Manichæi expedire dicebant homini fœneratorem esse, quam agricolam, quare. IV, 1823. Aurum a Manichæis injuria accusari. V, 529. Fidelibus agros, domos, aut pecuniam habere illicitum ducebant. I, 1343, 1345.

Manichæorum error circa solem. VIII, 391. Manichæi solem adorabant. I, 1351; III, 199, 216; IV, 189. Tamquam particulam lucis in qua habitat Deus. III, 199. Tamquam ipsum Deum. V, 105. Tamquam ipsum Creatorem aut ejus partem. V, 329. Solem corpus non esse arbitrantur. V, 106. Manichæorum de lunæ incremento et defectu delirium. II, 207. Figmentum de concubitu principis tenebrarum cum muliere. X, 864. Manichæi ab æternarum principe tenebrarum, de commixtione duarum naturarum quæ semper fuerunt, una bona et una mala, hominem creatum dicunt. X, 441. Homines a Deo non esse institutos. X, 570, 607, 611, 612. De Adami et Evæ creatione longam fabulam texebant. I, 1375. Putabant se esse naturam et substantiam Dei. VIII, 261. Animas ad Christum, corpora ad diabolum pertinere, et sexum utrumque esse ex diabolo dicebant. VI, 365. Manichæorum error circa animam. VII, 336; X, 1325. Docent animam nostram hoc esse quod Deus est. VI, 297. Esse partem seu particulam Dei. V, 986; X, 572. Animas non solum hominum, sed etiam pecorum, de Dei esse substantia, et partes Dei asserunt. II, 718, 841, 1033. Manichæi volentes animam esse partem Dei, labem et infirmitatem ejus in corpus frustra regerunt. II, 720. Manichæorum hæresis de duabus animabus, ex peccati et voluntatis definitione, tota evertitur. VIII, 105, 107. Manichæorum de animarum tradnce opinio. X, 1218.

Manichæorum error de Christi incarnatione. X, 1034. Manichæi dicunt Deum annuntiatum in veteri Testamento, non esse patrem Christi. III, 1711. Christum Deum esse non negant. V, 104. Sed dicunt esse Deum tantum. V, 229. Christum credebant tamquam de massa lucidissimæ molis Dei, porrectum ad nostram salutem. I, 715. Numquam dicere ausi sunt Patrem et Filium, nisi unius esse substantiæ. V, 105. Manichæi virginis partum blasphemant. X, 573. Dicunt Christum non habuisse matrem. IV, 1685. Idque tentant asserere ex XII. Cap. Matth. IV, 129. Negant Christum natum esse de virgine, et carnem ejus veram fuisse. I, 715; II, 1032. Refelluntur. III, 1452. Manichæi negant hominem Christum. V, 573; VI, 682. Docent Christum non habuisse corpus. V, 104, 477. Nec hominem verum fuisse, sed phantasma. V, 658, 659. Christi carnem nullam, vel simulatam dicunt. IV, 411, 1208; V, 659, 985, 1125; VI, 565; X, 613. Non veram mortem in cruce solvisse. IV, 411, 1208. Sed in phantasmate crucifixum esse. I, 713. Christum in toto mundo crucifixum dicebant. IV, 1823. Crucem luminis quemodo, et a quibusnam lædi somniabant. IV, 1823. Manichæi frustra jactant se melius de Christo sentire, quia eum tantum spiritum dicunt. V, 1123. Negantes carnem Christi, totum mysterium redemptionis nostræ evacuant. V, 1122.

Manichæi gratiam Christi oppugnant, baptismum ejus evacuant, carnem ejus exhonorant. X, 573. Creaturam carne et sanguine Christi liberari nolunt. X, 612. Baptismum omni ætati superfluum putant. X, 613. Manichæi adorabant solem, eumque dicebant esse Christum. IV, 132, 133, 1194. Perstringuntur. V, 35. Manichæi putabant Christum fuisse serpentem illum, qui Evam ad edendum de ligno vitæ induxit. III, 216. Hinc Ophitarum secta. III, 216.

Manichæorum error de malo. X, 1463. Mali naturam Deo coæternam putant. X, 1008. Immutabilem substantiam mali naturæ Dei sui miscent. X, 1104, 1105. Deique naturam corruptibilem faciunt, et sub aliena natura captivam. X, 1104, 1105. Manichæi naturam mali suo principio præditam, adversus Deum inducunt. II, 722. Peccati causam, malam esse naturam affirmant. X, 612. Vitia dicunt esse naturas atque substantias. X, 1085. Homini commixtam esse naturam malam dicunt. X, 441. Animas duas in uno corpore esse existimabant, unam de Deo et partem Dei, alteram de gente tenebrarum a suo principio malo profectam et Deo coæternam. I, 608; III, 130. Easque animas inter se confligere in homine, quando caro in spiritum concupiscit. I, 758, 759. Manichæi omnia bona in bonam, mala vero in malam animam referebant. I, 608. Manichæus quidam mortem non timebat, quia dicebat eam, separationem esse boni a malo. II, 272. Manichæorum error de pugna carnis ac spiritus. VI, 709, 710. Manichæi nimia insania dicentis naturam boni cogi male facere. X, 1113. Manichæorum error de concupiscentia. V, 813, 842. Putabant concupiscentiam esse de substantia mala, Deo coæterna. X, 1318. Concupiscentiam non tamquam accidens vitium, sed tamquam naturam ab æternitate malam vituperabant. X, 572. Peccatum a libero arbitrio sumpsisse exordium negabant. X, 572, 607. Et peccatum originale,

ex homine primo prius puro, et postea per liberum arbitrium depravato, in omnes transiisse. X, 613. Liberum arbitrium negabant ab eo ortum, quod antea non erat malum. X, 608, 611. Dicebant Deum creatorem culpari, dum mali origo ex libero arbitrio ducitur. I, 594. Peccata sua attribuebant genti tenebrarum. IV, 270. 1821, 1822. Tunc se peccare dicebant, quando natura mali prævalet naturæ Dei. VI, 358. Libros quinque Augustini adversus Manichæos laudibus extollit Paulinus. II, 101. Eorum credit dictata divinitus verba. II, 100. Pentateuchum vocat. II, 101. Contra Manichæorum hæresim scripti sunt libri *de Libero arbitrio*, propter quæstionem, Unde malum? I, 1211 : quæ subsequuntur opuscula in hocce tomo.

Manichæis consentire Catholicos circa mali originem, calumnia Juliani. X, 1113. Manichæos vocabat Julianus eos qui peccatum originale agnoscerent. X, 1149, 1155, 1191, 1193. Manichææ pestis contagium objectat Pelagius, non tantum doctoribus, sed et ipsi catholicæ Ecclesiæ. X, 1276. Manichæismi notam Julianus Catholicis impingit. X, 643. Et Jovinianus. X, 643. Manichæorum nomine Catholicos criminatur Julianus. X, 863. Et conviciatur Augustino. X, 1338. Et merito istud nomen illis imponi contendit. X, 1462. Manichæorum crimine infamabant doctores Catholicos Pelagiani. X. 703, 1051, 1054, 1060, 1074, 1143, 1462. Manichæorum nomine et Traducianorum appellat Catholicos Julianus. X, 1380, 1381. Non sic novitas expavescatur contumeliosi nominis, ut fugiatur veritas antiquissimi catholici dogmatis. X, 1286. A Manichæis Catholici longe distant in quæstione de malo. X, 1592. Manichæorum errori de natura et origine mali quam sit contraria veritas catholica. X, 1508. Manichæus error quam diversus a catholico dogmate, et quam insanus. X, 1311. Manichæi non sunt qui peccatum originale adstruunt. X, 1188. Catholici quædam vera dicentes simul cum Manichæis, longe tamen abhorrent ab eorum erroribus. X, 1468. Doctrina Pelagiana de peccato originali favet Manichæis. X, 816. Manichæos adjuvant, qui negant originale peccatum. X, 666, 667, 668, 669, 1187, 1290. Manichæo suffragatur Julianus, dum agit adversus catholicum dogma de originali vitio. X, 1515. Manichæorum et Pelagianorum hæreses sibi mutuo adversæ, et æque a catholica Ecclesia reprobatæ. X, 572, 573. Manichæi et Pelagiani quatenus errore conjuncti, quatenus separati. X, 573. Manichæis Pelagiani, licet contrarii sint, favent tamen. X, 819. Et suffragantur. X, 1335. Eorumque errori aditum aperiunt. X, 1434. Et eos adjuvant. X, 1514, 1528, 1536, 1538, 1539, 1435, 1592, 1608. Pelagiani Manichæos in perversum fugientes, eos ipsos adjuvant. X, 1463. Manichæum Julianus adjuvat. X, 1313, 1520, 1369, 1379, 1382, 1453, 1478, 1502, 1527, 1529, 1539. Manichæismus sic adjuvatur a Pelagianorum errore, ut invictus fiat. X, 1318. Manichæo dicenti malam fuisse carnem hominis, etiam antequam peccaret, et miseram esse conditam naturam, non potest responderi a Pelagianis. X, 1529. Non potest a Pelagianis vinci Manichæus introducens carnis conditorem malum. X, 1530. Manichæos sic oppugnat Julianus, ut contra Salvatorem sublevet. X, 1478. Error uterque, Pelagianorum et Manichæorum, quomodo catholica fide extinguitur. X, 1339. Dogma catholicum contrarium utrique errori, et Manichæorum et Pelagianorum. X, 1310. Catholicæ Ecclesiæ sententia de malo Manichæos et Pelagianos devitat. X, 1463. Inter Manichæos, et Pelagianos, et Catholicos quid distet circa mali naturam. X, 1125. Manichæorum stultam et noxiam impietatem, non solum Catholici, verum etiam hæretici omnes qui non sunt Manichæi detestantur. X, 571. Manichæus a Catholicis funditus evertitur. X, 1314. Manichæi pestilentia quomodo per Catholicos refellitur. X, 1490. Pelagianos cum Manichæis vincit catholica fides. X, 1338, 1339. Et veritas redarguit. X, 1301, 1310. Manichæorum sententia de malo invictissime evertitur. II, 763, 882; VI, 236. Manichæi expugnati. VI, 696.

Manichæorum dogma de homine, de lege, de nuptiis. X, 570. A bono Deo nuptias non esse institutas affirmant. X, 570, 607, 611. Nuptias principi tenebrarum adscribunt. X, 615. Nuptias damnant, et filiorum procreationem. I, 1343, 1344, 1372. Cur a concubitu abstinerent. VIII, 229. Curoperam dant ne gravidæ fiant meretrices. VIII, 453. Manichæorum turpitudo nudata. VI, 683. Impudicitia notatur. III, 1876.

Manichæi irrident sacras Scripturas. IV, 1907. Eorum error de veteri Lege. VI, 109. Legi veteri adversantur. III, 2065. Eorum in veterem legem calumniæ. V, 23, 24, 822, 826. Legem per Moysen datam, non a vero Deo dicunt, sed a principe tenebrarum. II, 1032; X, 570, 607, 611. Legem Prophetasque condemnant. VIII, 603. Quæcumque de Lege et Prophetis Apostolus sermoni suo inseruit, falsa et a corruptoribus immissa esse criminantur. VI, 70. Sanctos superiorum temporum audent blasphemare. X, 611. Patriarchas in veteri Testamento laudatos vituperare. I, 688. Patribus veteris Testamenti calumniantur de pluribus uxoribus. VI, 395. Vetus Testamentum non recipiunt. X, 1008. Illud oppugnant. I, 598; III, 173, 189, 216. Illudque reprehendunt apud imperitos. VIII, 67. Non omnia ex libris novi Testamenti accipiebant. VIII, 503. Dicunt vetus Testamentum esse a Deo malo. V, 927. A principe tenebrarum. I, 654; V, 175. Vetus Testamentum non aliter quam oportet accipiendo errant; sed omnino non accipiendo et detestando blasphemant. III, 373. Manichæorum calumniæ in librum Job. V, 100. In Prophetas. V, 330. In Aggæi prophetiam. V, 326. Legem veterem et Prophetas canonicos non accipiunt, neque omnia quæ sunt in Scripturis canonicis novi Testamenti. II, 1033, 1034. Ex eis quidam Actus Apostolorum repudiant. II, 1034. Novi Testamenti Scripturas legunt. III, 180. Falsatas tamen dicunt. I, 716, 1317, 1368. Eaque immissa fuisse, quæ de originali peccato narrantur. I, 598. Manichæorum fraus in Scripturarum usu. V, 332. Dicunt Scripturas sacras, quæ eorum errores convincunt, corruptas fuisse. II, 278. Duo Testamenta non sibi consonare. IV, 1893. Scripturis quas canon non recipit, mentes solent pervertere. II, 233. Manichæos nec Scripturarum auctoritatis antiquitas, nec miraculorum potestas, nec morum sanitas, nec rationis veritas asserit. VIII, 285.

officium quid importat. VII, 269, 272. Mediator Dei et hominum, quid. V, 174, 1133. Oportebat ut Mediator haberet aliquid Deo simile et aliquid simile hominibus I, 807. Christus Mediator in quantum homo. V, 1332. Mediatoris necessitas. V, 832, 1333. Mediator quomodo superbiam captivatoris, humilitate redemptoris destruxit. X, 409. Mediatoris mysterium antiquis per prophetiam, nobis per Evangelium prædicatur. III, 1070. Per Mediatorem cur Angeli nobi erigantur. III, 1924, 2122. Quid gratia Mediatoris nobis præstet. VII, 300. Mediatori tanto tenacius inhærendum est, quanto majorem dæmonum potestatem in hæc ima videmus. VII, 571. Per Mediatorem unum ex multis colligimur in unum. VIII, 895.

Medicamenta quædam sunt, quotidianæ refectiones indigentiarum. IV, 1320. Medicamentum medicatum a sapiente IV, 681. Medicamentum suum in Scripturis habet omnis morbus animi. IV, 357; V, 207. Medicamenta ipsa tormenta sunt. VII, 786.

Medicinæ duo sunt officia, unum quo sanatur infirmitas, alterum quo sanitas custoditur. IV, 104 Medicina non ideo neglegenda est, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia. II 322. Medicina quanto plus laudatur, tanto magis morbus a quo sanat vituperatur. X, 205. Medicina cum agricultura confertur. III, 580. Medicinas invenire multas cogunt multorum experimenta morborum. II, 813. Medicina post peccatum non respuenda. V, 127. Medicina quotidiana in Dominica oratione. V, 127.

Medicus proprie, quis. V, 1269. Medicus etiam cum secat, tolerandus. IV, 1319. Artis est, non crudelitatis, nondum sano negare aquam, ut sanus possit omnia. V, 1300. Medicus crudelis est qui exaudit hominem et parcit vulneri et putredini IV, 319. Tanto amplius laudatur medicus, quanto plus desperatur ægrotus. IV, 1219. Medicum suscipiens, cum spe ægrotat; per usuram caedens, desperate. V, 945. Ægroti cum medico concordia. V, 85; 1595. Medicus corporis cur non semper sanet. IV, 1319. Deus et certus curat, et gratis. IV, 1320. Medicorum more Deus nobiscum agit. IV, 319.

Medicus Christus. V, 557, 559. Hominem curare venit. IV, 333, 1503. Amarum poculum prior medicus bibit, ne bibere timeret ægrotus. IV, 1259. Quod medicum occidit ægrotus, hoc ei valuit ad medicamentum. IV, 1447. Sanguis medici medicamentum suo inter ectori. V, 945, 946. Christi medici ars commendata in curatione Pauli. IV, 1708; V, 949. Omnipotenti medico nullus languor insanabilis. IV, 1319. Medicus ipse salus est. V, 1499. *Vide* Christus. Medici comparatio, V, 324, 495. Medici, prædicatores verbi. IV. 1116. Medicorum nomine, superbi significati. IV, 1116.

Mediolanum. V. 964. Mediolani inventæ reliquiæ. V, 1458. Mediolani Memoria sanctorum, ubi dæmones miraculiter et terribiliter confitentur. II, 269. Meditatio legis Dei. IV, 1555, 1570.

Meditatio Dei interiores affectiones, et delectationes quasdam suas habet. IV, 778.

Medius esse dicitur Deus, æqualiter omnibus consulens, quomodo id quod in medio est, paria habet spatia ad omnes lineas. IV, 520. In medio esse dicitur, cui honor præcipuus exhibetur. IV, 1443.

Medorum imperium ad Persas translatum VII, 117.

Megalius Calamensis episcopus, Primas Numidiæ, ordinator Augustini. IX, 357, *Not.* (*a*), 628. De Augustino adhuc presbytero scripsit in malam partem. IX, 357. A sancto concilio, de hoc quod ita in Augustinum peccavit, veniam petivit et meruit. II, 152, *et Not.*; IX, 357. Megalii mors. II, 152.

Megasius episcopus. II, 759, 780.

Mel Hymettium acriter dulce. I, 966. Mel scholasticum. I, 966. Mel de petra, sapientia Christi. IV, 1046. Similis melli est aperta doctrina sapientiæ; favo vero, doctrina quæ de abstrusioribus sacramentis exprimitur. IV, 1366.

Melania. II, 478, 928. Filia Albinæ, uxor Pinniani. X, 383. Melania in monasterio vixit. II, 348. Melania cum Albina ac Piniano Thagastæ commoratur. II, 473. Melaniæ temperantia in flendo obitu unici filii Publicolæ. II, 347. Melania laudata est ab Augustino. II, 918.

Melanthus sextus decimus rex Atheniensium. VII, 577.

Melantonice conjux regis Criasi, relata in deorum numerum. VII, 565.

Melchi. I, 633.

Melchiades presbyter Marcellini episcopi Romani, ipse postea Romanus episcopus. IX, 40, 610, 637. Præfuit concilio quo Cæcilianus absolutus est. II, 399; IX, 40, 610, 637. Melchiadis concilium diem et consules habet. IX, 663. Melchiadem traditionis crimine accusant Donatistæ. IX, 40, 545, 646, 661. A traditionis crimine vindicatur. IX, 610, 661. Melchiadis judicium pro Cæciliano. IX, 643. Quo tempore habitum. IX, 687. Hoc judicium non usurpavit. II, 166. Melchiadis judicium pro Cæciliano destruere volebant Donatistæ. IX, 646, 661. Melchiades Cæcilianum in episcopatu confirmat, et Donatum improbat. II, 161. Melchiades filius Christianæ pacis, pater Christianæ plebis, litteras communicatorias obtulit, etiam iis quos a Majorino ordinatos esse constaret: ita ut quibuscumque locis duo essent episcopi quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet, qui fuisset ordinatus prior. II, 167.

Melchisedech utrum homo an Angelus fuerit, a nonnullis dubitatur. III, 567. Melchisedech gessit typum Christi. III, 111. Ejus sacerdotium figuravit. II, 769. sicut et Eucharistiam dum panem et vinum obtulit. VII, 500.

Melchisedeciani hæretici. VIII, 51.

Melech verbo Hebræo chorus significatur. IV, 1109.

Meletius hæreticus, a quo Meletiani, qui nunc Arianis dicuntur conjuncti. VIII, 59.

Melicertes filius Athamantis regis, in deorum numerum relatus. VII, 572.

Meltona dea, mellis curam habens. VII, 140.

Melodiæ utilitas in ecclesiastico cantu. I, 800. Melodia potius quam rebus allici, peccatum est. I, 801.

Melos De melo sex libros scribere dum cogitaret August., negotia eum alio averterunt. II, 569.

Melonianus. II, 694.

Melza, Melzita. IX, 507, 528, 550.

Membra alia ad usum, alia ad decorem. V, 1146. Membra corporis, sunt interioris cujusdam vel habitaculum, vel organum. V, 571. Membra corporis, præter ea quæ libidini serviunt, a voluntate moventur. VII, 427, 431, 432. Quæ autem libidini serviunt, ad arbitrium voluntatis mota fuissent, si homo non peccasset. VII, 432. Julianus pudorem membrorum ab exordio creationis insitum fuisse putat. X, 779. Vel si Philosophi membra genitalia pudenda esse cognoverunt. X, 766. De membrorum verecundia. X, 1555. Membrorum inobedientia, pœna peccati. X, 472. Membra genitalia cur pudenda vocentur. X, 175. Unde pudenda. X, 405, 406, 417. Membra inhonesta unde. X, 780. Cur dicantur inhonesta. X, 806. Membra texerunt primi parentes ex confusione. X, 780, 781. *Vide* Pudor, Erubescentia. Ut membra quædam inhonesta et pudenda essent, effectum est per peccatum. X, 1556. Membra monstruosa non nascerentur, si nemo peccasset. X, 1458.

Membrorum officia diversa, vita communis. V, 1251. Unus spiritus. V, 1252. Harmonia membrorum et concordia. V, 165, 502, 1145. Eorum mira consensio. IV, 1707. Membra omnia, propter corporis unitatem, sibi invicem serviunt. III, 1541. Membrorum concordia, symbolum caritatis. III, 1645; VI, 125, 126. In illa concordia unusquisque possidet, quod alter possidet. III, 1646. Membra corporis invicem compatiuntur. IV, 231, 1206. Membrum præcisum formam retineret, non vitam. V, 1252.

Membra Christi. V, 1550. Eorum conjunctio cum Christo capite, et de hac re apta similitudo. V, 1606. Mundi odium in membra Christi. V, 1565. Caritas facit nos membra Christi. III, 1618. Membrorum vox agnoscenda est in capite. IV, 1205. In membris suis Christus adhuc laborat, sitit. IV, 1284, 1285, 1630. Ut in membris nostris diversa opera, sanitas una: sic in membris Christi diversa munera, caritas una. IV, 296.

Membra corporis qua ratione in Scripturis Deo attribuuntur. III, 210. Membra quæ Deo tribuuntur, spiritaliter intelligenda. II, 628.

Membresa. IX, 107, 231, 507, 528, 549, 550.

Memor Juliani pater. X, 853. Amicus Augustini. X, 648.

Memoria. Quomodo mens reminiscitur. VIII, 993, 994, 995. Memoria, an sit præsentium. VIII, 1047. Memoriæ inscrutabilis thesaurus. X, 550. Memoria mirabilis et excellens simplicii. X, 529. Memoriæ fiducia. X, 529, 550. Memoriam rerum corporearum etiam bestiæ habere sentiuntur. VIII, 185. Memoriam habent pecora et aves. I, 700. Memoria quædam in homine, quam pecora non habent. VIII, 1090. Memoria quantum valet ad quasdam cogitationes, quas futuras quasi prospicimus. VIII, 1066. In memoria trinitas quædam. VIII, 993. Memoria, intelligentia, et voluntas unum sunt essentialiter, tria relative. VIII, 985. Memoria sui recordante, seque intelligente ac diligente, quomodo Trinitas fiat. VIII, 1046. Memoria, intelligentia et voluntas tria æqualia non solum singula singulis, sed etiam omnibus singula. VIII, 985. In memoria, intelligentia et voluntate observatur ingenium, et usus. VIII, 982.

Memoria Dei super nos, quam suavis. IV, 1874. Dicitur oblivisci Deus, quando non facit; meminisse, quando facit. IV, 1112.

Memoria animo an corpori tribuenda. I, 1040, 1087. Quamvis non omnis phantasia cum memoria sit, omnem tamen memoriam sine phantasia esse non posse videtur Nebridio. II, 67. Memoria sine phantasia esse potest. II, 68. Memoria quo pacto excitatur III, 1589. Memoriæ vis. I,

781. Memoria rerum sensibilium conservat incorporeas similitudines. II, 614.

Memoriæ martyrum. I, 719. Ad eas dominici corporis communicatio celebrari solita. I, 719. Memoriam S. Stephani ante inventum corpus ejus exstructam esse mirum videtur. V, 1443. Mediolani ad memoriam sanctorum, dæmones mirabiliter et terribiliter confitentur; fur compulsus est confiteri furtum. II, 269. Ad Memoriam B. Felicis Nolensis mittit Augustinus duos e suis, ut inde patesceret uter reus esset. II, 269. Mirum est cur alia aliis in locis miracula fiant, in aliis non fiant. II, 269.

Memoriæ Martyrum. *Vide* Martyres. Memorias Martyrum illi ipsi qui Martyres persequebantur, inquirunt, aut ubi adorent, aut ubi se inebrient. IV, 1782. Epulas illuc afferri vetat Ambrosius I, 719, 720. Memoria Cypriani martyris non procul a mari. I, 713. Memoria Martyris, pro reliquiis, aut pro reliquiarum capsa ponitur. VII, 768. Memoriæ marmoratæ divitum mortuorum. IV, 522, 554.

Memorius desiderat libros Augustini de Musica. II, 367, 368.

Memorius presbyter. IX, 513.

Memphis civitas ubi Pharaones commanebant. III, 584.

Mena dea Jovis filia, privigna Junonis Luciinæ. VII, 195. Menæ deæ officium. VII, 195. Mena menstruis feminarum præfecta. VII, 122.

Menander hæreticus, a quo Menandriani hæretici. VIII, 26.

Mendacium quid sit. VI, 488, 489. Mendacium est cum falsum ab sciente dicitur, sive illo quisquam, sive nemo lædatur. III, 708. Mendacium est falsa significatio cum voluntate fallendi. VI, 557. Mendacium dicitur quidquid est contra legem et veritatem. IV, 1175. Mentiens et fallens quæ differant. I, 892; III, 149. Mentiens aut non mentiens judicandus est, non ex rerum veritate vel falsitate, sed ex animi sui sententia. VI, 489. Mentientis culpa est, in enuntiando animo suo fallendi cupiditas. VI, 489. In mentiente est voluntas dicendi falsa. III, 34. Non mentitur qui nesciens falsum dicit, sed potius qui verum dicit, quod falsum putat. V, 739; VI, 240. Aliud est occultare veritatem, aliud proferre mendacium. IV, 85; VI, 555. Ad mendacium an in loquente voluntas fallendi requiratur, vel sufficiat. VI, 489.

Mendacium non est illud quod non habet duplex cor. IV, 86. Mentientis cor duplex. VI, 488. Fictiones in verbis et in factis non semper mendacia, sed aliquando figuræ. III, 1362. Mendacia non sunt joci. II, 778; VI, 555. Nec joci. III, 587; VI, 487. Mendacia ad placendum ex suaviloquio, vitanda. VI, 501. Mentiuntur plerumque homines adulatione. IV, 87. Mendaciorum genera duo in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut ut prosimus mentimur. IV, 86. In iis qui perfecti sunt, nec ista mendacia inveniuntur. IV, 85. Qui tantum hoc modo mentiuntur, merebuntur aliquando liberari ab omni mendacio. IV, 85, 86.

Mentiendi pruritus. III, 208. Libido mentiendi exorta in Adamo post peccatum. III, 212. Mendacium non est substantia vel natura, sed ad id quod non est pertinet, non ad id quod est. IV, 85. Sitne aliquando viri boni, imo Christiani, mentiri, magna quæstio est. II, 283. Latebrosissima quæstio. V, 738. Mentiri num aliquando prosit aut liceat. VI, 491, 513. Mendacium ore cordis numquam, ore corporis aliquando posse proferri, quidam censuerunt. VI, 508, 510.

Mendacii genus non est unum. III, 2000. Mendaciorum thesaurum life habet homo. V, 1185. Mendacium officiosum. VI, 496. An mendacia quædam honesta, quæ nonnulli prosunt et nulli obsunt. VI, 502. An iis uti liceat. VI, 501, 502. Hæc quidam admittunt. III, 622. Mendacia officiosa non re, sed indole laudantur. IV, 85. Perfectus et spiritalis homo non debet pro ista temporali vita mentiri. IV, 85. An mentiendum ne prodatur vel homicida, vel innocens quæsitus ad mortem. VI, 503. Quid respondeat interrogatus et sciens ubi sit ille, qui ad mortem quæritur. VI, 504. Firmus episcopus Thagastensis nec vult mentiri, nec ut hominem quæsitum prodat, tormentis adigi potest. VI, 504. Sitne boni hominis aliquando mentiri pro alterius salute. VI, 541. Non mentiendum pro cujusquam salute temporali. VI, 494, 495. Neque mentiendum studio servandi alios ad vitam æternam. VI, 496. Ad sempiternam salutem nullus inducendus est oppitulante mendacio. VI, 516. In salutis æternæ periculo sicut nulli subveniri debet per stuprum, ita nec per mendacium. VI, 546. Qui non nisi pro salute hominis mentitur, plurimum profecit; et laudanda, vel etiam remuneranda ejus, non fallacia, sed benevolentia. VI, 244, 492, 541. An pudicitiæ causa mentiendum. VI, 493, 513. Mentiendum ut ægro celetur quod ei mortem afferret, dicit sensus humanus, non lux mentis. VI, 545. Male tunc diceretur homicida veritas. VI, 545. Permisso mendacio in casu proposito, datur aditus ad perjuria et blasphemias. VI, 544. Mendacii usum non esse adhibendum ad detegendos latentes hæreticos. VI, 518, 519, 520 521.

Mendacii usum adhiberi volunt Priscillianistæ ad latendum alienis. VI, 519. Inter hæreticos ipsi soli sunt in hac sententia. VI, 519. Mendacium et perjurium Priscillianistis familiare. I, 654. Priscillianistarum occasione scriptus liber contra mendacium. I, 654. Alius prior de mendacio liber. I, 630. Mendacium censent quidam adhibendum, quo removatur gravius malum sibi ab alio inferendum. VI, 497. Refelluntur. VI, 497. Mendacia aut cavenda sunt recte agendo, aut confitenda pœnitendo. VI, 547. Mendacium confitentis peccata quæ non haberet, quam Deo contumeliosum. VI, 720, 721. Mendacium specie humilitatis, peccatum est. V, 981. Mentiri nec modestiæ causa licet. X, 265. Mendacium nulla velut bona intentione admittendum. VI, 527. Mendacium in doctrina religionis numquam adhibendum. VI, 500, 535, 536.

Mendacium cum nemine loqui licet. IV, 189. Mendaciorum octo genera. VI, 505. Mentiendum numquam ullo mendacii genere ex octo recensitis. VI, 516. Mendacium ab auctoritas sanctarum Scripturarum omnino abesse, incensusse credatur. II, 285. Mendacium in Evangelium non cadere. V, 740. Mendacium aliquod vel officiosum tribuere Scripturæ, quam perniciosum. II, 112; VI, 404. Mendaciis officiosis in Scriptura sacra admissis, ruit ejus auctoritas. II, 113, 155, 156, 157, 278.

Mentiendi exempla quæsita in Scripturis expenduntur. III, 708; VI, 492, 535. Regula ad quam redigenda quæ ex Scripturis proferuntur velut exempla mentiendi. VI, 545. Abraham, Isaac, et Jacob vindicantur a mendacio. V, 45; VI, 553, 554. Obstetrices Ægyptiæ mentientes approbatæ sunt de indole ad melius proficiendi. VI, 492. Mendacium obstetricum Ægyptii an præmio dignum. III, 597. In Hebræis obstetricibus et in Raab, non remunerata fallacia, sed benevolentia. VI, 540. Melius a mendacio abstinuisset. VI, 541, 542. Mendacium obstetricum Ægyptii non imitandum. III, 597. Nec si quæ in veteri Testamento narrantur vera mendacia. VI, 559. Mendacii spiritus missus ad decipiendum Achab, quis. VI, 146. Discutiuntur Evangelii loca quæ videntur patrocinari mendacio. VI, 537. Mentiendi exemplum ex Testamento novo nullum suppetere. VI, 492, 536, 537. Christus a mendacio vindicatur. V, 740. Christum, ubi dixit, *Non ascendo ad diem festum*, et tamen ascendit, mentitum non esse acriter propugnatur. V, 757. Non semper mentitur, qui promittit aliquid, et non facit. V, 758. An quædam facta Apostolorum mendacio faveant. VI, 536. Mendacii patrocinium ab Hieronymo susceptum dolet August. II, 112.

Mendacium an possit excusari. III, 708. Nullum mendacium potest esse justum. VI, 539. Mendacium divina lege vetitum. V, 502, 907. Mendacium quia injustum erat, ideo prohibitum. III, 708. Mendacium omne esse peccatum. VI, 240, 243, 516, 547. Diabolus homines possidet, quando mendacium eos possidet III, 1453. Mendacium animam occidit. V, 429, 502, 880. Mendacio vita æterna amittitur. VI, 495. Ab æternitate tanto quisque discedit, quanto a veritate discedit. VI, 496. Mendacium magis obest mentienti, quam ei qui per illud decipitur. VI, 239, 240 Mendacium in Ananiam et Sapphiram punitum. V, 799. Mendacii doctores acute impugnantur. VI, 544, 545. Defensores mendacii quam cæci VI, 517. Omne opus malum cogitatum, mendacium ducem habet. IV, 1811. Mendacium, peccatum omne potest appellari. VII, 407. Inter multa mendaciorum genera, quænam pejora. VI, 516, 520, 521. Mendacii signa et prodigia. VII, 687. In vetere homine mendacium, in novo veritas V, 908, 909. Homo de suo non habet nisi mendacium. V, 1185, 1193. Nihil est hominis proprium, nisi forte mendacium. III, 18. In ore hominum veritas non est, quia cor eorum fallitur de peccato, et de pœna peccati. IV, 87. Mendacium loqui laborant homines; nam veritatem tota facilitate loquerentur. IV, 1811. Merces caventium mendacium amore veritatis. III, 213.

Mentiri et fallere in quo differant. V, 157, 738. Mentiens et mendax differunt. VI, 501. Mendax qui aliud loquitur, aliud agit. III, 2002. Omnis homo mendax ex se ipso, verax ex Dei gratia. V, 1452; X, 307. Si mentiris, verum dicis, sophisma Chrysippi. IX, 483.

Mendicus. Qui, a quibus, quidve petunt hic mendici nostri. V, 411. Mendico debetur eleemosyna. IV, 1567. *Vide* Eleemosyna. Mendicus plerumque ostiatim cantat Dei præceptum. V, 205. Mendicus est qui Deum non habet, licet bonis omnibus aliis rebus affluat. IV, 1883. Mendicus es quamdiu pannosam mortalitatis carnem portas. IV, 1883. Omnes summi mendici Dei. V, 366, 380, 410, 515, 686. Mendicemus ante januam conspectus Dei in orationibus. IV, 1896. Mendicus inferni. V, 612. Mendicat ante te anima tua: quo pauper egeat. V, 627.

Menelaus maritus Helenæ. VII, 81, 82.

Menestheus rex Atheniensium. VII, 576.
Meniana. V, 77.
Mens dea. VII, 128, 196.
Mens quid sit. IV, 480; X, 545. Mentis nomine quid intelligendum, ut ferri possit Anaxagoræ sententia de Deo. II, 443, 444. Mentem incorpoream esse probatur. VII, 230. Mentis humanæ excellentia demonstratur. VII, 789. Optimum in homine est mens et ratio. I, 586, 908. Mens, ratio et spiritus vocatur. I, 1232. Mens omnis spiritus est, non omnis spiritus mens est. VIII, 1053. Mens pars est superior et caput animæ. IV, 73, 74, 1887. Ratio et intelligentia menti naturaliter inest. VII, 318. Sapiente et rationali mente, nihil præter Deum præstantius. I, 1233. Supra mentem Deus. VIII, 1037. Mens cœlum. V, 580. Mens atque intelligentia oculis et hoc vulgari aspectu est melior, quia magis sunt illa quæ intelligimus, quam ista quæ cernimus. II, 66. Mens etsi amissa Dei participatione obsoleta sit et deformis, Dei tamen imago permanet. VIII, 1044. In qua parte mentis Trinitas et imago Dei. VIII, 1000. Mens imago Trinitatis in sui ipsius memoria, intelligentia, et voluntate. VIII, 984. Mens, amor, et notitia, vestigium Trinitatis. VIII, 963.
Mens humana sui numquam non meminit, se non intelligit, se non diligit. VIII, 1049. Etiam in infirmitatis et erroris malis. VIII, 1050. Mens, amor, et notitia ejus, substantialiter eadem sunt, et relative dicuntur. VIII, 964, 965. Tria hæc unum et æqualia. VIII, 963. Singula sunt in se ipsis et tota in totis. VIII, 965. Sunt inseparabilia. VIII, 964. Sed non partium instar juncta. VIII, 964.
Mens præferenda memoriæ. VII, 196. In mente hominis quasi masculus et femina reperitur. III, 291. In mente una, ratio superior, quæ ad contemplationem; et inferior, quæ pertinet ad actionem. VIII, 999, 1009. Quomodo in mente ratio superior et inferior regendæ. VIII, 1004, 1007. Mens nostra quomodo formanda. VIII, 1009. Mens omnis tria de se ipsa certo scit, intelligere, esse, et vivere. VIII, 980. De se ipsa certo scit se velle et meminisse. VIII, 980. Mens quomodo et se cogitat, et se novit. VIII, 1041. Se ipsam per se ipsam novit. VIII, 962. Non ex parte, sed totam se cognoscit. VIII, 976. Mens eo ipso se cognoscit, quo intelligit præceptum se cognoscendi. VIII, 980. Unde errores mentis de sua ipsius substantia. VIII, 977, 978, 979, 980. Unde mentis falsa de se ipsa existimatio. VIII, 978. Mens infantium an se noverit. VIII, 1040. Cur sicut notitia mentis est proles, non etiam amor partus ejusdem sit. VIII, 970. Mens amat se ipsam non incognitam sibi. VIII, 975. Mens se diligendo, diligit Deum; quem si non diligat, se ipsam odisse dicenda est. VIII, 1049. Ad memoriam mensura, ad visionem numerus, ad voluntatem pondus pertinet. VIII, 998. Quanta intentione, in ista quæ foris sunt sensibilia, mens feratur. VIII, 1041. Quisquis mente cernere aliquid potest, intus est discipulus veritatis, foris judex loquentis. I, 1218. Mentis lumen Deus. VII, 232. Mentes rationales non habent veram lucem suam, nisi ipsum Verbum Dei. III, 331, 332. Ab omni iniquitate et errore mundatæ, poterunt participes esse Verbi Dei. III, 331, 332. Mens primo purganda fuerat fide ad incommutabile lumen perferendum. VII, 318.
Mens et ratio velut in arce collocata, ad regendas libidines et iram. VII, 427. Mens a nullo cogitur servire libidini. I, 1232. Huic obtemperare convenit cætera quæque in homine sunt. I, 585, 909. Mentem sevocare a sensibus, magni est ingenii. II, 517. Mens regit carnem, caro regitur. V, 837. Recte regit, cum a Deo regitur. V, 842. Serviat meliori, ut serviat sibi inferior. V, 821. In clausis cubiculis orare, est in mentis penetralibus orare. I, 1195. Unde mens turbetur in articulo mortis. IV, 481.
Mensa Domini. V, 145, 193, 1649. Mensa potentis. III, 1733, 1846; V, 1395, 1462. Mensa magna, ubi epulæ sunt ipse Dominus mensæ. V, 1455. Mensa magna ad quam Dominus nos invitat. V, 1107. *Vide* Eucharistia. Mensa S. Cypriani. V, 107, 320, 652, 729, 853, 915, 1397. Mensa Deo constructa, cur dicatur Cypriani. V, 1413. Hora ad mensam accedendi, quinta. V, 1521. *Not.* (*a*).
Menses in prioribus sæculis tales fuerunt, quales nunc. VII, 454. Mensibus quibusdam deorum gentium nomina imposita, cæteri a numeris nominantur. VIII, 346. Mensem veteres observaverunt talem, quem circuitus lunaris ostendit. VIII, 893.
Mensuræ nomine, aut res quæ metitur, aut mensura qua metitur, intelligitur. II, 380. Non omnis mensura circumscribitur tempore. II, 379. Mensura temporis. I, 822. Mensura, numerus, et pondus etiam in spiritalibus. III, 299, 300.
Mensurius Carthaginensis episcopus a Donatistis traditionis accusatus. IX, 638. Et a Petiliano. IX, 323. Mensurius vindicatur. IX, 611. Mensurii epistola ad Secundum Tigisitanum. IX, 638. Ejus veritas unde asserebatur. IX, 644. Mensurius in communionis unitate defunctus est, antequam se scinderet pars Donati. IX, 362.
Mercator quem filii nomine appellat Augustinus. VI, 159. Mercator rescripta Augustini non accipiens, alias ei asperiores litteras scribit. II, 869. Simulque mittit librum adversus novos hæreticos, sanctarum Scripturarum testimoniis refertum. II, 869.
Mercatorum pericula et peccata. IV, 886. An mercatura sit licita. IV, 886.
Merces. Attende mercedem, si vis tolerare laborem. IV, 372. Merces transitoria, data obedientiæ exhibitæ ex dominationis cupiditate. VI, 520. Qui negligens est in exhibendo opere, impudens est in exigenda mercede. V, 1112. Quidam putant perire opera sua, quia non eis redditur merces peritura. IV, 1168. Merces nisi finito die non est petenda. IV, 360, 372, 1201. Mercedem si vellet Deus reddere, pœnam redderet. III, 2066. Merces nostra, gratia vocatur. IV, 262. Coronat Deus in misericordia et miseratione. X, 239. Merces cultus Dei, quænam exspectanda. V, 135. Bonorum operum merces non isto tempore speranda. V, 99. Merces æterna promissa, quid. X, 222. Merces æterna pertinet ad novum Testamentum. X, 225, 226. Per Jeremiam prædicta est. X, 224. Merces summa hæc est, frui Deo et aliis in ipso. III, 32. Quomodo omnium erit merces æterna. X, 224. Merces te erigat, si opus turbat. V, 1517. Merces consoletur, si opus fatigat. V, 70. Mercedis a Deo promissæ certitudo. V, 237. Merces sine fine, opus cum fine. V, 1278. Mercedis promissæ memoria perseverantem facit in opere. III, 2003. Mercedis spem non tollit amor Dei gratuitus. V, 1482. *Vide* Beatitudo.
Mercenarii merces, dicitur sanguis. III, 704.
Mercenarius pastor, quis. III, 1729, 1732. Mercenarius est, qui peccantem non libere audet arguere. III, 1732. Mercenarii fuga quatenus intelligenda. IX, 713. Mercenarii fugientes, dum iniquis favent. V, 762. *Vide* Ovis, Pastor. Mercenariorum opera Ecclesiæ necessaria. III, 1730.
Mercimonium. Antiqua commercia mutatis rebus fiebant. V, 497. Mercimonium cœleste. V, 496. Mercimonium Christi. V, 1114. Mercaturam quodam modo Dominus vult nos cum ipso exercere. V, 959.
Mercurius nepos Atlantis ex Maia filia, quo tempore fuit. VII, 565, 599. Quare in deorum numerum relatus. VII, 565. Mercurius appellatur nuntius. VII, 205. Mercurius, quasi medius currens. VII, 205. Mercurius mortalis fuit VII, 254. Cur alatus pingitur. VII, 205. Mercurii officia. VII, 205. Mercurius litterarum repertor dicitur. III, 49. Eloquentiæ præerat. VII, 128. *Not.* (*a*). Et mercibus. VII, 205. Sepultura Mercurii in civitate Hermopoli. VII, 254. Mercurius avus Trismegisti. VII, 254, 599.
Mercurius Trismegistus, nepos Mercurii majoris. VII, 254, 599. Non præcedit tempore Patriarchas, neque ipsum Moysen. VII, 599.
Meretrices cur toleratæ. I, 1000. Meretrices ad sacramenta Christi non permittuntur accedere. VI, 213, 219. Meretricis domus, inferni imaginem tenet. V, 1642. De meretrice dictum. Luc. VII, *Cui plurimum dimittitur*. V, 97. Meretrices lupæ vocatæ. VII, 578.
Meridies, quid sit. V, 767. Meridies multifarie intelligitur. V, 292. Meridies mundi, Ægyptus. V, 291, 292. Meridies in Scripturis quid significet. IX, 422.
Merinthiani hæretici a Merintho. VIII, 27.
Merita in nobis seu bona, seu mala. X, 873, 874. Merita nostra faciunt nobis terrorem. V, 1199. Meritum incipere per liberum arbitrium, dogma Pelagianum. X, 633. Non nos discernunt merita, sed gratia. V, 1333. Meritis gratia non datur. IV, 1364. *Vide* Gratia. Meritum gratia præcedit V, 917. Merita bona esse non possunt, nisi per gratiam. X, 889. Omne bonum meritum nostrum non in nobis facit, nisi gratia Dei. II, 860; X, 968. Meritum sine gratia, nec in primo statu hominis ullum esse potuisset. VI, 282. Merita ex gratia, non gratia ex meritis. V, 917. Gratia est omne meritum in electis. X, 924. Merita nulla nostra fuerunt, cum ad nos venit Dominus. V, 1647, 1648, 1650. Merita nostra non præcesserunt, pro quibus Filius Dei moreretur. IV, 1082. Salvator non invenit merita bonorum, sed invenit merita suppliciorum. IV, 233, 585, 890, 1848. Non invenit Salvator quod coronet, sed quod damnet. IV, 233. Meritis operum nullis præcedentibus in tantam celsitudinem subvecta est humana natura, ut totum simul Verbum et caro unigenitus Filius Dei diceretur. IV, 1442. Meritorum nostrorum non est vocatio et electio, sed benevolentiæ et misericordiæ Dei. IV, 89, 788.
Meritum incipit ex fide. X, 377. Quomodo. III, 2061. *Retr.* Illud initium meriti accipitur sine merito. X, 377. Merita omnia bona a fide incipiunt. II, 877. Meritum orationis debetur fidei, quæ data est non oranti. II, 877, 879 Meritis vel operum, vel orationum, vel fidei suæ nemo dicat sibi traditam Dei gratiam. II, 970. Meritum tamen est sive bo-

num piorum, sive malum impiorum. II, 970. Qui dicunt gratiam secundum merita nostra dari, meritum in eo esse dicunt quod sumus cum Deo; ejus autem gratiam secundum hoc meritum dari, ut sit et ipse nobiscum. X, 888. Meritum nostrum in eo esse, quod quærimus eum; et secundum hoc meritum dari ejus gratiam, ut inveniamus eum. X 888. Merita sunt justorum; sed ut justi fierent, merita non fuerunt. II, 876. In meritis non necessitatem natura facit, sed voluntas culpam. VIII, 539. Non in meritis nostris gloriandum. III, 648, 870.

Meritis suis nihil tribuunt pauperes, sed totum misericordiæ Dei. IV, 1814. Merita tua nusquam jactes, quia et ipsa tua merita Dei, dona sunt. IV, 1876. Merita vera hominum non sunt nisi Dei munera. I, 778; V, 753, 1361; VI, 282; VIII, 1024, 1051; X, 341. Dona Dei gratuita. II, 820. Avulsit Deus merita nostra, et inseruit dona sua. IV, 1855.

Merita non comparantur nisi per corporis tempus. X, 977. Merita hic comparantur, in cœlis præmia redduntur. X, 1182. Frustra homo post hoc corpus inquirit, quod in hoc corpore sibi comparare neglexit. VII, 740. Cum hinc exieris, recipieris pro meritis, et resurges ad recipienda quæ gessisti. Tunc Deus corronabit non tam merita tua, quam dona sua. V, 932. Non judicari quemquam a Deo secundum merita quæ habiturus erat, si diutius vixisset III, 420. De meritorum futurorum præscientia. X, 979. Mortui non judicantur secundum opera quæ facturi fuerant: gratia non datur secundum merita. X, 1011. Meritis præcedentibus redditur vita æterna, quæ tamen et ipsa vocatur gratia. II, 881. Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam dona sua. II, 880; IV, 1264; V, 1466; X, 890. Meritum non auget operis difficultas. X, 856. Merita esse diversa, quamvis eadem facientium aut patientium. II, 324.

Merra, amaritudo interpretatur. III, 615.

Merula flamen dialis, præcisis venis, Jovi suo sanguine litavit. VII, 107.

Mesappus nonus rex Sicyoniorum. VII, 563.

Messianus proconsul. IX, 362.

Messis duplex, una ventilata de cruce, altera in fine ventilanda. IX, 29. Messis et messores Christi. III, 1522.

Messe pro ungue Punice dicitur. III, 1520.

Metallicus ex effractore. V, 693.

Metangismonitæ hæretici. VIII, 41.

Metaphora. VI, 533.

Metaplasmi. VIII, 417.

Metellus Romanorum laudatissimus, quinque filios consulares habuit. VII, 71. Metellus rerum temporalium felix fuit. VII, 71.

Metellus Pontifex in flammas irruit ut vestalia sacra abriperet. VII, 99.

Metreta nomen mensuræ. III, 1461.

Metrum græce, latine mensio seu mensura, quid. I, 1115. Metra quodammodo innumerabilia. I, 1146. Metra quæ duas in partes divisibilia sunt, cæteris præstant. I, 1146. De metro copiose tractatur. I, 1124. Summa omnium metrorum. I, 1136.

Metrodorus. I, 956. Hic primo confessus est, non decreto placuisse Academicis nihil posse comprehendi. I, 956.

Metus quid. VII, 409. Metus alios animi motus comitatur. VI, 23. Metuendi causa quæ sit. VI, 22. Metu triplici commovemur, amissionis eorum quos diligimus, doloris, et mortis. I, 877. Neque non amandum est non metuere; neque id solum amandum. VI, 23.

Metymna Lesbi insula. VII, 28.

Micare digitis. VIII, 953.

Micipsa filius Masinissæ. VII, 112.

Midila. IX, 229.

Miggenes fossor. IX, 513.

Miggenes Elefantariensis. IX, 507, 528, 550.

Migginus. IV, 376.

Migginus alter Maximianista episc. IV, 377, 381.

Migginus ab Elephantaria episc. IV, 380.

Migirpa. IX, 203.

Miles pro carnifice et quæstionario aliquando sumitur. VII, 39. *Not.* (*c*).

Militare non prohibuit disciplina Christiana. II, 531. Militantium est tabernaculum, et ipsorum est nomen contubernales. IV, 143, 202. Militibus data Imperatoris signa. II, 301. Et regalis character. II, 307. Militis voluntas pacem habere debet, bellum necessitas. II, 856. Militum violentia extorquentium aliquid a possessoribus, quod publice non jubetur. VI, 92. Milites qui Deo auctore bella gerunt, non sunt homicidæ. VII, 33, 39; VIII, 447. Miles in hoste interficiendo minister legis est. I, 1227. Hostem perimat necessitas, non voluntas. II, 833. Victo vel capto misericordia debetur, maxime ubi pacis perturbatio non timetur. II, 836. Milites non bene facere prohibet militia, sed malitia. V, 1391. Militares viri Deo placere possunt: Exempla. II, 855.

Militis Christiani hostes. VI, 693. Valde turpe est, ut quem non vincit homo, vincat libido; et obruatur vino, qui non vincitur ferro. II, 856. Milites Christi impugnat mundus duplici acie. V, 1256. Militiam Dei militantibus, arma dextera et sinistra. IX, 502.

Militariter loqui. II, 445,

Mileris. II, 133. Milevitana Ecclesia post obitum Severi cum pace accepit Episcopum, quem vivus designarat. II, 966. Milevitani Concilii epistola. II, 762. Memoratur. II, 773, 784, 972.

Mileum. IX, 511.

Mimi cujusdam facetissima urbanitas. VIII, 431. Mimus est generis humani tota vita tentationis. IV, 1686.

Millenarius numerus pro universitate ponitur. VII, 668.

Millenarii. VII, 691. *Et Not.* 4. Seu Chiliastæ a Cerintho. VIII, 27.

Milliaria lapidea litteris plena viam docentia. V, 609. 1027, 1547, 1663.

Milliarii. VII, 667.

Minæ Dei, arcus Dei. IV, 686. Arcus et suspensiones. IV, 474. Minis Dei prohiberis a malo, invitaris ad bonum. IV, 569. His qui non movetur, non credit. IV, 569. Minæ sæculi contemnendæ. V, 220. Minæ cujusdam nec ad malum compellere, nec a bono deterrere debent. IV, 569.

Mincius. De nuncio in Eridanum emigrare. II, 258.

Minente die, pro exstante. V, 402.

Mineorum hæresis, qui et Nazaræi nuncupantur a Pharisæis. II, 258.

Minerva, Græce Ἀθηνᾶ. VII, 566. Minervæ Athenarum civitas consecrata. II, 186. Minervam vel summum æthera, vel lunam esse dixerunt. VII, 207. Minerva quare de capite Jovis nata canitur. VII, 120, 566; VIII, 373. Minervam ideas intelligi vult Varro. VII, 218. Minerva artibus et ingeniis præposita. VII, 128, 207. *Not.* (*a*). Minerva quo tempore vixit, quare Tritonia dicta, et in deorum numerum relata. VII, 566. Minervæ ludos instituit rex Erichthonius. VII, 569. Minervæ ludorum præmium, oleum. VII, 569.

Minimi Christi, quinam. V, 648.

Minister Dei optimus, quis. I, 795. Minister fictus, quis. IX, 64, 68. Homines non sunt attendendi, cum sanctum aliquid homo accipere desiderat. IX, 75. Dona Dei perveniunt ad eos qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit per quem accipiunt, qualis Judas fuit. IV, 135. *Vide* Baptismus. Ministri Ecclesiæ non deserant munus ecclesiasticum, populorum peccatis commoti. III, 1334. Ministros Christi qui blasphemant, Christo resistunt. III, 2002. Ministris Ecclesiæ subsidia corporis debentur. I, 862. Eisque victum suppeditare debent fideles, prius quam petant. IV, 1910. Ministri Ecclesiæ ad temporalia attendere non debent. III, 1294. Non faciunt contra præceptum, qui procurant necessaria. III, 1294. Ministri Christi necessarii sunt in persecutione, quia multi tunc ad Ecclesiæ sacramenta concurrunt. II, 1016. Utitur Deus ministris etiam spiritibus malis, ad vindictam malorum, et ad probationem bonorum. VI, 131. Ministris non solum bonis et sanctis utitur Deus ad opera congrua, sed etiam malis ad opera digna. VI, 146. Ministeriorum distributio varia esse debet. VI, 36.

Minos Xanthi filius ex Europa. VII, 569.

Minotauri fabula. VII, 570.

Minturnæ Campaniæ oppidum. VII, 71.

Minusculariі, vectigalium conductores. VII, 197.

Mira non solent homines mirari, nisi rara. VII, 721.

Mirabiliarii. III, 1501.

Mirabilia. Voluntas omnipotentis, sufficiens ratio credendi in mirabilibus. VII, 719.

Miraculum, quid et quotuplex. VIII, 90. Miracula plerumque, quæ contra naturam fiunt, appellantur. VIII, 481, 489, 490. Miracula multa videntur, quæ fiunt ab hominibus usu creaturarum. VII, 718. Miracula proprie quænam VIII, 879. Miracula quomodo fiant, ab homine non potest comprehendi. VIII, 881. Miracula multa, aut magicarum artium ope, aut per ipsos dæmones fiunt. VII, 717. Miracula magica, pleraque specie tenus, mortalium sensus imaginaria ludificatione decipiunt. VII, 295. Miracula Pagani magicis artibus tribuunt. VII, 721. Miracula quædam Gentilium referuntur. VII, 294. Miracula Martyrum et falsorum deorum comparantur. VII, 772. Miracula deorum cum nostris non sunt conferenda. VII, 294, 295. Miracula nostra excellere, finis quo discernuntur ostendit. VII, 294. Miracula quæ a dæmonibus fiunt, spernenda. VIII, 897. An miracula credenda sint. VII, 716. Respondetur his, qui miracula in Scripturis sacris relata, falsa esse dicunt. VII, 296, 297. Si cœperis humano sensu miraculorum discutere rationem, timeo ne perdas fidem. V, 1157. Miracula varia recensentur. VII, 770. Miracula quam multa in veteri Testamento facta ad commendandum Dei cultum. VII, 286. Attesta-

bantur promissis Dei. VII, 285. Miracula quæ per arcam testimonii facta sunt, Divinitati attestantur. VII, 293. Miracula Dei universa, ideo ab infidelibus non creduntur, quia ratio eorum non videtur. II, 454. De quibusdam miraculis ratio reddi non potest, non tamen non est. II, 454. Nec propterea incredibilia esse debent. VII, 714. Non ideo aliquid non fuit, vel futurum non est, quia ratio non potest reddi. VII, 714, 715. Tota ratio facti, est voluntas facientis. II, 519. Miracula fiebant simplici fide pietatis, non incantationibus. VII, 286, 291. Insolita prodigia opportune reservavit Deus, quæ infirmitas hominis novitati intenta meminerit. IV, 1465. Tres viros ab ignibus, et Danielem a leonibus Deus liberavit, ut consuleret saluti regum illorum, a quibus in illa supplicia tradebantur. II, 425. Miraculum magnum ipse homo mirator. V, 700. Insolita fecit Christus, ut et in ipsis solitis agnosceres artificem tuum. V, 700. Miracula Christi et opera verba sunt. III, 1850. Miracula quædam fecit Christus, quæ nemo alius fecit: quædam alii fecerunt, quæ Christus non fecit. III, 1861.

Miracula majora fecisse videntur Apostoli, quam Christus. IV, 1707. De miraculorum potentia quare nemini gloriandum. IX, 302. Miracula aliter a Christo, aliter a sanctis patrata. V, 1432, 1440. In miraculis faciendis Apostoli non sibi potentiam Domini sui arrogabant. IV, 1199. Miracula non sunt signa sapientiæ. III, 1507. Miracula faciunt boni et mali. V, 562. Miracula quædam etiam scelerati homines aliquando faciunt, qualia sancti facere non possunt. VI, 92. Cur a malis fieri miracula aliquando sinitur, aliquando non. VI, 92 Miracula alio fine, aliaque potestate et jure fiunt, per magos et per sanctos. VI, 91, 92. Aliter per bonos, et aliter per malos Christianos. VI, 92. Cur facere miracula non omnibus conceditur. VI, 92. Miracula sanitatum cur non omnes obtineant. V, 1299.

Miracula necessaria fuerunt antequam crederet mundus, ad hoc ut crederet mundus. VII, 760. Multi sunt quos ad invisibilium fidem, visibilibus miraculis excitari opus est. II, 454 Miraculis visibilibus, velut quibusdam primordiis lactescentibus, fides germinavit. X, 182. Miracula fidem firmant. III, 1752. Fidei nostræ attestantur. VII, 771. Miracula ut fidem faceret inchoaverunt; et per fidem quam fecerunt, clarius innotescunt. VII, 760. Miracula Domini in corporibus et in animis. V, 591. In miraculis Christus saluti animarum magis consuluit, quam saluti corporum. III, 1527. Miraculum de quinque panibus. V, 725. Miracula Christi propter significationem facta. V, 592. Apta huic rei similitudo. V, 592. Miraculis corporalibus ædificabat fidem Christus. V, 539. Ecclesiæ postea fides sine miraculis laudabilior. V, 539. Omnia quæ fecit Dominus Jesus, non solum valent ad excitanda corda nostra miraculis, sed etiam ad ædificanda in doctrina fidei. III, 1458. In miraculis est quædam Dei eloquentia. VII, 770. Miracula ad intelligendum Deum de visibilibus mentem humanam admonent. III, 1592, 1593. Miracula habent linguam suam. III, 1593. Miracula Apostolorum, persuadebant quæ dicebant. VII, 756.

Miracula an nulla modo non fiant. VIII, 63, 64. Cur modo non fiant. VIII, 90. Aut raro fiant. I, 604; III, 142. Miracula sunt etiam consueta. VIII, 871, 874. Miracula quotidie in rerum natura eduntur, quæ præ consuetudine vilescunt. II, 519; III, 1458, 1592; IV, 1164; V. 699, 723, 1159, 1157; VII, 291, 713. Et videndi consuetudine mira non sunt. II, 372. Miracula Deus quotidie facit, quæ homines non mirantur. III, 1430. Insolita quædam servavit, quæ faceret ut dormientes homines excitaret. III, 1450. Quæ fiunt præter usitatum ordinem naturæ, ideo movent quia rara sunt. III, 1592. Novit Deus quomodo miracula sua debeat commendare, novit agere ne vilescant. V, 1299.

Miracula etiam nunc fiunt in nomine Christi. VII, 760, 769. Miracula nunc majora Christus operatur. V, 540. Miracula facta in translatione corporum ss. Gervasii et Protasii. I, 770. Severi in regione Sitifensi episcopi neptis sanitatem tribus barbaris a Deo impetravit, propter quod captivitate liberata est. II, 426. Qui per miraculum beneficia percipiebant, libellos dari aut qui legerentur in populo. VII, 768, 769, 770. Miracula quare in aliis locis fiant, in aliis non fiant, consilium Dei. II, 269. Miracula quæ nunc fiunt, non tanta, quanta prima gloria illustrantur. VII, 760. Miracula an fiant operationibus Martyrum, an precibus tantum eorum. VII, 771. Miracula quæ operantur non regenerati, fiunt a Deo vel ab Angelis sanctis. II, 846. Quemodo Christianus in alio faciente miracula, ipse faciat. IV, 1707. Deus tentatur, cum miracula flagitantur, non ad salutem, sed ad experientiam. I, 802. In eos qui miracula facere volunt. IV, 1706, 1707. Potentius est conjungi Omnipotenti pia voluntate, quam propria potestate et voluntate posse, quod contremiscant qui talia non possunt. VIII, 957. Miracula sola veritas facit VIII, 874. Miracula qui facit præter unitatem, nihil est. III, 1501.

Mirari, quid. VIII, 608.

Miseratio Dei in homines, gratuita. X, 621. Miserationes Domini multæ: attendit contemptores ut corrigat, nescientes ut doceat, confitentes ut ignoscat. IV, 583. Miseratio ex gratia, obduratio ex judicio X, 1139, 1142.

Miseri sunt homines, quamdiu sunt mortales. VII, 261. Miser est qui Deum amisit, aut illi non adhæret. VII, 743, 650. Aut illum non colit. VII, 281. Miser quisque dicitur, quando illi subtrahitur quod amat. IV, 202 Miseri nimium magis habendo quod amant, quam carendo: amando res noxias, miseri; habendo, sunt miseriores. IV, 202. Velle quod non decet; idem ipsum miserrimum est. Nolle. II, 498. Occulte sunt miseri, qui gaudent in malis. II, 652. Miser est qui fruitur re creata, quam perverse amat. VII, 336. Miserum genus humanum effectum propter peccatum Adami, tandem fatetur Julianus. X, 1573. Sub Deo justo nemo miser, nisi mereatur X, 1065. Miseri cum præter ordinem non siat, nonnulla pace gaudent. VII, 641.

Miseria creaturæ rationalis, aversio ejus ab incommutabili bono. II, 561. Miseriæ generis humani. X, 782. Miseriæ hujus vitæ, quantæ. VII, 628. Falsa felicitas, vera miseria est. IV, 1099. Miseria hominum a primis fletibus nascentium, usque ad extremos halitus moribundorum. X, 1073. Ab ortu ad interitum. X, 1184. Miserias hujus vitæ Tullius vidit et lamentatus est. VII, 628 Causam nescivit. X, 767. Miseria generis humani a Philosophis cognita, non nisi ex peccato originali nascitur. X, 782. Miserias Deo naturarum institutori tribuunt Pelagiani. X, 1566. Et in paradiso futuras fuisse asserunt, etiamsi nemo peccasset. X, 1249, 1448, 1449, 1559, 1573, 1575. Miseria mortalium quo sensu potest dici naturalis. X, 1560. Miseriæ corporis post peccatum. IV, 397, 398 Miseriæ quibus humanum genus miseria primæ prævaricationis obnoxium est. VII, 784. Miseria hominis, inobedientiæ ejus ipsius adversus eum ipsum. VII, 425. Miseriæ hujus vitæ ex originali peccato veniunt VII, 790; X, 1077, 1248, 1276, 1311, 1501, 1509, 1515, 1525, 1527, 1528. Miseria mortalium nulla esset, si non esset peccatum. X, 1408. Adami grande peccatum, causa miseriarum generis humani. X, 1511, 1512. Ærumnæ generis humani et majoribus et parvulis communes, fateri cogunt peccatum originale. X, 1559.

Miseria omnis naturæ rationalis ex ignorantia rerum agendarum, et concupiscentia noxiarum. VI, 244. Miseria ex amore temporalium bonorum nascitur et augetur. VII, 441. Miseria nulla alia quam stultitia. II, 64. Miseriæ non est finis, quamdiu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur. II, 435. Miseriarum testimonia fidelia sunt ipsæ virtutes. VII, 631. Miseria hominis, ut et misericordia Domini, plena est terra. IV, 287. A miseriis non liberat nisi gratia Salvatoris. VII, 786. Non semper liberat, ne propter hoc religio quæratur. VII, 786. Ad hoc adjuvat gratia meliores, ut fortiore corde tolerentur miseriæ. VII, 786. Miseriarum remedia plena labore ac dolore. VII, 783. Liberatio ab his miseriis, proprie in altera vita. VII, 786. Qui se agnoscit in vera esse miseria, erit in vera felicitate. IV, 1099. Tota ista miseria generis humani, dolor medicinalis est, non sententia pœnalis. IV, 1793. Quid miseriæ hujus vitæ nos edoceant. VII, 729. Miseriæ similitudo, cordis duritiam solvit. V, 1199. Ad eos qui non sunt in potestate, ubi mala vident aut audiunt, non pertinet nisi misereri. V, 1392.

Misericordia quid. VII, 260. Est virtus. VII, 260. Quænam virtus, et unde dicta. VIII, 142. Misericordia generali nomine dicitur, quia misero subvenitur. IV, 1469. Misericordia a miseria nomen habet. VI, 139; X, 1065. Misericordia ex eo appellata est, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo. I, 1335. Misericordiam Stoici in vitio ponunt. II, 394; VII, 260.

Misericordia qualis Deo conveniat. VI, 140. Misericordia est in Deo sine cordis miseria. VIII, 143. Misericordia Dei magna, magnæ humanæ miseriæ est necessaria. VII, 646. Qui magnam misericordiam deprecatur, magnam miseriam confitetur. IV, 588. Misericordia non indigent cœli, ubi nulla miseria. IV, 287. Misericordia Dei quanta erga hominem. V, 155. Misericordia Dei in sanctos, æterna est. IV, 1420. Erga omnes tam sanctos quam reprobos, universæ viæ Domini misericordia et veritas IV. 1588. Misericordia Dei in sanctos non terrena, sed cœlestis IV, 346. Misericordia Dei ubique nos prævenit. V, 1015. Prævenit voluntatem. I, 628. Deus non miseretur, nisi voluntas præcesserit; sed ipsum velle Deus operatur in nobis VI, 73. Misericordiam fides non præcedit. II, 879. Ad misericordiam Dei pertinet vocatio, quæ etiam fidem prævenit. I, 628. Misericordia fideli quidem datur, sed data est etiam ut esset fidelis. III, 2061. *Retr.* Misericordia quomodo præcedenti merito fidei tribuitur. III, 2061. *Retr.* Misericordia Dei et vocamur ut credamus, et credentibus præstatur ut bene operemur. I, 623; III, 2061. *Retr.* Misericordia et gratia

Dei convertit hominem, ut justificetur impius, et incipiat habere meritum bonum, etc. II, 970. Misericordia Dei non deserit eos, qui ex ejus fide vivunt, eumque pie colunt. II, 523. Quidquid sumus, Dei misericordia sumus; quidquid autem ex nobis sumus, mali sumus. IV, 876. Veritate humiliati sumus in mortem, misericordia instauramur ad vitam. IV, 1555. Magna est misericordia Dei, peccata donare. IV, 446. Misericordia, medicina quotidiana quotidianorum vulnerum leviorum. II, 740, 858; V, 1198. Misericordiæ unda ignis peccati extinguitur. IV, 1861. Ex misericordiæ promissione non debemus polliceri, quoniam quidquid fecerimus, non perimus. IV, 1132. De misericordia Dei nemo sibi multum blandiatur. IV, 505, 1282. Non sibi blandiatur qui non conatur adversus peccata. V, 154. Tempore misericordiæ utendum ad pœnitentiam. V, 636.

Misericordia gemina. V, 1199. Duplicis generis. IV, 345. Misericordia non semper bona. X, 754. Est misericordia puniens, est crudelitas parcens. II, 660. Misericordia crudelis, X, 1082. Misericordiæ magnæ est nequitiam impunitam non relinquere. V, 955. Misericordia non tantum vocantis est, sed et verberantis. IV, 1131. Ad misericordiam Dei pertinet, etiam flagellis exercere. IV, 854, 855, 1145. Misericorditer dat Deus, cum dat; misericorditer aufert, cum tollit. IV, 1871. Deus non dando quod male petitur, magis misericors. IV, 1087. Quia magis crebra sunt mala, dulcior erit misericordia. IV, 474. Multum sibi in hac carne tribueret homo, nisi usque ad mortem sub venia viveret. VII, 500. Misericordia nulla major, quam quæ nobis a Christo præstita. V, 1043.

Misericordiæ modo tempus est. IV, 284, 1282, 1284. Veniet tempus judicii. IV, 1291. Misericordia et justitia Dei. V, 75. Misericordia præcessit, judicium sequetur. III, 1664. Tempus misericordiæ non est sine judicio, nec tempus judicii sine misericordia. IV, 1587. Misericordiam cum acceperis, bene utere, ut judicii tempore bonam rationem reddas. IV, 287. Misericordia superexsultat judicio. III, 634, 641. Alioquin non est spes. II, 741; III, 641. Ad misericordiam Dei confugiendum, ut peccatorum venia obtineatur. III, 641. Inest Deo et misericordia judicanti, et judicium miseranti. II, 740. Nec in misericordia Deus amittit judicium, nec in judicio misericordiam. IV, 284, 285, 446, 1861. Misericordia Dei non præscribit justitiæ, nec justitia ejus aufert misericordiam. V, 152. Misericordia sine judicio exhibita, falsa aut crudelis. IV, 285, 286. Si Deus solum judex esset, et non misericors, nemo ante eum staret. IV, 1698, 1700. Nisi primo Deus per misericordiam parceret, non inveniret quos per judicium coronaret. IV, 1282. Misericordia prærogatur, postea severitas reddetur. V, 201. Misericordia Dei nobis potius opus est, quam liquidissimo judicio. V, 950. Misericordia est gratuita, judicium vero debitum. X, 981. Etiam in judicio necessaria nobis erit misericordia Dei. X, 941. Quantumlibet juste vivat homo, ipsi misericordia Dei opus est. IV, 481. Væ etiam laudabili vitæ, si Deus remota misericordia eam discutiat. I, 778. Misericordiam nullum meritum præcedit, judicium merita supponit. X, 969. Misericordia in extremo judicio, pro bonorum operum meritis, justo judicio piis retribuetur; nunc vero non ita. X, 941, 942. Misericors Deus, non solum bona pro malis, sed bona pro bonis retribuens. IV, 1317.

Misericordiæ divinæ commendatio. IV, 254, 997, 1330. Misericordia quomodo usque ad cœlos magnificata. IV, 673. Misericordiam et veritatem amat scriptura conjungere. III, 565, 592; IV, 1117, 1480. Debemus et nos Deo reddere misericordiam et veritatem, quomodo. IV, 1129, 1776. Misericordiam vult Deus a se exigi. IV, 287, 299. Misereri plus vult Deus, quam nos a miseria liberari. V, 619. Deus facilius iram, quam misericordiam continebit. IV, 977. Noli, quia transisti, velle misericordiæ Dei pontem subvertere. IV, 1196. Magnæ sunt voces ad misericordiam Dei, tacitæ contritiones animi. I, 739, 740. Nemo indignior misericordia, quam superbus miser. I, 1286. Misericordiam non merentur, qui adversus disciplinam patris dura cervice obnituntur. IV, 1133. Vasa misericordiæ et vasa iræ cur nuncupantur. X, 1129.

Misericordia quæ et quibus præstanda. IV, 1326. Misericordia animæ præsertim impendenda. V, 627. Qui in se ipsum crudelis est, in alium misericors esse non potest. IV, 1283, 1284. Misericordiæ officium debetur omnibus. III, 31. An etiam injustis. IV, 1326. Misericordia erga reos moveri debent judices, quia et ipsi misericordia egent. II, 656, 657. Misericordia qua sacerdotes pro reis intervenire solent, commendatur et explicatur. II, 654. Misericordia victis debetur. II, 856.

Misericordiæ opera commendantur. IV, 1256, 1328, 1469, 1860, 1861. Misericordiæ opera ubi desunt, potest esse *Declina a malo*; sed quia non est *et fac bonum*, non sufficit. V, 407. Misericordiæ opera debent augeri, ubi crebrescunt publicæ calamitates. II, 471. Misericordia duplex in opere bono. V, 1478. Misericordia, vera eleemosyna. V, 626. Misericordia quæ gratis constat, est injuriarum condonatio. IV, 1922. Misericordiam alteri impendendo, utilitati propriæ consulimus. III, 32. Misericordiam faciens, caritatem erogat. IV, 1922. Misericordia non debet esse contra judicium. III, 628. Misericordia falsa est vitiis nutriendis parcere. II, 391, 395. Misericordia perversa est hæreticos occultare. V, 754. Nos hoc plurimum adjuvat apud Deum, quod pro malis misericorditer contristamur, et pro ipsa tristitia congemiscimus et oramus. II, 1085. Misericordiæ officia mali implere non possunt. III, 1526. Misericordia inobediens, vel misericors inobedientia merito reprobatur. X, 505. Misericordiæ opera, ex Deo misericorde sunt. VI, 116.

Misericordia verum sacrificium VII, 283, 284, 699. Si propter Deum misericordia non fiat, non est sacrificium. VII, 283. Misericordiæ sacrificiis Deus placatur II, 665. Peccata expiantur. II, 659, III, 1443. Misericordiæ opera, remedia ad abolenda peccata X, 152. Misericordia Deo nos reconciliat. V, 1198. Misericordiam prærogandam, ut in nobis justitia impleri possit, Christus in se docuit. V, 789. Deus quia justus est, judicium illi sine misericordia facit, qui non fecit misericordiam. IV, 1469. Consilium miserias evadendi, est misericordem esse. III, 1287. Misericordiæ opera, semina nostra sunt. IV, 1664. Semen futuræ messis VI, 161. Misericordia nusquam in vituperatione posita in litteris ecclesiasticis. VIII, 410.

Misericordes. V, 366. Homines, etiamsi misericordia non indigerent, misericordes esse deberent exemplo Christi. II, 659, 660. De nulla re sic vincitur inimicus, quam cum misericordes sumus. IV, 1861. Qui nullo dolore sed officio bonitatis adductus subvenit proximo, misericors censetur. I, 1535. Misericors nemo potest esse sine dilectione. III, 2079. Non putet homo futuram in se misericordiam Dei, si ipse est immisericors. IV, 1326. Christus Judæos terrendo, revocavit ad misericordiam erga mulierem in adulterio deprehensam. II, 656, 657.

Missa catechumenorum fit post sermonem V, 524. Missa pro defunctis. II, 694. Pro defuncto de cujus anima dubitatur. VI, 284. *Vot. 4. Vide* Sacrificium.

Mithridates, rex Asiæ. VII, 105. Romanos omnes qui in Asia reperirentur, uno die jussit occidi. VII, 105 Mithridaticum bellum. VII, 72.

Mitis et misericors quo differunt. III, 1257. Mites quinam sint. V, 565, 499, 500. Deus irascendo mitis. V, 166. Christus mitis et humilis: quomodo nec sileat, nec mitescat. V, 1276. Qui didicerunt a Domino Jesu Christo mites esse et humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. II, 597.

Mnesarchus Stoicus. I, 956.

Mnestheus Atheniensium rex, VII, 576.

Moab filius fuit Lot. III, 739. Interpretatur ex patre. IV, 1052.

Moabitæ ex Lot. III, 762. Per Moabitas significantur opera mala. IV, 720.

Mociacensis. IX, 513.

Moderatio Christiana. IX, 526, 527.

Modestia unde dicta I, 711, 975. Pulchrior est temperantia animi inscitiam suam confitentis, quam scientia rerum. I, 711.

Modica, unde dicta. VIII, 557.

Modulari musicis quid sit. I, 563, 564.

Modus an aliqua ratione Deo conveniat. VIII, 558. Summus modus, Deus Pater. I, 976. Modus, ordinis pater. I, 1018. Modus, species, ordo, generalia bona in rebus a Deo factis. VIII, 555. Modus quidam animi est sapientia. I, 975. Modus malus unde interdum dicitur et mala species. VIII, 558. Modus probatus omnibus, a paucis agnitus. I, 990. Modus in rerum concessarum usu, quam difficile tenetur. V, 1272.

Mœchia generale nomen omnem illegitimum concubitum significans. III, 622. Proprie tamen nonnisi adulterium intelligi solet. III, 622, 763. Mœchia est vel ipsa feminæ concupiscentia. VIII, 361. Mœchiæ prohibitio. V, 69 Mœchia sexto et nono præcepto prohibita. V, 71. Mœchia viris vetita non secus ac feminis. V, 83. Quomodo præceptum non mœchandi differt a præcepto non concupiscendi uxorem. III, 622. De præcepto non mœchandi multis disputat Augustinus, quare. V, 78.

Mœchus. Dandam pacem mœchis quidam in Africa non putaverunt. II, 311.

Molendinum, hujusce mundi figura. IV, 356. In molendino sunt, qui in sæculo vivunt. IV, 1730, 1731.

Molestias vitæ tolerare jubet Deus, non amare. I, 793. Molestias quas nunc patitur homo obediendo præceptis Dei, vel de ipso morbo nondum sanato patitur, vel de adjutorio medicinæ. VI, 99. Molestiarum corporalium utilitas. X, 259

Triplex utilitas. II, 504. Molestia temporali utendum est ad salutem. II, 470. Molestiæ temporales non admonere debent, quo caveamus æternas. II, 470. Molestiæ crebrescentes æternam requiem nos desiderare compellunt. II, 593.

Molles matri deûm consecrati. VII, 215. Et in sacris deorum adhibiti. VII, 185.

Monachi unde dicti. IV, 1732. De Monachorum nomine catholicis insultant hæretici. IV, 1730. Monachi simpliciter coguominati Servi Dei. II, 993; V, 1070. Monachi in eremo sancta societate viventes. IX, 423 Monachi laudantur. IV, 1730. Monachorum, Anachoretarum et Cœnobitarum institutum laudatur. I, 1338. Monasticæ vitæ genus toto orbe notissimum. IX, 372. Ejus brevis commendatio. IV, 1277. Monastica vita cum portu comparatur. IV, 1277. Monachos quasi tuba in unum congregavit psalmus, *Ecce quam bonum*, etc. IV, 1729. Monachorum professio significata per illud Matth. XXIV: *Duo in lecto*, etc. IV, 357, 358, 1279. Monachi per Danielem figurati sunt. IV, 1731. Monachi militia Christiana. VIII, 226. Milites Christi in silentio pugnantes, etc. II, 997.

Monachorum bona studia. IV, 1278. Monachi quid agere soleant, et quo animo debeant. II, 190. Plures tota vita sua singulis diebus, excepto sabbato et Dominico jejunant, maxime in monasteriis constituti. II, 139. Monachi Carthaginenses alii se suis manibus transigebant, alii ex fidelium oblationibus vivendum ducebant : hinc magnæ contentiones exortæ. I, 638. Qua occasione liber *De opere Monachorum* editus. I, 638. Monachis non licere quidquam operari vitæ sustentandæ causa dixerunt Massaliani. VIII, 40. Monachi in sanctam societatem congregati, operari nolentes castigantur. VI, 549, 560. Monachi otiosi et vagi. VI, 575. Monachi venalem circumferentes hypocrisim. VI, 578. Ad professionem servitutis Dei si non admittantur servi, liberti, rustici, opifices, ac plebeii, grave delictum est. VI, 568. Hac professione abutuntur, qui quærunt in ea pasci, vestiri, et honorari ab eis, a quibus contemni conterique consueverant. VI, 568. *Vide* Opus. Monachis duobus tamquam pauperibus eleemosynæ inscio marito a muliere erogatæ scandalum pariunt. II, 1079. Monachus (Thagastensis) si re sua non vendita, nec per manifestam donationem in quempiam translata moriebatur, nonnisi heredes ejus in eam succedebant, exemplum. II, 293. Monachi criniti. I, 638. Ecclesiam perturbabant. VI, 580. Reprehenduntur. VI, 578. Etiam in monasterio mali tolerandi propter bonos. IV, 1278, 1279. Servorum Dei bonæ famæ consulere, qualis misericordia. V, 569.

Monasticæ vitæ desertores, quales. IV, 1279. Monasticum propositum non deserendum. IV, 1058. Si quam operam monachi Ecclesia desideraverit, nec ille elatione avida suscipiat, nec blaudiente desidia respuat. II, 188. Monachos nonnisi probatiores in clerum assumere solemus. II, 228. Monasteriorum desertores ad clericatum non eligendi. II, 228. *Deo gratias*, salutandi formula monachis usitata. IV, 1732. Monachi sese per multos dies includentes, et nulli ad se accessum præbentes. VI, 570. Monachorum Ægypti sanctus ac numerosus grex indicatur. V, 769. Monachi Ægyptii a barbaris interfecti. II, 422. Monachorum propositum sicut per alias terras, sic per totam Africam pullulare optat Augustinus. VI, 576. Monachorum orationibus ut vigilantioribus et magis sobriis Augustinus se commendat. II, 188. Monasticam vitam cum Episcopi munere conjungit Alypius. II, 99. De solis clericis, non de laicis statutum, ut undecumque venientes non recipiantur in monasterium. II, 233. Eustasius et Andræas ex insula Capraria (monachi). II, 189. Monachos et monachas, et conjugia non habentes admittunt tantum Apostolici. VIII, 52. Hieracitæ. VIII, 38. Aeriani. VIII, 39.

Monacharum professio et habitatio. I, 1339. Monialibus a Præposita distribuatur victus et tegumentum, non æqualiter omnibus. II, 960. Ex uno vestiario induantur : neque curent utrum id accipiant, quod reposuerunt. II, 963. Moniales caveant ne in monasterio, ubi quantum possunt, fiunt divites laboriosæ, fiant pauperes delicatæ. II, 962. Monacha si nupserit, adultera reputabitur. IV, 1058. Moniales non dicant aliquid proprium. II, 961. Quomodo se invicem respicere debeant, sive pauperes, sive divites in sæculo fuerint. II, 961. Illæ se existiment ditiores, quæ fuerint in sustinenda parcitate fortiores. II, 962. Non sit notabilis earum habitus ; non subter tegmina capitum retiola appareant ; capillos ex nulla parte nudos habeant ; simul ambulent, simul stent. II, 961. In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus nihil fiat quod illiciat cujusquam libidinem. II, 961. Oculos in neminem figant, aspectus libidinosos caveant. II, 962. Nulla extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum ægrotat. II, 961. Moniales se invicem admoneant ; quomodo eas quæ admonitæ corrigi neglexerint, prodant Præpositæ ; et non innocentes sint, si non prodant : quæ convictæ fuerint, emendatoriam sustineant vindictam ; quæ vindictam ferre recusaverint, projiciantur. II, 963. Munuscula et litteras a viro non accipiant. II, 963. Murmura devitent. II, 963. Moniales in commune operentur : in potestate Præpositæ sit, quod ad sanctimoniales mittitur ; furti judicio condemnetur, quæ rem sibi collatam celaverit. II, 963. Indumenta laventur secundum arbitrium Præpositæ. II, 963. Balnearum usus semel in mense tribuatur. II, 963. Moniales infirmæ quomodo tractandæ. II, 962. 963. Ægrotantium cura alicui injungatur : ad balneas sive quocumque ire necesse fuerit, minus quam tres non eant, socias non eligant, sed a Præposita accipiant. II, 963. Moniales non moleste ferant si infirmis aut aliis aliquid indulgeatur. II, 961. Codices certa hora singulis diebus petant. II, 963. Lites aut nullas habeant, aut quam celerrime finiant. II, 963. Quæcumque alteram læserit, satisfactione quantocius curet quod fecit. Sibi invicem satisfaciant, quæ se invicem læserunt. II, 964. Non exigitur ut quæ in minoribus coercendis modum excesserint, veniam ab eis petant. II, 964. Præpositæ tamquam matri obediant, multo magis presbytero qui earum omnium curam gerit. II, 964. Præpositæ munus. II, 964. Regulam non sicut ancillæ sub Lege, sed sicut liberæ sub gratia constitutæ observent. II, 965. Regula semel in septimana legatur. II, 965. Monialium curam gerens presbyter, nominatur præpositus. II, 959, 960. Moniales desiderantes mutare Præpositam, petunt quod est contra sanam disciplinam. II, 959. Monachæ habitus alius a matronali, sed quem matrona viro permittente possit gestare. II, 958. Monialibus dissentientibus Augustinus præsentiam suam negat, et de re earum apud Deum lacrymis agit. II, 959.

Monasterium clericorum. V, 1570. Monasteriorum greges. I, 755. *Vide* Congregationes fraternæ. Monasteria in ora vestimenti Christi peperit Ecclesia. IV, 1734. Monasteria et monachos vituperat Petilianus Donatista. IX. 372. *Vide* Augustinus. Monasterium Mediolani plenum bonis fratribus, extra urbis mœnia, sub Ambrosio nutritore. I, 755. Plura monasteria seu Sanctorum diversoria Romæ vidit Augustinus. I, 1340. Monasteria apud Carthaginem esse incipiunt. I, 638. Monasterium ab Augustino primum in horto, et post in episcopii domo institutum. V, 1569. Monasteriorum bene moderatorum occupationes. VI, 576. Ut qui de aliquo monasterio recesserint, vel projecti fuerint, non fiant alibi clerici aut Præpositi monasteriorum, statutum est concilio Carthag. habito XIII. Septemb. ann. CCCCI. II, 234. Augustinus quomodo difficile expertus est meliores, quam qui in monasterio profecerunt ; ita non expertus est pejores, quam qui in monasteriis ceciderunt. II, 272. Divites qui monasteria ædificant, quibus comparentur. IV, 1371. In Monasterio Adrumet. delatus liber inscio abbate, quas perturbationes ibi excitet. II, 975.

Monaxius Consul. II, 927.

Moneta Dei sumus III, 1691 ; V, 566.

Monitus saluberrimi ad gratiam pertinent. III, 1833.

Monica Patricii conjux, mater Augustini. I, 780. Educata fuit sobrie et pudice. I, 771. In domo Christiana, quæ morum probitatem præferebat inter Ecclesiæ membra. I, 770. Non tam suæ matris, quam decrepitæ cujusdam famulæ cura ad honestatem instituebatur. I, 770. Monnica disciplina et regimine Christi eam in Dei timore jam tum erudientis instituebatur. I, 770. Monnica per Christum subdita parentibus potius, quam per parentes subdita Christo fuit. I, 771. Monnica amore vini paulatim capta, sanatur ab hoc vitio, insultatione ancillæ secum litigantis. I, 771. Monnica Juliani convicio lacerata. X, 1090. Puellari vitio gratia Dei liberata. X, 1090. Monnica Patricio in matrimonium tradita, servivit ipsi veluti domino. I, 771. Satagens eum Deo lucrari. I, 771. Ex quo in Christo regenerata fuit, licet nondum viro soluta, vitam fide et moribus præcipuam egit. I, 779. Ut sese gerebat in virum, a fide ac moribus ipsius longe alienum. I, 771. Ut sese gerebat in socrum adversus se irritatam malarum ancillarum susurris. I, 772. Ut sese gerebat erga parentes, domumque suam. I, 772.

Monnica nutrivit filios, toties eos parturiens, quoties a Deo deviare cernebat. I, 773. Monnica Augustinum et carne, ut in hanc lucem temporalem ; et corde, ut in æternam lucem nasceretur, parturivit. I, 770. Augustinum spiritu parturivit majori sollicitudine, quam carne pepererat. I, 714. Augustinum a primis annis in Catechumenorum gradu constituit. I, 669, 729. Cum adhuc Augustinus puer in repentino mortis periculo versaretur, curabat festinabunda ut sacramentis salutaribus initiaretur. I, 670. Augustino tamen recreato, baptismum differendum duxit. I, 670. Augustino annum ætatis XVI agente Deus jam inchoaverat in Monnica templum suum, et exordium sanctæ habitationis suæ. I, 677. Monnica bis in die, mane et vespere ad ecclesiam venire solita, ut oraret, vel verbum Dei audiret. I, 714. Monnica obsequens ac serviens sanctis, nullum diem

prætermittebat oblationem ad altare Dei. I, 714. Monnica Scripturarum sacrarum erat studiosissima. I, 993. Ut se gerebat erga servos Dei. I, 775. Ut se gerebat erga matronas de maritis suis querelam moventes. I, 772. Ut se gerebat erga dissidentes et discordes inter se animos. I, 773. Monnica frequentabat eleemosynas. I, 714. Virum suum, sub ipsius vitæ finem, ad Christi fidem adducit. I, 773.

Monnica viro viduata, sumptus nihilominus procurat Augustino, tunc apud Carthaginem Rethoricæ studenti. I, 685. Monnica Augustinum, ut a fornicatione maximeque ab adulterio abhorreret, cum ingenti sollicitudine admonebat. I, 678. Monnica Augustinum in Manichæorum hæresim prolapsum luget, ejusque convictum aversatur. I, 691. Monnica de futura Augustini resipiscentia admonetur per somnium, perque responsum Episcopi cujusdam, fieri non posse asserentis, *ut filius istarum lacrymarum pereat.* I, 692. Unum erat propter quod hic aliquantum immorari cupiebat, videlicet ut Augustinum Christianum catholicum videret ante obitum. I, 775. Monnica Augustinum Romam ipsa invita navigantem prosequitur. I, 713. Paulo post, conscensa nave, per marina discrimina nautas consolatur, de felici perventione divinitus certior facta. I, 719. Monnica Mediolanum veniens, Augustinum audito Ambrosio jam abalienatum a Manichæis reperit. I, 719. Monnica Ambrosium diligit ut Angelum Dei. I, 719. Epulas ad Memorias Martyrum cum apud Africam deferret, plus quam unum *pocillum* sibi temperatum, unde *dignationem sumeret* non ponebat. I, 720. Monnica apud Mediolanum vetanti Ambrosio istas epulas fieri, morem gerit libentissime. I, 720. Monnica excubante Mediolanensi plebe in ecclesia, vigiliarum primas tenet. I, 769. Orationibus vivit. I, 769. Monnica sollicita an Mediolani sibi jejunandum sabbato esset, Ambrosii responso adquiescit. II, 151, 201. In Monnicæ laudem Ambrosius viso Augustino sæpe erumpebat, gratulans ipsi quod talem matrem haberet. I, 196.

Monnica audita Augustini conversione gaudet, exsultat, triumphat, et Deo benedicit. I, 762. Secedit cum Augustino in agrum Cassiciacum. I, 765. Interest disputationi de Beata vita. I, 962. De Ordine. I, 991, 993. Quod ejus ingenium, atque in res divinas inflammatum animum, expertus fuisset Augustinus. I, 991, 993. In disputatione de Beata vita eximias sententias profert. I, 962, 976. Unam ejus sententiam insignem refert Augustinus. I, 775. Monnica Academicos, Caducarios appellandos censet. I, 967.

Monnica Augustinum suscepto baptismate remeantem in Africam comitatur. I, 777. Apud Ostia Tiberina, paulo ante obitum suum colloquitur cum Augustino de vita æterna. I, 774. Rapiuntur ambo in æternæ sapientiæ contemplationem. I, 774. Monnica nulla jam re se delectari in hac vita profitetur. I, 775. Post dies circiter quinque decumbit febribus. I, 775. Monnica in ecstasim rapitur. I, 775. Ut sensui reddita est, monet nihil curandum de sepultura sui corporis extra patriam. I, 775. Tantum se eos rogare, ut ad Domini altare meminerint ipsius. I, 775. Tandem die IX ægritudinis suæ, LVI ætatis suæ, XXXII ætatis ipsius Augustini, migrat ex hac vita. I, 775.

Monnicæ funus. I, 776. Sacrificium pretii nostri pro ea offertur, jam juxta sepulcrum posito cadavere, priusquam deponatur, ut illic fieri solebat. I, 776. Quomodo matris mortem luxerit Augustinus. I, 775. Monnicæ elogium. I, 772. Augustinus matris suæ meriti esse credit omne quod vivit. I, 960. Ejusque precibus datam sibi eam mentem, ut inveniendæ veritati nihil præponat. I, 1019.

Monnulus a Girba. IX, 209.

Monoceros superbiam significat. III, 881.

Monomachia Goliæ et David. V, 197.

Moustrum. V, 771. A monstrando dictum. VII, 722. Monstra, naturæ errores et peccata an recte dicantur. X, 814. Monstra in humanis corporibus, si nemo peccasset, non nascerentur. X, 1125. Monstra cur a Deo creata. VII, 486. Monstrosa hominum genera varia referuntur. VII, 485. Homo bimembris natus in Oriente. VI, 273. Monstrosi fetus resurgent emendata natura. VI, 272.

Montanus. VI, 305. Auctor Cataphrygum hæreticorum. VIII, 30. Per quem dicunt venisse Spiritum sanctum. II, 1035.

Montanus presbyter. IX, 513.

Montes boni, et montes mali. IV, 519, 1257. Cum Scriptura in bono montes commemorat, statim ibi Dominum nominat. IV, 1651. Mons Sion, mons Esaü, mons condensus, quid. VII, 588, 589. Montes Israel, ubi pascua bona. V, 284. Montis nomine significatur Christus. IV, 74; V, 265, 266. Christi justitia. IV, 74. Angelorum celsitudo. IV, 1141, 1142. Synagoga. V, 267. Ecclesia. IV, 70; V, 267. Dispensatores verbi. IV, 1479. Et pii per quos prærogatur Scriptura. IV, 1651. Mons unde præcisus lapis, regnum Judæorum. IV, 1270. Mons qui de præciso lapide surrexit, Ecclesia. IV, 70, 478, 1270; V, 267. Montes in circuitu Jerusalem sunt prædicatores, Angeli, Apostoli, Prophetæ. IV, 1650. Montes magni, id est prædicatores, illuminant, sed prius illuminantur. IV, 1651. Montis nomine significantur clari et spiritales Ecclesiæ viri. IV, 437. Viri excellenti sanctitate in Ecclesia eminentes. IV, 904. De montibus tibi venit auxilium, sed non a montibus. IV, 347. Mons supereminentia caritatis Christi in vita æterna. IV, 143. Montis nomine significantur potestates sæculi. IV, 519. Superbi. IV, 1865. Hæresum principes. IV, 347. Quomodo impletum sit illud Christi, *Dicetis monti huic, mittere in mare, et fiet.* IV, 517, 518. Mons in mare missus ab Apostolis. V, 554.

Montenses seu Donatistæ. VIII, 43. Sic Romæ vocati. II, 196.

Monumentum eo quod moneat mentem, nuncupatur. VI, 596. Monumento novo quo sepultus est Christus, congruit uterus Virginis. VIII, 894.

Moralis philosophia. VII, 232.

Morbos in paradiso Pelagiani collocant. X, 1248. Morbi non fuissent in paradiso. X, 802. Morbi infantium unde. X, 707, 801, 802. Sunt argumenta peccati originalis. X, 707. Quot morbis corpus affligitur. VII, 786. Experta morbi molestia; evidentior fit jucunditas sanitatis. VII, 425. In omnibus pene morbis, medicamenta tormenta sunt. VII, 785. Morbus contra omnem curantis industriam, non malo medici, sed ægroti insanabilis invictus est. VII, 173. Morbus omnis animi habet in Scripturis medicamentum suum. IV, 357. Morbum desiderii apud Apostolum quomodo Julianus intellexerit. X, 807.

Morum præcepta adolescentibus traduntur. I, 1006. In iis quæ ad vitam moresque pertinent, non sola doctrina, sed et exhortatio est necessaria. VI, 431. Quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diversitate vitanda sunt. I, 689. Mores dijudicari solent ex eo, quod quisque diligit. II, 672. Non faciunt bonos vel malos mores nisi boni vel mali amores. II, 672; V, 1417. Mores boni, ipsæ dignitates hominum. VII, 161. Mores bonos hominis ipse facit Deus. X, 1208. Mores honesti, etiam Paganorum, nonnisi ex Deo sunt. II, 591. Mores boni quam utiliter populis persuasi. VIII, 90. Per mores bonos provenit agnitio veritatis. I, 1334. Morum corruptionem non damnat paganismus, sicuti religio Christiana. VII, 64, 69, 70, 74. Morum mala quantum homines negligant. VII, 79. Mores pravi plus damni afferunt, quam hostes sævientes. VII, 43. Mores pravi cruciant corda pie viventium. VII, 613, 614. Morum corruptio ante adventum Christi. VII, 64, 74. Morum similitudines unde. X, 500. Moribus et vocibus laudare Deum. V, 1190. Moribus bonis quantum inimicus Eunomius. VIII, 40.

Moriones. II, 728; X, 707. Nullum verbum emittunt quod revocari velint. II, 586. Moriones in deliciis cordatorum. X, 148. Moriones fatuitatis delicias cordatis exhibentes. X, 127. Morio quidam suæ patientissimus, Christi injuriæ ultor acerrimus. X, 127.

Mos seu consuetudo ad humanum sensum vel alliciendum vel offerendum valet plurimum. VII, 458. Mos Ecclesiæ ad quam venerimus, servandus, si scandalum pati nolumus aut facere. II, 151, 201. Quænam ex variis moribus introducta resecanda. II, 221.

Mors corporis, separatio animæ a corpore. IV, 556, 893. Mortem pœnam esse nolunt quidam philosophi. VII, 387. Mortem corporis, etiam peccante nullo, in paradiso futuram fuisse contendit Julianus. X, 1585. In paradisum non bonorum mortuorum requiem, sed cruciatus morientium intulit Julianus. X, 1575. Mors pœnalis et peccato debita, secundum Julianum, non nisi æterna. X, 1222. Mors corporalis, etiam ipsa est pœnalis. X, 1222. Mors pœnalis quæ animam dissolvit a carne. X, 1593. Mors corporis quæ usitata, merito peccati accidit. X, 1596, 1603, 1604. Mortem ad nos transisse per Adam dicunt Pelagiani, et in hoc se ipsos jugulant. X, 613, 615.

Mors primis parentibus intentata. V, 1439. Homo sic conditus erat, ut non haberet moriendi necessitatem: peccato autem sic mutatus est naturæ status, ut hominem necesse sit mori. X, 1112. Mortem vel lenem non fuissent homines subituri in paradiso, si nemo peccasset. X, 1572. Nisi Adam peccasset. X, 1181. Homo hic moriturus non esset, nisi illum Deus percussisset. IV, 861. Ipsa mors hominis indicat eum sine morte fuisse futurum, nisi peccasset. III, 352, 353. Mortis causa, infirma membrorum compago. VII, 710. Homo peccando in moriendi necessitatem contrusus est. II, 547. Non sola mors, sed et peccatum per Adam in nos transiit. X, 613, 614, 1169.

Mors omnibus statuta. V, 1280, 1306, 1513. Debitum est quod nemo evadit. V, 1192. Conditioni mortis et legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo præter Christum. V, 1105.

Mors ex peccato. II, 873; III, 353; VII, 377, 378, 380, 387, 391, 396, 403; X, 111, 197, 406, 826. Moriendi necessitas ab ipso exortu. V, 489. Mortis necessitas, meritum

peccati. X, 113. Mors pœna peccati. V, 906. 936, 938, 1104, 1773, 1773; X, 613. 1571. Non causa. X, 260. Mors carni peccati debita. III, 2072. Mors peccatum sequitur. X, 1248. Convenit judicio Dei ut peccator moriatur, nec tamen operi ejus convenit mors. X, 1554, 1555. De morte venit lassitudo illa quam invenimus in omnibus refectionibus nostris. IV, 1076. Reatus moriendi apparet in motu carnis non voluntario. III, 422.

Mortem carnis, Dominus non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. IV, 1111. Mors in Domino signum fuit aliorum peccatorum, non pœna propriorum. V, 1607. Non perimebatur, sed commutabatur Christus a vita temporali ad æternam, a Judæis ad Gentes, etc. IV, 1139. Mors Domini quid effecerit. III, 2072. Mortem procuravit diabolus, et ipse de morte Christi est captivatus. V, 715. Christus mortuus, mortis interfector. IV, 600. Intuendo serpentem sanari, est credendo in mortuum salvari a morte. IV, 933. Mors nostra, quomodo morte Christi soluta. VIII, 889. Mors Christi, pignus hæreditatis. V, 726. Mortem sine peccato solus Christus pertulit. X, 613. Mors in Christo non pœna peccati fuit, sed munus misericordiæ. III, 1401. Dignationis fuit, non debiti, III, 2072. Enochi et Eliæ translatio non probat mortem non esse pœnam peccati. II, 871.

Mortem non esse ex Deo. I, 919. A serpente mors seminata est. IV, 953. Mors quomodo a diabolo, et quomodo a Deo, X, 806. Quatenus a diabolo in homines venit. X, 114. Mortis potestatem et imperium cur diabolus habere dicatur. X, 181. Mors diabolus, non quia ipse mors, sed quia per illum est. IV, 556. Mortis corporalis aculeus, peccatum. X, 1604, 1607. Quomodo. X, 197, 614. Mors quomodo peccatum dicitur. IV, 553 Mors peccatum dicitur, quia est ex pœna peccati. VIII, 296, 297. An quia primi hominis peccato factum est ut moreremur, Salvatoris adventu fieri debuit ut non moreremur. X, 180. Morti quare obnoxii, qui per baptismum a peccato solvuntur. VII, 579; X, 181. Cur mors, quæ pœna est peccati, remanet non remanente peccato. II, 872; V, 1375. Mors temporalis cur fidelibus relinquitur ad tempus, cur mors perpetua reis tollitur. X, 1181. Mors temporalis ad exercitationem fidei relinquitur. II, 685; V, 1373; X, 182, 183, 184, 186, 260. Mortis pœna conversa est in usus justitiæ VII, 579.

Mortis regnum. VII, 405. Mors in parvulos cum regnet, ipsos peccato originis obnoxios esse signum est. X, 1228. Mortis regnum quid apud Apostolum. X, 116, 462. Mortis regnum quale. X, 1171. Mors regnavit in mundo propter originale peccatum. X, 1221, 1224. Mortis regnum sola in quolibet homine gratia destruit Salvatoris. X, 116. Mors pœna peccato comes usque ad interitum sempiternum, nisi divina gratia generationem regeneratione suaverit. X, 1261. Mortis regnum non est in eis qui gratia Christi renati, ad regnum ejus pertinent. II, 685. Quomodo a lege mortis gratia liberat. VIII, 125.

Mors duplex. VIII, 890, 900; X, 1171. Mortes duæ, alia corporis quæ bonorum est et malorum, alia animæ per peccatum. X, 1584. Mors duplex; altera temporalis, æterna altera. III, 1710. Mors animæ et mors corporis. VII, 377. Mors duplex in omnes pertransiit. X, 1170. Mors duplex, prima et secunda. V, 1105, 1513; VI, 275; VII, 578. Mors prima, quæ. VII, 578. Alia mors prima, quam peccando attulit primus homo; alia secunda, quam judicando inferet secundus homo. X, 1584, 1593, 1604. Quidquid est mortis, usque ad eam quæ secunda dicitur, minatus est Deus primis parentibus. VII, 585, 587. Mors tum animæ tum corporis secutura non fuisset, si peccatum non præcessisset. VI, 160. Mors prima omnunis omnibus, non secunda. VII, 598. Prima omnibus necessario subeunda, secunda solis malis parata. V, 1513. Mortem tantum primam patiuntur, qui liberantur a peccato. VII, 379. Mors prima pro veritate tolerata, a secunda liberat. VII, 382. Mors carnis pertinet ad ignem illum per quem uniuscujusque opus probatur. VII, 743. Mors secunda, quæ. VII, 577; X, 116. Est Mors æterna. VII, 193. Animæ et corporis mors æterna quæ sit. V, 450. Mors æterna, secunda mors appellatur. X, 140. Mors secunda, damnatio dicitur. VII, 658, 674. Mors secunda est pessima. VII, 585. Mors secunda, malorum est tantum. VII, 378. Quod est prima mors in civitate mortali, hoc est mors secunda in civitate immortali. VII, 384. Mortis æternæ quantum immineat omnibus periculum. V, 1541. In mortem secundam omnes præcipitarentur, nisi quosdam gratia Dei liberaret. VII, 405. Mors secunda, et mors vocatur; et nemo ibi moritur. V, 1402. Mors morietur in nobis, victura est in damnatis. V, 1114. Mortes ambas tollit una resurrectio beatorum. X, 1181. Morti nostræ duplæ, quomodo simpla mors Christi impensa. VIII, 891, 892. Mortem æternam hominis occidit mors temporalis Christi. III, 1402. Mors in Christo mortua. V, 496, 1114, 1354.

Mortem horret, non opinio, sed natura. V, 936, 1560 1573, 1574. Mori necesse est, et nemo vult. IV, 258. Est dulce quoddam vinculum corporis, et ligatus est homo, et solvi non vult. V, 1366. Naturæ prima et maxima vox, ut homo mortem fugiat. VII, 650. Mortem quare omnes refugiunt. VII, 540. Mortis metus. VI, 676. An in paradiso futurus fuisset sine peccato. X, 1530, 1536. Mortis metus posteris Adæ congenitus. X, 1550. Mortis timorem Deus fecit, propter disciplinam. IV, 1162. Mortis timor, tormentum. X, 1570, 1571. Mors plus metuitur, quam labores. X, 1571. Mortis vitandæ causa quantum homo laboret. V, 706. Mortis timor quam vanus. V, 881. Mortis timor maxime pungit, quando nobis bene est. V, 238. Quid agendum ut non moriamur. V, 881. Mors est, quæ si volueris non erit. V, 1513. Mors animæ timenda magis, quam corporis. V, 450, 880, 1247. Non timenda mors temporalis, sed æterna. V, 1280. Ejus nobis amara mors, cujus vita dulcis est. VII, 655. Mortem jucundam quibusnam Cicero promittit. VIII, 1056. Mortis quam vano timore teneantur homines. V, 881. Mori timentes, et nihil aliud agentes nisi serius mori, quare non agunt non mori? V, 881. Mortis diem omnes, aut pene omnes differre conantur, quare. II, 544. Mors accelerata quibusdam est utilis. III, 780. Nemo laborat ut mors omnino vitetur, sed tantummodo ut differatur. III, 816. Non curandum quam cito, vel quo mortis genere vita ista finiatur. VII, 25. Mortis genus non quidquam bonis facit, quod obesse possit post mortem. VII, 471. Unde homo moriatur non cures, sed quo iturus sit post mortem. IV, 1945. Qui tanta agis, ut paulo serius moriaris, age aliquid ut numquam moriaris. V, 1387. Qui morte imminente turbantur, intueantur Christum ipsum eadem de causa turbatum. III, 1708. Mortem carnis omnes refugiunt, de morte animæ pauci curant. III, 1747. Mortis corporalis metus facit reos. X, 1603. Mors non timenda. II, 649. Mors temporalis non timenda. III, 1710. Tota hominis vita contra mortem intrepida fieri potest. II, 74. Mortem corporis sapiens non metuit, nec dolores. I, 971. Satius est unam mortem perpeti morienlo, quam omnes timere vivendo. VII, 25. Mortis metum vincere, non parva virtus. X, 183. Major est virtus mortem spernere, quam laborem. X, 1571. Mortis timorem quod fideles vincunt, ad agonem fidei pertinet. X, 182. Nec mortem, nec genus mortis metuendum esse, Christus sua morte et cruce ostendit. VI, 664. Mortis timor in Petro et Christo. IV, 1143, 1144. Mortem cur Christus timuit, Paulus non timuit. IV, 1287. Mors Christi mortem non esse usque adeo metuendam docet. V, 1334. Mortis timorem Christus resurgendo abstulit. V, 799. Mortem timemus, licet finiat infirmitatem. IV, 1143, 1144. Mors seni non est pœna. IV, 1268. Mortem nemo invocat verbis, sed mala vita. IV, 475. Mors vocatur a miseris: ubi adest, pro virili fugitur. V, 519. Mors amari non potest, tolerari potest. V, 1373. Quamquam Christo inhærere cupiamus, mori tamen nolumus. IV, 842. Mentis ratione concupiscit homo plus dissolvi, sed id sensu carnis refugit. II, 544. Apostoli post mortem Christi fugientes, præsignantur per Moysen a serpente fugientem. IV, 933.

Mors æquo animo ferenda. III, 1402. Patienter ferenda exemplo Christi. IV, 831. Deo jubente recusanda non est, quocumque temporis. III, 361. Domus ista tibi locata est, non donata. IV, 1945. Dominus domus cum vult, dicit, migra: non cautionem tecum fecit et placito se obstrinxit ad certum tempus. IV, 429. Mors non est vitanda peccato, sed pro justitia perferenda, si facultas datur. VII, 501. Mortem sapiens debet ferre patienter, sed quæ aliunde accidit quam a se ipso. VII, 659. Mortem sibi inferre non licet. II, 755; VI, 616. Ex quacumque causa. VII, 50, 54, 55, 58, 59. Mortem sibi inferre ad animi magnitudinem non pertinet. VII, 35. Mortem voluntariam prohibendam judicavit Plato. VII, 56. Mors sibi non est inferenda. III, 1767, 1770. Fugienda tamen est potius quam peccatum. III, 1767.

Mortis quadruplex genus. III, 1752. Mortis genus triplex. III, 1747. Mortis tria genera a Donatistis frequentata. IX, 724, 725. Mortes duæ maxime viles et usitatæ eorum qui se interimunt, laqueus et præcipitium. IX, 299. Mortem sibi inferens, etiam dum ad malam cogeretur, in æternum perit. II, 755. Mortem qui sibi infert, pejor est quam parricida. VI, 617. Moriuntur quidam cum patientia, perfecti cum patientia vivunt. III, 2046. Amor Dei facit ut mors contemnatur, imo et desideretur. I, 1328. Mors desideranda. IV, 1843. Non tamen nimis. IV, 1845. Mortem optare in amarissima vita quomodo justo liceat. IX, 727. Optandum ad Christum subveniente morte velocius properare. X, 630. Mortem cur Paulus desideravit, cur cæteri Apostoli. X, 631, 632. Mori nolle fidelibus non consilium est ut proficiant, sed indicium quod parum profeceriat. III, 1376. Peregrinationem nostram tanto ardentius finire cupimus, quanto fruimur Deo vel per speculum vel in ænigmate. III, 50. Mors vehiculum ad regnum. VI, 668. Mors carnis, dormitio vocatur.

IV, 825. Quasi somnus est. IV, 1701. Mors dormitio propter futuram resurrectionem quasi evigilationem. II, 572. Mortem separationem esse boni a malo Manichæi dicebant. II, 272.

Mors non est malum, secundum Pelagianos. X, 610. Mors secundum Julianum prævaricatori pro beneficio fuit promissa, vel potius indicata, ne suum laborem putaret æternum. X, 1570, 1571. Mors non est bonum. VII, 380, 381. Mors cum mortalibus contingit, non aliquid dirum putandum. III, 778. Mors, justa vindicta peccati: plus tamen clementiæ Dei, quam severitatis ostendens, quare. III, 134. Quod homines necessario corpore morituri sint, non parvum de Christi gratia beneficium. X, 113. De bono mortis nonnulli congruenter disputarunt. X, 613. Mors non solum non inutilis fidelibus, verum etiam utilis secundum Cyprianum. X, 979, 980, 981. Per temporales mortalium mortes Deus utilitatem timoris sui populis imponit. VIII, 412. Mortibus corporalibus, etiam eorum qui non commiserant peccata vindicavit aliquando Deus. VIII, 660, 661, 662. Mortis reliquiæ in bonum electis cedunt. VIII, 1029. Mors ex misericordia Dei in bonos usus convertitur. X, 613, 614. Mors corporis, pœnalis; sed per Dei gratiam fit pretiosa. X, 1583, 1593. Mors fit justi meritum. VII, 380, 381. Morte quæ primi peccati pœna est, quinam bene utuntur. X, 178. Mortis malo bene utentes Martyres, coronantur. X, 1575. Qui usque ad mortem pro veritate decertat, vel ab inimicis qui pro justitia offendit occiditur, is gratum Deo sacrificium offert. III, 811. Mors in deterius et in melius. III, 1538.

Mors in morientibus omnibus mala est, in mortuis autem quibusdam mala, quibusdam bona. X, 1575. Mors an bonis bona sit, et mala malis. VII, 378, 381. Mors malis est mala. VII, 378. Mors quænam vere bona vel mala sit. V, 611. Mortem malam non facit, aut probat, nisi quod sequitur mortem. V, 612; VII, 25, 26. Morientibus quidquid obest, ex vita, non ex morte contingit. II, 649. Morienti comes erit ad vita, aut pœna. V, 811. Mors non est mala putanda, quam bona vita præcesserit. VII, 25. Non est in hominis potestate quo exitu hanc vitam finiat, sed est in hominis potestate quomodo vivat, ut secundus vitam finiat. V, 1400. Mori in peccato, summum malum. III, 1678. Non potest male mori, qui bene vixerit. V, 1162; VI, 676. Sic vive, ut morieris pro judice patrem, pro ministro sævo Angelum tollentem in sinum Abrahæ, pro carcere paradisum invenias. V, 638. Morientis statim post veram conversionem Deus non annotat facultatem, sed coronat voluntatem. V, 131. Mors malorum finis, sed in eis quorum casta, pia, fidelis, innocens vita. II, 589.

Mors justorum et peccatorum in quo differant. IV, 321. Quid sit mors non vident im, ii, quam vident etiam sapientes morientes. IV, 551. secundum animam intelligenda est mors aut pessima aut optima. IV, 322. Mors optima quænam. IV, 825. Mors sanctorum pretiosa. VII, 381. Mortium sanctarum pretium mors est unius. V. 1454. Mors pio undecumque bona est. IV, 1945. Morte anima, si non perdidit Deum suum, in illo erit quem a se non exclusit. V, 881. Moriendi præclarum exemplum. II, 694, 697. Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tanquam stipendium vita æterna. II, 881. Adam mortis, Christus resurrectionis auctor. X, 1595. Neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum mori, neque per resurrectionem Christi resurgere, Cœlestii dogma. X, 534. Morte Christi resurrectionem justis præstitam esse talem, qualis in fine nobis promittitur, quidam temerarii. II, 712. Mors in sæculo futuro non erit. VII, 683. Gratiæ mirabiliore virtute justos a morte ad æternam beatitudinem reviviscere, quam in mortis experientiam non venire. II, 873. Mors corporis in resurrectione destruetur. X, 1603. Mortis victoria, corporum resurrectione superabitur. X, 198. In resurrectione sola justi liberabuntur de corpore mortis. V, 839. Mori nemo prorsus vult. V, 939. Mortem repentina commutatione non sentiet, qui in fine residui erunt. X, 181. Baptismus vivorum fidelium ad adventum Christi, non probat mortem non esse pœnam peccati. II, 872.

Mortis cogitatio cum mortuo sepulto sæpe sepelitur. V, 1601. De sola ultima hominis profectione, quæ mors vocatur, vere cogitandum. II, 74. Inter strepitus inquietosque conventus atque discursus, cum morte familiaritas non habetur. II, 74. Mors sola hic certa. V, 590. Incerta cætera omnia. IV, 428. Mortis diem magna misericordia Deus nobis abscondit. IV, 332; V, 241. Mortis diem cur Deus incertum esse voluerit. IV, 1301, 1876. Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies. V, 241. Mortis dies incertus, sed vicinus. V, 241, 839. Mortis dies cujusque, est novissimus dies. V, 932.

Mortis corpus quid, et quinam ab illo liberantur. X, 561. Mortis umbra, quid. X, 1522. Mortis umbra, via peccati. V, 1549. Mors in saule figurata est. IV, 601. Moriens cujus dicatur. VII, 382. Mortis tempus an in morientibus, an in mortuis esse dicendum sit. VII, 382.

Mors spiritalis quæ. III, 1547; V, 1617. Mors animæ. V, 1059. Mori potest et non potest anima. V, 428, 1247. Animæ mors, Dei amissio. III, 1737; V, 415, 428. Separatio animæ a Deo. IV, 556, 893. Mors animæ, nequitia est. III, 131. Mors tum corporis tum animæ, quibus judiciis cognoscitur. V, 429. Mors sibi ipsi est, qui male vivit. I, 850. Vita in deliciis temporalibus, in comparatione vitæ æternæ, non vita, sed mors dicenda. II, 223. Mortem plus nos amare quam vitam, acute probatur. VI, 676. Mors animæ horrenda magis et metuenda, quam corporum. VIII, 618. Occiduntur peccatores, dum obscurati intelligentia alienantur a vita Dei. IV, 1800. Mortuæ animæ mors jacet sub corporis pondere. IV, 1117. Mortua peccato quomodo anima dicitur. III, 2069. Ipsa est vera mors, in profundum ire peccati. IV, 703. Mors animæ intelligitur, cum mortificata peccato, vel damnatione punita est. II, 717. Mortibus corporum mortui multi propter aliena peccata, nemo morte animæ. VIII, 619. Mors quædam est, malæ vitæ mutatio. V. 1103. Mortes quædam ætatum. IV, 1686. Mors pecorum Ægyptii. V, 69.

Mortale, moriturum, et mortuum qui differunt. X, 111. Mortalis institutio nostra, qua vel mortales conditi sumus, divinum munus est. VII, 576. Mortalia, etsi pœnalia, habent proprium decoris locum in pulchritudine temporum. VIII, 607.

Mortalitas facta est quasi secunda natura. VI, 107. Mortalitatis et libidinis origo. III, 446. Mortalitas ex peccato. V, 62, 63, 67, 1607. Peccati pœna. VI, 107, 532. Mortalitas in Christo vera. V, 1609. Cur a Christo suscepta. V, 62, 63. Homini ad humilitatem prodesse debet mortalitas. V, 589. Mortalitas nulla post resurrectionem. X, 112. Mortalitas sæculi, flumen est. IV, 794, 795. Mortalitas sæculi cum torrente comparatur. IV, 1462.

Morticina nonnisi mortuorum, mortalia vero etiam vivorum corporum nomen est. IV, 1013. Morticino cur vesci Christianos prohibuit Apostolus. VIII, 503, 504.

Mortificari et vivificari fideles Christi, quid sit. VII, 529. Mortificanda membra. VI, 370. *Vide* Caro. Id agit spiritus in domanda carne, ut eam faciat subjugatam. III, 28. Hoc est opus nostrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quot die affligere, minuere, frenare, interimere. V, 855. Delectationem, dum non consentis, mortificas; cum coperit omnino non delectare, mortificasti. V, 855. In hoc agone cum confligimus, Deum habemus spectatorem; cum laboramus, Deum poscimus adjutorem. V, 855. In mortificatione carnis de spiritu suo non præsumendum. V, 855. Alias quid tibi prodest, quia non eris Epicureus, et eris Stoicus. V, 855. Statum post resurrectionem futurum student imitari, qui carnem castigant. III, 28. Nec corpus suum odio habent. III, 28. Mortem evangelicam emoriendum est, ut resolutionem carnalem voluntario prævenianmus excessu. II, 549. Ut vivamus vitam evangelicam. II, 552. Mortificatio, jejunia et eleemosynæ multum adjuvant orationem. II, 504, 507. Moriendum ut vivamus. V, 924. Mori sæculo quid. III, 1808. Cujus animus non moritur huic sæculo, is non resurgit ad vitam, sed ad supplicia. III, 25. Nisi mortem Christi in cruce imitemur mortificatione membrorum, resurrectionem ejus a mortuis non apprehendimus in gloria *Ex Paulino*. II, 550. Mortem quamdam in nobis facit dilectio. IV, 1628. Mortificationum varia genera. X, 849.

Mortuorum animæ abditis receptaculis continentur, sicut unaquæque digna est vel requie, vel ærumna. VI, 158, 285. Mortui non judicantur secundum facta quæ facturi essent, si viverent. X, 1005, 1006. Mortuorum piorum animæ ab Ecclesia non separantur. VIII, 558. Eos qui de hac vita migrant, non amittimus, sed præmittimus ad vitam, etc. II, 518. Mortuus sive bonus, sive malus, dormit. III, 1751. Mortuos appellat dormientes veracissima Scripturæ consuetudo. V, 576, 936. Ut evigilaturi intelligantur et resurrecturi. IV, 1112. Mortui ei qui potest excitare, sunt dormientes. V, 592, 593. Ut mortuos ex vivis, ita vivos ex mortuis semper fieri, dogma Platonicum. VII, 510. Mors quare non gravis defunctis sanctis. VII, 595. Justis in requie viventibus melius esset cum suis corporibus bene valentibus vivere. VII, 592. Mortuos unde lugere licet, et hunc luctum quid debeat consolari. V, 936, 937, 939. Lugentes consolentur fraterna obsequia. V, 937. Non est succensendum de caris mortuis dolori mortalium, sed diuturnus dolor non debet esse fidelium. II, 1083. Solatur Augustinus afflictam de morte fratris sororem. II, 1082.

Mortuorum memoria. IX, 576. Mortuorum piorum memoria in communicatione corporis Christi. VII, 674. Offerri pro mortuis non oportere dicunt Aeriani. VIII, 39. Mortuos suos per oleum, balsamum, aquam, invocationes, etc., quasi redimere feruntur Heracleonitæ. VIII, 28. Mortuo sepulturæ locus per se non prodest; et quatenus prosit.

VI, 596, 610. Dum deest sepultura Christianis, nihil adimit. VI, 594, 596, 600. Mortuos ex funeris pompa, et ex sepulcri ornamentis nihil juvari. IV, 552, 560. Mortuorum obsequia solemnia, altaris, orationum et eleemosynarum pro ipsis sacrificia. VI, 609. Pro defunctis universa Ecclesia supplicare consuevit. VI. 592. Etiam sub generali commemoratione pro omnibus in Christiana et catholica societate defunctis. VI, 596. In precibus sacerdotis, quæ Deo ad altare ejus funduntur. VI, 595. Mortuis an prosit oblatio quæ pro ipsis fit. VI, 157. Paulini difficultas quomodo prodesse possint hæ preces. VI, 593. Mortuis pro genere vitæ quam duxerunt, prosunt vel non prosunt, quæcumque pro illis pie fiunt. VI, 157, 158. Sepulturæ locus, pompa exsequiarum, etc., magis vivorum solatia sunt, quam subsidia mortuorum. VI, 594, 596. Funeris et sepulturæ cura quare laudabilis. VI, 595. Mortui filii cadaver exoptat mater in basilica B. Felicis confessoris poni, et obtinet. VI, 591, 592. Non esse inanes motus animorum fidelium pro suis corporibus ista curantium, censet Paulinus. VI, 592. Ægyptiorum mos circa mortuos. V, 1605. *Vide* Defuncti. Utrum et quatenus, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur, noverint spiritus mortuorum, quæstio difficilis. IV, 1437. Mortui non intersunt rebus viventium. VI, 604. Mortui quid hic agatur, vel ab iis qui hinc ad eos pergunt, vel ab Angelis, vel revelante Deo possunt discere. VI, 605. Possunt etiam ipsi ad vivos mitti. VI, 606. Mortuorum visitationes prænuntiantium quod eventus confirmavit. II, 697, 698. Migrans anima de corpore num calidum elementum secum auferat quærit Evod. II, 697. Mortui plures visi sunt ita in domibus ingredi, ut soliti sunt. II, 697. Testantur plures, in locis in quibus humata sunt corpora, et maxime in basilicis, per noctem fieri tumultus et orationes. II, 697. Visionis hujusmodi testis sanctus Presbyter. II, 696. Mortuis aliquam curam esse de nobis ex Evangelio intelligitur. IV, 1437. Defuncta uxor mariti sollicita inducitur. II, 1075.

Mortuorum duo genera. V, 591. Mortui solent mystice appellari omnes iniqui. IX, 262. Mortui sunt omnes infideles, omnes iniqui. IV, 893. Pejus mortuus luxuriose vivens, quam moriendo luxuriam finiens. IV, 409. Suscitatio mortuorum et peccatorum justificatio, maxima laus Dei. IV, 885. Tres mortui quos Dominus resuscitavit, tria peccatorum genera ostendunt. III, 1747; V, 592, 720. Mortui sæculi, qui. IV, 1850. Mortui mortuos sepelientes. V, 603. Mortua opera quænam. VI, 208.

Mortuum erat peccatum, pro non apparebat. III, 2070.

Motus numerosi, rationabiles et irrationabiles, connumerati et dinumerati, complicati et sesquati. I, 1092. Motus in sex partes fit. VI, 19. Motus per loca, importat motum per tempora, sed non e contra. III, 388. Quæ celerius moventur, ferventius moventur. III, 267. Tardius moventur interiora molis rotundæ, exteriora celerius. III, 266. In corporum motibus nihil omnino a duobus idem fieri potest. II, 79. Motum omnem animi aliquid facere in corpore. II, 72. Motus animæ pravi continentia cohibendi, negato consensu, et rejecta vel cogitationis delectatione. VI, 369. Motus inobedientes membrorum, malum peccati originalis. X, 142. *Vide* Concupiscentia, Membra.

Moyses quo tempore natus. VII, 565. Moyses antiquior omnibus poetis ac philosophis Græcis. VII, 596, 599. Moysi factum in Ægyptii cæde, an justificandum. III, 597. Moyses per Angelum divinis vocibus in monte Sina evocatus. VIII, 444. Moysi filium infantem voluit Angelus occidere, eo quod non esset circumcisus. II, 96. Moysi Deus ipse apparebat, sed latens. V, 161. Quomodo apparuit. V, 59, 63. Os ad os Moyses loquebatur Deo. VI, 662, 663. Deus ei loquebatur per assumptam creaturam, non per substantiam suam. IV, 1788. Christum fuisse qui Moysi loquebatur, quorumdam opinio. V, 63. Aliorum sententia est Angelum Moysi apparuisse. V, 64. Cum Moyse loquebatur Angelus portans typum Domini. III, 1403. Moyses claritatem Domini vidit. II, 610, 611. Quomodo Deum vidit. VI, 662. Videre Deum cupiebat in ea substantia, qua Deus est. III, 477. Moyses Deum non vidit per suam substantiam. VIII, 811, 812. Et sicuti est. III, 1779. Promissio facta Moysi de visione Dei, prophetia de Christo. III, 648. Moyses Dei posteriora, Christum prophetando vidit. VI, 663. Moysis facies splendida. V, 474. Moyses Christum prophetavit. VII, 568.

Nocendi voluntas potest esse a suo quoque animo, non autem potestas nisi a Deo. III, 431. Nocendi voluntas a malo est, potestas non nisi a Deo. IV, 220, 291, 1292, 1383. Nocendi potestas occulta Dei dispensatione in alium permittitur ad pœnam, in alium ad probationem, in alium ad coronam. IV, 220. Nocebitur inde ei, unde nocere quisque conatur. IV, 329. Nocetur duobus modis, aut faciendo miserum, aut deserendo miserum. IV, 1285. Nocere piis non valent potentes sæculi. V, 220. Bono malus nihil vere nocet, sed prodest. V, 202, 1364. Deo nolente nemo tibi nocet, quo permittente emendaris, non everteris. IV. 1246. Justo qui nocet, non ei vere nocet, sed sibi. I, 600. Nemo malus non sibi prius nocet. IV, 329, 1286. Ut malitia tua alteri non noceat, fieri potest; ut autem tibi non noceat, fieri non potest. IV, 330. Animæ tantum suæ nocet dilector iniquitatis. IV, 136. Deus nulli nocet, sed criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. IV, 131. Nocens humilis esse non potest, superbus non potest esse innocens. V, 1561.

Nocturnum quod vocant, genus sacrificii et superstitionis. VI, 703.

Nodotus Deus geniculis nodisque culmorum præfectus. VII, 118.

Noe propheta merito dici potest. VII, 398. Noe facta omnia fuerunt prophetica. VII, 477. In arca Noe reprobus unus inventus est. II, 272. Arca Noe Ecclesiam designat. IV, 1338. Noe cum suis per aquam et lignum liberatus, familia Christi per baptismum crucis passione signata. VIII, 262. Noe significat rectores Ecclesiæ. IV, 1731. Noe inebriatus et nudatus, figura Christi. VIII, 266, 267. Noe figura Dominicæ passionis. III, 111. Ex filiis Noe hi tantum commemorantur in scriptura, qui gentes fecerunt. VII, 481. Reprehensione digniores qui nunc Christo ædificante Ecclesiam non convertuntur, quam qui olim Noe ædificante arcam. V, 1611. Noe, Daniel et Job quos significent. VI, 717.

Noema voluptas interpretatur. VII, 465.

Νοερόν. VIII, 910.

Noetus a quo Noetiani hæretici. VIII, 32.

Nola a barbaris oppugnata. VI, 606. Et vastata. VII, 24. Pelagii errori in Nola urbe quanta pertinacia quidam adhærebant. II, 826.

Nomen quasi notamen dictum est. III, 230. Nomen non propter se nomen est, sed propter id quod significat. IV, 122. Nomina rebus, ut cuique placuit, imposita sunt. I, 1116.

Nomen imponere rebus, altissimæ sapientiæ indicium. X, 1432. De re cum constat, non est de nomine laborandum. IX, 469. Nomen nihil prodest, ubi res non est. III, 2007.

Nomen Dei quale. IV, 1311. Quomodo ad captum hominum temperatum. IV, 1392. Nomen Dei qua ratione sanctificetur. IV, 1337. Quomodo sanctificatur in electis. X, 899. Cognitio nominis Dei. IV, 122. Nomen Dei si quæris, quærit et ipse tuum; nomen Dei si neglexeris, delet et ipse tuum. IV, 1173. Si sibi vult prodesse nomen Domini, recedat ab iniquitate, qui invocat nomen Domini. V, 447. Nomen Domini in vanum accipere. V, 68. Nomen Christi, fama ejus est; parvum nomen erat, magnum factum est. IV, 1232.

Non, seu particula negans addita non mutat prædicamentum. VIII, 915. Non entia etc., quæ non in specie, sed in ejus privatione sciuntur, quodammodo nesciendo sciuntur. VII, 353.

Nosse pro facere. IV, 1526. Noscendi homines duplex ratio, unde et in eos diversimode afficimur, II, 942.

Nostrum nihil, nisi peccatum. V, 955.

Notarii. III, 55. Notarius qui dictata notis excipit aut scribit. II, 694. Notarii Ecclesiæ. II, 967. Notarius et tribunus. II, 488, 490. Notariorum latini sermonis penuria in Palæstina. II, 753.

Notaria vel Notoria Donatistarum. II, 490, 493, 509, 511; IX, 621, 622, 677, *app.* 821, 828.

Notitia paritur a cognoscente et cognito. VIII, 970. Notitia rei alia in ipsa re, alia in ipsa æterna veritate. VIII, 963. Notitia Dei alia est, et alia hominis. IV, 576. Notus Deus non est, nisi in Judæa. IV, 956. Notitia Dei plenissima, verissima, felicissima iis est, quibus hoc est Deum habere, quod nosse. II, 840. Noti Christi, qui. IV, 1114.

Nox quid sit. III, 255. Nox diei servit, non dies nocti. IV, 883. Quidquid facis ex præcepto Dei, non propter emolumenta carnis fiat, ne dies serviat nocti. IV, 883. Nox media dicitur intempesta, quia inopportuna est actionibus vigilantium. IV, 1586. *Vide* Dies. Nox in qua nemo potest operari, quæ. III, 1715. Nox iniquitas hujus sæculi. IV, 83; V, 58. Nox designat adversitatem. IV, 67, 1175, 1757, 1793, 1853. Tribulationem. V, 225. Tempus hujus vitæ. IV, 557, 973, 1292, 1792. Carnem et carnales. IV, 159. Humilitatem mortalitatis. IV, 1544. Ignorantiam. IV, 1161. Judam et Judæos. IV, 160. Quamdiu non vides cor meum, et non video cor tuum, nox est. IV, 1291.

Novacula, homo malus. V, 202, 421.

Nova. IX, 233.

Novatiani. IX, 469, 589, 747. Rebaptizabant. IX, 145. Novatianus quidam dicebat Petrum non fuisse baptizatum. II, 1086. Et apostolos pro baptismo pœnitentiam dedisse. II, 1088. Novatianorum hæresis damnans secundas nuptias. VI, 433.

Novatus hæresiarcha. VI, 714.

Novatus episcopus. II, 1019, 1020, 1021.

Novatus episcopus, forte sitifensis. II, 291. *Not.* (*b*).

Novatus a Thamugade. IX, 204.

Novellare. VI, 687.

Novellus Tysicensis. IX, 676.

Novemdial. Novem dies luctus in funere Paganorum. III, 596. Prohibenda hujus numeri dierum consuetudo Christianis. III, 596.

Novenarius numerus imperfectus. III, 1556.

Novitatis appetitio periculosa. I, 1535. Novitati quomodo vetustas cessit. VI, 677, 678.

Novum nihil sub sole quo sensu dicitur. VII, 361. Novi hominis instauratio, in cruce Domini designatur. III, 2069. Parturit vetus homo, sed nascitur novus homo. IV, 556. Novi semper esse debemus. IV, 1716. Nova vita in fide nunc inchoatur, et spe geritur, sed non erit perfecta nisi resurrectione. II, 217. Novus homo, novum canticum, novum Testamentum, ad unum regnum pertinent. V, 210.

Novissima et antiqua, quæ. IV, 1787.

Novorum seu Novarum ecclesia Carthagine. V, 111; IX, 638.

Noxia sunt multa quæ non sunt mala. VIII, 512.

Nubere. Ei qui continentiam vovit, uxorem ducere non licet, etiam ut faciat Christianam. VI, 468. *Vide* Matrimonium. Nubere post continentiæ votum, damnabile est. IV, 1038. Non tamen damnandæ tales nuptiæ. VI, 437. Nec rescindendæ. VI, 438. Virgines quas pœnitet professionis, melius nuberent, quam urerentur. VI, 415. Lapsus a sancto proposito malus, nuptiæ tamen lapsarum bonæ. VI, 439. In eos qui lapsarum a sancto proposito nuptias adulteria esse dicunt. VI, 438. Sanctimonialis si nupserit, Christi adultera deputabitur. IV, 1038. In tradenda nuptiis filia, matris voluntatem omnibus natura præponit, nisi ea ætate sit puella, quæ jure licentiore sibi eligat ipsa quod velit. II, 1070. *Vide* Nuptiæ.

Nubes aqua est. III, 237. Nubes quomodo ascensus cœli. IV, 1344, 1345. Nubes Christus in carne. IV, 1124. Nubes Apostoli. IV, 346. Nubes Elias, Jeremias, Joannes, aliique Prophetæ et annuntiatores verbi Dei. IV, 1125. Nubes prædicatores veritatis, unde Deus coruscat, tonat et irrigat. I, 852; IV, 136, 346, 672, 1345. Nubes sacramenta et figuræ. IV, 1909. Nubes Scriptura sacra. III, 198; IV, 137. In columna nubis Christus prafiguratus. IV, 1266.

Nuditatem suam non adverterunt primi parentes, nisi post peccatum. III, 448. Nuditatis post peccatum pudet, non ante. V, 817. Nuditas non erubesceret, si iniquitas non præcessisset. V, 638, 680. Quare primos parentes non pudebat nuditatis suæ ante peccatum. III, 430; VII, 425. Cur primi parentes post peccatum texerunt nuditatem. X, 685. Nuditatis pudor cum omni homine nascitur. X, 565.

Nugæ majorum, negotia vocantur. I, 668.

Numa Pompilius successor Romuli. II, 529; VII, 60, 84, 582. Ad tuendam Romam, diis Trojanis alios adhibuit. VII, 87. Aliter atque antea deos colendos Romanis instituit. II, 575. Romanorum sacrorum institutor fuit. VII, 222. Libri ejus Senatus edicto combusti, ne sacrorum causæ innotescerent. VII, 222, 223. Numa Pompilius illicita curiositate ad secreta dæmonum pervenit. VII, 222, 223. Urbis regendæ quasdam leges condidit. VII, 60. In deos referri non merut, licet eorum cultor. VII, 582.

Numantia urbs Hispaniæ Tarraconensis. VII, 103. *Not.* (*d*). Romanorum fœdus cum Numantinis, infaustum. VII, 103.

Numeria dea docet numerare. VII, 122.

Numerus. Quidquid ratio potest, numeris potest. I, 1015. Numeri efficacissimi insunt seminibus rerum. III, 326. Et rebus omnibus etiam infimis. I, 1258. Numeris cuique rei impressis sapientia se ipsa commonstrat. I, 1265. In sapientia et ex sapientia numerus est, in numero et ex numero sapientia. I, 1258. De numeris spiritalibus et æternis. I, 1181. Numerorum ratio immutabilis. I, 1252, 1257, 1558. Numeri infiniti. VII, 367. Numero numerantur quæcunque numerantur, ipsum numerum quis numerat? IV, 1906. Numerorum infinitas non est Deo incomprehensibilis. VII, 368. Numerus sine numero. IV, 418. Numeri initium est ab uno, et finis in nullo. VIII, 605. Cur ab uno ad Deum progressus, et inde ad unum reditus in numerando fiat. I, 1055. Etsi numerus intelligibilis infinite crescat, non tamen infinite minuitur; contra numerus sensibilis. II, 64. Numerus, et super numerum. V, 116, 1168. Supernumerarii, qui. IV, 1904. Numerorum occasio. I, 1013. Numerorum vestigia in carnis voluptate. III, 157. De numeris fuse et egregie. I, 1094, 1165, 1257. Numerus singularis pro plurali. IV, 1443. Numerus pluralis, loco singularis. IV, 1442. In numeris summa solida utitur Scriptura. III, 645. Et nomine totius, maximam partem plerumque significat. VII, 471. Numerorum certos articulos quod excedit, scripturæ moris est non computare. V, 532. Imperfecti, perfecti, et plusquam perfecti numeri, quinam appellantur. III, 298. Numeri in Scripturis sacratissimi et mysteriorum plenissimi. III, 589.

Numeri varii mystice explicantur. IV, 570. Mystica expositio ternarii et quaternarii. V, 1177. Numerus ternarius ad animum pertinet, quaternarius ad corpus. IV, 91. Numerus ternarius in multis sacramentis maxime excellit. II, 220. Numerus quaternarius et vicenarius. III, 718. In quaternario numero est insigne temporalium. V, 1178. Numerus quinarius commendatur in vetere Testamento. III, 717. In quinario numero intelligitur populus Judæorum sub Lege positus. IV, 571. Intelligitur continentia quinque sensuum. IV, 570. Quinque virgines, omnes animas intraturas in regnum cœlorum designant. IV, 1920. Numero quinario et denario lex præfiguratur. V, 198. Expositio mystica septenarii. V, 553, 632, 1161, 1166. Quid septenarius significet. IV, 1019, 1963. Numero septenario universitas sæpe significatur. II, 209. Perfectio figuratur. V, 518, 581. Spiritus sanctus commendatur. V, 1160, 1170. Numero septenario creatura figuratur. II, 218; V, 1177. Quid octonarius significet. IV, 90. Numerus octavus resurrectionem significat. II, 215. Expositio mystica denarii. V, 532, 553, 1177, 1240. Numeri denarii mysterium. V, 518. Numerus denarius totam sapientiam significat. V, 1216. Æternitatem significat. IV, 1961. Legem exprimit. IV, 1961. Perfectio beatitudinis nostræ in denario, quia redit ad primum. II, 218. Septenarius numerus, denarius, duodenarius et quicumque alii numeri sæpe pro universo tempore ponuntur. III, 86. Expositio mystica undenarii. V, 553, 518. Duodenarii. IV, 572. Numerus duodenarius sacratissimus. IV, 1559, 1456. Numerus quindenarius concordiam significat duûm Testamentorum. IV, 1144, 1960. Numerus septimus decimus quid significet. IV, 571. In numero decimo septimo sacramentum mirabile reperitur. II, 220. Numerus decimus octavus quid significat. III, 805. Quid vicesimus-

quintus. III, 1599. Expositio mystica quadragenarii. V, 332, 1039, 1051, 1177, 1216. Numero quadragenario vita præsens, quinquagenario futura figuratur. II, 218. Numerus quadragenarius indicat integritatem sæculorum. IV, 1226. Temporalem in hoc mundo cohabitationem commendat. IV, 1961. Expositio mystica quinquagenarii. V, 1177, 1178. Dies quinquagesimus non tantum in Evangelio, sed et in veteribus libris commendatur. II, 218. Numerus quinquagenarius magnæ significationis est. IV, 1960. Beatam æternitatem demonstrat. IV, 1465. Numeri quinquagenarii figura. V, 1051. Numeri CLXXVII significatus. 555, 518. Numerus centum quinquaginta, et numerus quindecim sacratus. IV, 1144. Numerorum expositio mystica et numeri CLIII piscium. V, 1170. Numerus piscium post resurrectionem captorum quid signarit. IV, 1961. Mille propter suam perfectionem alios omnes numeros complectitur. IV, 1594.

Numidæ. IX, 586.

Numida hæreticus schismatis Donatistarum auctor. V, 295.

Numidia. IV, 178; IX, 588. Numidiæ situs. IX, 430. Pingues campos habet et frumentarios, sed sine olivetis et nemoribus. V, 295. Numidia consulari exortus est furor Donatistarum. II, 225; V, 295. Numidia consulari excepta, in cæteris Africanis provinciis Donatistæ catholicorum episcoporum numero superantur. II, 495.

Numidius episcopus. II, 759, 780.

Numina quæ corporibus præsidebant, adorabant Gentiles, non ipsa corpora. IV, 1485. Vide Dii. Abadires inter numina. II, 85.

Numitor avus Romuli rex in Latio. VII, 578. Ab Amulio fratre Alba pulsus. VII, 91. Numitoris primo anno condita est Roma. VII, 578.

Numitorius unco tractus, sparsis visceribus interiit. VII, 107.

Nummasius advocatus pro Restituto episcopo Donatista contra Maximianum locutus est. II, 413. Agebat ut Primiani communioni Membresitana ecclesia traderetur. IX, 549, 550.

Nummus Dei homo est. V, 82. Nummum suum, imaginem scilicet suam a nobis Deus quærit. IV, 1318.

Nundinarius diaconus Donatistarum. IX, 512, 513. A Silvano Cirtensi degradatus. II, 168. Et excommunicatus. II, 197. Apud Zenophilum Lucillæ nundinas patefecit. IX, 426, *app.* 798.

Nundinus exceptor. IX, 513.

Nuptiæ. X, 710, 806. Quatenus definiendæ. X, 818. Nuptias damnant Adamiani. VIII, 51. Tatiani. VIII, 50. Manichæi. X, 1462, 1463. Quare damnant Manichæi. VIII, 57, 494. Et damnant plus quam concubitum. VIII, 597, 598. Nuptiæ nullæ damnandæ. VI, 449. In eos qui ab Apostolo damnatas nuptias calumniantur. VI, 404, 405. Nuptiæ non damnantur a Catholicis. X, 442, 820. Nuptiarum damnatores essé qui peccatum originale asserunt, Pelagianorum calumnia. X, 1058. Nuptias non a Deo institutas dici, calumnia Juliani. X, 554. Nuptiæ a Deo institutæ. III, 1458; X, 564. Et quando. X, 554. Nuptiæ etiam quæ nunc aguntur, a Deo institutæ. X, 468. Nuptiæ a Deo benedictæ et bonæ. X, 1161. Nuptiarum benedictio quare ante peccatum data. VII, 428, 429. Benedictio a Deo collata hominibus ut multiplicarentur, qui sublata est peccato. X, 448.

Nuptiæ essent, etiamsi nemo peccasset. X, 405, 414, 1085. Usus concumbentium naturalis, idemque inculpabilis in paradiso esse potuisset, etiamsi nemo peccasset. X, 1451. Nuptiæ ante peccatum longe aliæ fuissent, quam sunt nunc. X, 405. Nuptias cum libidine pudenda admittit Julianus in paradiso. X, 1178. Concupiscentia non fuisset in nuptiis in paradiso. X, 1081. Excepta libidine nuptiæ tales fuissent ante peccatum, quales nunc sunt. X, 751. Fuissent sine libidine, aut saltem sine pudenda libidine, si non esset peccatum. X, 607, 1161, 1167. Nuptiæ quomodo nunc aliæ post peccatum. X, 468. Nuptiæ jam non sine libidine. X, 1341.

Nuptiæ etsi jam non possunt esse sine malo concupiscentiæ, non ideo malæ. X, 730. Nuptiæ non sunt malum. X, 404. Non sunt peccatum. VI, 381. Nuptiæ bonæ, sed mala concupiscentia. X, 725, 726. Nuptiæ non malæ, nec bono bene utuntur, sed malo. X, 728. Non serviunt diabolo per libidinem, qui filiorum procreandorum causa utuntur conjugum corpore, ut generentur regenerandi. X, 1405. Etsi non sint sine libidine, non propterea ipsæ damnantur nuptiæ, aut libido desinit esse morbus. X, 765. Nuptialis concubitus per se ipsum est bonus, nec est peccatum. X, 496. Nuptiarum opus bonum est, etiam in impiis. X, 758. Nuptiæ bonæ et honorabiles. III, 397; X, 686, 687. Nuptiæ bonæ sunt. X, 765. Quatenus bonæ. X, 717. Nuptiarum bona. X, 1084. Nuptialia bona quæ et qualiter diligenda. X, 424. Nuptiarum bonum quid distat a concupiscentiæ malo. X, 418. Nuptiarum tria bona. X, 732, 810. Proles, pudicitia sacramentum. X, 406. Proles, fides, sacramentum. VI, 394. Bonum nuptiale, procreatio filiorum. VI, 269.

Nuptiæ celebrantur propter filios habendos. III, 1432. Nuptiis nuptialiter uti. VI, 394. Nuptialis concubitus solus ille est, qui fit causa generandi. VI, 381. Filiorum propagatio, prima et naturalis et legitima causa nuptiarum. VI, 394, 479. Concubitus causa propagandi, non vitium sed officium est. VIII, 598. Nuptiæ honorabiles, et ab omni noxa libidinis immunes, si ea bene utuntur intentione propaginis. X, 1557. Nuptiarum lex honesta et utilis, ut ordinata propagatione nascantur liberi. X, 1459. Nuptiarum fructus, homo. X 442. Ordinata filiorum susceptio. X, 729. Soli libidinosi conceptum aut partum non intendunt in usu nuptiarum. X, 447. Nuptiarum bono naturali quinam male utuntur. X, 415. Et illud in peccatum convertunt. X, 415. Nuptiarum bonum infideles in malum convertunt, fideles in usum justitiæ. X, 757. Nuptiarum opus est bonum : non tamen stupra aut adulteria facienda, ut gignantur filii. X, 758. Nuptiæ qui differant ab adulteriis. X, 1084. Nuptiarum bonum malo originali non potest accusari, nec adulteriorum malum bono naturali excusari. X, 413.

Nuptiarum bonum pudicitia conjugalis. X, 404. Etiam in nuptiis libido culpabilis. X, 687. Carnis tribulatio in conjugio de qua dicit Apostolus, quænam sit. VI, 405. Nuptiarum bonum modificat concupiscentiam, non extinguit. II, 844. Nuptiæ fidelium concupiscentiam carnis in usum justitiæ convertunt. X, 416. Nuptiæ olim Legis obsequium, nunc infirmitatis remedium, et humanitatis solatium. VI, 437. Nuptiæ quæ sanis poterant esse officium, sunt ægrotis remedium. III, 397. Nuptiæ infirmitati incontinentiæ providet. X, 424.

Nuptiarum sacramentum. X, 420. Nuptiarum sacramentum nec separati, nec adulterati amittunt. X, 420, 424. Ad nuptias Dominus venit, ut conjugalis castitas firmaretur, et ostenderetur sacramentum nuptiarum. III, 1459.

Nuptiarum laus ex Pelagianis. X, 610. In nuptiarum laude quæ Pelagianorum intentio. X, 615. Nuptiæ quatenus laudandæ. X, 611. Nuptiæ sic laudandæ, ut ad earum vituperationem non pertineat, quod omnes homines peccato originali nascuntur obnoxii. X, 643. Quæstio de hac re Augustinum inter et Julianum agitata, ad fundamenta fidei pertinet. X, 643. Nuptiæ natura sua et institutione non sunt causæ peccati. X, 460. Ex bonis conjugii non est ortum peccatum. X, 427. In nuptiis quid ad Deum, quid ad hominem pertineat. X, 805. Ex Deo est quidquid est in nuptiis, præter concupiscentiam et delictum. X, 445. Nuptiarum laus an sit communis libidini. X, 803.

Nuptias nimium laudavit Jovinianus, sed peccatum originale non negavit. X, 445. Nuptias virginitati sacræ coæquabat Jovinianus. X, 195, 532, 1418. Nuptiæ bonæ, melior virginitas. VIII, 494. Nuptiis virginitas jure divino anteponitur. VI, 397. Nuptiis virginitas ita præferatur, ut non nuptiæ damnentur. VI, 404. Nuptiæ Christianæ catholicæ, etiam non univiræ, Vestalibus et hæreticis virginibus anteponendæ. X, 416. Nuptas etiam corpore sanctas esse, licet minus quam innuptas. VI, 434, 435. Nuptiarum jure misceri feminis officiosum fuit olim sanctis viris, non libidinosum. VI, 385. Descenderunt ad nuptias gradu pietatis, in quas nunc ascenditur gradu honestatis. VI, 386. Sanctæ feminæ tempore Legis non concupiscentia, sed obedientia compellente nubebant. VI, 435. Ut antiqui plures haberent uxores, non concupiscentia carnis in causa fuit, sed providentia generationis. VI, 436. Eorum plures uxores significarunt plures ecclesias subditas uni viro Christo. VI, 388. Sacramentum nuptiarum nunc ad unum virum et ad unam uxorem redactum. VI, 387. Antiquorum carnalis generatio ad disputationem propheticam pertinebat. VI, 387. Antiqui de suis nuptiis filios propter Christum quærebant. VI, 389. Nubentes hujus temporis non conferendi nubentibus sanctis primi temporis. VI, 386. Nuptiæ olim etiam continentibus complectendæ fuerunt, hoc tempore filiorum causa iis tantum eligendæ qui se continere non possunt. VI, 380, 385, 386, 478. Hoc tempus non habet jam nuptiarum necessitatem. X, 424.

Nuptiale vinculum, etiamsi non subsequatur procreatio filiorum ex nuptiis, non solvitur nisi conjugis morte. VI, 394. Nefas est repudio discedentem alteri nubere, dum vir ejus vivit. VI, 394. Nec filiorum gignendorum causa licet alteram ducere, dimissa adultera. VI, 478. Nuptiale fœdus separatione conjugum non fit irritum. VI, 378. In ea quæ objectantur incommoda, si dimissa adultera uxore, non licet aliam ducere. VI, 482. Nubere alteri vetitum esse conjugi si a non fornicante, non autem si a fornicante discesserit, sentiebat Pollentius. VI, 471. Refellitur. VI, 472. Pollentii sententia, mulieri ab adultero discedenti nuptias cum alio non esse præcepto vetitas, sed tantum propter opprobrium vitandas. VI, 434. An vir dimissa adultera ducens alteram adulter habendus sit, ita in divinis

sententiis obscurum est, ut venialiter ibi quisque fallatur. VI, 221. Virgo quæ nesciens nupsit alieno viro, an censenda sit adultera. VI, 203. Nolens reconciliari adulteræ uxori, non potest alteri nubere. VI, 476. Præcipit Apostolus ut innupta maneat, etiam quæ ab adultero discedit. *VI*, 455.

Nuptias secundas quidam hæretici damnarunt. VII, 513; VIII, 657. Non admittunt Cathari. VIII, 52. Nuptias secundas tamquam stupra damnarunt Cataphryges. VIII, 30. Tertullianus. VIII, 47. Nuptiæ secundæ a Cataphrygis, Novatianis et a Tertulliano damnatæ, ab Apostolo concessæ. VI, 433. Nuptiæ, viduitatis professione non damnantur. VI, 433. Nuptias secundas licitas esse monstravit Deus. VIII, 661. Nuptiæ et secundæ et primæ hoc tempore nisi incontinentia sit impedimento, contemnendæ. VI, 436.

Nuptiæ animæ sanctæ in cœlo. VI, 47. Nuptiæ filii regis. V, 559. Nuptiæ non erunt in sæculo futuro, quare. X, 1178. *Vide*, Nubere, Concupiscentia, Libido, Matrimonium. Nuptiæ septem diebus celebrantur. III, 571.

Nuptiales dii. VII, 188.

Nuptialis vestis. V, 561.

Nurus Synagogæ, Ecclesia. IV, 501.

Nutant aliquando justi, cum vident impios florere et abundare. IV, 1648, 1649.

Nycticorax figura Christi. IV, 1299. Et prædicatorum. IV, 1298.

Nymphidius episcopus. X, 652, 663.

O

Obedientia. III, 400. Magna virtus rationalis creaturæ sub Creatore constitutæ. VII, 394. Sola virtus omni creaturæ rationali agenti sub Dei potestate. III, 377. Obedientia virtus tamquam radicalis ac matrix et plane generalis. VI, 593. Obedientia mater omnium virtutum. VI, 593. Mater custosque virtutum. VII, 420. Omnium origo materque virtutum. VIII, 613. Nihil tam expedit animæ, quam obedire. IV, 891. Obedientia in omni rationali creatura, omnis justitiæ origo atque perfectio. IV, 904. Pietas obedientiæ qua una colitur Deus. X, 172. Obedientiæ præstantia. VII, 372.

Obedientia homini vehementer a Deo commendata. X, 172. Obedientiæ bonum quantum sit demonstravit Deus, cum prohibuit ab arbore bona. IV, 897. Præceptum prohibens erat homini necessarium, ut ei promerendi Dominum suum virtus esset ipsa obedientia. III, 577, 579, 584. Obedientiam exigebat Deus, non propter dominatum, sed propter servientis utilitatem. X, 172. Sola obedientia tenet palmam, sola inobedientia invenit pœnam. IV, 897. Obediat superiori se, qui sibi vult subjici quod est inferius se. IV. 1860. Venit de pœna peccati, ut homo adversus se ipsum divideretur, qui uni subditus esse noluit. IV, 891. Per obedientiam mandatorum ad occulta sapientiæ pervenitur. IV, 1566. Custodienda est obedientia ut percipiatur sapientia, et percepta sapientia non est deserenda obedientia. IV, 1566. Nemo antequam habeat humilitatem obedientiæ, velit ad altitudinem sapientiæ pervenire. IV, 1566. Obedientia non nisi humilium esse potest. VII, 421. Primas partes obedientiæ retinere. V, 1333. Dura jubet avaritia, et obeditur ei; levia Deus, et non obeditur ei. IV, 1691. In ea re sola filius non debet obedire patri suo, si aliquid jusserit contra Deum. IV, 873. Obedientia dominis et potestatibus omnibus, etiam improbis exhibenda. II, 994; IV, 1633. Obedire regibus generale pactum est societatis humanæ. I, 690.

Obedientia donum Dei. VI, 421. Donum Dei obedientia pia, et obedientia ex corde. X, 1245. Obedientiæ bonum majus quam continentiæ. VI, 393. Obedientia Abrahæ. V, 27. Promissionem obedientiæ non auditio, sed tentatio probat. IV, 990. Obedientia filiorum Jonadab commendatur. IV, 873. Obedientia pueri Jesu. V, 343.

Obduratio quomodo a Deo est, nec injuste. III, 1777; VI, 121. Miseretur Deus gratuito dono, obdurat autem justissimo merito. II, 888. Deus neminem obdurat nisi merito. II, 823. Obduratio non est nisi ex merito, non item gratia. X, 910, 911 Ut magna bonitate miseretur Deus, ita nulla iniquitate obdurat. VI, 278 Obduratio Dei est nolle misereri. VI, 120. Non obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. II, 879. Obdurationem cordis Deus non instigando et inspirando, sed deserendo facit. III, 1777; IV, 1003. Hanc per angelos malos in Ægyptiis operatus est IV, 1003. Cur alius obduretur, alius non obduretur, judicio divino relinquendum. III, 1777. Obduratio ex judicio. X, 1140, 1142. Obduratio peccatorum et iram Dei in reprobos, et misericordiam in electos demonstrat. VI, 124. Obduratio Pharaonis non sine libero arbitrio. X, 911. Quomodo, III, 601. *Vide* Phar.

Obelisci et asterisci in codicibus Græcis. III, 590.

Objurgandi sunt qui mala consuetudine duruerunt: objurgationis hujus effectus. V, 594. Objurgatio peccatoris, ut salubriter confundatur. V, 779. Objurgatio amantis nonnumquam acerba. V, 1437. Objurgator etsi cædit, amat. V, 1229. Hujus et adulatoris comparatio. V, 1229. Objurgandi officium si episcopus negligat, bonus; si impleat, malus dicitur. IV, 1690.

Oblatio altaris. I, 634, 714; II, 637. Oblationem quando vel ferre ad altare, vel per sacerdotem Deo offerre non datur, quid agendum. II, 426. Quærebas quid Deo offerres pro te, offer te; nihil melius in omni creatura terrena. V, 317. Te quærit Deus magis quam munus tuum. V, 508. Oblatio apud memorias Martyrum. V, 1251. Deo fit, non Martyribus. V, 1251.

Oblivisci quomodo Deus dicatur. IV, 1340. Oblivio non cadit in Deum. IV, 123, 1340, 1341. Oblivionem non subjacere peccato, Cælestii doctrina. X, 345. Oblivio Dei, regio longinqua. III, 1344. Non debet oblivisci homo a quibus peccatis liberatus sit. IV, 965, 966. Oblivio ingrata beneficiorum Dei fugienda. IV, 1317; VII, 280. Oblivio malorum duplex. VII, 803. Oblita est anima se ipsam amando mundum; obliviscatur se amando artificem mundi. V, 779.

Obscœnitatem verborum in translatione esse vitandam docet Cicero. VIII, 636.

Obscure locuti sunt auctores sacri, quare. III, 99. Obscuritas sacrorum auctorum non inutilis. III, 93. Non imitanda a doctoribus Christianis. III, 98. In rebus obscuris et difficilibus cavenda temeritas. II, 862.

Obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones, qui differunt. II, 866. Fiunt precationes antequam illud quod est in Domini mensa incipiat benedici, orationes cum benedicitur, interpellationes seu postulationes, cum populus benedicitur, et post hæc omnia gratiarum actiones. II, 867.

Observantia quid. VI, 21. Hanc vis innata inseruit. VI, 20. Observantia in potestates et in majorem quemque, sit ordinata. V, 418, 420.

Observatio dierum quæ culpabilis. II, 210.

Observatio. Quodnam est jugum observationum quod abstulit Christus. X, 594. Observationes legales Testamento novo revelato nec Judæis perniciosæ, nec Gentibus necessariæ, nec cuiquam hominum salutares. VI, 494. Observationes legales non tamquam noxia removenda, sed tamquam superflua contemnenda Apostolus præcipit. VIII, 156.

Obsidionis barbaricæ instante metu an ecclesiasticis liceat ad tuta loca confugere. II, 1014.

Obtemperet præceptis Medici ut surgat, qui noluit credere Medico ut non ægrotaret. IV, 891.

Obstetrices Hebrææ ob benevolentiam non ob fallaciam remuneratæ. VI, 540. Obstetricum Ægyptiarum mendacium discutitur. III, 597. *Vide* Mendacium.

Obtrectatorum calumniæ sine rixa refellendæ. V, 1579.

Occasus Christi, passio Christi. IV, 1374.

Occentare, infame carmen nominata persona edere. VII, 54. *Not.* 3.

Occidentalem partem frequenter Scriptura significat, cum dicit *supra mare* vel *a mari*. III, 559; IX, 588. Orientales omnes et multi Occidentales non jejunant Sabbato. II, 138, 140. Occidentalium provinciarum, et maxime urbis Romæ vastatio. II, 719.

Occidere. Non omnis qui causa mortis alienæ est, reus est. II, 661. Aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam qui occidit. II, 661. Cum homo ab homine occiditur, multum distat utrum fiat nocendi cupiditate vel injuste aliquid auferendi, an ulciscendi vel obediendi ordine, an evadendi vel subveniendi necessitate. II, 660. Præceptum non occidendi exceptiones patitur. VII, 33. Quinam a crimine homicidii excipiuntur, licet homines occidant. VII, 33. Contra præceptum non occidendi non fit, quando lex occidit, vel occidi aliquem Deus jubet. III, 622. Elias justus, etsi multos pseudoprophetas sua manu peremerit. II, 178. Occidere malos non cuilibet licet. V, 1390. Qui sine ulla legitima potestatis auctoritate hominem occidit, homicida est. II, 940. Occidere alterum volentem et petentem, et vivere jam non valentem, satis indicat Scriptura non licere. II, 940. Occidere inimicum, vel quia peccavit in nos, vel ne peccet, non licet. VII, 38. Occidere non licet aliquem ad vitam vel suam vel aliorum tutandam, nisi sit miles aut aliqua publica functione teneatur. II, 186. A peccato liber non est, qui hominem, ne ab ipso occidatur, occidit. I, 1228. De novo Testamento non potest ostendi, quod justus quisquam interfecerit aliquem. II, 179. Occisio innocentis injuste perpetratur ab homine, licet juste a Deo permittatur. IV, 745.

Occidere nocentem homo non debet, nedum se ipsum insontem. II, 666. A se ipso innocens nullus occiditur. IX, 712. Occidere se ipsum, non licet unum verum Deum colentibus. VII, 36. Occidere se ipsum non licet quacumque ex causa. VII, 34, 35, 38. Non licet, vel ad peccatum declinandum. VII, 40. Vel ne animus corpore presso libidini

consentiat. VII, 38. Aut etiam ob metum pœnæ vel dedecoris. VII, 30, 35, 39, 40. Christiani captivitatem et mala quælibet alia potius debent ferre, quam se occidere. VII, 38. Donatistæ homicidiorum amantes, se ipsos trucidabant, aut trucidandos offerebant. II, 797. Razii facto frustra se tuentur qui se ipsos occidunt. II, 940. Occidere se ipsum nulli fas esse ex Job exemplo ostenditur. IX, 727. Fortitudo non est se ipsum occidere. VII, 630. Præceptum non occidendi quidam ad bestias extendunt. VII, 34. Manichæi, etiam ad herbas. VII, 34, 35. Occidere pecora possumus, quare. VII, 35.

Occiduntur peccatores, dum obscurati intelligentia alienantur a vita Dei. IV, 1800. Deus vult occidere in homine quod homo fecit, et salvare quod ipse fecit. IV, 1692. Perimat aliena iniquitas carnem tuam, dum servet veritas animam tuam. IV, 1026. Nemo occidat animam suam pro corpore alterius. IV, 86. Aut occidis iniquitatem, aut occideris ab iniquitate. IV, 764. Parentes dicuntur spiritaliter homicidæ, quando parvulos baptizatos dæmoniorum sacrilegiis conantur obligare. II, 360. Occidere sanguinem, pro effundere occidendo. III, 514.

Occulta filii, quæ. IV, 117.

Occulta. De occultis judicia hominum temeraria. IV, 1455.

Occultat Deus, ut nesciatur, quod nobis prodi non prodest. IV, 556.

Occupatio. Nimis intentus humanis actionibus, Deo quodam modo vacuatur. III, 619.

Occurrere in aliquem vel alicui, pro occidere. III, 824.

Oceanus. II, 719. Librum Hieronymi, in quo de resurrectione carnis præclare disputat, ab eo petit August. II, 779. Tribus ipsius epistolis unam rescribit Augustinus. II, 777.

Oceani æstus lunaribus incrementis et decrementis augetur et minuitur. VII, 146.

Ochus VIII, 601.

Octavæ regeneratorum. III, 1235. Octavæ infantium. V, 1201, 1669. Octavarum dies sancti. VI, 581. Graviter puniri solere, qui per octavas suas terram nudo pede tetigerit. II, 221. Octo dies Neophytorum distincti. II, 220. Octavarum dies tertius vel etiam ipse octavus ad lotionem pedum a nonnullis electus. II, 220.

Octavianus episcopus. II, 759, 780.

Octavius episcopus. II, 759, 780.

Octavii Consulis caput positum in rostris. VII, 107.

Octavum. IX, 237.

Octo Martyrum basilica. V, 1578.

Oculus a velocitate appellatus. V, 382. An oculi videndo aliquid patiantur : fuse. I, 1059. Oculi non vident, sed quidam per oculos videt. V, 699, 1134. Oculi sunt fenestræ mentis. IV, 468. Oculorum nomine cæteri sensus significati. V, 646. Oculi sensuum principes. I, 802. Pupillæ oculi virtus. I, 1048. Per pupillam dirigitur acies luminis, quo lux et tenebræ dijudicantur. IV, 146. Apertio oculorum Adami et Evæ et discipulorum Emmaüs non figurate accipienda. III, 446. Oculorum apertio in primis parentibus quid. X, 173. Oculus impudicus, impudici cordis est nuntius. I, 1391; II, 961. Oculorum petulantia reprimenda. IV, 587. A viro non figatur in femina. I, 1391. Oculorum illecebræ. VII, 232, 813. Oculos illecebrare. V, 1413. Oculorum corporis quam animi major jactura æstimatur, sed a cæcis. IV, 860. Oculorum cibus lumen est. IV, 1114; V, 183.

Oculi dicti lumina. V, 33. Oculi alii nobis sunt ab oculis carnis. II, 700. Oculus duplex, interior et exterior. III, 1493. Oculi carnis et oculi cordis. V, 869, 1500. Oculi cordis. VI, 543. Oculi cordis præstantiores oculis corporis. II, 615. Oculorum corporeorum nullus radius ad lucem mentis accedere potest; in ea non locorum spatia vel intervalla videntur. II, 615. An corporis oculis videri Deus possit. V, 367, 1257. Oculis corporeis Deus non per se ipsum, sed per creaturam visibilem apparuit. V, 59. Oculo corporeo forte ad horam Deum vidit Job. VII, 799. Oculo corporeo forte ad horam Deum vidit Simeon. VII, 799. Deus oculis corporis non videtur, sed mentis. II, 617, 622, 623, 625, 626, 628. Oculis corporeis neque etiam a Christo Deus videri potest. II, 707. Oculus corporeus neque in futuro sæculo Deum videbit. II, 625, 626. Oculus corporeus nihil videre potest, nisi quod corporeum est, et in loci spatio intervalloque. II, 622, 625. Oculis corporis invisibilis est Deus. II, 617, 619, 620. Oculus corporis numquam poterit videre Deum. II, 319. Sunt qui eo procedunt, ut possibilitatem videndi Dei oculo corporeo, etiam impiis donent. II, 319. Ne Christo quidem potuisse præstari, ut oculis corporis videret Patrem. II, 320. Oculis corporalibus Deum in resurrectione videndum si qui putant, viderint qui hoc adstruant. II, 618. Oculi beatorum videbunt incorporalia. VII, 799. Oculi corporei oculis cordis non sunt comparandi. II, 615. Oculi corporales aliquid in cœlo videbunt. II, 622. Oculi cordis præferunt servum deformem sed fidelem, formoso sed infideli. V, 869. Oculi cordis nunc illuminantur fide, postea illuminabuntur specie. V, 366. Oculi carnis multum diliguntur, multum negliguntur oculi cordis. V, 542. Sicut oculis carnis pœnalis est lux visibilis, ita et oculis cordis lux justitiæ. V, 542. Oculos mentis quantum interturbet turba phantasmatum ex carnalis vitæ consuetudine. II, 615. Quid ei agendum, qui corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie mentis non potest abigere. II, 615. Oculus mentis quibus morbis turbatur. IV, 1252; V, 542. Oculus mentis ira turbatur, odio extinguitur. IV, 241. Interiorum oculorum cæcitas est non intelligere. IV, 1552. Oculus interioris hominis difficile sanatur. VIII, 174. Opera nostra nunc tota est sanare oculum cordis. V, 542. Oculus mentis collyrio mordacis præcepti sanandus est. IV, 447. Oculus cordis, quo Deus videatur, per fidem mundandus. V, 541, 670. Ut interiores oculi aperiantur et serenentur, fide corda mundantur. IV, 1552. Quis sit oculus cordis simplex et mundatus. III, 1304. Oculus cordis, fides. IV, 1169. Oculi fidei quam validi et potentes. IV, 1897. Oculos fidei non habent, qui invident felicitati impiorum. IV, 392. Oculos Dei vitare nemo potest. IV, 1200. In eos qui oculos hominis timent, Dei non timent. IV, 342, 343.

Oculi Dei in eo sunt, cujus oculi ad Deum. IV, 271. Oculi corporis mystici Christi, clariora et eminentiora membra ejus. IV, 1114.

Oculos mittere in aliquem, id est, amare. III, 496. Ante oculos habere, est diligere. IV, 1286. Oculos suos eruere, ad magnam indicandam dilectionem. III, 729. Oculus significat amicum. III, 1248. Et id quod vehementer diligitur. III, 1247. Oculus pro intentione ponitur. IV, 1532, 1533; X, 755.

Odium est ira inveterata. II, 153; IV, 189, 632; V, 324, 397. Quomodo odium ex ira fiat. V, 324. Odium subrepit, dum nulli irascenti ira sua videtur injusta. II, 153. Unde homines amamus, aut odio habemus. III, 1405, 1859. Vigilandum est ne cujusquam odium cordis intima teneat. II, 153. Odium extinguit oculum. IV, 241. Dilectio lumen est, odium tenebræ. IV, 633. In tenebris et in carcere est, qui odit. V, 1054. Vita nostra dilectio, mors odium est. IV, 633. In caritate latitudo est, in odio angustia. IV, 1737. Odium caritatis fontem de corde manantem obturat. V, 1557. Odium in proximum, cor gravius vastat. I, 674. Odium ei qui odit, gravius nocet, quam alteri. V, 507. Homicida est qui fratrem odit. IV, 189; V, 324, 397. Qui oderunt fratres, viri sanguinum sunt. IV, 1801. Plus possidetur a diabolo, qui non solum alienatus est a Deo, verum etiam gratis odit servientes Deo. VII, 668. Odit gratis, qui nullum ex odio commodum quærit, aut incommodum fugit. III, 1862. Odisse inique quodnam vitium sit. IV, 410. Odia nolite concipere, aut cito finite. V, 137. Odium cito deponendum, ne corrumpat cor. V, 1274. Ira festuca, odium trabes est. IV, 632; V, 324, 506, 1054. Odio habentis, et irascentis peccatum multum distat. V, 506. Odium licitum, quod. VII, 409. Odium perfectum est, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. IV, 1801, 1802. Mali non sunt odio habendi, quare. IV, 650. Odium concipiendum, non hominis, sed ejus quod male fecit homo. V, 163, 324, 780. Securi odimus in malis malitiam, et diligimus creaturam. IV, 1569, 1804. Odium crimen maximum est persequentis, quamvis sit voluntaria pœna patientis. IV, 1454. Odium non in persecutorem, sed in diabolum qui per eum operatur, ferri debet. IV, 1766, 1841. Odium in parentes quale præcipitur. I, 616.

Odium Dei quid sit. IV, 83. Si odisti quod odit Deus, eris Dei amicus. IV, 504. Ipsum odium peccatorum similes nos incipit facere Deo. IV, 1080. Christiani exemplo Christi discere debent odio haberi gratis. IV, 847, 848. Odium animæ, amor nequitiæ, ac vice versa. V, 1472.

Odollamites interpretatur testimonium in aqua. VIII, 437.

Odorandi libido. X, 771.

Odor bonus Christi, omnes fideles. IV, 171. Odor bonus, sancti. V, 1250. Bono Christi odore alii sanantur, alii pereunt. IV, 507, 508. Quomodo. V, 1250.

Œdipi fabula. VII, 571.

Oea mons. IX, 239.

Oenophorum. VII, 198.

Oeta. VII, 569.

Offensæ donandæ exemplo Christi. V, 1057. Offensum paulo asperioribus litteris episcopum quanta cura Augustinus placare conetur. II, 623, 629. *Vide* Ignoscere, Inimici.

Officialis Comitis. II, 450. Officialibus forensibus quid liceat accipere, quid illi restituere teneantur. II, 664.

Officii nomen in ecclesiasticis libris minus usitatum, Ambrosius non timuit. II, 285. Officium nostrum, non officio, sed fine pensandum est. IV, 1532. Officia omnia ad bonum

adipiscendum referenda sunt. VII, 297. Officium impertiendi, sæpe meritum est accipiendi. II, 1083.

Officium publicum. IX, 432, 513, 616, 621, 643, 649. Officium Consularis. II, 430. Officium totum ante judicem ambulat. V, 431.

Og interpretatur coacervans. IV, 1760. Conclusio. IV, 1751.

Ogyx sive Ogygus, aut Ogygius rex. VII, 720. Quando fuerit, non convenit inter scriptores historiæ. VII, 566. Ogygii diluvium. VII, 566.

Oleæ ramusculus signum pacis. III, 47.

Oleaster tametsi bonus, mali tamen in Scripturis significationem habet. X, 834. Oleaster et oliva. V, 563, 1032, 1036, 1086, 1503. Oleaster nascitur etiam ex oleæ semine. II, 890. Rami naturales præciduntur, inseritur oleaster, quare. V, 489.

Olera magis immunda, quam carnes, censeri deberent a Manichæis. VIII, 235.

Olei inventrix Minerva. VII, 569. Oleum ad sacramenti administrationem benedictum. IX, 190. Oleum visibile in signo est, oleum invisibile in sacramento est, oleum spiritale intus est. IV, 505. Oleum Christi, et si per peccatorem ministretur, non est oleum peccatoris. V, 1225, 1229. Oleum portare secum. V, 577. Oleum qui secum habet, oleum peccatoris non quærit. IV, 1824. Oleum alienum. V, 577. Oleum ementes et vendentes. V, 578. Oleum vendunt adulatores. IV, 1921. Oleum peccatoris, est falsa laus adulatoris. IV, 1824; V, 578. Oleum gloria est. IV, 1824. Gloriatio ipsa est. IV, 1921. Oleum interius. IV, 1921. Oleum significat testimonium bonæ conscientiæ. IV, 1824. Gratiam ac Spiritum sanctum. IV, 1443; V, 1000. Lætitiam spiritalem. IV, 182. Oleum et amurca. V, 120, 157. Oleum et oliva. V, 500.

Olivæ fructus caritatem significat. III, 1435. Olivæ et oleastri exemplum, utcumque explicat quomodo peccatum originale de parentibus etiam renatis trahi possit. X, 471.

Olla tribulationem significat. IV, 720. Olla spei in tribulationibus. IV, 721. Ardet olla iniquitatis, sed major est flamma caritatis. IV, 721.

Olibrius. VI, 446, 447.

Olympias mater Alexandri. VII, 256.

Olympius episcopus Hispanus. X, 644. Ejus sermo ecclesiasticus. X, 644.

Olympus Macedoniæ mons altissimus. III, 184, 1988. Olympi montis altitudo. VII, 474. In vertice montis olympi nec nubes videri, nec ventos sentiri dicitur. III, 280, 550. Nec alites volare, nec homines ibi diu vivere possunt. III, 280. An montem Olympi transcenderit aqua diluvii. III, 550. Olympus deorum habitaculum. II, 83. In hoc monte castra posuit Jupiter adversus patrem bella gerens. II, 83.

Omen, vox in sacris litteris olim inusitata. I, 586.

Omnes, quomodo accipiendum. X, 270. Omnes in Scripturis pro omnibus generibus. X, 1421. Hoc sensu omnis caro ad Christum veniet. IV, 776. Omnes pro multis. X, 1217. Omnes quomodo de omnibus non dicatur. II, 872. Non est contrarium ut iidem sint multi, qui sunt omnes. X, 1203, 1204. Omnes et multi quomodo ab Apostolo intelligantur, etc. X, 1234. Omnes quomodo Apostolus intelligat. X, 1201, 1203. Quomodo dicuntur omnes ex uno in condemnationem. X, 1129. Quomodo et omnes per Adam peccatores, et omnes per Christum justi. II, 845; X, 119, 465. Et omnes per Adam ad condemnationem, et omnes per Christum ad justificationem. X, 141, 1198. Et omnes per Adam ad mortem, et omnes per Christum ad vitam. X, 871. Omnes quomodo vivificantur in Christo. X, 1226, 1231. Quomodo velit Deus omnes salvos fieri. X, 739, 945. Omnes non renascuntur in justificationem, sed omnes qui renascuntur, nonnisi per Christum renascuntur. II, 680, 729. Omnes doceri ut veniant, quo sensu recte dicatur. X, 971. Omnem hominem a Deo illuminari, quo sensu dicitur. X, 130.

Omnipotentiæ Dei nihil adimit, quod nec peccare, nec mori, nec se ipsum occidere potest. X, 274. Omnipotens non ob aliud veraciter dicitur Deus, nisi quoniam quidquid vult potest; nec ejus voluntatis effectus impeditur alicujus creaturæ voluntate. VI, 276. Omnipotens Deus faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. VII, 152. *Vide* Deus.

Ομοούσιον. VIII, 707.

Onagri nomine intelliguntur ii, qui pauci ab omni negotio liberi Deo serviunt. III, 881. Onagri gentes significant. IV, 1360.

Oneus vigesimus nonus rex Assyriorum. VII, 577.

Onus Christi leve per caritatem. IV, 823. Onera nostra invicem portanda. VI, 80. Qui habent caritatem, portant invicem onera sua. IV, 1698. Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. VI, 81. Ad portanda aliorum onera Christi exemplo incitamur. VI, 81, 82. Christum diligendo, facile sustinemus infirmitatem alterius. VI, 83. Amicorum mala firmius sustinemus. VI, 82. Onera portanda quomodo. VI, 81, 82.

Onerum duo genera. V, 896. Onera alia sunt participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis Deo de actibus nostris. III, 1113. Onus paupertatis et divitiarum. V, 899. Onus pigritiæ. V, 897. Sua cuique onera peccata. V, 896.

Opera. Si quam operam monachi Ecclesia desideraverit, nec ille elatione avida suscipiat, nec blandiente desidia respuat. II, 188.

Opera omnia sua cum quiete operatur Deus. IV, 1181. Operari Deus dicitur, quando justi ex dono ejus bene operantur; dicitur et requiescere, quando in illo requiescunt VI, 331. Opera Dei in Verbo erant antequam fierent. IV, 497. Eadem sunt opera Patris et Filii. IV, 1442. In rebus supra naturam mirabilibus, tota ratio facti est potentia facientis. II, 519. Opera sua cur Deus ante oculos nostros ponat. IV, 1336. Opera Dei compendio narrantur. I, 863. Omnia opera Dei laudant Deum. IV, 1691. In omnibus Dei operibus gratia insinuatur. IV, 1851. Deus in homine et velle et operari operatur. X, 918. Contra eos qui dicunt, Si agimur, non agimus, responsio est: Si non esses operator, Spiritus Dei non esset cooperator. V, 856. Spiritu Dei exhortante, illuminante, adjuvante agimur. V, 856 sic vos scitote agere bona, ut sit rector Spiritus adjutor. V, 856. Agis quidem, illo non adjuvante, libera voluntate, sed male. V, 856.

Operatio hominis in paradiso, qualis. III, 204. Operari carne et non spiritu, utile non est: operari spiritu et non carne, pigrorum est. V, 224. Debemus et tenere spiritalia, et non carnaliter operari carnalia. V, 224. Opus corporale operari jubentur servi Dei, ut in manibus suis se transigant. VI, 551. Opere manuum viventes monachi. I, 638, 1339. In monachos desidiosos nolentes operari. VI, 566, 569. Frustra obtendunt se vacare orationi, psalmis, lectioni et verbo Dei. VI, 564, 565. Tamquam conservatricem evangelii prædicant pigritiam suam. VI, 569. Quam inepte. VI, 569. Insultant melioribus ac laborantibus monachis. VI, 569, 577. Sanctitatis nomen sibi arrogant. VI, 578. Si manibus operentur, misericordius agunt, quam cum omnia sua erogarunt. VI, 575 Aliis deest excusatio. VI, 568, 573. Nullo modo decet, ut in ea vita ubi fiunt senatores laboriosi, ibi fiant opifices otiosi. VI, 575. Qui in sæculo fuerunt opulenti, si infirmitatem obtendant, credendi et ferendi. VI, 567, 572, 573. Quæ monachis injungenda opera. VI, 575. Operandi corporaliter præceptum relaxatum est Apostolis. VI, 554. Et Evangelii ministris. VI, 453, 567. Hac licentia non usus est Paulus, quare. VI, 558, 559. Opera honesta ad victum comparandum quænam. VI, 560. Liber de Opere Monachorum. I, 658; VI, 547.

Opera servilia quæ. III, 1655. Operari te aliquid non putes, nisi in quantum malus es. IV, 1851.

Operarii ad vineæ culturam conducti. V, 531.

Opera, alia ex fine vel bona vel mala redduntur, alia sunt per se peccata: hæc nullo quasi bono fine facienda. VI, 528. Opera vere bona quæ sint. X, 765. Opera bona ex quo fonte manant. X, 206. Opus bonum intentio facit, intentionem fides dirigit IV, 259. Discamus in similitudine operum discernere animos operantium. II, 457. Operum bonorum finis. V, 85. Quidquid homo veluti recte fecerit nisi ad pietatem quæ ad Deum est referatur, rectum dici non oportet. VI, 204, 288. Opera recta esse non possunt, cum cor directum non est. IV, 991. Opera tunc recta et munda sunt, cum ad caritatem diriguntur. III, 1289; IV, 1148. Tunc recte, tunc juste, tunc pie fit, cum opus bonum in ejus laudem fit, cujus gratia donatur ut fiat. II, 568. Tunc est vere opus bonum, cum a caritate jaculatur agentis intentio, et tamquam ad locum suum redieus, ibi quiescit. VI, 323. Opus illud est bonum quod fit propter vitam æternam, si tamen ipsa speretur a Domino per Christum: alias impium est. IV, 262. Opera bona nulla ante fidem, aut sine fide. II, 855. Fides non ex bonis operibus, sed bona opera ex fide. V, 32. Ubi fides non erat, bonum opus non erat. IV, 259, 858. Opera bona fiunt ab homine; fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. II, 877. Opera sine fide Christi quæ videntur bona, an bona et utilia. III, 1602, 1720. Opera ante fidem inania. IV, 259, 261, 262. Nulla operum laudabilium copia sine recta fide prodest. X, 598. Nemo jactet opera sua ante fidem, nemo sit piger in bonis operibus accepta fide. IV, 263.

Opera bona ex gratia. X, 259. Opera gratiam non præcedunt, sed consequuntur. VI, 111, 112; X, 1142. Opera ex gratia, non ex operibus gratia. II, 817. Operibus bonis debetur merces si fiant, sed gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant. X, 1135. Ea sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. IV, 838, 1540, 1569. Opus unum est in quo sunt omnia, fides quæ per dilectionem

operatur. IV, 1149. Fiunt cum requie opera bona, cum fides per dilectionem operatur. III, 655. Omnia opera nostra bona, unum opus est caritatis. IV, 1148. Nullus ante gratiam fidei de bonis operibus glorietur. III, 2137. Opera quæ non fiunt ex gratia, aut sunt humana, aut peccata aut servilia. III, 655. Opera bona habere malus non potest. V, 467. Radix nostra, caritas nostra; fructus nostri, opera nostra. IV, 607. Non fructus est bonus, qui de radice caritatis non surgit. X, 217. Opus bonum fieri debet ex corde, adeoque dilectione justitiæ, non formidine pœnæ. IV, 990. Opus bonum, non quod timore fit, sed quod amore. V, 33. Quando quis ex timore, quando ex caritate operetur. V, 792. Opera quæ cum tristitia facis, de te fiunt, non facis. IV, 1174.

Opera bona Dei dona. IV, 1784; V, 1466; VI, 247. Opera bona non ex nobis, sed ex Deo. III, 1843. Ad salutem pertinet ut opera bona et justitia nobis ex Deo sint, et non ex nobis. X, 1141.

Opera et fides a Deo sunt. III, 83. Opera nostra ideo bona sunt, quia Deus ea nobis donat. I, 868. Opus bonum et ipsius Dei est, et nostrum est. I, 622. Opera bona ex Deo et homine. III, 654. Opera bona et a libero arbitrio, et ab adjutorio Dei simul. III, 1778. Velle et operari, hoc est quod Deus donat homini, cum justificat impium. II, 560. Sic Deus in nobis operatur, ut et nos operemur. V, 108, 856. Operari nihil boni potes, nisi illuminatus a lumine Dei, et fervefactus ab spiritu ejus. IV, 1175. Opera nostra bona, potius Dei quam nostra. IV, 1783, 1784; VII, 804. Opus abs nobis est, sed non solis; operis merces a solo Deo. V, 1464. Nisi Deus adjuvet bona opera nostra, impleri a nobis non possunt. IV, 232, 757. Opera bona quomodo ipsi faciamus, cum Deus in nobis operetur. IV, 1876. Opus tuum in me vide, non meum; nam meum si videris, damnas; tuum si videris, coronas. IV, 1783, 1784.

Opera nostra bona Deo tribuenda sunt. I, 1078; III, 190. Non nobis assignanda. X, 879. Gratiæ Dei, non propriis viribus tribuenda. II, 688. Opera bona qui sibi assignat, declinat in dexteram. II, 973, 974. De bonis operibus non in se gloriandum. III, 1849. De suis operibus gloriantes significantur in posterioribus tabulis Moysi datis. III, 655. Gaudere in operibus Dei, quid sit. IV, 978. Servi Dei, dupliciter opera Dei. IV, 1148. Eadem sunt opera Patris et Filii. IV, 1142.

Operum bonorum necessitas. IV, 482, 1315. Opera cum fide necessaria. IV, 259. Operum bonorum initium, est confessio operum malorum. III, 1491. Opus summum hominis est laudare Deum. IV, 500. Opera bona exercentur in abstinentia ab illicitis cupiditatibus. III, 1550. Opera misericordiæ nunc temporis exercenda. V, 97, 515, 612, 1053, 1198, 1205. Opera misericordiæ in hac tantum vita, non in futura erunt. V, 91, 97, 233, 617, 1631. Opera misericordiæ superare debent offensiones nostras. V, 1199. Quanto magis urgent tribulationes hujus mundi, tanto amplius opera misericordiæ exerceri debent. II, 471. Quod alter minus potest, in eo qui potest facit, si in altero diligit, quod ideo quia non potest ipse non facit. II, 507. Opera misericordiæ sola commemoranda sunt in judicio. V, 406. Opera misericordiæ, opera justitiæ sunt. IV, 574. Sacrificia sunt. IV, 574. Semina nostra sunt. IV, 1664; V, 193. Opera bona valent ad obtinendam beatitudinem. VII, 804. Opus te terret, mercedem vide. V, 422. Operum bonorum merces non isto tempore speranda. V, 99. In eos qui put nt perire opera sua, quia non eis redditur merces peritura. IV, 1468. Non ex operibus, quo sensu nos salvari neget Apostolus. X, 893. Non ex operibus, sed misericordia Dei, et vocamur, ut credamus; et credentibus præstatur ut bene operemur. III, 2061; *Retr.* Opera legis non justificant hominem, nisi per fidem Jesu Christi et gratiam Dei. II, 892. Justificatio ex fide sine operibus. V, 31. Opera Legis quædam post fidem superflua, quædam ante fidem nulla sunt. III, 2137. Opera Legis bipertita. III, 2117. Opera bona omnia amant in luce constitui. II, 510. Opera bona in manifesto facta duplicem habent utilitatem. V, 804, 1478. Opera bona quomodo coram hominibus, et non coram hominibus facienda. V, 303, 372, 803, 804, 1479. Opera bona quo fine fieri debent coram hominibus. IV, 787, 788. In bono opere laudem nostram quærere prohibemur. V, 1479. In operibus bonis viventis quis animus sit de futuro opere, quis de præterito. V, 227. Opera bona non semper intermittenda, quod aliqui inde scandalizentur. II, 1080. Interdum tamen personarum habita ratione ab iis absistendum. II, 1080. Opera Ecclesiarum quibus honoratur Deus, sunt textura quædam. III, 879. Opera hominum dicuntur filii eorum. II, 632. Opera bona tamquam filii vitæ nostræ. VIII, 1004. Opera bona nihil prosunt iis qui sunt extra Ecclesiam. III, 1500. Omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, non secundum ea, quæ si diu viveret, gesturus fuisset. II, 985, 986. Deus reddet unicuique secundum opera ejus. X, 911, 912.

Opera mala quænam sint. VII, 418. Opera mala laudantes, canes lingentes ulcera Lazari. III, 1350. Opera mortua quæ oportet mortificari ut vivamus. VI, 208. Opera carnis. *Vide* Caro. Opus bonum non multum laborat, malum opus habet laborem. IV, 1181. In malis operibus nostris, Dei opera bona sunt. I, 1180. Occupatio qua infidelium opera tamquam bona deenduntur. X, 754. Opera aliqua bona, sine quibus difficillime vita cujusque pessimi hominis invenitur, non prosunt impio ad salutem æternam. X, 230. Opera bona quæ faciunt infideles, Dei sunt dona. X, 754. Operi divino, non humano tribuendum, quod Polemo Xenocratis disputatione ab ebriositate sit liberatus. II, 591. Quanto magis quod alii convertantur ad Deum. II, 592.

Opes magnæ Christianorum sunt necessitates egentium. V, 1389.

Ophytæ hæretici seu serpentini. III, 217; IX, 589. Unde exorti et sic appellati. VIII, 28.

Opinio et sensus qui differant. I. 1282. Quod neque intelligi neque sentiri potest, temerariam nimis atque nugatoriam gignit opinionem. II, 78. In falsas opiniones ruere turba pronior est. I, 955, 1042. Opinionis incertæ dubiæque asserendæ temeritas, difficile sacrilegii nomen evitat. III, 221. Opinionis errorem convincendi difficultas. VII, 47. Non parvum malum est perversis opinionibus, non solum ad committendum blandimento voluptatis adduci; sed etiam ad defendendum peccatum, a medicamento confessionis averti. II, 1061. Si falsis opinionibus tanto quisque inseritur magis, quanto magis in eis familiariusque volutatur, multo id facilius in rebus veris animo accidit. II, 66. Opinioni et exemplo multorum contra legem Dei non adhærendum. VI, 344. Cum contradicitur opinioni aliorum, id fiat absque præjudicio caritatis et veritatis. II, 289.

Opinari numquam sine vitio est. VIII, 83.

Opis Deus qui nascentibus fert opem. VII, 122, 128.

Optat nemo quod habet in arbitrii potestate. IV, 1509. Optantis figura in Prophetis intelligitur præscientia nuntiantis. V, 148. Ac divini decreti approbatio. V, 149.

Optatus Milevitanus episcopus catholicæ communionis. IX, 37, 450. Optati codex a Donatistis prolatus. II, 581. Quem legi petunt in collatione Carthaginensi. IX, 647. Optatus Cæciliani purgationem potius quam damnationem complectitur. IX, 685.

Optatus Episcopus. II, 577, 795.

Optati quæstioni de origine animæ, responsio Augustini. II, 857.

Optatus Thamugadensis episcopus Donatista. II, 171; IX, 55, 58, 337, 528, 555, 738, 740. Gildonianus dictus. II, 198. *Not.* (*a*); IX, 50, 82, 563. Quare sic appellatus. IX, 51. *Not.* (*a*). 55. Optatus Gildonis satelles. IX, 76, 338, 340, 504. Optato Comes Deus est. IX, 277, 281, 286, 340. Et fides. IX, 250. Optati dictum de suis ordinatoribus. IX, 641. Optati facta crudelia. IX, 276. Optatus raptor undique conclamabatur. IX, 62. Fur, raptor, proditor, oppressor, separator. IX, 288, 340. Optatus basiliseus. IX, 54. Optatus Ecclesiam catholicam terra marique armatis turbis atrociter et hostiliter oppugnavit. IX, 316. Sub ejus iniquitatibus tota Africa gemuit. II, 193, 297; IX, 301. Decem annos. IX, 257. Optatum Donatistæ improbabant. IX, 50, 51. Et tamen in communione tenebant. IX, 51. Optatum sceleratum longo tempore sibi notum damnare timuerunt Donatistæ. IX, 250. Tamdiu eum pertulerunt, quamdiu timuerunt. IX, 88. Optati Gildoniani potentiam adulationis oleo unxerunt Donatistæ. IX, 86. Adulationes, obsequia, etc. Donatistarum erga Optatum. IX, 277. Quod fecit Optatus, ad suos non pertinere dicebant Donatistæ. IX, 531. Optati metu, Mustitani et Assuritani episcopos suos coegerunt ut ad Primiani communionem reverterentur. II, 193, 198, 265, 309; IX, 552, 563. Quicumque ab illo baptizati sunt, ablui non potuerunt, etiam in sententia Donatistarum. IX, 503. Optatus Gildonianus in carcere extinctus. IX, 329. Optatum martyrem dicebant Donatistæ. II, 265. Ejus natalitia magna celebratione frequentabant Donatistæ. II, 407; IX, 277.

Optatus presbyter. II, 223.

Opulentia mentium, Deus. VII, 162, 164.

Opprobrium, quid. IV, 856. In opprobriis, cum corrigi non potest a quo jactantur, nihil restat nisi orare. IV, 852. Opprobrium pro Christi nomine sustinendum. IV, 252, 850, 851, 1537.

Orata vir fortunatissimus. I, 972, 973. Unde miser in divitiis. I, 973.

Orator Christianus semper in grandi materia versatur. III, 103, 106. Præmittat orationem ac Deum. III, 103, 104, 105, 120. Veritati potius quam verbis studeat. III, 119, Refutare debet quidquid contradici potest, si occurrat. III. 107. Agat ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter au-

diatur. III, 103, 104, 105. Perspicuitati studeat et quomodo. III, 99, 100. In perspicuitate quædam est diligens negligentia. III, 99. Oratoris est docere, delectare, et flectere. III, 101. Quomodo hæc tria præstari possunt. III, 101. Frustra docetur et delectatur, nisi et flectatur animus. III, 102. Interest magis ut sapienter dicat orator Christianus, quam ut eloquenter. III, 91. Undenam quis consequi potest, ut sapienter dicat. III, 92. Qui eloquenter dicunt, suaviter; qui sapienter, salubriter audiuntur. III, 92. Audiuntur utiliter, qui etiam utiliter non agunt, quare. III, 118. Orator ecclesiasticus bonam vitam eligit, sed non negligit bonam famam. III, 119. Obedientius auditur orator Christianus, cujus vita dictioni respondet. III, 118. Oratorem Christus lucratus est de piscatore, non piscatorem de oratore. IV, 372. Non culpandus qui a peritiore conscriptum sumit eloquium, quod ad populum proferat. III, 120. *Vide* Concionator, Eloquentia, Prædicator.

Oratio locutio est hominis ad Deum. IV, 1086. Oratio sacrificium est IV, 475. Orationis nomine omnes regulæ sancti desiderii intelliguntur. X, 300. Oratione quid opus sit ad Deum. III, 1275. Si Deus novit quid necessarium sit. V, 379, 494. Etsi sciat Deus quid nobis sit necessarium, non propterea, non orandum. X, 1017. Quia vult in orationibus desiderium nostrum exerceri, quo possimus capere quod præparat dare. II, 500. Deus dare vult, sed non dat nisi petenti, non det, non capienti. IV, 1324. Orandi quæ nobis sit causa, et cur preces nostras Angeli Deo annuntient, cum ipsum nil lateat. II, 568. Preces nostræ Deo annuntiantur, non ut Deus instruatur, sed ut ipsi construamur. II, 568. Peti a se cur Deus voluerit, quæ possit etiam non orantibus dare. X, 1001, 1002. Deus rogari vult, ut subveniens ametur. IV, 1423. Ad hoc quod nondum habemus jubet Deus ut habeamus, ut admoneat quid petamus. VI, 443.

Oratio argumentum necessitatis gratiæ. X, 314. Clarissima gratiæ testificatio. II, 766. A Deo petitur hoc ipsum quod ab homine exigitur. V, 903. Ut det ipse quod præcepit, rogandus est Deus. IV, 1510, 1581. Cum oramus, nihil aliud dicimus quam, *Da quod jubes*. X, 154. Orandi præceptum quatenus observent Massaliani. VIII, 40.

Orationes ad quid necessarias putarint Pelagiani. X, 376, 380, 381. Orationis necessitas. X, 151, 317, 318. Asseritur contra Pelagianos. VI, 443. Oratio necessaria his qui gratia non aguntur. X, 918. His qui accingunt se ad bonum faciendum. X, 918, 919. Oratio homini necessaria, non tantum ut ipsi ignoscatur, sed etiam ne peccet. X, 256. Ut non intremus in tentationem, si voluntas sufficeret, non oraremus; quæ tamen si deesset, nec orare possemus. II, 990. In oratione cognoscit homo, unde accipiat quod vult habere. X, 317. Oratio admonet quod indigeamus adjutorio Domini, ne spem bene vivendi in nobis ponamus. II, 990. Ex sententia eorum qui legem per vires proprias impleri posse dicunt, sequitur nos non orare debere. II, 595, 761, 763, 775. Stultum est orare ut facias quod in potestate habeas. X, 256. Invocandum Dei adjutorium. V, 895. Oratio non propter quod fuimus, sed propter quod erimus necessaria. X, 531. Oratio et gratiarum actio necessaria. II, 831, 856. Oratio a gratulatione quid differat. IV, 80, 1357.

Orare. Quid orandum. IV, 1087. Orandum ut Deus det, quod ut habeamus jubet. VI, 443, 444. Ut datum conservet, ac nondum datum suppleat. VI, 444. Orandum ut Dei dona in nobis augeantur. IV, 1048. Quod nondum accepimus, nos accepturos esse fidamus: eo quod de acceptis ingratis non sumus VI, 444. Oratio quomodo petamus quæ accepimus. X, 997. Nolite aliquid a Deo quærere, nisi Deum. V, 1461. Quid erit mihi, quidquid mihi dederis præter te? V, 1469. Orationis remedium contra peccata accepimus post integritatem remissionis. V, 752. Orandum est a Domino ne peccemus. II, 775. Oranda beata vita, cætera propter ipsam. II, 497, 499, 503, 505. Beneficia temporalia et æterna quomodo petenda. V, 497. Temporalia a Deo petentes, nihil petunt. V, 794. Discite hoc petere a Deo, ubi non timeatis exaudiri. V, 1445. Multi clamant ad Dominum pro temporalibus rebus, vix quisquam propter ipsum Dominum. IV, 971. Necessaria corporis a Deo solo petenda, non a dæmoniis. IV, 752, 755. Orandum est ut incolumitas, amicitia, sufficientia habeantur, aut si jam adsint, teneantur. II, 499. Oremus ut valeamus quod voluerimus, cum Deo donante recte sapuerimus. II, 990. Sciens unde acceperis, ab illo pete ut perficiatur, a quo datum est ut inciperetur. II, 990. Falli eos qui in adversis tantum, et non in prosperis putant invocandum Deum. V, 482. Quæ mala sunt, non sunt postulanda a Deo. III, 1824. Non parva est tentatio, si contra tuam sit causam tua postulatio. III, 1826.

Orandum pro persecutoribus Ecclesiæ. II, 657. Orandum pro inimicis et persequentibus. V, 120, 806. Orare pro inimico tuo si didiceris, ambulas in viam Domini. III, 1985. Injuriam Deo facit qui eum orat, ut inimicum suum premat. IV, 456. Oratio nostra facit eleemosynas, cum pro inimicis ut pro amicis profunditur. V, 1044. Quare nunc Ecclesia orat pro inimicis, et in novissimo judicio non orabit. VII, 757. Gratior est Deo pro fratre deprecatio, ubi sacrificium caritatis offertur. II, 87. Orent pro se invicem omnia membra; caput pro omnibus interpellet. III, 1985. Orare pro quibusdam fratribus non nobis præcipitur. III, 1266, 1267. Oratur pro infidelibus ut credant. V, 914, 915. Qui sacerdos stans ad altare exhortetur populum orare pro infidelibus, pro Catechumenis, pro fidelibus. II, 978, 988. Orat Deum sacerdos clara voce ad altare, ut incredulas gentes ad fidem suam venire compellat. II, 988. Ideo Deus per orationes credentium nondum credentes credere facit, ut ostendat quia ipse facit. II, 988. Orationes quas facit Ecclesia sive pro infidelibus ut convertantur, sive pro fidelibus ut augeatur in eis fides et perseverent, destruunt Pelagiani. VIII, 48. Oratio pro quibus et contra quos impendenda. IV, 248, 438. Orare contra quemquam non licet. III, 1267. Non oraret Ecclesia pro reprobis, si essent cogniti. VII, 757.

Orationum auxilia quam utilia. IX, 478, 509. Orationes sanctorum quantum pro aliis valeant apud Deum. IV, 1412. Orationibus aliorum magnos etiam viros debere se commendare. II, 1025. Oratio Dominica pro eis tantum est efficax, quorum fides per dilectionem operatur. VII, 657. Gaudeant de nobis Martyres, qui orant pro nobis. IV, 1141. Orans pro Ecclesia catholica, neminem singulorum præterit. V, 1249. Orat Ecclesia pro omnibus hominibus, non tamen exauditur pro omnibus. VII, 757. Orans Ecclesia pro quibusnam exauditur. VII, 508.

Orando quid observandum. IV, 1351, 1352. Quomodo orandum. III, 1274, 1467. Quid oremus sicut oportet nescimus. X, 531. Oranti duo cavenda, ne aut quod non debet, aut a quo non debet petat. V, 578. Sic orandum est quomodo docuit Christus. IV, 1352. Oratio incipere debet a laude Dei. IV, 1882.

Oratio duplex, interior et exterior. IV, 404. De interiore oratione intelligendum illud, *sine intermissione orate*. IV, 404. Oratio sine intermissione certius exauditur. II, 500. Orare sine intermissione, est vitam beatam a Deo solo sine intermissione desiderare. II, 501. Orationes crebræ, sed brevissimæ et raptim jaculatæ Fratrum qui sunt Ægypto. II, 501. Orare diu cum vacat, id est, cum alia bonarum et necessariarum actionum non impediuntur officia, non est improbum nec inutile. II, 501. Orare frequenter, non est orare, in multiloquio. II, 501, 502. Quid sit multum loqui, quid multum precari. II, 501. Multiloquium in oratione vitandum. V, 578. Orationum diligentior cura in Scripturis, specialiter viduis invenitur injuncta. II, 506. Oramus verbis per certa temporum intervalla, ut quantum in desiderio vitæ æternæ profecerimus nobis innotescamus, et ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus. II, 501. Orare nonnisi spiritaliter spiritu renatos decet. II, 502.

Orandum in templo mentis. I, 1195. Orare in clausis cubiculis, quid. I, 1195. Non recte oratur, nisi in intimis cordis. VI, 144. Quando oras, claude ostium, ne tentator ingrediatur. IV, 1834. Oratio vocalis sine intentione in Deum, inanis est. IV, 1585. Orationis vox, quæ. IV, 1809. Multorum oratio habet sonum, vocem non habet. IV, 1809. Oratio clamor ad Deum, non corporis voce; sed cordis. IV, 74, 85, 254, 1834. Oratio nostra vix sine mentis evagatione. IV, 1086, 1585. Mira Dei benignitas tolerantis orationes, quæ cum mentis evagatione fiunt. IV, 1086. Orans in toto corde, clamat quando aliunde non cogitat. IV, 1585. Magna in oratione intentio, magnum exprimit orantis affectum. IV, 1585. Qui orationem suam tepidam, frigidam et pene nullam dolet, jam orat. VI, 127.

Orandi tempus, tempus gratiæ Dei. VI, 234. Orandi tempus post Galli cantum. IV, 1587. De loco et modo orationis. III, 1519. Magis valet petentis affectus, quam petitionis locus. IX, 429. Si aliquis in Memoriis hæreticorum orans exauditur, non pro merito loci, sed pro merito desiderii recipit sive bonum, sive malum. IX, 428. Situs corporis ad orandum nullus est præscriptus. VI, 144. Supplicantibus congruens situs, genua figere, extendere manus, solo prosterni. VI, 597. Fronte terram percutere. V, 1419. Per hæc cordis affectus, qui ut fierent ista præcessit, quia facta sunt crescit. VI, 597. Hæc cum quis præstare nequit, in secretissimo cubili, ubi compungitur, sternitur. VI, 597. Oramus stantes quinquaginta diebus post Pascha et omnibus Dominicis. II, 218, 220. Ad orationem stantes cur convertuntur ad Orientem. III, 1277. An ubique Christiani diebus Paschalibus et Dominicis stantes orent, ignorat August. II, 220.

Orandum est perseveranter. IV, 801. Orationis instantia commendatur. IV, 801, 1539. Fidelici Dei esse debemus, ante januam conspectus illius mendicemus in orationibus.

IV, 1895, 1896. Orationes justorum cum lacrymis et gemitu. V, 195. Orantis gemitus. IV, 224. Dulces orantium lacrymæ. IV, 1685. Oratio munda quæ nam. X, 302, 304. Orationis alæ duæ, jejunium et eleemosyna. IV, 482. Geminæ eleemosynæ. V, 398, 1040, 1041, 1042. Unde oratio multum adjuvetur. II, 504. 507. Oratio jejuniis et eleemosynis adjuvanda. V, 1046, 1585. Hæc est justitia hominis in hac vita, jejunium, eleemosyna, oratio. IV, 482. Oratione sua humiles contingunt Deum. V, 267. Oratio sit casta, ut non quod cupiditas, sed quod caritas quærit optemus. V, 1044. Oratio tanto acceptior est, quanto magis naturæ suæ spiritalis implet effectum. V, 1052. Hunc effectum tanto magis implet, quanto magis animus a carnali voluptate suspenditur. V, 1052. Qui didicerunt a Domino Jesu Christo mites esse et humiles corde, plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. II, 597. Cor quod recte petit, recte pulsat et quærit, pium esse debet. V, 568. Vita pulsat, vitæ aperitur. V, 568.

Oratio optima, vita justa. VII, 653. Quam celeriter accipiuntur orationes bene operantium. IV, 482. Orationem fides præcedit. II, 878. Orationis fons fides. V, 655. Orationis meritum debetur fidei quæ data est non oranti. II, 878, 880. Non orat nisi fides. V, 913. Si fides deficit, oratio perit. V, 655. Fides, spes et caritas ad Deum perducunt orantem. II, 504. In fide, spe et caritate, continuato desiderio semper oramus. II, 502. Orant spes et caritas, ac per hoc et fides. VI, 234. Oratio semper jejunet ab odio, semper dilectione pascatur. V, 1044. Fides in Christum, ratio impetrandi. III, 1328. In nomine Christi nihil petit, qui de Christo sentit, quod non est sentiendum; vel qui petit aliquid ad salutem non pertinens. III, 1896, 1897. Petitur in nomine Salvatoris, quod pertinet ad rationem salutis. III, 1852. Non petimus in nomine Salvatoris, quodcunque petimus adversus utilitatem salutis. III, 1825. Oratio non est justa, nisi per Christum. IV, 1436. Oratio quæ non fit per Christum, ipsa est peccatum. IV, 1436. Oramus ad illum, per illum, in illo. IV, 1082. Ille orat pro nobis, orat in nobis, oratur a nobis. IV, 1081; V, 1685. Orat Christus, et dat quod orat. V, 1085. Ad hoc oravit Christus, ut doceret orare. IV, 665. Orare nos docet Christus ut magister, et exaudit ut Filius. V, 1155. Ad orandum similitudinibus Christus hortatur. V, 410, 618 Implorare posse donavit Deus; et ut implorares, excitavit cor tuum. V, 952.

Orat desiderium, etsi lingua taceat. V, 498, 820. Dignior ex oratione sequetur effectus, quem ferventior præcedit affectus. II, 502. Ipsum desiderium tuum, oratio tua est; et si continuum desiderium, continua oratio. IV, 404. Oratio de corde fideli, tamquam de ara sancta surgit in modum incensi. IV, 1818.

Orandi gratia ex Spiritu sancto. IV, 1539. Oratio est donum Dei. II, 878, 880. Orationem cum fide a se esse, cætera a Deo obtineri volentes, refelluntur. V, 913. Orare Deum, gratiæ spiritalis munus. X, 633, 1032. Oratio spes unica in malis sæculi præsentis. V, 491, 497. Quando dormitet. V, 498. Orationes nostras Angeli quo animo offerant Deo II, 502. Deus non sinit eos in periculis perire, qui ad se clamant. IV, 440.

Oratio Dominica, regula postulandi Apostolis a cœlesti jurisperito data. IV, 1849. Oratio quare verbis tradita. III, 1275. Orationis Dominicæ expositio. II, 503; III, 1277; V, 377; VI, 283. Orationis Dominicæ præfatiuncula. III, 1276. Ejus petitiones apud Matthæum septem, apud Lucam tantum quinque. VI, 283. In oratione Dominica tria ad vitam æternam, quatuor ad temporalem pertinent. III, 1285. Orationis Dominicæ tres ultimæ petitiones contra concupiscentiam adhibendæ. X, 133. Orationis Dominicæ petitiones, cum septem donis Spiritus sancti, et beatitudinibus Evangelicis compensantur. III, 1276. Orationis Dominicæ petitio tertia; *Fiat voluntas tua*, quid innuat. X, 676. Boni ex animo dicunt, *Veniat regnum tuum*; non ita mali. V, 299. Oratio Dominica et Symbolum complectuntur fidem, spem et caritatem. VI, 234. Catechumenis Symbolum prius, et post oratio Dominica traditur. V, 377, 386. Oratio redditur a Competentibus post octo dies. V, 400. Oratio Dominica ad fideles præsertim pertinet. IV, 1849. Oratio Dominica in sacrorum mysteriorum celebratione. V, 324, 1101. Oratio Dominica quotidie dicitur ad altare. V, 399. Perceptioni Eucharistiæ cur præmitti debet. V, 127. Quis petat quod in oratione Dominica non invenitur. II. 504. Oratio Dominica continet quidquid recte et congruenter orari potest, et ad eam cæteræ aliæ orationes reducuntur. II, 503. Exaudiuntur omnes sancti pro se ipsis, non pro aliis. III, 1896. Desideriorum forma in Dominica oratione. V, 378. Quisquis orat quod ad istam Evangelicam precem pertinere non possit, carnaliter orat. II, 503, 504. Orationem Dominicam nisi dicas, non eris orans. IV, 1352. Si aliam dicas, non exaudieris. IV, 1352. Orationem Dominicam securus dicit, qui facit quod dicit. IV, 1352. In ea pactum de remittendis debitis, quo tenemur et nos fratribus ignoscere. V, 383, 1055, 1556. Quo animo dicendum, *Dimitte nobis debita*. IX, 63. Oratio Dominica de dimittendis debitis, est justis necessaria. VII, 657. Qui tibi dictavit preces, advocatus est tuus; si mentiris, testis est; si non te corrigis, judex erit tuus. V, 654. Oratio Dominica, medicina quotidiana. V, 127. Oratio Dominica, medela quotidiana contra peccata levia. VI, 228. Quotidiana nostra mundatio. X, 435. Quotidianus penicillus quo terguntur peccata. V, 983. Quasi quotidianus baptismus. V, 1064. Oratio Dominica delet peccata non qualiacumque, sed parva. VII, 748, 749. Delet minima et quotidiana peccata. VI, 265; X, 200. Si veraciter dicatur, quotidiana dimittit peccata. X, 1232. Delet et scelerate gesta, si ab iis pœnitendo discedatur. VI, 265. Oratione Dominica dimittitur quidquid in jejunio et eleemosynis delinquitur. X, 500. Peccata venialia operibus misericordiæ et oratione mundantur. II, 675.

Orantes quosnam Deus exaudiat. IV, 1390. Quis fiduciam habere possit, quod accipiat quod petit. X, 311. Multa Deus orantibus præbet, qui etiam orantes prævenit. I, 798. Qui manent in Christo, accipiunt quod petunt. III, 1842. Orationes peccatorum non exaudiri cæcus dixit nondum corde videns. V, 749, 751. Deus solos pauperes exaudit. IV, 864. Exauditio sequitur confessionem humilem. IV, 253, 254. Qui vult audiri a Deo, prius audiat eum. V, 126. Citius exauditur una obedientis oratio, quam decem millia contemptoris. VI, 565. Non accipiunt homines quod petunt, quia male petunt. III, 1824. Orandum est ut non faciat Deus, quod non bene petimus. III, 1826.

Oratio. Aliquando Deus iratus dat quod petis, et Deus propitius negat quod petis. V, 1567; IX, 429. Nonnullis impatientibus Dominus Deus quod petebant concessit iratus, sicut contra Apostolo negavit propitius. II, 505. Metuendum est ne Deus nobis noxia, quæ posset non dare propitius, det iratus. III, 1824. Preces dæmonum exauditæ. III, 2024. Citius diabolum exaudit Deus ad tentandum, quam ipsum Job ad sanandum. IV, 1882. Apostolus rogat, et non accipit; diabolus rogat et accipit, quare. IV, 173, 1882. Paulus non exauditus ad voluntatem, sed ad sanitatem. V, 1566. Quomodo æterna, quove animo temporalia petenda. V, 1566. Exaudiuntur multi et multis modis, non solum Christiani catholici, sed et Pagani, et Judæi, et hæretici. IX, 429. Extra Ecclesiam exaudiuntur multi ad multa, sed non ad vitam æternam. IV, 478, 1270, 1704, 1721. Preces improborum quomodo exaudiuntur. III, 2024. Multi clauso ore exaudiuntur a Deo, et multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. IV, 1604. Exaudiuntur quidam ad damnationem, et non exaudiuntur quidam ad salutem. IV, 173. Deus alios exaudit, alios non exaudit, prout cuique novit expedire. IV, 1088, 1881. Quodnam desiderium se exauditurum spopondit Deus. IV, 1296, 1888. Superflua petens propitio Deo non exauditur. V, 203, 498. Cito exauditur, qui terrena non petit. IV, 1777. Derelinquens non derelinquit Deus, quando in bonis temporalibus non exaudit. II, 545, 563, 575. Deus non exaudit ad temporalia, ut intelligamus ab ipso desideranda sempiterna. IV, 483. Dum Deus tribulationes non aufert, uti deprecati fuerannus; nos ab eo negligi non existimemus, sed bona ampliora sperenus. II, 505. Male usurus homo eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit. III, 1824, 1825, 1834. Exaudit Deus ad sanitatem, non ad voluntatem. IV, 173, 1883. Non habeatis pro magno exaudiri ad voluntatem, habete pro magno exaudiri ad utilitatem. V, 1566. Pater est Deus, et quod mali cupiunt filii non dat. IV, 1899. Crede patri, quia si tibi expediret, daret tibi. V, 498. Non petendum est aliquid quasi fixum, sed quod nobis Deus expedire scit. IV, 624. Novit Deus quid dari nobis expediat, nos autem intendamus, quid nobis prosit accipere. IV, 1899. Propitius Deus cum male amamus, negat quod amamus; iratus autem dat amanti quod male amat. IV, 202. Cum id amamus quod vult Deus ut amemus, procul dubio daturus est nobis. IV, 202.

Oratio. Deus et cum differt, adest; et quod differt, adest; et differendo adest: ne præproperam cum implet voluntatem, perfectam non impleat sanitatem. V, 892. Oratio pro justo facilior, pro iniquis magis laborat. V, 326, 1429, 1433, 1441. Cum aliquando tardius dat, commendat dona, non negat. V, 411. Quod dare vult Deus, differt; ut amplius desideres dilatum, ne vilescat cito datum. V, 619. Deus forte aliquid dare differt, sed neminem esurientem relinquit. III, 1557. Quædam non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur III, 1896. Novit horam dandi qui curat. IV, 1881. Deus si non dat ad horam, exercet quærentem, non contemnit petentem. III, 1557 Orationibus Deus vult desiderium nostrum exerceri, quo possimus capere quod præparat dare. II, 502. Oratio sanctorum beneficii dilatione, tribulationum adversitate quasi repellitur, ut tamquam ignis flatu percussus ardentius inflammetur. IV,

1118. Differtur tantum quod in nomine Salvatoris petimus, non negatur. III, 1826. Fidelis multa deprecatur secundum sæculum, et non exauditur; ad vitam autem æternam semper exauditur. IV, 718. Orationes, obsecrationes, etc., qui differunt. II, 635. Fiunt precationes antequam illud quod est in Domini mensa, incipiat benedici; orationes, cum benedicitur; interpellationes seu postulationes, cum populus benedicitur; et post hæc omnia gratiarum actiones. II, 636.

Oratio communis voce Diaconi indicitur. II, 221. Orationibus communibus et alternis plus agimus, quam singularibus et privatis. *Innoc.* II, 788. Oratio ante cibum. X, 176. Oratio pro mortuis ad altare. I, 780. Oratio pro defunctis. VII, 737, 738. Egregiæ Augustini orationes ad Deum. I, 869, 888.

Oratorium. I, 1579. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit. II, 960.

Orbis terrarum Adami nomine significatur. IV, 1236. Orbis terrarum partes. VII, 497. Orbis terrarum non per veteris Legis observationes, sed per Evangelii fidem possessio Abrahæ facta est. VII, 522.

Orbis Romanus. VII, 171.

Orcus frater Jovis et Neptuni. VII, 213. Orcus receptor mortium. VII, 196. Orcum terrenam et infimam mundi partem esse volunt. VII, 207.

Ordinationis sacramentum. IX, 109. Ordinationis benedictio. II, 229. Ordinatio cleri fit ad plebem congregandam. VI, 394. Ordinandi debent esse sine crimine. X, 563. Ordinationis manus suspecto imponere, nec ad commendationem suam alteri episcopo eum subintroducere recusat August. II, 268. Ordinarine debeat qui in parte Donati baptizatus est, rogatus August. non consulit: sed addit, *aliud est facere si cogaris, aliud consulere ut facias*. II, 1061. Ordinationis suæ tempore lacrymas fundit Augustinus. II, 88. Post etiam onus multo gravius expertus est, quam putabat. II, 88. Ordinatus Valerium obsecrat, ut ipsum sinat in secessu precibus ac studio agere, quo instructior fiat. II, 89. Negat Augustinus Pinianum in Ecclesia sibi tradita ab alio episcopo, nisi se interrogato ac permittente, posse ordinari. II, 477. Qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverare debent. IX, *App.* 787. Credebat populus Hippon. non posse fieri, ut qui apud se ordinaretur etiam invitus, a sua urbe posset abscedere. II, 477. Aliter sentiebat Augustinus. II, 477. Ordinationis Sacramentum non licet iterari. IX, 70, 71, 72. Non amittitur. IX, 109. Sacramentum ordinationis manens in ordinatis. VI, 394. Etiam in eo qui aliqua culpa removetur ab officio. VI, 394. Ordinati etiam extra Ecclesiam in suis honoribus sunt susceptI. II, 813. Ordinationis Aurelii anniversarius dies. V, 643. Item ordinationis Augustini. V, 1480, 1482. Ordinator Stephani Petrus. V, 1365.

Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. VII, 640. Ordo est per quem aguntur omnia, quæ Deus constituit. I, 991, 994. Ordo, bonum generale in rebus a Deo factis. VIII, 553. Ordo rerum quid valeat. VIII, 397. Ordine cuncta a Deo administrantur. I, 984, 994. Eo continentur etiam mala. I, 985. Ordinatio cogit esse, inordinatio non esse. I, 1341. Ordo penes ipsum sit, qui novit ordinare quod creavit. V, 1355. Ordini rerum transeuntium pro nostris meritis assuti sumus. I, 1179.

Ordo naturæ in homine quis. VII, 629. Ordo et pax exigit, ut prius homo Deo, deinde caro homini subjiciatur. IV, 1860. Ordinem tenere et ordine teneri, non idem. I, 1187. Injusti juste et fœdi pulchre ordinantur. III, 150. Peccantem hominem ordinavit Deus turpem non turpiter. I, 1180. Ordinare novit Deus deserentes se animas. VI, 333. Qui injuste se ordinat in peccatis, juste ordinatur in pœnis. II, 559.

Ordo dux ad Deum. I, 990. Ordo rerum servandus, ut anima bene agat. II, 539. Ordo vitæ et eruditionis. I, 1006. Ordo ille approbandus, ubi potiora præcedunt. VI, 526. Ordo non est, ubi deterioribus meliora subjiciuntur. I, 1231. Quod mutatur in melius, ad esse et ad ordinem tendit. I, 1348. Ne quis perturbetur si præscriptus ordo turbetur, cum incertum sit quid utilius agamus. VI, 526 Ordinare res agendas pro nostro captu debemus. VI, 526. Res ordinatas nos peregisse non ideo gaudeamus, quia nobis, sed quia Deo sic eas agi placuit. VI, 526. Eis voluntatem Dei præponere quisque paratus sit. VI, 526. Unde ordo interdum dicitur malus. VIII, 558. Libri *de Ordine* scripti sub finem ann. CCCLXXXVI. I, 977. Zenobio sunt dicati. I, 979. Quare. I, 985.

Ordinis nomine scripta Madaurensium epistola. II, 1026. Ordini leges replicare. II, 316.

Orbitas pertinet ad ignem, qui exurit quod vitiosum est in amore conjugum. VII, 743, 744.

Oreb interpretatur siccitas. IV, 1033.

Organum omnia instrumenta musica significat, aliquando tamen sumitur pro solis iis quæ follibus inflantur. IV, 671, 1964. Organa musica sanctos designant. IV, 1964. Organa sua habent cives Jerusalem, Scripturas Dei, præcepta Dei, promissa Dei, etc. IV, 1764. Organarius qualis, tale organum. V, 1583.

Orestes et Pylades. I, 697.

Orientales hæretici Donatistis aliquo modo se sociare tentaverunt. IX, 576. An judicium quod habuerunt de baptismo resciderint, non constat. IX, 559. Orientales propter requiem Domini significandam jejunium Sabbato relaxant, et propter humilitatem mortis Domini quidam ex Occidentalibus jejunant; Sabbatum Paschæ ab omnibus jejunatur ad renovandam memoriam doloris Apostolorum de morte Domini. II, 130.

Origenes. I, 595; VIII, 667, 668. Ejus error quod omnia recurrant ad id unde deflexerunt. I. 595. Origenis error de supplicio diaboli et damnatorum non semper duraturo. X, 325. De salvando etiam diabolo. VII, 731. Origenem sensisse, posse diabolum misericordiam Dei impetrare, quidam asserunt, quidam negant. X, 1485. Origenis sententia de salvando diabolo refellitur. VII, 735. Origenes erravit, quia clementior fuit. VII, 735. Animas de cœlo lapsas esse putarunt Pythagoras, Platonici, Origenes. II, 718. Origenis libri περὶ Ἀρχῶν. VII, 336. Origenes ex Theodotione addidit ad LXX interpretationem. II, 261. Psalmos interpretatus est. II, 261. Quinque volumina scripsit in epistolam ad Galatas, et de eadem agit lib. 10 Stromatum, et alibi, ex Hier. II, 252, 254. Nec Petrum peccasse, nec Paulum procaciter arguisse majorem, ideo asserit, ut Porphyrio blasphemanti respondeat. II, 254, 257. Origenis et veterum sententiam de Petro reprehenso a Paulo Joannes Chrysostomus amplexus est. II, 254. Hieronymum rogat Augustinus, ut prodat Origenis et hæreticorum errata. II, 157. Origenes ab Hieronymo mirabiliter laudatus, ac post non mediocriter nec de mediocribus quæstionibus reprehensus. II, 286. De Origenis quibusdam opinionibus quas non recepit Ecclesia, liber ab August. scriptus. II, 748. Origenes reprobatus ab Ecclesia, quare. VII, 731.

Origeniani hæretici qui et Adamantii Tractatoris. VIII, 33. Origenianorum dogmata. VIII, 33.

Origeniani alii hæretici, a nescio quo Origene dicti sunt. VIII, 33.

Originale peccatum. V, 928, 944, 1343. Originali peccato obnoxii omnes. III, 1654; X, 270. Parvuli. VII, 503. Originale peccatum trahit infans ex Adamo, quia unus erat cum illo et in illo. II, 360. Generatio ex Adam uno delicto obligat; regeneratio ex Christo tam illud quam quidquid postea ex iniquis operibus humanæ conversationis accedit, solvit. II, 678, 679. Nasci ex Adam necessitatis est ex damnatione; nasci per Christum, voluntatis et gratiæ. III, 1401. De incarnatione animæ nulla sententia tenenda quæ neget peccatum originale. II, 733. Si animæ creentur singulæ singulis, quomodo peccatum originale contrahant. II, 725. Originale peccatum et alienum est, et nostrum. X, 1079. Originale vinculum damnationis. VI, 277. Originalis peccati pœna. VI, 107. Hieronymus dogma de peccato originali in lib. contra Jovinianum, et in commentariis in Job stabilivit. II, 725, 730.

Originale peccatum negabat Pelagius et cum eo Pelagiani. II, 723, 865. Epistola Zosimi in qua asserit peccatum originale. II, 865. Originale peccatum arguit infantum baptismus. III, 416. Originale peccatum baptismo diluitur. IV, 591. Parvulorum baptismus non superfluus, quia peccato originali obligantur. II, 678. In originali malo duo sunt, peccatum atque supplicium. VII, 788. *Vide* Peccatum.

Originali bono insunt propagatio et conformatio. VII, 788. Ὁρμή. VII, 628.

Ornamenta exterioris hominis quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris detrimenta, ac vice versa. V, 884. Ornamenta auri vel vestis non vult August. præpropera prohiberi sententia, nisi iis qui neque conjugati, neque conjugari cupientes, cogitare debent quomodo placeant Deo. II, 1060. Ornatus maxime Christianorum et Christianarum, mores boni sunt. II, 1060. Auri circumpositio et intortio crinium et cætera hujusmodi, quæ vel ad inanem pompam, vel ad illecebram formæ adhiberi solent, merito reprehensa sunt. II, 1080. Ornari solis maritis feminæ permittendæ sunt, et hoc secundum veniam, non secundum imperium. II, 1060. Si ad ornatum indecentem dura aliqua conditione mulier a viro cogatur, habeat in superbo cultu cor humile. II, 1081.

Orontius. II, 1071.

Orosius presbyter Hispanus. I, 648; VIII, 665, 666, 669; X, 343. Ab ultima Hispania ad Augustinum transiit, Scripturarum ardore inflammatus. II, 748 Orosium August. mittit ad Hieronymum. II, 721. Orosii commonitorium. VIII, 669. Orosio de Priscillianistarum hæresi et Origenis quibusdam opinionibus, August. uno libro respondit. II, 748. Orosius litteras Herotis et Lazari detulit ad Concilium Car-

thag. II, 759. Librum in quo Hieronymus de resurrectione carnis præclare disputat, ad Oceanum attulit. II, 779. Orosium fratrem suum vocat Hieronymus et Augustini filium. II, 752. Orosii elogium. II, 720.

Orpheus poeta Theologus. VII, 572, 597. Maxime omnium nobilitatus est. VII, 581. Infernis sacris præfectus est. VII, 572. Orphei præsagia de Christo an aptiora Gentibus, quam Prophetarum Hebræorum. VIII, 282, 290, 292.

Orphani, latine pupilli. III, 1829. Orphanos et viduas facit gladius verbi Dei. IV, 815.

Orthodoxi, id est recta sectantes. III, 127.

Orthopolis duodecimus rex Sicyoniorum. VII, 565.

Orygometra genus avium non usquequaque dissimile coturnicibus. III, 617.

Os duplex, corporis et cordis. VI, 351, 508, 509. Os cordis. IV, 1661, 1775. Os cordis multa clamat, quæ ore corporis non dicuntur. VI, 350. Os cordis quo consensus tamquam verbum interius exprimitur. VI, 350. Os interius discernit auris interior. VI, 351. Os corporis nihil profert, nisi quod ex ore cordis emanat. VI, 350. Os occultum in corde, sapida gaudia de pane Dei ruminans. I, 722. De quo ore dictum sit, *Os quod mentitur*, etc. VI, 509. Os Dei, eloquium ejus. IV, 1515. Ori non est ponendum claustrum, sed ostium continentiæ. IV, 1819.

Os, sive ossium absconditum, firmitas interior. IV, 1796. Ossa in Scripturis firmamentum animæ vel fortitudinem significant. IV, 92, 228, 1297, 1796. Ossa in corpore Domini dicuntur omnes justi, firmi corde, fortes, etc. IV, 242, 352, 476, 1297. Ossa in Scripturis patientiam in fide significant. IV, 320. Os Ecclesiæ, spiritales. IV, 492.

Osculum infixum feminæ alienæ, verbere vindicatur. VII, 726.

Osculandi affines consuetudo recepta apud antiquos. III, 570. Osculum pacis inter sacramenta. V, 1101; IX, 277. Osculum dabatur infantibus in baptismo. X, 623.

Osee rex Israel regnavit Romuli temporibus. VII, 579.

Osee propheta quid prædixit. VII, 584. Osee connubium cum meretrice quid significet, explicarunt Apostoli. VIII, 459.

Osiris maritus Isidis. VII, 254, 256.

Ostendere mala, pro facere mala. III, 502.

Ostenta ab ostendendo dicta. VII, 722.

Ostium portæ, initium fidei IV, 306. Ostium cordis nostri tamquam duas habet valvas, cupiditatem et timorem. IV, 1853. Ostium cordis diligenter claudendum. IV, 1854.

Ostiarius Donatista qui se gerat erga ignotos. V, 288.

Otium dat locum tentationi. VII, 84. Otio ad pietatem, non ad ignaviam fruendum. II, 188. In otio non iners vacatio delectare debet, sed aut inquisitio, aut inventio veritatis. VII, 647. Otium sanctum illud est, quod percipiendæ sapientiæ impenditur. III, 1791. Otium sanctum quandonam relinquendum, ut prædicetur Christus. III, 1791. Otium sanctum quærit caritas veritatis, negotium justum suscipit necessitas caritatis. VII, 647. Magna secessione a tumultu rerum labentium opus est, ut fiat in homine nihil timere. II, 74. Deificari in otio licet II, 74. Otiosorum negotium. IV, 1463, 1916.

Ova non sumunt Manichæi. VIII, 57.

Ovium curam Deus ipse suscipit. V, 283. Oves Dei quænam. V, 313. Oves ad quas Christus missus est. V, 484. Oves Christi et non oves, quinam. III, 1742. Oves Christi, prædestinati. III, 1725. De ovibus Christi nulla perit. III, 1745. Christus ad Judæos dicebat non esse eos ex ovibus suis, quia eos videbat ad sempiternum interitum prædestinatos, non ad vitam æternam sui sanguinis pretio comparatos. III, 1725. Oves Christi multæ ex Judæis, sed non solæ. V, 42. Non solum pastor, sed etiam oves intrant per ostium. III, 1726. Ingredi et egredi per Christum quid. III, 1726. Oves Christi ante ejus adventum vocem ipsius audierunt, non alienorum. III, 1725. An oves Christi erant, qui errabant, et vocem alienorum audiebant. III, 1724. Non omnes qui vocem Christi audierunt, oves erant. III, 1725. Ovis per Christum ad ovile reductæ securitas. V, 1647. Oves audita pastoris voce salvantur. V, 307. Ovis perdita a pastore inventa, ab eodem adhuc quæritur. IV, 1595. Oves populi. IV, 1224. Oves detonsæ, perfecti. IV, 1224. Oves et boves in psalmis, recte accipiuntur omnes sanctæ spiritales creaturæ. IV, 114. Ovium spes, sanitas et requies in solo Deo. V, 283. Oves errantes non sine sanarum periculo negliguntur. V, 278. Dilectionem Christus postulat sibi erga oves suas impendi. V, 1180. Diligendus est pastor, mercenarius tolerandus, cavendus latro. V, 756. *Vide* Pastor. Oves pascuæ et manuum Dei sumus. V, 295. In inferno sunt oves, quibus mors pastor est; in cœlo sunt oves, quibus pastor vita est. IV, 336. Ovile Christi quas oves complectitur. IV, 1418. Tres personæ ad ovile venientes, pastor, fur et mercenarius. V, 756.

Oxímora sententia. X, 1480.

Ozias rex Juda. VII, 583.

P.

Pactum dimittendi, ut dimittatur nobis. V, 1051.

Pœnitendum esse peccati, vox est ista naturæ. VIII, 109, 110. Pœnitentiæ quorumque criminum locus in Ecclesia non negatur. V, 448. Pœnitentiam denegant Cathari. VIII, 32. Pœnitentiam peccatis dandam negantes quidam, hæretici facti sunt. V, 1559. Et exclusi sunt ab Ecclesia. V, 1559. Pœnitentiæ locus in Ecclesia permissus, opprobrium Paganorum in Christianos excitabat. IV, 1300, 1301. Paganis pœnitentiam suggillantibus respondetur. V, 1559. Neminem ab errore ad veritatem, vel a quocumque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire. II, 347. Pœnitentiæ agendæ triplex ratio. II, 1088. Pœnitentia triplex. V, 1537, 1550. Prima quæ ante baptismum. V, 1537, 1550. Altera quæ hic omnium est ac perpetua. V, 1537, 1556. Tertia severior, pro peccatis mortiferis. V, 1542, 1558. Qualis ea pœnitentia, cui Deus ignoscit. III, 1266. Non sufficit mores commutare, nisi et Deo satisfiat. V, 1548.

Pœnitentia, est quædam in se ipsum iracundia. V, 133, 1358. Vis fugere a Deo? ad ipsum fuge; vis fugere ab irato? fuge ad placatum. IV, 1913. Se ipsam anima puniens compungat, ne in Dei judicio damnata torqueatur. IV, 80. Juste salus illa perpetua, quæ turpiter amissa est per voluptatem, fortiter recipitur per dolorem. III, 289. Divina justitia est, ut qui voluntate amisit, quod amare debuit, amittat cum dolore quod amavit, dum naturarum Creator ubique laudetur. III, 385. Afflictio pœnitentis pœna peccati est, quamvis medicinalis et salubris. III, 728. Pœnitentis dolores, sicut dolores parturientis. IV, 536. Deum placat, qui sperans in misericordia ejus, ita de cætero peccare cavet, ut de peccatis præteritis veniam deprecetur. IV, 1913. Sacrificium justitiæ per pœnitentiam. IV, 81.

Pœnitentia humilior. VI, 220. Pœnitentiæ salubris medicina, nulli alii quam sibi tribuere peccatum. VII, 444. Pœnitentiæ humilitas quam necessaria. V, 1535. Etiam justificatis. V, 1538. Pœnitentiæ humilitas ante justificationem. IV, 1786. Humiliatione pœnitentiæ ad Deum accéditur. IV, 514. Præcedente pœnitentiæ humilitate agglutinatur Deus hominibus. III, 879. Pristina vita post pœnitentiam non repetenda. V, 1035. Pœnitentia perversa. V, 126. Pœnitentia impœnitenda. V, 1182. Pœnitentia relapsis post baptismum amplectenda. V, 1545. Non in occulto solum, sed qualis agitur in Ecclesia. V, 1711 Pœnitentia in notitia multorum vel etiam totius plebis quando agenda. V, 1543 Pœnitentiam secundum morem Ecclesiæ agere, cum digna est causa. VI, 271.

Pœnitentia publica agitur propter immania peccata, non propter levia. VI, 636. Pœnitentia luctuosa et lamentabilis, VI, 18. Quinam ad eam cogendi. VI, 18. Pœnitentiæ humillimæ subjiciunt sacerdotes quos a supplicio liberarunt. II, 635. Pœnitentiæ cinis. IV, 1301, 1933. Pœnitentia publica Theodosii. V, 1710. Pertinet ad disciplinam Christianam, ut neque de cujusquam correctione desperetur, neque cuiquam pœnitendi aditus intercludatur. VI, 503. Pœnitentiæ locum adulteris alii in totum clauserunt, alii permiserunt, manente unitatis vinculo. II, 541. Pœnitentibus adulteris recte pacem dari, merito tenet Ecclesia. II, 542. Pœnitentiæ locum Donatistæ revertenti a quibusdam fratribus negatum esse Augustinus ægerrime tulit. V, 1358. Pœnitentiæ locus cur datus pœnitentiam non acturis, et morti deditis. X, 1427, 1428. Pœnitentiæ actio ubi propter crimen commissum separatur aliquis a corpore Christi. VI, 262. Pœnitentiæ locum aliqui petierunt, alli excommunicati in eum locum redacti sunt, et quidam nolunt inde surgere quasi electus sit locus. V, 1111. Reconciliationis locum petere nemo cogitur. V, 1559.

Pœnitendi tempus. V, 126. Pœnitentiæ tempora recte constituuntur ab iis qui Ecclesiis præsunt. VI, 263. In actione pœnitentiæ non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. VI, 262. Pœnitentiæ agendæ ratio, et satisfactionis modus, a præpositis sacramentorum accipiendus. V, 1545. Pœnitentem, Lazari instar, perducit Dominus ad confessionem; jam cætera implet Ecclesiæ ministerium. V, 1538. Pœnitenti et præcepta medici observanda, et ferendus dolor sectionis. V, 1270. Necdum tamen est tum sanus. V, 1270. Peccata post baptismum commissa pœnitendo sanari possunt. VI, 254. Solus agit Augustinus cum Marcellino, ne quid esset quod majore et insigniore pœnitentia indigeret. II, 650. Pœnitentia, cum Deus flagellat, amplectenda. VI, 699. Deus non puniens non perdidit potentiam, sed exigit a te pœnitentiam. V, 471. Vitæ hujus pœnitere nos debet, quia corruptioni et tentationibus

obnoxia est. V, 1537. Dicamus modo fructuose, Transeunt omnia sicut umbra ; ne dicamus infructuose, Transierunt. IV, 284.

Pœnitentiæ procrastinatio quam periculosa. IV, 1501. Pœnitentiam qui agunt, dicuntur peccasse Deo ; qui nolunt agere, peccasse non Deo. III, 773. In eos qui pœnitentiæ negligendæ exemplum ex aliis sumunt. V, 1545, 1547. Pœnitentia sterilis, nihil prodest V, 408. Pœnitentiæ fructus qui sint. V, 408. Pœnitentia in hac vita tantum fructuosa. VII, 739. Pœnitentia infructuosa. VI, 205. Post judicium infructuosa est, nunc fructuosa, quando correctio libera. V, 150. Pœnitentia erit in die judicii, sed infructuosa. IV, 284, 357. Pœnitentia hujus temporis, dolor medicinalis est ; pœnitentia futuri temporis, dolor pœnalis est. IV, 689. Pœnitentia post judicium cruciabilis est, non sanabilis. V, 131. Pœnitentia sera. III, 865. Pœniteat te ad vocem Scripturæ ; nam ad vocem præsentis judicis, sine causa pœnitebit te. V, 150.

Pœnitentia donum est Dei. II, 828 ; VI, 271, 421 ; X, 503. Pœnitentia datur a Deo. X, 1422. Ad donum spiritus sancti pertinet, quia peccatori displicet quod fecit. IV, 596. Vocatio ad pœnitentiam, ad occulta Dei judicia est revocanda. X, 920. Quibus modis Deus ad emendationem sollicitat. V, 150. Ex hominibus alios per bonitatem adducit Deus ad pœnitentiam, alios secundum judicium non adducit. X, 793. Pœnitentiæ prædicatione vocatur ad Christum et congregatur Ecclesia. IV, 1963. Pœnitentibus veniam non dari secundum gratiam, sed secundum merita et laborem eorum, Cœlestii doctrina. X, 345. Pœnitentiam misericordia et adjutorio Domini fieri docet Ambrosius. X, 382. Pœnitentia a mortuis operibus, quid sit. VI, 208. Infructuosæ arbori stercus adhibitum, figura pœnitentiæ. V, 1185. Pœnitentia David cur Deo accepta, non vero Saül. VIII, 442.

Pœnitentes olim qui proprie dicebantur. VI, 228. Pœnitentes proprie in Ecclesia appellati. II, 1086. Ii sunt qui post baptismum ita peccaverint, ut excommunicari et postea reconciliari mereantur. II, 1088. Pœnitens id agat quod sibi ad salutem, cæteris ad exemplum prosit. V, 1545. Pœnitentis est peccata propria et agnoscere et punire. V, 132. Pœnitens, homo irascens sibi. V, 187, 649. Et suus ipse punitor est. V, 1273. Lacrymæ, sanguis pœnitentis. V, 1542. Pœnitens, verus homo. III, 831. Pœnitens ex parte justus est, et ex parte peccator, et quomodo. IV, 1825. Pœnitens quomodo conjungatur Deo, ac præstat ut Deus ipsi intercedat. V, 187. Pœnitentes in membris Christi. IV, 1295, 1537. Pœnitens conari debet peccata omnia perimere. V, 153. Si non te invenit dies ultimus victorem, inveniat vel pugnantem. V, 153. De reliquis in conatu invento facile ignoscitur. V, 153.

Pœnitentium reconciliatio. VII, 674. Pœnitentia vera etiam per malum clericum remissionem peccatorum accipit. V, 466. Pœnitentis resurrectio et solutio in Lazaro figurata. IV, 1306 ; V, 595. Impositio manuum super pœnitentes, orationis indictio et discussio ipsorum. V, 1111. Pœnitentes abundant. V, 1111. Cum discutiuntur, inveniuntur male viventes. V, 1111. Qui debet esse locus humilitatis, fit locus iniquitatis. V, 1111. Quando illis imponitur manus, fit ordo longissimus. V, 1111. Ad pœnitentes admonitio. V, 1111.

Pœnitere quomodo Deus dicatur. IV, 1416, 1460, 1723 ; VI, 141 ; VII, 539. Pœnitentia in Deo, dicitur mutatio sententiæ. V, 132. Pœnitentia cur minus videatur Deo congruere, quam præscientia, ira, et similia. VI, 141.

Paganismum obtendit Faustus et Judæis et Catholicis. VIII, 369.

Pagani qui vocentur. I, 648. In quo distant a Manichæis. VIII, 376. Paganitatis error unde inolevit. VII, 208. Pagani quid de principio rerum, qui de diis sentiant. VIII, 376. Solem adorant. IV, 189. Deus unus a Paganis celebratur variis nominibus. II, 82. Paganorum religio circa homines mortuos tota occupata fuit. VII, 233. Pro diis habent homines mortuos. V, 1249. Paganos dæmonicolas vocat August. II, 139. Paganorum sacerdotes mortui dicuntur, non tantum propter impietatem, sed propter mortuos deos eorum. IX, 65. Ludendi et saltandi mos receptus in solemnitate Paganorum. III, 473. Paganorum ludi ritusque sacrorum, turpissimi. II, 415 ; VII, 50. Crudelissimi. VII, 52. Pagani imitatione deorum suorum pejores fiunt. II, 414. Pagani non excusant sua sacrilega sacra et simulacra, quod eleganter interpretentur quid quæque significent. II, 378. Paganorum in cultu litigantium deorum concordia. VI, 712. Pagani concordiæ præcepta non habebant. II, 529.

Paganorum non veræ virtutes. X, 747. *Vide* Infideles, Virtus. Virtutes Paganorum sterdes. II, 710. Paganis nihil prodest, non quidem quod jam boni sunt, sed quod mediocriter mali. IV, 196. Honesti mores etiam Paganorum, nonnisi ex Deo sunt. II, 591. Paganorum reip. felicitas luxuriosa, licentiosa, sacrilega. II, 533. Pagani ad quædam temporalia exaudiuntur. IV, 1270. Pagani fures et latrones. III, 1720. Eorum doctrina de virtutibus et vitiis noxia. III, 1720. Pagani in tenebris sunt. IV, 196. Pagani Christum volunt nihil sensisse contra deos suos, sed eos magico ritu coluisse III, 1069. Pagani oraculis suis Christum laudare compulsi. III, 1052. Paganorum subterfugium ne fiant Christiani. IV, 116. Pagani in Christianos referunt malorum causam. IV, 1033, 1034. Eorum in Christianam religionem querelæ ex vastatione Romæ. V, 505, 1556. Paganorum scandalum ex pressuris mundi. V, 503. Pagani Christianorum discordia avocari a Christiana religione non debent. VI, 713. Pagani intus credentes, sed erubescentes confiteri. V, 1278. Paganorum ad Christum mira conversio. III, 123. Paganorum superstitio deletur. V, 166. Simulacra confringi jussa sunt recentibus legibus. IX, 44 Sacrificia capite plectuntur. II, 326. Ex Paganis multi ad Deum verum conversi timore legum imperialium. II, 534. De templis, idolis, lucis qui evertuntur, non licet Christiano in usus privatos quidquam usurpare. II, 185. Paganorum res rapere non licet. V, 965. Piis operibus secernuntur Christiani a Paganis. V, 1025. Cum Paganis potius quam cum malis Christianis convescebantur boni Christiani. IV, 1289, 1290. Paganorum infirmitas cum Martyrum constantia comparatur. IV, 1829. Pagani venientes ad Christum, episcopi fieri possunt. IX, 478. Pagani, ligna silvarum appellati. IV, 1234. Lapides mortui. V, 163. Paulinus adversus Paganos scripsit. II, 159. Hoc Paulini opus petit August. II, 181.

Παιδεία in sacris litteris quid significat. IV, 1547, 1548.

Palæstinum judicium in causa Pelagii. II, 816, 826, 827, 831, 876, 979. Palæstino concilio quænam Pelagius anathematizarit. II, 827, 979. *Vide* Pelagius.

Palatum οὐρανὸν dicitur. VII, 200.

Palatinus episcopus. II, 759, 780.

Palatinum monet Augustinus quomodo in Christiana sapientia, quam delegit, proficiat ac perseveret. II, 989.

Palea frigidam vim habet, ut nives servet ; et fervidam, ut poma immatura maturet. VII, 712, 719. Paleæ et zizaniorum nomine significantur hæretici. III, 127, 144. Injusti. IX, 29. Palea sunt carnalia quærentes, sive sint intra, sive foris. V, 1175. Palea invidus, iniquus quem ventus tentationis aufert, cui opponitur populus gravis. IV, 339. Palea potest fieri frumentum. V, 1175.

Παλινῳδίαν canere. II, 157, 257, 244, 290.

Palladia ad Memoriam S. Stephani Hippone sanata. VII, 770.

Palladius. II, 774.

Palladius Tibagitanus episcopus. IX, 697.

Pallantem moritorum Hercules flevit. VII, 86.

Palliati philosophi, Cynici dicuntur. I, 942. Pallio et clava utebantur Cynici. VII, 428.

Pallor deus Romanus. II, 84 ; IV, 1396 ; VII, 125. Ab Hostilio introductus. VII, 130, 190. Pallori et febri fana fecerunt Romani. III, 1033.

Pammachia. VIII, 574.

Pammachius suos colonos Donatistas ad Catholicam adduxit. II, 225.

Pan unde dictus est in Arcadia Lycæus. VII, 574.

Pancarius. II, 1068.

Pancarpus. VIII, 574. In ludicris muneribus edi solet. VIII, 598.

Pancratius Balianensis episcopus IV, 381.

Pancratium facere, est pugilari. IV, 679.

Pannonius episcopus. II, 759, 780.

Panis significat omnia ad victum pertinentia. III, 496, 499, 509, 514, 652 ; V, 589, 594. Panis hominem nutrit ; et accipitrem necat. I, 1350. Panis et merum ad mortuorum sepulcra tollebantur. IV, 554. Et celebrabantur convivia. IV, 554. Panis et in bono et in malo est in Scriptura. III, 79.

Panis Deus. IV, 1726. Panis Deus ut lac nobis fieret, descendit ad terram. IV, 1726. Panis non deficiens, et indigentiam nostram finiens, Trinitas. V, 620. Panis cœli, Christus. V, 726. Ut panem Angelorum manducaret homo, Dominus Angelorum factus est homo. V, 701, 726. Ex eodem pane homines et Angeli, sed non eodem modo manducant. IV, 1742. Panis vivus qui in via reficit nos, in patria saturabit nos. IV, 1814. Panis Christus cum labore et sudore manducandus. IV, 1784. Panis cœlestis esuriem interioris hominis quærit. III, 1607. Panis frusta, membra Christi. IV, 1934. Panis qui reficit, nec deficit, justitia, veritas, ipse Christus. V, 969. Panis Angelorum et hominum, veritas, sapientia, virtus Dei. IV, 1742. Panis animæ, verbum Dei. IV, 386, 1165, 1297. Panis cordis justitia. IV, 562. Panis veritatis amarus peccatoribus. IV, 88. Panis doloris pœnitentium. IV, 1786. Panis terræ viventium. V, 265.

Panis quotidianus duplex, corporalis et spiritalis. V, 389, 401. Panis quotidianus, sermo Dei. V, 381, 383, 395. Lectiones et hymni sacri. V, 389. Eucharistia. V, 381, 389, 395,

401. Quidquid animæ aut carni nostræ in hac vita necessarium est. V, 395, 401. Panes tres dati amico. V, 620. Tres panes a Deo petit, qui petit saturari conspectu Trinitatis. IV, 1324. Panis subcinericius Eliæ aliud habuit quam panis usitatus. III, 377. Panes de lapidibus cur Christus esuriens non fecit. IV, 1164, 1165. Multiplicatio panum in deserto. IV, 1164. In multiplicatione panum, omnipotentia Domini quasi fons panis erat. III, 528. Allegorice quid significet miraculum quinque panum. III, 1600; VI, 48. Et miraculum septem panum. V, 581; VI, 51. Mysteria in iis qui saturati sunt de septem panibus. V, 581. Panem mendicanti cur Manichæi porrigebant. VIII, 160.

Panes benedictos quinque Paulinus Romaniano et Licentio mittit. II, 126. Panem ad Alypium mittit Paulinus. II, 100. Et ad Augustinum. II, 103. Et Paulino vicissim Augustinus. II, 125.

Pantomimus. III, 64; V, 1020. Pantomimus iniquis facilius placet, quam Deus. IV, 277. Pantomimi ludicri et inhonesti. IV, 1347.

Papa. Romani episcopatus præeminentia X, 531. Romanus pontifex reliquis episcopis loco prior. X, 648. Missis ad sedem Apostolicam duobus Conciliis, indeque rescriptis venientibus causa (Pelag.) finita est. V, 754. *Vide* Romanus episcopus.

Papyria gens, apud Romanos. VII, 69. *Not.* (*d*).

Parabola, quid. IV, 852. Parabolas inter et propositiones seu προβλήματα discrimen. IV, 983. Parabolam decem virginum ad novissimum Christi adventum non pertinere, quidam opinati sunt. II, 922. Parabolæ Domini secundum similitudinem et dissimilitudinem intelligendæ. III, 1358. *Vide* Similitudo.

Paracletus consolator vel advocatus interpretatur. III, 1828, 1868.

Paradisus proprie locus nemorosus. III, 482. Viridarium. V, 1505. Paradisi generale nomen est locus omnis ubi feliciter vivitur. II, 834. Omnis etiam spiritalis quasi regio, ubi animæ bene est, merito paradisus dici potest. III, 482. Paradisum in Eden plantatum alii corporaliter, alii spiritaliter, alii utroque modo accipiunt. III, 371. Sententiam tertiam amplectitur August. III, 371. Paradisi locus a cognitione hominum est remotissimus. III, 378. Paradisus in quo homo formatus est, præter fidei periculum quæritur ubi sit. X, 398. Paradisi summa jucunditas. IV, 1771. Paradisum cæteraque ejus, nonnulli spiritaliter tantum intelligi volunt. VII, 394. Quod de paradiso Scriptura narrat, de paradiso spirital. nonnulli tractatores catholici intellexerunt. X, 1599. Scriptura corporalem evidentius ostendit. X, 1599. Paradisus ad proprietatem litteræ intelligi potest et debet. III, 373, 555. Paradisus qualis juxta Pelagianorum hæresim et quam falsus fuisset. X, 1089, 1310, 1328, 1332, 1408, 1457, 1458, 1537. Pelagianorum paradisus deliciarum qualis, etiamsi nemo peccasset. X, 1537. In paradisum volunt Pelagiani concupiscentiam introducere. X, 803. Paradisum Dei non solum libidinibus hominum, verum etiam cruciatibus implere cogitur Julianus. X, 1560, 1561, 1564, 1571, 1572. Et mortibus. X, 1581, 1583, 1585. In paradisum non solum mortium pœnas, verum etiam mortiferarum valetudinum mittit. X, 1594, 1598. Pelagiani originale peccatum negantes, coguntur cuncta naturalia vitia in paradiso admittere. X, 1457. Et de facto vitia omnia corporum et animorum ibi collocant Pelagiani. X, 1537. Pelagianorum opinio de paradiso, nulli comprehensibilis. X, 1434. Paradisi beatitudo nec mortem, nec tot mala corporum admisisset. X, 1507. Status hominis in paradiso quoad sensus. X, 797. Ut quid homo positus in paradiso ut operaretur et custodiret eum. III, 379, 380, 381. An primi parentes cibis indiguerint in paradiso. X, 772. In paradiso procreatio filiorum fuisset absque libidine. X, 818. In paradiso si quid utile disceretur, sine labore disceretur. X, 1516. In paradiso non clamabas, sed laudabas; non gemebas, sed fruebaris; foris positus geme et clama. IV, 225. Ex paradiso terrestri homo dimissus est. III, 213. Paradisus et corporalis et spiritalis erat. VII, 419; X, 172. Paradisi explicatio spiritalis et moralis. VII, 394, 395. Paradisi terrestris deliciæ quid allegorice. III, 202. Paradiso corporali in quo Adam fuit, et vita ista sanctorum quæ nunc in Ecclesia agitur significata est, et illa quæ post hanc in æternum erit. III, 478. Paradisum et tertium cœlum appellavit Apostolus tertium visionis genus. III, 478. Paradisus vita beata. III, 202, 214. Paradisus in quem raptus est Apostolus an in tertio cœlo. III, 482. Paradisus latroni promissus. II, 712. Latro quomodo die mortis Christi in paradiso cum ipso fuit. II, 833. Latro potuit introduci in eum paradisum, ubi fuerat corpus primi hominis. III, 376. Paradisum visibilem negant Seleuciani. VIII, 41. Paradisus Ecclesiæ typus. X, 798. Paradisus Ecclesia dicta est. III, 442, 478. In homine lætitia quædam bonæ conscientiæ paradisus est. III, 482.

Paralysis interioris hominis quomodo sanatur. IV, 385. Paralyticus aperto tecto depositus ad Dominum, quid figuret. V, 277. Paralyticus allegorice. III, 1334. Anima bonis operationibus dissoluta quomodo Christum quærat. III, 1334. Paralyticus in baptismate sanatus. VII, 764. Paralyticus ad oratorium in quo terra de Jerosolymis allata infossa erat, salvus effectus. VII, 765.

Parasceven Judæi etiam cœnam puram vocant. V, 1090.

Paratianensis saltus. II, 430; V, 1090.

Parcimonia jejuniis conjungatur. V, 1043.

Parcit Deus malis occulta justitia. IV, 1204. Parcit Deus diversimode. III, 645. Christus nemini parcebat verbo, ut essent quibus parceret in judicio. IV, 1197. Nisi primo Deus per misericordiam parceret, non inveniret quos per judicium coronaret. IV, 1282. Vis ut tibi parcat Deus? tu tibi noli parcere. V, 1358. Plurimum interest quo animo quisque parcat. II, 660. Non omnis qui parcit amicus est: nec omnis qui verberat, inimicus. II, 323. Parcens crudelis, feriens pius. V, 111.

Paregorizare, id est, mitigare. IV, 1638. *Not.* 2. Paregorizamur quotidie medicamentis Dei. IV, 1638.

Parentalia. IV, 554; V, 1601.

Parentes primi quando creati. III, 409. In quo consistat primorum parentum peccatum. III, 432. Primi parentes crediderunt Deum facile veniam indulturum peccati. III, 446. Mox ut Adam et Eva præceptum transgressi sunt, intrinsecus gratia decrente nudati sunt. III, 446. Ipsa prope amicitia Dei onerabat primos parentes post peccatum, quæ fiduciam dabat ante peccatum. III, 448. Ad quid aperti oculi primorum parentum. III, 445. Apertio oculorum Adami et Evæ, non est figurate accipienda. III, 446. Primi parentes scientia boni et mali frui potuissent, si ad lignum suo tempore accessissent. III, 452. Si non peccassent, non mortui essent, nec eorum posteri. III, 395. Quomodo. III, 396. Ex eo die mori cœperunt, quo ederunt, etc. X, 1583. *Vide* Lignum vitæ.

Parentes primi, et si non peccassent, tamen generassent. VII, 430. Primis parentibus potuissent esse in paradiso honorabiles nuptiæ, et thorus immaculatus. III, 395. In immortalibus corporibus potuit is esse modus, ut solo piæ caritatis affectu, nulla corruptionis concupiscentia, filii nascerentur. III, 293, 395, 399. Primi parentes non habebant appetitum carnalis voluptatis, qualem nunc habent ista corpora. III, 398. Quare non coierint in paradiso. III, 395. Ante peccatum non genuerunt. VII, 434, 435. Merito ad vesperam visitantur. III, 447. Parentibus non tribuendum quod cum damnatione nascantur filii. X, 809.

Parentes quomodo se gerant erga filios. IV, 1205. Parentibus ut filii serviant, ordo est naturalis. III, 590. In ea re sola filius non debet obedire patri, si aliquid jubeat contra Dominum, IV, 875. Deferendum est patri, quia pater est; et deferendum est Deo, quia Deus est. IV, 1685. Malos filios, ne de his erubescant, etiam parentes abdicare solent. III, 2132. Propter parentum peccata an filii puniendi. III, 765. Parentum iniquitates filiis obesse non posse, exemplo suo Christus docuit. VIII, 440. Parentum peccata quomodo ad filios pertineant. IX, 633. Et ea Deus retribuat filiis. VIII, 137, 138. Parentum peccata quibus filiis redduntur, et quibus non nocent. IV, 1437. Parentum erat olim, nomen filiis imponere. V, 351.

Parentes non agnoscere, et non honorare, caninum est. V, 69. Parentes quomodo honorandi. V, 603. Filius in matrem injuriosus cum reliquis suis fratribus divina ultione punitus. V, 1443, 1444; VII, 769. Parentum imprecationes in filios, quam reformidandæ. V, 1445. Præcepto de honorandis parentibus non est contrarium Evangelium. VIII, 136. Parentes et propinqui quare odio habendi. III, 1249. Quomodo propter Christum contemnendi. I, 615. Parentes propter annuntiationem regni Dei nulla impietate contemnuntur. VIII, 136. Parentum dilectio et contemptus in utroque Testamento commendatur. VIII, 137. Parentum et cognatorum affectio quatenus noceat. II, 1035. Quatenus interimenda sit. II, 1056, 1057. Matris carnalis gemitibus gemitus opponuntur matris Ecclesiæ. II, 1057. Qui vult sua dare pauperibus, primum ea parentibus distribuere debet, si pauperes sunt. II, 1059. Parentes et amici quatenus amandi. I, 1238. Parentum amor quatenus purus vel impurus. VII, 746. Parentum amorem ordinavit Christus, non abstulit. V, 1512. Parentes duo ad mortem, et duo ad vitam. V, 154. Pater et mater hominis mortalis allegorice. IV, 198. Parentes nostros, Deum et Ecclesiam, si non lædamus, sed amemus, sequetur hereditas. V, 154.

Pariatores. V, 1191. *Not.* (*b*).

Pariatoria plenaria passionum omnium Christi. IV, 731.

Parientis dolor pœna est peccati. X, 1560, 1563, 1564. Utrum animalia tempore pariendi doleant, necne, non constat. X, 1563.

Paries. Christus ex duobus parietibus unum fecit; hæretici ex uno, duos faciunt. IV, 1223. Paries dealbatus,

hypocrisis. IV, 1229.
Parietinæ idem ac ruinæ. IV, 1298.
Paris Priami regis Trojanorum filius. VII, 82. *Not. (f).* Paridis adulterium cum Helena Menelai uxore. VII, 81. Paridis adulterio offensi dii, Trojam deseruerunt. VII, 82. Paridis judicium, fabulosum vel ipsis Paganis. VII, 568.
Parmenianus. V, 1587; IX, 33. Donatistarum Carthaginensis episcopus, successor Donati. I, 637. Parmenianus Donati errorem confirmavit. V, 279. Parmeniani eloquentiam multum prædicabant Donatistæ. IX, 446. Parmeniani ceterorumque Donatistarum arrogantia. IX, 546. Parmeniani epistola ad Tychonium. IX, 107, 108. Parmenianus Tychonium rescribendo compescit, non tamen refellit quæ scripsit. II, 342.
Parmenianistæ iidem qui Donatistæ. VIII, 32.
Parœcia Ecclesiæ Calamensis. VII, 433.
Parœcia pro diœcesi. II, 953, 955.
Parricidio patriæ, continentur omnia scelera. I, 953.
Pars turpis est, quæ suo universo non congruit. I, 689.
Parta, reperta, comperta, unde dicuntur. VIII, 968, 972.
Parthenius. II, 94.
Participando divinitatem immortales efficimur. IV, 1906.
Partiri. Consuetudo pacifica est jam inter homines, ut cum terrena partiuntur, major dividat, minor eligat. VII, 498.
Parturiendi labor ex peccato. X, 405, 1448. Partus cum gemitu pœna est feminæ peccatricis. X, 1178. De parturientium dolore. X, 1377. Parturientes sive magis, sive minus, tamen dolent: et hic dolor aut est pœna peccati, aut dolor in paradiso fuit. X, 1378.
Parva non sua granditate, sed artificis sapientia metienda sunt. VII, 335.
Parvuli quales in paradiso gignerentur, si nemo peccasset. X, 1332. Parvulos crudeliter defendunt Pelagiani. X, 472, 473. Parvulos sic defendit Julianus, ut a Salvatore separet. X, 1478. Parvulos non baptizatos nolunt Pelagiani primi hominis damnationi obnoxios confiteri. I, 598; X, 394. Parvulos peccato originis esse obnoxios docuerunt SS. Patres citra Manichææ hæresis suspicionem. X, 1212. Parvuli peccato originali obnoxii. II, 871. Parvuli peccato originis compediti sunt. III, 1695; X, 188, 189, 470, 471, 1154, 1215, 1216, 1217, 1240, 1241, 1242, 1250. Parvuli ideo obnoxii peccato, quia ab illo originem ducunt, in quo omnes peccaverunt. X, 1123, 1124. Parvulorum peccatum ex Adam. X, 463. Parvuli pertinent ad peccatum, per quod mors intravit in mundum. X, 1228. Parvuli contagione primi parentis sunt obstricti. X, 871. Parvuli etiam ipsi serpentis morsu venenati. X, 145. Parvuli propter originale peccatum prævaricatores sunt. IV, 1574. Parvuli ex concupiscentia nascuntur, et concupiscentia est malum. X, 736. Parvuli non Dei creatione, sed vitio naturæ per peccatum depravatæ nascuntur mali. X, 1506. Parvuli ut regeneratione justi, sic generatione deputantur injusti. X, 1307. Parvuli quia inquinati sunt generatione, purgentur regeneratione. V, 906. Etsi nec parenti post conversionem obsint propria peccata, non tamen non obsunt ejus filio, si non renascatur. X, 177.
Parvulos propria per liberum arbitrium habere peccata dicunt Pelagiani. II, 820, 821. In parvulis non est peccatum propriæ vitæ. X, 147. Parvuli quomodo rei sunt voluntate. I, 608.
Parvuli nascentes an a Deo possideantur, et a diabolo. X, 705. Peccatum originale tenet parvulos sub diaboli potestate. X, 427. Parvuli non incongrue subduntur diabolo per peccatum. X, 465. Parvuli antequam baptizentur, sunt sub potestate diaboli. X, 838. Quare. X, 1402, 1404, 1557. Parvulos erui a potestate tenebrarum, negabant Pelagiani. X, 441. Et in hoc hæretici sunt. X, 1315, 1578. Parvuli de potestate tenebrarum eruuntur. X, 820, 841. Per sacramenta. X, 1300, 1303, 1305, 1307, 1383. Parvulos peccato obnoxios vel ipsa baptismi forma declarat. X, 145. Parvulos erui a potestate tenebrarum ostendunt ipsa Ecclesiæ Sacramenta. X, 407, 408. Exsufflationes. X, 1504, 1506. Et exorcismi. X, 1506. Parvuli exsufflantur et exorcizantur, quare. VI, 628. *Vide* Baptismus, Exsufflatio, Exorcismus. Parvuli incircumcisi anima de populo interire non potest, sine peccati merito. X, 1206, 1210. Sacramenta pro parvulis etiam ante circumcisionem. X, 809.
Parvulis regeneratio necessaria. V, 657, 944; X, 132, 133. Exitiabile est et mortiferum non tantum carni, sed et animæ infantis, sine baptismo exire de hac vita. X, 191. Parvulus periturus erat sine baptismo. X, 145. Hoc firmum certumque semper habitum est ab Ecclesia. X, 191. Parvuli non possunt ab originali peccato liberari nisi baptismo. II, 678, 685. Parvuli baptizantur in remissionem peccatorum. X, 177. Parvulos originalis peccati remissionem per baptismum consequi, antiquitus universa Ecclesia retinuit. X, 190. Parvulos quoque in baptismo peccato mori et vivificari. X, 1215, 1216, 1217. Parvuli in baptismo moriuntur peccato: ergo sunt rei. X, 827, 828, 829, 830. Parvuli et in peccato mortui sunt, et moriuntur peccato. X, 830. Parvuli per baptismum, quæ est Dei gratia mirabilis, sancti et justi esse coguntur. X, 1506. Morti Christi conformantur. X, 177. Parvuli etiam ipsi in baptismo renuntiant sæculo. X, 1267. Parvuli per gestantium fidem et responsionem credunt. V, 1346; X, 505, 570. Et appellantur fideles. V, 1343; X, 123, 1078. Iis alieno facto vulneratis, aliena fide subvenitur. V, 950, 1342. Parvuli in credentium et fidelium numero deputati. X, 187. Dici possunt et vocati in pœnitentiam. X, 123. Parvulis baptizari, ipsis est credere; non baptizari, non credere. X, 132. Parvuli infantes quomodo creduli vel incredituli fiant, per credentes aut incredulos. II, 871, 984. Fides respondentium pro eis in baptismo recta esse debet. V, 951. Qui parvulum offert baptizandum, debet cum Catholicis sentire. X, 146. Pelagianorum aliqui censuerunt infantes credere, per eos a quibus offerebantur. II, 870, 890. Parvulos mox natos illuminari, quidam perperam colligebant ex Evangelio. X, 129, 130. Parvulos cur baptizandos dicunt Pelagiani. X, 703. Sine participatione corporis et sanguinis Christi æternam vitam habere parvuli non possunt. X, 394. Vita æterna quatenus renatis debetur. X, 1133. Parvulis adhuc et infirmis stillantur quædam de Sacramentis. IV, 784. Parvulorum baptismus et communio. V, 943. Sanguis Christi ministratus parvulo ut vitam habere possit. X, 1154. Parvuli manducant carnem Christi et bibunt ejus sanguinem. II, 985. Parvuli qui carnem Christi non manducaverunt, vitam æternam non consequentur, ex Innoc. II, 785, 826. Parvulis baptizatis utrum noceant parentes, cum eos dæmoniorum sacrificiis sanare conantur. II, 350. Parvulis non imputatur ad culpam quod reluctantes baptismum recipiant. II, 841. In tantum nesciunt quid faciunt, ut nec facere judicentur. II, 841.
Parvuli nascuntur miseri. X, 147. *Vide* Mala, Miseria. Ratio velut adhuc quieta et quasi sopita, tamen insita, et quodam modo inseminata in parvulis latet. X, 130. Ignorantia et animi corporisque infirmitas in parvulis. X, 147, 180. Ignorantia parvulorum quanta. X, 148. In his ignorantiæ tenebris anima pueri non tantum indocta, verum etiam indocilis jacet. X, 149. Ex ignorantia profundissima ad fatuitatem balbutientem, non permansuram, tamquam ad scientiam locutionemque tendentes, proficiendo veniunt parvuli. X, 148. Parvuli, nec sapientes sunt nec stulti. I, 607. Ab infantia ad sapientiam per insipientiam mediam perveniunt parvuli. X, 795. Parvuli pecoribus sunt infirmiores. X, 150. Infirmitati mentis congruit hæc infirmitas corporis. X, 150. Infirmitas carnis in infantibus pœnalis est. X, 150. Parvuli pœnas hujus vitæ quare patiantur, interrogat Hieronymum Augustinus. II, 727. Parvuli cur nascantur miseri secundum Julianum. X, 1353, 1354. Absurda ejus opinio, et quare Deum faciat injustum. X, 1374. Parvulorum miseriæ ex peccato originali. X, 1179, 1187, 1191, 1332. In paradiso non essent. X, 1336. Parvulorum pœnæ injustæ, si illi essent innocentes. X, 1175. Magna iniquitas, si parvuli jugo gravi sine peccati merito premuntur. X, 1201. Parvuli pœna injusta, si negetur peccatum originale. X, 1506. Parvuli qua justitia tanta mala patiantur, dicere non potest, qui negat peccatum originale. X, 1505. In parvulis si non esset ex origine malum meritum, quidquid mali patiuntur esset injustum. X, 1334. Deus injustus appareret, si parvulis nil peccati trahentibus tanta mala irrogaret. X, 697. Justitiam Dei blasphemant, qui dicunt tanta mala perpeti parvulos, sine merito peccati. X, 1300. Æquitas Dei in pœnis infantium propter originis vitium. X, 1301. Parvulorum mors ex peccato primi hominis. V, 906. De parvulorum morte et cruciatibus. I, 1303. An ipsis prosint cruciatus, aut eorum parentibus. I, 1304. Parvuli cum vitiis non nascerentur, si non essent obnoxii peccato originali. X, 709. Grave jugum super parvulos, non sine merito. X, 1194. Grave illud jugum injustum est, si non sit originale peccatum. X, 1199, 1200. Et si non illis imputandum Adæ peccatum. X, 1192. Quod parvuli etiam baptizati interdum et dæmonum patiantur incursus, ex merito venit originalis peccati. X, 840. Parvulorum interfectio juste a Deo præcepta, reatum originalem ostendit. X, 1424. Parvuli in incendio Sodomorum absumpti, argumento sunt esse peccatum originale. X, 1356. Munera gratiæ ad salutem necessaria non denegarentur parvulis, si non haberent peccatum. X, 1076. An parvuli non in eorum numero deputandi, quos Deus omnes vult salvos fieri. X, 760.
Parvulos a gratia Christi separant Pelagiani. X, 1187, 1190, 1193, 1210, 1211. Et sine ullius peccati merito a regno Dei. X, 1188, 1191. Gratia Christi ad parvulos etiam pertinet. X, 1190, 1191, 1192. Parvulis opus esse redemptione confessi sunt Pelagiani, peccatorum remissionem eis esse necessariam noluerunt exprimere. X, 185. Parvulorum redemptionem quo sensu Cœlestius confessus est. X,

395. Parvuli egent reconciliatione, quæ fit per Christum. X, 870. Parvuli ad reconciliationem, quæ per mortem Christi facta est, pertinent tanquam peccatores. X, 1215. Parvulis Salvatorem necessarium negant Pelagiani. X, 1305. Eosque a Salvatore audent negare salvandos. X, 571, 572. Parvuli salvatore egent. V, 944. Pelagiani Christum negant parvulis Jesum esse, nisi sicut universæ mortali creaturæ. X, 1345. Christus etiam parvulis Jesus. V, 943, 1334; X, 1077. Parvulorum salvator Christus. X, 179. Christum pro parvulis esse mortuum, et tamen eos peccato originis non esse obnoxios inconsequenter dicit Julianus. X, 1213, 1214. Parvuli peccato originali obstricti, quia non est pro eis mortuus Christus, qui nullum habuerunt omnino peccatum. X, 825.

Parvuli unde justitiam habituri sint. X, 1182. Parvuli sicut in Adam moriuntur, sic in Christo vivificantur. X, 1171. Parvuli sine studio propriæ voluntatis ad primum et ad secundum Adam pertinent. X, 1233. Parvuli ab Adam trahunt peccati reatum, mortisque supplicium, et a Christo summunt participationem justitiæ, et vitæ præmium sempiternæ; licet nihil utrobique vel boni vel mali sua voluntate fecerint. X, 1554. Parvuli in Adam moriuntur, et in Christo vivificantur, sine ullis operibus propriæ voluntatis. X, 1292. In parvulorum regeneratione nec voluntas accipientium præmittitur, nec adjungitur, nec subsequitur. II, 820. Spiritus sanctus habitat in parvulis baptizatis, etiamsi nesciant, quia in eis occulte agit ut sint templum ejus, idque in proficientibus et perseverantibus perficit. II, 840, 841.

Parvulos ad regnum cœlorum nolunt pertinere Hieracitæ. VIII, 38. Parvulos etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam, error est quem Pelagius anathematizavit. II, 826. Parvulis non baptizatis salutem, et vitam æternam promittunt Pelagiani extra regnum Dei. X, 570. Frustra illis promittitur vita extra regnum cœlorum, sed manet eos damnatio. II, 871. Parvuli non baptizati non possunt habere vitam, quare. X, 978. Parvuli ob originale peccatum damnantur, nisi regenerentur. I, 649; V, 1359; X, 679. Ad damnationem pertinent, qui per baptismum Christi corpori membrisque non sociantur. X, 189. Et in perditione ac tenebris remanent. X, 132. Ira Dei manet super eos, et judicati sunt, et condemnabuntur. X, 187. Parvuli non baptizati in damnatione erunt cum diabolo. X, 140. Parvuli non baptizati secundæ mortis supplicium subeunt. X, 570. Pœnis torquentur. II, 723, 727. In damnatione tamen omnium mitissima futuri sunt. X, 120. Et levissima. X, 809. Causam damnationis in parvulis quærit August. de qua re quamdam refert sententiam. II, 730, 731. Quare parvulus non baptizatus pergit in damnationem, causa satis digna forte non videtur, quia non invenitur; non quia non est. V, 1339. Parvuli si non traherent originale peccatum, non juste excluderentur a regno Dei. X, 715, 1191. Separatio a regno Dei grande malum, et hoc non redditur parvulis sine merito. X, 840. Injustus foret Deus, si parvulos peccato non obnoxios damnaret. X, 721. De parvulorum non regeneratorum damnatione consentit tota Christi Ecclesia. X, 1191. De parvulis sine baptismo decedentibus Pelagii sententia. X, 393. Tertius locus præter regnum et supplicium, nullus est. X, 1073. Infantes aut ad regnum mittuntur, aut in ignem æternum. V, 1337. Parvuli ante vel post susceptum baptismum defuncti, an resurgent. II, 730. Parvulorum resurrectio qualis futura. V, 1140. Parvuli etiam ante Christi tribunal referent propria corporis. X, 859. Parvuli baptizati inter fideles et credentes cum reputentur, non judicantur. X, 146. Parvuli soli, qui nondum habent opera propria vel bona vel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lavacrum regenerationis non subvenit gratia Salvatoris. II, 971. Parvuli secundum ea quæ per corpus gesserunt, recipiunt vel bonum vel malum. II, 984. Gratiam gratis dari probatur ex parvulorum discretione qui voluntatis usum non habent, nec per liberum arbitrium discernuntur. II, 820, 826, 984, 985. Parvulorum alii sunt vasa in honorem per gratiam, alii vasa in contumeliam per judicium. X, 1219. Ex duobus parvulis cur unus ad gratiam portatur, alius ante suffocatur, profundum est inscrutabile. V, 177, 905, 907. Parvulo ante baptismum extincto vita reddita per orationes Stephani, ut sacramenta perciperet. V, 1446. Parvuli per liberum arbitrium pœnam mereri non possunt vel gratiam. II, 820. Pro parvulis tanto impensius loqui debemus, quanto pro se ipsis minus possunt. X, 199.

Parvuli, id est, humiles. V, 436, 440. Parvuli et lactentes in Ecclesia quinam. IV, 110. Parvuli in fide non mittendi in præproperam passionem. III, 629. *Not.* Parvuli, id est, carnales. V, 156. His ætatæ Scripturæ non ut carnales remaneant, sed ut proficiant. V, 156. Parvuli terræ nomine designantur, sed crescendo cœlum fient. IV, 1486. Parvuli Babyloniæ, nascentes malæ cupiditates. IV, 1775. Egregia similitudo de matre parvulum fovente. V, 156. Parvulorum vanitatibus cohibendis multimodæ formidines adhibentur. VII, 785. Parvulorum verbera et convicia grata sunt et jucunda. X, 148. Nemo tamen prudentium probaverit, ut in hæc concitentur studio ridendi, et vanitate majorum. X, 148.

Pascamus, Christum bene vivendo, et pascet in æternum nobis vivere donando. IV, 568. Aliud est nasci de Spiritu, aliud pasci. V, 454. Pastio populi per Christum duplex, prima de quinque panibus, secunda de septem; utriusque mysterium. VI, 48, 49, 50, 51.

Pascentius Augustinum non ausum esse ipsi fidem suam dicere divulgat. II, 1038, 1041, 1049. Pascentius in iis verbis, quibus fidem suam pronuntiavit, quoties ea repetit, toties variavit. II, 1038. Cum mane illi placuisset ut ipsius ac Augustini verba a notariis exciperentur, a prandio displicuit. II, 1038, 1041, 1042, 1049, 1050. Pascentius Auxentium laudat; Arium, et Eunomium anathematizat. II, 1039. Pascentio dicenti se expertum esse Augustinum longe inferiorem quam fama jactasset, Augustini responsio. II, 1041. Pascentius voluit honoratos viros interesse collationi ipsius cum Augustino. II, 1042, 1049. Pascentii alia in Augustinum convicia. II, 1050. Quid eis respondeat August. II, 1051. Pascentii nomen Augustinus in suis ad eum litteris non scribit. II, 1038, 1049, 1050. Quo consilio. II, 1049.

Pascha Hebræum est nomen, non græcum. IV, 842, 1609, 1789. Transitum significat. III, 1785. Pascha non a græco πάσχειν, sed ab hebræa voce quæ transitum significat. II, 203; III, 1785; IV, 841, 842, 1609, 1789; VII, 522. Ad Pascha celebrandum etiam hœdum accipiendum esse, intelligere conantur Judæi. III, 609. Paschæ celebrationem in alterum mensem differebant, qui immundi erant super mortuum. III, 722. Pascha quid præfiguravit. IX, 290. Pascha figura erat passionis Christi. VII, 322. Pascha Judæorum, umbra veri Paschatis. III, 1758, 1785. Pascha verissimum in Christo celebratum. V, 844. Verum Pascha, Christi immolatio. III, 1783.

Paschatis celebritas anniversaria. IV, 171. Pascha agitur et in sacramento, et in memoriam rei quæ gesta est. II, 205. Transitus (qui hac voce, Pascha, significatur) modo in nobis agitur per fidem, spem, et caritatem. II, 205, 206. Veteris et novi Testamenti consensus quoad celebritatem Paschæ et Pentecostes. II, 217, 218. Pascha plerumque nulla, interdum a paucis Manichæis tepidissima celebritate frequentabatur. VIII, 178. Pascha quomodo et quando celebrant Tessarescædecatitæ. VIII, 51. Pascha nostrum ad diem Paschæ Judæorum cur non occurrit. VIII, 503. Christiani non observant dies et annos et menses et tempora, licet ad solis et lunæ computationem Pascha celebrent. II, 209. Illud observant ut Sabbatum occurrat, quod Judæi non observant. II, 211. Pascha per orbem totum una die observatum iri censet Arelatense concilium. IX, *App.* 787. Ut quadraginta dies ante Pascha observentur, Ecclesiæ consuetudo roboravit. II, 220. Paschæ vigiliam forinsecus et intrinsecus celebremus: ita ut Deus nobis loquatur in lectionibus suis, et Deo loquamur in precibus nostris. V, 1088. Paschæ vigilia velut mater omnium sanctarum vigiliarum. V, 1088. Vigilat ista nocte mundus inimicus et mundus reconciliatus. V, 1088. Istum Christianus vigor, illum diabolicus vigor nequaquam dormire in hac celebritate permittit. V, 1088. In vigilia Paschæ quanta Augustini fatigatio. V, 1442. In Paschæ solemnitate in Ecclesia cantatur historia trium puerorum. IX, 330. Et Danielis. IX, 332. *Not.* (*a*). Amen respondent post lectionem historiæ Danielis in solemnitate sancta, et se signant. IX, 322. *Not.* (*a*). Paschæ feriis per dies XV cessant lites. V, 1201. Tempus post Pascha relaxatis jejuniis in laudibus agitur. IV, 1937, 1938. Paschali tempore jejunia relaxant Christiani, stantes orant, halleluia canunt, quod est signum resurrectionis. II, 218. Paschalibus diebus et Dominicis an ubique Christiani stantes orent, ignorat August. II, 221. Tempus ante Pascha significat tribulationem in qua modo sumus. IV, 1937. Paschæ octavæ. V, 1196. Complent sacramenta infantium. V, 1198, 1201. In celebratione Paschæ, observandum triduum crucifixi, sepulti, suscitati: horum trium quod significat crux, agimus in præsenti vita; quod autem significat sepultura et resurrectio, fide ac spe gerimus. II, 215. Pascha significat futuram vitam. IV, 1938. Cum Christus transiit ad Patrem, spes membris in capite data est, quod essent secutura. III, 1783. Paschalis festivitas ferventiores facit, etiam eos qui cætero anno pigriores sunt. IX, 330.

Paschasius. IV, 376. A vico Augusti episcopus. IV, 381.

Pascua nostra. V, 1647. Pascua vera in altera vita. III, 1727, 1742.

Πάσσαλος palus. VIII, 42.

Passalorynchitæ. VIII, 42.

Passeres in cedris Libani nidificantes, quos significent.

IV, 1371. In comparatione passeris, quivis admissarius frigidissimus invenitur. VIII, 198. Passer Christus in resurgendo. IV, 1300.

Passio Domini describitur in psalmo LXVIII. IV, 846. Passionis Dominicæ mysteria explicantur. V, 1084. Passio Christi notatur sub Pilato, sive unde colligatur temporis veritas, sive unde Christi plus commendetur humilitas. V, 1070. Passio Christi figurata per luctam Jacob cum Angelo. VII, 518. Per Noe. III, 111. Per aquam turbatam piscinæ. III, 1528. Passioni Christi simile est cœlum roseum vespere. III, 1327. Passio Domini multis ruina fuit. IV, 1597. Passio Domini significat vitam præsentem, ejus resurrectio futuram. IV, 1938. Passionibus suis Christus demonstravit, non ea munera quæ videntur sonare in vetere Testamento, sed æterna esse concupiscenda. IV, 1146.

Passio Domini quanta bona protulit. IV, 745, 746. Passio Domini pretium est orbis terrarum. II, 264. Radix ex qua processit gloria Ecclesiæ. V, 258. Passionis Christi celebritas anniversaria. IV, 170, 171. Passionis Christi tempus nunc totius orbis festivissimum est. VIII, 179. Passionis Dominicæ anniversario die cantatur XXI Psalmus. IV, 172, 178, 179. Passio Domini solemniter legitur. V, 1084. Sed nonnisi secundum Matthæum. V, 1107. Voluerat aliquando Augustinus ut per singulos annos secundum omnes Evangelistas legeretur ; inde perturbati sunt homines. V, 1107.

Passiones Christi imitandæ sunt, non a Christiano deliciæ conquirendæ. V, 275. Passionem Domini imitando pauperes saturabuntur. IV, 545. Exemplum passionum Christi afflictis proponitur. IV, 366, 373. Passio Christi exemplum patientiæ. VIII, 542. Passionis calix amarus et salubris. V, 1455. Passionis amaritudo bibenda est, donec transeat amaritudo hujus sæculi. IV, 551. Passionis amaritudo unde a sanctis cum gaudio est tolerata. V, 1366. Passio Domini quasi testa qua peccata raduntur. III, 826. Passiones Christi non in solo Christo, et nonnisi in Christo, quomodo. IV, 730. Passiones Christi, passiones nostræ sunt. IV, 406. Christus Dominus voluntate passus, nos necessitate; ille miseratione, nos conditione. IV, 333, 1104. Passionibus Christi non communicatur sine caritate. V, 923. Sarcina passionum infirmitati gravis, caritati levis. X, 901. *Vide* Christus.

Passio motus animi contra rationem. VII, 242. Passiones ex terrenis corporibus moribundisque membris animæ esse opinati sunt Platonici. VII, 711. Passiones in diis admittere figmentum poetarum. VII, 261, 262. A passionibus non est immunis humana infirmitas. VII, 258, 261. Passiones in sapientem cadere sentiunt Platonici sive Aristotelici, negant Stoici. VII, 258. Passiones a Stoicis non existimantur vitia, si contra virtutem mentis nihil possunt. VII, 261. Passiones necessitate pati sapientem, sed non iis cedere; stultum vero cedere dicebant Stoici. VII, 258, 259, 261. Platonici et alii philosophi cum de passionibus loquuntur, de verbis potius, quam de rebus faciunt controversiam. VII, 259, 260, 261. Passionibus quatuor omnis humanorum morum vitiositas continetur. VII, 408. Passiones quatuor animæ nihil aliud quam amor. VII, 410. Passiones ut sint in hominibus facit stultitia vel miseria. VII, 242. Passionum perturbatio stultis malisque dominatur. VII, 263. Passionum perturbatio miseriam indicat. VII, 267. Passiones unde bonæ vel malæ. VII, 410. Passio in lingua latina, maxime usu loquendi ecclesiastico, nonnisi ad vituperationem consuevit intelligi. X, 469. Passiones non tam discutit Christiana religio, quam earum causas. VII, 260.

Passiones deponere vera religio præcipit. VII, 242. Passiones Scriptura sacra menti subjicit ita moderandas, ut in usus justitiæ convertantur. VII, 260. Qua ratione mens passiones in se contra rationem prævalere non permittit. VII, 260. Passiones non temperant impii ac pagani, nisi superbia. VII, 416. Passionibus moritur, qui jam servit mente legi Dei. VI, 62. Passiones temperantia quomodo moderandæ. I, 1328. Passiones mortificatæ vocantur amores sancti, casti, boni; immortificatæ vero, perturbationes, libidines, concupiscentiæ. III, 188. Quæ mala ex immortificatione passionum, quæ bona ex mortificatione proveniant. III, 188. Passionibus resistendo mens regnum virtutis exercet. VII, 260. Passiones a sapientibus et bonis ita reguntur, ut malint eas non habere, quam vincere. VII, 263. *Vide* Perturbatio.

Passivi quinam appellantur. VIII, 167.

Pastorum sunt duo quædam, unum quod Christiani, alterum quod Præpositi. V, 270, 296. Pastores boni de bonis ovibus fiunt. V, 287. Pastores multi boni, etsi nihil ad potestatem ac bonitatem Pastoris pastorum. V, 765. Unus pastor bonus, quia boni omnes in uno. V, 287, 765, 765. Pastor malus aliquis est propria malitia, bonus nonnisi Dei gratia. V, 1484. Pastor quis mercenarius, quis castus, V, 759. Pastor mercenarius fugiens. V, 760. Pastores pauci, mercenarii multi. V, 760, 762. Mercenarii pastores quomodo utiles. V, 760. Pastor non is qui ad quasdam res paratus, et ad quasdam non, sed qui ad omne opus bonum paratus. V, 760. Pastor idoneus ille est, qui vitam rependere valet pro ovibus. V, 1554. Qui sic oves amat, ut pro eis mori possit effectu vel affectu. V, 1554. Pastores, non oves, sed se ipsos pascentes. V, 270. Pastori jubetur ut animam ponat pro ovibus suis. III, 1733. Pastores cum animam pro ovibus suis posuerunt, ipse unus Christus posuit. III, 1733. Pastor in Ecclesia unus. III, 1730. Pastorum duo genera in Ecclesia ; alii Christi gregibus consulunt, alii suis honoribus temporalibus et commodis sæcularibus gaudent. II, 951. Pastores sua quærentes, non quæ Jesu Christi, mortui sunt. V, 281.

Pastoris officia et ovium V, 796. Pastoris partes populo explicare quid prosit. V, 607. Ad officium pastoris doctrina pertinet. II, 635. Cæteris Ecclesiæ pastoribus id mandatum quod Petro. V, 1354. Hoc est Christo pascere, hoc est in Christo pascere et cum Christo pascere, præter Christum sibi non pascere. V, 287. Ad pastores pertinet non tacere ; ad oves autem, etiamsi illi taceant, de Scripturis sanctis verba pastoris audire. V, 282. Mali cum non possint bona loqui, qui malus pastor audiendus. V, 473. Pastor malus non in eo quod de suo, sed in eo quod de Dei profert audiendus. V, 283. Pastoris est explanare difficiles locos Scripturæ. V, 716. Pastorum malorum facta spinæ sunt, verba ipsorum uva, sed de vite, id est, de cathedra. V, 762. Ipsa de illis loquitur, non ipsi. V, 761. Pastoris vox cum tremore audienda. V, 295, 296. A luporum dentibus eruuntur, qui pastorem audiunt. V, 515. Pastoris vox, in qua solæ oves Christum audiunt, non alienum. III, 1725. Pastor et quod ad pastores et quod ad oves dicitur, cum tremore debet audire. V, 296. Vitavit Augustinus quæstionem de juratione, ne monendo et præcipiendo plus reos faceret non audituros. V, 979. Pastoris est sua quærentis, errantes non arguere. V, 275. Pastoris negligentia occidit eum, quem non admonet. V, 281. Et ille juste moritur, et ille juste damnatur. V, 281. Si quos alloquitur timens lædere, felicitatem terrenam iis promittit, ipsos perdit. V, 275. Pastorem quid pigriorem faciat ad redarguendum. V, 961. Pastori paucissimi contradicunt loquendo, multi male vivendo. V, 961, 963. Pastoris est errantes oves revocare ad ovile. V, 278. Pastor etiam importunus esse debet iis, qui salutis suæ negligentes sunt. V, 245, 246. Augustini qualis sit animus erga iniquitates suorum. II, 1063, 1064. Pastor qui propter merita alicujus erga se, mores illius dissimulare non debeat. II, 1074. Qui infirmas oves confortare debeat. V, 275, 276. Pastoralis caritas qui non ordine amandi, sed ordine subveniendi infirmiores fortioribus anteponit. II, 557. Pastoris tristitia de malis ovium prodest illi : sed nihil vult expedire sibi, nisi quod expediat illis. V, 514. Pastoris est dicere auditoribus cum Augustino : Si non tacuero, animam meam liberabo ; sed nolo salvus esse sine vobis. V, 125. Item, Delectatio mea non est in hac vita, nisi vestra bona vita. V, 128. Pastor, quantum ad illum attinet, oves bonas necat male vivendo. V, 274. Etsi illæ vivunt, ipse homicida est. V, 275. Ovium interitus quomodo pastori imputatur. V, 281. Ovis errantem pastorem sequendo non secura. V, 282. Sub malis pastoribus oves unde securæ. V, 281. Mali pastores in Ecclesia, similes Pharisæorum. V, 750. Oves a malis pastoribus quomodo reducit Deus. V, 282. In bonis pastoribus spes non ponenda. II, 951, 952. Pastoralium periculorum solatia, ovium bona opera. V, 611. Gaudium, solatium ac respiramentum periculorum suorum nullum reputat Augustinus, nisi suorum bonam vitam. V, 1112. Pastorem solatur in periculis, quod suorum adjuvetur orationibus. V, 915. Votum pii pastoris. V, 124.

Pastoribus quam periculosa ratio reddenda. V, 796. De ovibus quæ ratio reddenda a pastore. V, 762. Pastoris quando integra ratio de ovibus. V, 763. Pastoris onus non abjiciendum. V, 513. Pastoralis curæ scrupulos, quibus ipse angebatur, Augustinus aperit. II, 352. Pastori debita reverentia. V, 611. Lactis percipiendi potestas data pastoribus. V, 272. Lac sic sumant, ut ovibus prosint. V, 272. Pastores accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino. V, 273.

Patelana dea præfecta folliculis patescentibus ut spica exeat. VII, 119.

Pater et Abba idem significant. IV, 1012, 1419. Cur simul ponuntur ab Apostolo. IV, 1012, 1419. Patrem tantum unum Deum appellantes Ariani refelluntur. VIII, 758. Unde Patrem tantum unum Deum appellabant Ariani. VIII, 716, 718, 728, 738. Patrem non natura Deum esse credebant Ariani. VIII, 778. Pater verus Deus est gignendo veritatem, non participando. II, 1047. Pater, totius deitatis principium. VIII, 908. Pater in divinis non est solus, sed habet similitudinem. III, 244. Pater hoc genuit quod est. VIII, 723. Patrem potuisse hoc generare quod est. V, 771. Patris

et Filii non diversa substantia. VIII, 749. Pater hoc est quod Filius secundum substantiam, non secundum id quod ad aliud dicitur. IV, 845. Pater in Trinitate non ad se, sed ad Filium dicitur; ad se autem Deus. IV, 845. Patrem genuisse Filium sibi æqualem ostenditur ex Scriptura. VIII, 764, 766. Patrem genuisse Filium sibi æqualem vel ex partubus animalium ostenditur. VIII, 761. Pater aut ex impotentia, aut ex invidia non genuisset æqualem sibi Filium. VIII, 762. Pater an non sit ipse sapientia, sed tantum sapientiæ pater. VIII, 924, 933. Hæc quæstio difficillima. VIII, 934. Pater non solum virtutis et sapientiæ pater, sed ipse virtus et sapientia. VIII, 935, 936, 937. Pater et Filius simul una sapientia, sicut una essentia; tametsi non simul Verbum unum. VIII, 936. Pater cur non suæ magnitudinis et bonitatis, etc. genitor similiter sit. VIII, 925, 933. Patrem quantis laudibus efferant Ariani. VIII, 728. Pater cur solus beatus et solus potens proprie dicendus secundum Arianos. VIII, 729. Cur solus sapiens. VIII, 730. Cur solus immortalis secundum Arianos. VIII, 731, 733. Patrem solum incapabilem dicebant Ariani. VIII, 813. Pater non invisibilis Filio ex ipsis Manichæis. VIII, 764. Pater solus secundum Arianos invisibilis, Filius Patri visibilis, non vero virtutibus cœlestibus. VIII, 728, 739. Refellitur hoc commune. VIII, 745. Patrem solum invisibilem, Filium vero et Spiritum sanctum visibilem qua ratione quidam propugnant. VIII, 867. Patrem ullo modo vel per subjectam creaturam apparuisse nolebant Ariani. VIII, 812, 813. Patrem nunquam Patribus aut Prophetis per aliquas visibiles formas apparuisse, nimis temerarium est dicere. VIII, 866, 867.

Patris solus sunt voces quædam in Scripturis, quænam. VIII, 857. quomodo Pater loquatur Filio. III, 1586, 1689. Hoc nemo novit. VIII, 692. Patris mandatum, Verbum ejus. VIII, 838, 839. Ex ipsis ad Filium factis temporaliter vocibus Patris, nihil Filius didicit. VIII, 803. Pater ingenitus non legitur in Scripturis. II, 1040. Pater quomodo æternus æternum generat Filium. III, 1560. Pater etsi volens genuerit Filium, non sequitur Filio priorem esse voluntatem Patris. VIII, 685. Patris et Filii eadem sunt opera. VIII, 694. Non alia Pater, alia Filius; sed eadem opera Trinitas fecit. V, 705, 746. Pater nihil unquam facit sine Filio. VIII, 617. Pater Deus quæcumque fecit, nonnisi per Filium fecit. V, 702. Pater et Filius unum principium. VIII, 785. Patrem inter et Filium magna caritas. III, 1308.

Pater cur solus non dicitur missus. VIII, 686. Pater non est incarnatus. III, 1667. Patrem Deum et Dominum Jesu Christi etiam ante incarnationem docebant Ariani. VIII, 733, 734. Pater non est Dei Deus, sed Deus est Christi. VIII, 721. Deus pater potest dici Rex Domini nostri Jesu Christi. IV, 821. Pater unde major sit Filio. VIII, 746. Pater non ideo major Filio, quia de nullo genitus genuit æqualem sibi Filium. VIII, 786. Patrem majorem se Christus appellavit ex forma servi. III, 1835, 1837. Pater cur dicitur non judicaturus, sed judicium dedisse Filio. III, 1670; VIII, 842. Pater invisibiliter cum Filio erit in judicio. VIII, 787. Patris sinus, quid. VIII, 761. Patris dextera ad quam sedet Filius, æterna felicitas. VIII, 692. Patrem non honorari Filii contumelia. V, 772.

Pater noster Deus. V, 409. Pater noster et mater est Deus, et qua ratione. IV, 208. Pater ad fidem salutemque æternam non est nisi Deus. IX. 627, *app.* 833. Pater noster secundum sæculum diabolus, mater Babylonia. IV, 208.

Patrisfamilias circa familiam sollicitudo et disciplina. IV, 599. Peccatum quod tibi non displicet in filio, delectat te. IV, 599. *Vide* Parentes. Pater et feriendo pius, et parcendo crudelis. V, 111. Paterfamilias episcopale officium in domo sua debet implere. III, 1768. Paterfamilias omnibus in familia sua, tamquam filiis ad colendum et promerendum Deum consulit. VII, 644. Ex lege civitatis præcepta sumere debet quibus domum regat. VII, 645. Patrem male suadentem, salvo ei honore debito, repellentis exemplum. V, 1284. Pater cujusquam non is tantum dicitur a quo genitus, sed etiam is a quo fuerit adoptatus. VIII, 215, 216. Patres adoptivi castius corde gignunt, quos carne non possunt. V, 348.

Patriarcharum facta quo animo Faustus reprehendit. VIII, 440. Manichæorum calumniæ in Patriarchas. VIII, 405. Patriarchæ et Prophetæ a criminationibus Manichæorum defenduntur. VI, 395; VIII, 417. Patrum antiquorum castitas, etiam cum plures haberent uxores. V, 345, 347, 349. Patriarchæ etiansi libidinosi et crudeles fuisseat, tamen deo Manichæorum essent meliores. VIII, 465. Cur in Patriarchis commendatur quod fuerint pecorum nutritores. III, 389. Patriarchæ et Prophetæ cur hic regnaverunt. VIII, 449. Eorum non solum lingua sed et vita fuit prophetica. VIII, 417. In his et quæ dicebant, et faciebant, erant præcones Christi venturi. V, 31. Fuerunt de ecclesia credendo in Christum, quem prænuntiabant. VI, 313, 314. Patriarcharum nos imitatione filii. IV, 1402. Patriarchas et Prophetas a Christo solutos fuisse doloribus inferni, quidam sentiunt, quod displicet Augustino. II, 711.

Patres quinam appellantur a Catholicis. IX; 627, *app.* 833. Patrum scripta ab auctoritate canonis distinguenda. II, 339.

Paterniani seu Venustiani hæretici. VIII, 46; X, 800.

Paternus. II, 224.

Paternus proconsul. V, 1411.

Patriciani. IX, 589.

Patripassiani. V, 448; IX, 589. Patripassianorum hæresis. V, 556. Patripassianorum doctrinæ fides opponitur. V, 557. Patripassianos a communione sanctorum removit Ecclesia. V, 557.

Pati. Aliud est pati pœnam, aliud pati injuriam. IV, 1894. Nihil patimur in ista vita, nisi ex illa morte, quam meruimus primo peccato. IV, 598. Quod te permiserit pati Deus, flagellum corrigentis est, non pœna damnantis. III, 1441. Quæcumque in hac vita patimur, non ea tribuenda insipientiæ, sed consilio Dei ad nostram medicinam. IV, 770. Quidquid patimur, quidquid largitur nobis Deus, et recipimus ad consolationem, et patimur ad probationem. IV, 917. Quod hîc patimur, ira Dei est. IV, 977. Quare amas habere quod Christus, si times pati quod Christus? IV, 1250. Qui conatur proficere, incipit pati; qui non patitur, non conatur proficere. IV, 1509. Omnis consummatio est usque ad mortem pro veritate certare, et pro summo bono mala omnia tolerare. IV, 1561. Patitur homo et ex se intrinsecus, et forinsecus ex iis inter quos vivit. IV, 405. Cum patitur Christianus, non debet facile velut odio ire in eum a quo patitur; sed convertere se ad orationem, ne amittat dilectionem. IV, 652. Fieri potest ut quis Christum confitens patiatur causa humanæ gloriæ. IV, 490, 491.

Patientia quid sit. VI, 21, 613. Patientia Dei erga nos. V, 467. Patientia Dei cur malos ferat. VI, 334, 343. Patientia Dei ne abutamur. V, 297.

Patientia vera et falsa. V, 1287. Patientiam non omnis habet, qui dolores quoslibet tolerantissime patitur. VI, 368. Patientia falsa terrena est, animalis, diabolica. VI, 619. Ei potest voluntas humana sufficere. VI, 619. Patientiæ falsæ vires. VI, 618. Eas mutuatur ex mundi cupiditate. VI, 622. Tamquam de stupore morbi, non de robore sanitatis. VI, 622. De hac gloriari insanum. VI, 622. Patientia tanto majore supplicio dignior, quanto magis vitiis subdit instrumenta virtutum. VI, 613. Patientia, comes est sapientiæ, non famula concupiscentiæ; amica bonæ conscientiæ, non inimica innocentiæ. VI, 611. Patientia Deum laudet, non avaritia; caritas, non cupiditas. VI, 635. Quanta iniqui patiantur. VI, 611. Patientia iniquorum non est patientia, sed duritia. VI, 613. Patientia schismaticorum, ne Christum negent, mala sustinentium, laudanda. VI, 623. Prodest eis ad subeundum tolerabilius supplicium, non ad regnum cœlorum. VI, 624. Donum Dei est. VI, 624. sed donum exheredatorum, non filiorum. VI, 624. Patientiam veram a falsa distinguit causa patiendi. VI, 611.

Patientiam modo de nobis exigit Dominus. V, 298. Patiendi necessitas jure nobis imposita. VI, 617. Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte toleratus es. V, 298. Causa patientiæ bona eligatur. V, 1453. Patientia et longanimitas non est nisi in malis. IV, 271, 1171. Patientia in tribulationibus. IV, 480, 738, 1853. Patientiam facilius servari, quamdiu extra carnem patimur. II, 532. Patientia præcipua laudatur in morte propter justitiam subeunda vel contemnenda, quare. X, 183. Mali quam patienter ferendi. VI, 662. Patienter ferendi quos corrigere non possumus. IV, 635, 1276, 1528, 1529. Patientia laudanda non fuisset, sed negligentia culpanda, si cæsus Episcopus a schismaticis, auxilium Ecclesiæ sibi creditæ ab Imp. non petiisset. II, 806. Patienter quisque salva veritatis doctrina perferre debet, quod emendare non valet. VI, 228. Patientia recta quænam, et quam utilis. VI, 614. Non invenit locum sapientia, ubi non est patientia. V, 825. Sine patientia, spes futuræ vitæ; sine mansuetudine, patientia nequit custodiri. V, 860. Patientia animæ consulit et corpori. VI, 614. Patientiæ usus in animo et corpore. VI, 614. Patientiæ majus certamen, sæviente diabolo. VI, 613. Cavendum est ne vindicandi cupiditate amittatur patientia, quæ pluris habenda est, quam omne quod potest etiam invito inimicus auferre. II, 530. Saturatus dicitur paupertate Christi, qui non solum omnia temporalia bona temperanter contemnit, verum etiam patienter sustinet mala. II, 567. Christianus ad omnia patienda præparatus esse debet. III, 1259, 1260.

Patientiæ præcepta non ostentatione corporis, sed præparatione cordis implenda. III, 1935. Patientiæ præcepta et injuriarum condonatio, maxime in cordis præparatione re-

Linenda. II, 530. Præceptum de præbenda percutienti altera maxilla, neque Christus, neque Apostolus violavit. II, 530.

Patientia, deifica est. VI, 619. Patientia Dei erga peccatores, ab hominibus imitanda. II, 654, 655, 656. Patientia Dei qualis. VI, 611. Imitanda Christi patientia. V, 34, 477. Patientia discenda est a potentia Christi. III, 1706. Patientiæ exemplum in passione, patientiæ præmium in resurrectione Christus ostendit. V, 946. Qui vult patienter ferre omnia, non descendat de cœlo, et in lege Dei meditetur die ac nocte. IV, 1193. Patientia pauperum Christi, merces æterna. VI, 625. Patientia intendatur merces æterna, non temporalis. VI, 632. Non ideo patienter mala temporalia sustinenda sunt, ut quemadmodum Jobo contigit, duplicia recuperentur. II, 349. Spe beatitudinis adipiscendæ mala hujus vitæ pii fortiter perferunt, et propter hoc in tormentis beati dicuntur. II, 668, 673. Vis desideriorum facit tolerantiam laborum et dolorum, et nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. VI, 615. Patientia tanto major est, quanto major est caritas. VI, 619. Patientiæ exempla sunt demonstranda ad profectum caeterorum. III, 280. Patientia vera non est ex liberi arbitrii viribus. VI, 617. Patientia etsi vincere videtur qui viribus suis fidit, vincitur a superbia. V, 1233. Cur patientia vera non pro justitia et vita æterna possit pati, quod falsa pro iniquitate et vita temporali? VI, 618.

Patientia donum Dei. V, 1252, 1286, 1288; VI, 624. Patientia datur a Deo. IV, 298, 737, 738. Ab illo est patientia, a quo vera sapientia. VI, 618. A quo caritas. VI, 619, 623. Spiritus sanctus est ignis ejus, quo nisi accensa voluntas diligat impassibile bonum, non potest ferre quod patitur malum. VI, 619. Patientia a Deo data, quomodo nostra est. V, 1463. A quo accipimus victoriam concupiscentiæ, ne voluptate pertrahamur; ab illo etiam robur patientiæ, ne dolore franganur. IV, 1577. Patribus antiquis, quamvis rarissima, fuerunt tamen et usque ad mortem exempla patientiæ. II, 349. Patientia Job describitur. VI, 615, 652, 704, 718, 719. Patientiæ firmitas per ossa designatur. IV, 320, 1796.

Patriæ quanta debeat esse caritas. II, 513. Patria parentum loco haberi solet. I, 1238. Ejus parricidio continentur omnia scelera. I, 953. Pertinet ad virtutis officium vivere patriæ. VII, 622. Iis qui de patria bene meriti essent, singulare præmium in cœlo præparari, ex doctissimis viris refert Nectarius. II, 387. Patriæ mores alii pertinacius retinent, alii facilius dimittunt. II, 201, 202. Patriæ, id est civitates aut numerosæ familiæ. III, 508.

Patria cœlestis. V, 241. Patria nostra Jerusalem cœlestis. IV, 288, 1602. Patriæ cœlestis laus. III, 1636. Descriptio. VI, 686. Felicitas. IV, 582, 756, 1099, 1107, 1108. Ibi nulla erit tentatio. IV, 798. Ibi pugna, quam intus experitur homo, finietur. IV, 775. Ibi opera misericordiæ cessabunt, quia miseria nulla erit. IV, 1099, 1108. Quomodo calor et refrigerium erit. IV, 797, 798. Ibi nullus orandi locus erit, sed tantum laudandi. V, 868. Ibi visio erit sine defectu, amor sine fastidio. IV, 1080. Erit gaudium sine fine, æternitas sine labe, serenitas sine nube. III, 1626. Patriæ cœlestis thesaurus veritas. VII, 160. Patriæ cœlestis cives remissione peccatorum colliguntur. VII, 161.

Patria superna desideranda. III, 1662, 1691; IV, 774; V, 38. Non amat patriam cui peregrinatio dulcis est. IV, 1089, 1195. Præter patriam cœlestem, quidquid nobis est, peregrinatio est. IV, 731. Fideles transeunt de mundo, infideles cum mundo. III, 1785. Ad patriam fide suspiramus. V, 1613. Ad patriam festinandum. VI, 679. Non via pedum, sed via morum. VI, 699. Ad eam currendum dilectione, non pedibus corporis. IV, 1952. Ambulas si amas; non enim ad Deum passibus, sed affectibus currimus. VI, 681. *Vide* Via. Patriam utcumque viderunt Platonici, sed viam non tenuerunt. VII, 307. Patria est vita Christi, via mors Christi. III, 1624. Ut ad patriam redeamus, nobis opus est cruce Domini portari. V, 473. Jumentum animæ quodnam et quomodo domandum. VI, 681, 709. Navigii ad id instructio. VI, 680. Quid agendum sit pro patria æterna, ostendit quod fecerunt Romani pro terrena. VII, 160, 161, 162.

Patricius Augustini pater, tenuis municeps Thagastensis. I, 677. Ultra vires rei familiaris filio impendebat quidquid etiam longe peregrinanti studiorum causa opus erat. I, 677. Patricii mores. I, 772. Patricius quamvis ira fervidus, numquam cecidit Monnicam uxorem. I, 772. Patricius fit catechumenus. I, 677. Moritur fidelis, Augustino annum XVII agente. I, 685.

Patricius Augustini nepos. V, 1575. Subdiaconus. V, 1575.

Patricius a quo Patriciani hæretici. VIII, 42, 663.

Patrimonium pauperis, sanitas corporis. V, 249, 1402. Melius homo filios creatori Deo, quam patrimonio suo commendat. V, 89.

Patrocinium. Justum judicium aut verum testimonium non vendendum, licet vendatur justum patrocinium et verum consilium. II, 663.

Patronus noster Christus. V, 728.

Paventia dea. VII, 122.

Pavibundus. V, 148.

Pavimentare. V, 513, 1463.

Paulæ et Eustochii pia conversatio. II, 753. Paula neptis Alypii et Aug. dicta. II, 929. Paula salutat Augustinum. II, 753. Paulæ ægrotanti assidet Hieronymus. II, 238.

Paulina. II, 483. Continentiam Deo dicare parata. II, 487. Paulina annis gravis. II, 597. Petiit ab Augustino copiose sibi explicari utrum Deus corporeis oculis videri possit. II, 596. Iuque ex occasione brevis illius Epistolæ. II, 603. scribit ei Augustinus librum de videndo Deo. II, 596.

Paulinianum cum Hieronymo commorantem salutat August. II, 237.

Paulinus Nolanus episcopus. VI, 157; VII, 24; X, 1027. Nobilis Dei famulus. VIII, 588. A Delphino Burdigalæ baptizatus, a Lampio apud Barcilonem in Hispania per vim inflammatæ subito plebis sacratus. II, 100. Paulinus ad fidem innutritus est Ambrosii dilectione, cujus presbyter censetur. II, 100. Paulinus episcopali dignitate ornatus fuit. II, 99, 103. Paulinus omnia abdicavit. II, 102. Paulini fastum sæculi abdicantis proponitur exemplum. II, 107. Paulini humilitas. II, 102, 103. Paulinus et Therasia pro inscriptione se vocant peccatores. II, 120, 347. Paulinus divinæ voluntati obsequentissimus. II, 274. Paulini occupationes incredibiles, cum putaretur frui otio. II, 356. Paulinus toto anniversario Romam pergebat. II, 353. Paulinus ab episcopalibus curis liber. II, 123, *not.* (c).

Paulinus ab Augustino laudatur. II, 108. Paulini pectus, Domini oraculum. II, 123. Paulini litteræ valde laudantur. II, 108. Paulino adest conjux non dux ad mollitiem, sed ad fortitudinem redux in ossa viri. II, 108. Paulini ad Macarium consolatoria epistola memoratur. II, 1073. Paulini et Therasiæ ad Alypium epistola. II, 99. Altera ad Augustinum. II, 101. Paulini epistolæ fragrant sincerissimo odore Christi. II, 831. Paulinus germanissimus gratiæ dilector et confessor apparet. II, 831. Paulini verba ex epistola ad Sever. II, 831. Paulino Vetustinum puerum miserabilem etiam impiis commendat August. II, 123. Commendat et Romanum ac Licentium. II, 125. Rogat eum Augustinus ut Licentium velit exhortari et instruere. II, 110. Paulinus benedictos panes quinque Romaniano et Licentio mittit. II, 126. Paulinus adversus Paganos scripsit. II, 159. Hoc opus petit August. II, 123, 159, 181. Paulinus rogat Augustini sententiam circa mortuorum sepulturam et preces Ecclesiæ pro ipsis. VI, 591. Aliquas e scripturis quæstiones Augustino proponit. II, 465. Paulino respondet Augustinus. II, 630. Qui libros de libero arbitrio ad eum dirigit. II, 124. Paulinus quinque libros Aug. contra Manichæos ab Aurelio accipit. II, 121. Curante Alypio. II, 101. Paulinus Eusebii episcopi Constantinopolitani historiam ad Alypium mittit. II, 100. Paulinum adversus Pelagii hæresim instruunt Alypius et Augustinus. II, 815. Paulinus Aurelii, Alypii, Augustini, Profuturi, Severi episcoporum litteras accepit. II, 125. Paulinus ad Aurelium Carthag. scripsit. II, 100. Paulino panem mittit Aug. II, 123. Eique spondet se Alypii historiam scripturum. II, 110. Paulinus legit Augustini librum de vera religione. II, 109. Libros Augustini ut dictata divinitus verba miratur. II, 100. Desiderium Augustini ut Paulinum videat et alloquatur. II, 107.

Paulinus presbyter. II, 645. Paulini Nol. discipulus. II, 644. Hunc Augustinus filium et compresbyterum vocat. II, 645.

Paulinus diaconus. X, 387, 389, 575.

Paulus Apostolus unde sic appellatus. I, 753; X, 207. Saulus antea dictus a Saule. V, 1429. Paulus idem est ac modicus. III, 2037. Et humilis. V, 603, 914, 1278, 1429. Saulus in Stephani cæde sævior persecutor. V, 1429. Lapidantium Stephanum vestimenta servabat, ut omnium manibus lapidaret. IV, 1934. Pauli sævitia in Ecclesiam magnæ feracitatis indicium. VIII, 445.

Pauli conversio. IV, 503; V, 167, 948, 1276. Pauli conversio non fuit ex meritis præviis. IV, 701. Pauli propria, nonnisi mala. V, 1466. Paulus ut de cœlo vocaretur, ut et tam magna, et efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola, quia merita ejus erant magna, sed mala. X, 889. Paulus sine ullis meritis bonis, imo cum multis meritis malis consecutus est gratiam. X, 890. In Paulo evidentior et clarior gratia apparuit. X, 207. Paulo redditum est bonum pro malo, cum haberet meritum malum. X, 888. Saulus sæviens gratia præventus. V, 913, 914, 920,

1571, 1465. Saulus phreneticus quomodo curatus. VI, 656. Medicus Christus artis suæ vim in eo commendavit. V, 1370. Paulus de lupo ovis, ac de ove pastor factus. V, 949. Ex persecutore apostolus. V, 949. Paulus a malo se ipso liberatus. V, 1364. Paulum Christus prostravit voce objurgante, et levavit dextera miserante. IV, 1164. Paulus carbo extinctus erat, sed voce Christi accensus est. IV, 1812. Paulus durus et gelidus contra ignem Dei. IV, 1935. Saulum Christus voce mactavit, et in suum corpus trajiciens, quodam modo manducavit. II, 220. In Pauli conversione impletur prophetia Jacob de Benjamin. V, 1275, 1465. Paulus per Benjamin adolescentiorem in ecstasi significatur. IV, 855. Pauli mutatio propter Stephani orationem contigit. V, 914, 1436. Paulus ideo misericordiam consecutus est, ut ad eum respiciens peccator jam nullus desperet. IV, 875. In Sauli curatione spes salutis allata desperatis. V, 951, 1268. Paulus apostolus licet cœlesti voce prostratus et instructus, ad hominem tamen missus est, ut sacramenta perciperet. III, 17, 18. Paulus quomodo peccatorum primus. V, 948, 951, 1370. Paulus peccatorum primus, non tempore, sed malignitate. IV, 875. Paulus ex persecutore prædicator Christi. V, 1268, 1351. Paulus quam sapienter simul et eloquenter dixit. III, 93, 94, 95, 96. Paulus maxime dialecticus. IX, 456. Paulus, juris divini consultus. V, 558. Paulus quot modis significando prædicavit Christum. VIII, 873. Paulus tuba ductilis fuit. IV, 1255. Paulus seminator verborum recte vocatur. V, 606. Erat seminator verborum, sed messor morum. V, 808. Paulus confert cum Epicureis ac stoïcis. V, 854. Paulus apud Athenienses prædicans. V, 808.

Paulum tamquam Legis inimicum Judæi criminabantur. II, 279. Paulus modo vetera sacramenta celebrabat, modo non celebrabat, pro temporis dispensatione, et exigentia eorum quibuscum aderat. II, 280, 288. Paulus Judæorum sacramenta celebravit, non sacrificavit cum Gentibus, quomodo. II, 157. Paulus quomodo factus sit Judæis Judæus, infirmis infirmus, etc. II, 157, 257, 288, 289. Paulus omnibus omnia factus, non mentientis astu, sed compatientis affectu. II, 288; VI, 537, 557. Paulus quo animo observationes paternas observavit. VI, 493. Paulus non mendaciter eas observavit. VI, 536. Eo modo subveniebat carnali Judæo vel Pagano, quo modo sibi ipse, si hoc esset, subveniri voluisset. VI, 558. Paulus, ut Ecclesiam formaret, induit decorem ad eos quibus placebat, et fortitudinem ad eos quibus displicebat. IV, 1182, 1183. Petrum et Paulum Legis exercuisse mandata timore fidelium Judæorum censet August. Hieronymus vero simulasse tantum. II, 157, 260. Paulum non ex simulatione sacramenta Judæorum celebrasse probatur ex Jacobo. II, 280. Paulus fallacem simulationem in Petro reprehendit. II, 156, 257, 260. Paulum quoque simulasse se Legem observare, ait Hieronymus. II, 256, 257. Paulum reprehendisse in Petro quod commiserat, non ex mendacio officioso, sed ex honesta dispensatione, se et alios ante ipsum propugnasse affirmat Hieronymus. II, 257. Paulus Petri et Barnabæ simulationem merito reprehendit. VI, 536. Paulus veraciter Petrum emendavit. II, 156, 277, 278, 285. Paulus arguendo Petrum, non tropice aut metaphorice locutus est. II, 779. Paulus non est mentitus. II, 779. Pauli mendacio semel admisso in concertatione quam cum Petro habuit, ruit ejus auctoritas. II, 113. Paulum non habuisse securitatem prædicandi Evangelii, nisi Petri, et qui cum eo erant fuisset sententia roboratus, ex Hieron. II, 255.

Pauli caritas prædicatur. III, 2022. Paulus falsos fratres tolerat. II, 297. Judæos ac Gentes gratiæ vinculo in Christo connectit. III, 2089. Paulo fideles parturiente, caritas parturiebat. IV, 1923.

Paulus officium patris erga Corinthios, ob Evangelii prædicationem, sibi vindicat. VIII, 385. Paulus non solum paternum, sed et maternum cor gerebat in filios. IV, 1299, 1925. Paulus in mari naufragans, ferebat in corde patrimonium fidei suæ. IV, 1645. Zelus proximi quantum eum torquebat. IV, 1269. Gloriam suam non quæsivit Paulus. III, 1471. Paulo causa gloriandi in carne quæ fuerit. V, 917. Humilitas ejus et in cœlo respicitur, propter spiritus libertatem; et in terra, propter corporis servitutem. IV, 1473. Paulus quonam modo tribulationes tulerit. IV, 367. Paulus et Barnabas psallentes in vinculis. III, 1955. Paulus in se ipso Stephanum martyrem vindicabat, quomodo. III, 1268.

Paulus raptus in paradisum, an in corpore an extra corpus. III, 453, 455. Ignoravit Paulus an anima a corporis sensibus alienata fuerit, an omnimode corpore exierit. III, 458. Vere tertium cœlum fuit illud, quo raptus est Apostolus. III, 456, 457. Apostolus certus se vidisse tertium cœlum, incertus quomodo viderit. III, 456. Quomodo potest hoc fieri. III, 457. Quod vidit Paulus in raptu, proprie et non imaginaliter vidit. III, 458. Apostolus raptus est usque ad visionem intellectualem, in qua videtur ea specie quam Deus est. III, 478. Paulus raptus ad vitam Angelicam. II, 610.

Paulo an omnes gratiæ donatæ. X, 339. Paulus an sine peccato, quia dixit superesse sibi coronam justitiæ. X, 165, 166. Paulus nondum plenitudine justitiæ perfectus. X, 602. Justitiæ perfectio est plena securitas, nec in Paulo fuit. X, 601, 604. Paulum omnes habuisse gratias, quo sensu ab episcopis Palæstinis intellectum. X, 339. Paulus et imperfectum et perfectum se dicit. X, 602, 606. Imperfectum se profitetur Paulus. V, 834, 853, 924. Infirmitatem suam agnoscens perficitur. V, 481. Paulus quomodo fuerit sine querela secundum justitiam quæ in Lege est. X, 558, 602, 603. Paulus adhuc liberationis indigens, quantumvis perfectus. X, 162. An ex persona sua dicebat, *Quis me liberabit*, etc. X, 154. Non in persona Judæorum, sed in sua loquitur cum ait: *Miser ego homo*, etc. X, 1088. Item, *Non quod volo bonum*, etc. X, 1116. Item, *Ego autem carnalis sum*, etc. I, 620, 638. Paulus ex sua, et aliorum qui sub gratia non sub Lege adhuc sunt persona ait, *scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum*. X, 557. Paulus quomodo carnalem se dixerit, et sub peccato venumdatum. X, 559. Quomodo ignorat quod operatur. X, 561. Quomodo se facere dixerit malum, quod non vult. X, 560. Paulum ibi locutum esse ex persona hominis sub Lege adhuc exsistentis, ob tria videri potest. X, 560. Cur proximus Pauli locus de homine sub gratia constituto intelligendus sit. X, 561. Non tantum caro Pauli, sed et animus infirmus fuit. X, 367.

Paulum et cæteros Apostolos dici libidine pollutos fuisse, calumnia Juliani. X, 536. Paulus ab omni concubitu continebat. X, 886. Pauli pugna contra concupiscentiam. V, 817. Paulo stimulus carnis cur datus, nec cito ablatus. V, 893. Medicamentum elationis fuit in Paulo. V, 853, 892. O venenum, quod non curatur nisi veneno! V, 893. Paulus ad mortem usque non caruit stimulo carnis. X, 166. Paulum Deus propitius non exaudivit. V, 147. Paulus non auditus est ad voluntatem, quia exauditus est ad sanitatem. IV, 1899; V, 836. Stimulus carnis et colaphizatio Pauli, dolor quidam corporis. IV, 1269, 1708.

Paulus jam apostolus artem didicit unde viveret. III, 1961. Paulus de labore manuum vivit, ne videatur vendere Evangelium. VI, 557, 558. Neve infirmi odissent quasi venale Evangelium. VI, 559. Quodnam erat hoc opus quo vivebat. VI, 559, 560. Quando ei incumbere solebat. VI, 560.

Pauli gaudium et verba, passione sua imminente. V, 1366, 1368. Paulus revelatione confirmatus est de sua futura passione et victoria. V, 1368. Paulum mori noluisse ostenditur. V, 1374. Paulus et Petrus pro Christo passi uno die. V, 1352, 1361, 1363. *Vide* Petrus. Paulus quomodo judicaturus est duodecim tribus Israel, cum sint tantum sedes duodecim. IV, 1103, 1104. Corona Paulo redditur debita, quia præcessit gratia indebita. V, 1361, 1464. Paulum dignum fuisse qui omnes gratias acciperet, non consequenter dixit Pelagius. X, 344. An Paulus dignus fuit qui omnes gratias apostolatus acciperet. X, 341, 342. Paulus, quem invenit donatorem tempore misericordiæ, tenet debitorem tempore judicii. IV, 1283.

Pauli merita, dona Dei. X, 341. Paulus pro gratia fortiter dimicat. X, 207. Paulus magnus gratiæ prædicator. X, 341. Diligens gratiæ Dei prædicator. X, 133. Constantissimus gratiæ prædicator. X, 214. Vehemens defensor gratiæ. X, 224. Miles acerrimus et defensor invictissimus gratiæ. X, 990. Paulus magnus gratiæ præceptor, confessor, prædicator. X, 342. Pauli gratus in Deum animus. III, 2037. Paulus ingratos terribiliter reprehendit. IV, 1118.

Paulus quam venerabiliter scripturas veteris Testamenti accipiat, per epistolas ejus apparet. VIII, 650, 651, 658. Pauli epistolas graves et fortes esse, vel ipsi obtrectatores ejus confessi sunt. III, 93. Paulus scribens ad Corinthios, non emendavit quod scripserat ad Romanos. VIII, 248. In Pauli epistolis quædam ad intelligendum difficilia, unde nonnulli pollicebantur sibi salutem ex sola fide. VI, 212. Epistola ad Hebræos teste usi sunt illustres fidei defensores. VI, 233. Pauli Evangelium quid sit. IV, 1448.

Pauli apostoli laudes. VII, 414. Paulus magnus et sanctus vir. X, 601. Excellens membrum Christi. X, 339. Miles castrorum cœlestium. I, 798. Modestia Pauli et zelus pro Christo. IV, 348. Pauli in Dei cognitione modestia. V, 1203. Paulus horrearius dominicus. V, 923. Paulus crystallum. IV, 1934, 1935. Paulus in aquam resolvitur, ut bibant qui sitiunt. IV, 1935. Paulus panis factus est ad alios pascendos. IV, 1934. Paulus tamquam psalterium extenditse, tetigit Christus, et sonavit dulcedo veritatis. IV, 1934. Paulus, mons sina. IV, 819. Pauli navigium spirituale. VI, 680. Paulus altissimorum consiliorum vir. I, 1320. Paulus principatum apostolatus in ipso Evangelio meruit. X, 163. Plus in Ecclesia vigent Pauli epistolæ, quam coapostolorum ejus. IV, 1708. Paulo nihil notius, nihil suavius, nihil

in Scripturis familiarius. IV, 1934. Pauli lingua volatilis loquens mysteria. I, 862. Paulum præ cæteris legit Augustinus. I, 747, 762, 922. Paulum apostolum se maxime accipere Manichæi falso prædicabant. VIII, 246. *Vide* Apostolus. Paulus apostolus unde diligatur, etsi incognitus. VIII, 953, 954, 959. Pictura Stephani lapidationem, et Sauli conversionem exhibens. V, 1457.

Paulus proconsul per baptismum fit regis magni provincialis. I, 753.

Paulus episcopus Cirtensis. IX, 584. Ipse et Sylvanus subdiaconus instrumenta Dominica tradiderunt. II, 197.

Paulus episcopus, immensis fiscalibus debitis obnoxius. II, 356. Idem ipse, uti videtur, qui ab Augustino corripitur. II, 180.

Paulus episcopus. IX, 513, 514.

Paulus episcopus. VIII, 665.

Paulus Samosatenus ejusque errores. VIII, 34. A Paulo Samosateno Pauliani hæretici qui celebrius nuncupantur Photiniani. VIII, 34.

Paulus a Bobba. IX, 229.

Paulus diaconus litteras Augustini ad Bonifacium defert. II, 993.

Paulus frater. II, 1012, 1013.

Paulus ab Imperatore missus in Africam ad Donatistarum schisma exstirpandum. IX, 48.

Paulus quidam ad memoriam S. Stephani Hippone sanatus. VII, 770.

Paulianos in Ecclesia catholica baptizandos Nicæno concilio constitutum est. VIII, 34.

Pavonis mortui caro non putrescit. VII, 712, 719.

Pavor Deus Romanus. VII, 125. Ab Hostilio introductus. VII, 130, 190.

Pavor aliquando exprimitur voce ecstasis. IV, 230. Pavor est etiam in passione justorum. IV, 231. An Christus mortem pavebat. IV, 230. *Vide* Metus, Timor.

Pauper. Plerumque servos suos, quos potest pascere Deus, ideo facit indigentes ut inveniat operantes. V, 1128. Pauperis patrimonium sanitas. IV, 610, 971; V, 249, 1402. Pauperes quinam dicendi. VII, 204. Pauper verus. V, 115. Pauper Dei in animo est, non in sæculo. IV, 1727, 1814. Pauperes, non qui nihil habent, sed qui spem non habent nisi in Deo. IV, 1196. Pauperis justi respicitur arca inanis, conscientia Deo plena non respicitur. IV, 371. Pauper si Deum habet, quid non habet? V, 492, 521. Vere pauperes cujusnam rei divites sint. IV, 170, 1649. Pauperes quæ vitia cavere oportet. V, 521. Cavenda illis cupiditas divitiarum. V, 522, 956. Nihil illi deest, qui nihil cupit. IV, 1639.

Pauper tranquillus, diviti cupido præferendus. VII, 114. Somnus facilius accedit ad duram terram, quam ad lectum inargentatum. V, 114. Plus est pauperi videre cœlum stellatum, quam diviti tectum inauratum. IV, 1687. Pauperes multi, cupiditate divites. IV, 1371. Pauper cupiditate possessus, divite pejor. V, 114. Nihil pauperi prodest si eget facultate, et ardet cupiditate. IV, 609. Multum dimisit, qui non solum dimisit quidquid habebat, sed etiam quidquid habere cupiebat. IV, 1371. Pauper qui cupit divitias et inflatur, inter divites reprobos deputatur. IV, 545, 1727. Qui in facultatum copia non extollitur, inter pauperes a Deo numeratur. IV, 545, 1057, 1197, 1727. Verus pauper in pauperum turba vix invenitur. V, 114.

Pauperem et divitem cur fecit Deus. IV, 1649, 1650. Pauper ac dives onera sua vicissim partiri ac minuere quomodo valeant. V, 899. Pauper est civis regni cœlorum : eo nobis trajicit quod illi damus. V, 240. Pauperes divitibus instituti laturarii. V, 130, 240, 406. Pauperes, occulti canales, per quos res nostræ præceduut nos in cœlum. IV, 424. Pauperum ventres apothecis sunt tutiores. V, 219. Erogatio pauperibus, semen est in terra. V, 265. Pauperum fideiussor Deus. IV, 387. Pauper cum orat pro te, Deum rogat ut solvat pro se. IV, 387. Pauper Deo derelictus, quinam sit. V, 111. Pauperes Christi inter filios computandi. VII, 162. Pauperes loco Christi. V, 1519. Pauper Christus est in nobis, nobiscum, et propter nos. IV, 1295. Pauperes, pedes Domini. III, 1760. Christus in paupere vestiendus, et suscipiendus. V, 170. Pauperes vestiendi mos apud Hipponem. II, 471.

Pauperum cura. V, 433. Pauperum sunt bona Ecclesiæ, ubi aliunde est Ecclesiasticis quod sibi sufficiat. II, 809. Pauperes pascebat Ecclesia. IX, 94. Pauperum procurationem Episcopus gerit. II, 809. Pauperum amicitia eleemosynis comparanda. V, 250. Pauper Lazarus in sinum divitis Abrahæ levatus est. V, 114. Pauper de Lazari sorte non extollatur. V, 112. Pauper et dives in eadem sorte felicitatis, si uterque humilis. V, 113. *Vide* Dives. Pauperis consortium in æterna felicitate diviti qui ipsum hîc spreverit, non sperandum. V, 248. Pauperum tabernacula. V, 251. *Vide* Eleemosyna.

Pauperes spiritu quinam. IV, 943; V, 364. Pauperes spiritu intelliguntur humiles et timentes Deum. III, 1232. Humiles corde. IV, 1726. Non de se præsumentes. IV, 177, 1727. Beati pauperes spiritu suo, divites Spiritu Dei. IV, 1836. Pauper superbus non ferendus. V, 112, 218. Pauperes, id est humiles corde, tanto plus esuriunt justitiam, quanto a sæculo inanes sunt. IV, 1726. Pauper cui refugium factus est Dominus, ille est qui nihil amat quod vel hîc viventem aut amantem deserit, vel a moriente deseritur. IV, 121. Pauperes Dei. IV, 902, 909, 910, 1649, 1650. Pauper est omnis homo. V, 686. Pauperis personam accipere in judicio, falsa misericordia est, et vera injustitia. IV, 285. Pauperum thesaurus, voluntas bona. IV, 371.

Paupertas ex se nec beatitudo, nec miseria. V, 327. Paupertatis omnimodæ studium ad perfectionem Evangelicam pertinet. IX, 423. Paupertas voluntaria ad perfectionem Christianam pertinet. IX, 541. Falso dici quod egestosa vita æternam pariat calamitatem. II, 589. Paupertas voluntaria multorum illustrium Romanorum severior, quam Christianorum. VII, 164. Paupertatis propositum in Augustini clericis. V, 1570, 1572. Paupertatis sanctæ confessor non potest sine mercede cœlesti torqueri. VII, 25. Paupertatem Romanam plus doluerunt etiam Pagani periisse, quam opulentiam. II, 532. Paupertate Christi saturatus quis dicatur. II, 567. Paupertas et divitiæ Christi. V, 215. Paupertatem si vitaret Christus, nos paupertate non careremus. V, 916. Fides amico in ejus paupertate servanda est. V, 247. Paupertas animi deficientis. V, 219. Quam paupertatem det Deus suis inimicis. VIII, 164.

Paupertacula. V, 1570.

Pax quid est. IV, 1075. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. VII, 640. Pacis rerum quarumlibet definitiones. VII, 640. Pacem omnia cupiunt. VII, 659. Pax omnis piæ nostræ intentionis actionisque finis. III, 1901, 1902. Pax æterna, fines bonorum nostrorum. VII, 657. Pax est finis omnium desideriorum bonorum. V, 912. Pacem et requiem omnis homo quærit, sed non in regione sua. IV, 560. Omnium rerum temporalium usura refertur ad fructum pacis; aut terrenæ in terrena civitate, aut æternæ in cœlesti. VII, 642. Pacis bonum, quantum. VII, 657. Pax sectanda, qualis. V, 170. Pacem aliunde sectantur qui vivunt ex fide, aliunde qui non ex fide vivunt. VII, 645.

Pax vera. V, 912. Pax hominis vera quæ. III, 1253. Pax vera creaturæ rationalis. VII, 646. Ordinata in fide sub æterna lege obedientia, pax hominis in hac vita. VII, 642. Pax piis promissa. V, 121, 123. Pax non habetur cum Deo, nisi confessione peccatorum. IV, 937. Pax plena non est, quamdiu vitiis imperatur. VII, 657. Pax recta est, ut caro spiritui subjiciatur, et uxor marito : si e contra, perversa est. IV, 1860. Pax continentia et justitia comparatur. VI, 359. Quanam pace delectetur Deus. VIII, 166. Quod redditur, tunc est gratum, si de pace atque in pace reddatur. IV, 1494. Pax sanat æmulationem. III, 2142. Pax nos in pressuris consolatur, et a pressuris omnibus liberat. III, 1902. Christus vere pax nostra est, verus pacificus. IV, 1668. Deus pax est, Christus pax est. IV, 1656.

Pax duplex Christi, altera in hoc mundo, altera in futuro. III, 1834. Pax mundi differt a pace Christi. III, 1855. Pax hujus mundi non est plena. III, 1834. Pax mundi est luxuriæ perditionisque materies, sive invitamentum sive adjumentum, si desit pietas et caritas. II, 1026. Pax vera et perfecta non est in hac vita. III, 1656; IV, 319, 560, 1075, 1076. In hoc sæculo non speranda. VII, 546, 547. Non exspectanda homini nisi post resurrectionem. V, 331, 1211; VI, 66. Nisi post corporis immutationem. III, 2066. Pax hominis in hac vita, paci beatitudinis comparata, miseria reperitur. VII, 636. Solatium est miseriæ potius, quam beatitudinis gaudium. VII, 657. Pax perfecta tunc erit nobis, quando natura nostra Creatori suo inseparabiliter cohærente, nihil nobis repugnabit ex nobis. VI, 360. Ubi perfecta pax, ibi perfecta justitia est. IV, 1930.

Pax æterna, præmium victoriæ tentationum. VII, 636, 637. Non transit ad pacem, nisi qui prius cum vitiis belligeraverit. IV, 121. Pax æterna summum bonum. VII, 648, 658. Pax Dei præcellit omnem intellectum, etiam Angelicum. VI, 261, 262. Pax Beatorum præcellit omnem intellectum humanum. VI, 261. Pax, Beatorum deliciæ. IV, 362. Pax hæreditas nostra. IX, 694. Pax est possessio, hæreditas, patria justorum. IV, 1655. Bonum cui suspiramus pax erit. IV, 1688.

Pax propria Christianorum et hîc est cum Deo per fidem, et in æternum erit cum illo per speciem. VII, 657. Propter pacem totum agitur quod Christiani sumus. III, 1901. Propter pacem credimus, speramus, diligimus, sacramentis imbuimur. III, 1902. Pacem hîc habemus in spe. IV, 1930. Pacem hoc est habere, quod amare. V, 1582. Pax perfecta bonam voluntatem sequitur. III, 2066. Pacis flumen, pacis abundantia accipienda est. VII, 690. Pax et abundantia fit

per dilectionem. IV, 1628. Pax, veri Dei beneficium. VII, 84, 440, 441.

Pax temporalis etiam optanda Dei servis. VII, 656, 657. Quo animo civitas terrena pacem quærit. VII, 444. Pax civitatis terrenæ, quæ. VII, 645. Pax bellantium finis. VII, 440, 637. Pacem procul dubio quærunt qui pugnant, si boni sunt. II, 1020. Pax non quæritur ut bellum excitetur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. II, 856. Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas. II, 856. Pax domestica, ordinata imperandi obediendique concordia. VII, 645. Pacem cum suis omnes habere cupiunt. VII, 637, 642. Pax cum aliis, incertum bonum, quare. VII, 652. Pax inter nos præcipitur nobis. III, 1656. De pace semper loquendum. V, 1586. Pax ordinatissima, quæ. VII, 730. Pacis cum hominibus hic ordo est, primum ut nulli noceat, deinde ut prosit qui potuerit. VII, 645. Sine caritate nulla pax est. IV, 1685. Pax Ecclesiæ commendatur. IV, 1604, 1605, 1629, 1656, 1949.

Pax non in schismate, vel in Ecclesia. IX, 308. In vinculo pacis salus tota consistit. IX, 85. Vinculo pacis conservato, vires dæmonis invalidæ fiunt ad nocendum, muscipulæ insidiarum comminuuntur, consilia eversionis evanescunt. IX, 85. Donatistis ad Ecclesiam transeuntibus honor clericatus vel episcopatus non aufertur propter bonum pacis, et ex sola clementia. II, 812, 813. *Pax tecum*, respondebatur lectoribus in conventiculis Donatistarum (forte etiam apud Catholicos). II, 170. Pacem dando Donatistæ falsum dicunt. IV, 1629.

Pacis signum, osculum. V, 1101. Pax plerumque indignis confertur. VII, 440, 441. Pace qualiter utendum. VII, 441. Possumus uti ea pace quæ inter alios jurantes facta est. II, 185. Pacis laus. IV, 1923. Pacis ecclesia apud Hipponem regium. II, 966. Pax in scripturis et concordia. III, 1546. Pacis cum bello de crudelitate certamen in victoria Syllana. VII, 108.

Pacifici, filii Dei. V, 162. Deus nonnisi a pacificis videbitur. V, 162. Pacificus Augustini, etiam adversus sacrilegos, animi motus. II, 132.

Peccati nomen diversis modis accipitur. X, 599. Peccata alia in moribus, alia in artibus. X, 1516.

Peccatum quid. I, 609; III, 221; VIII, 38, 105, 586, 587, 588, 590, 591, 592, 593, 595; X, 1148, 1157, 1464, 1466. Peccatum est rei qualitas mala. X, 294. Peccatum est dum non in Deo, sed in se ipso et aliis creaturis voluptates, sublimitates, veritates homo quærit; atque ita irruit in dolores, confusiones, errores. I, 676. Peccatum est legis transgressio. III, 1077. Peccatum est factum vel dictum vel concupitum contra æternam legem. VIII, 418. Peccatum duobus modis constat, si aut illa fiant quæ prohibentur, aut non fiant quæ jubentur. X, 298. Peccatum non erit si quid erit, si non jubeatur divinitus ut non sit. X, 165. Peccatum est hominis inordinatio atque perversitas. VI, 122. Non est alia vita hominum vitiosa atque culpabilis, quam male uteus et male fruens. VIII, 981. Peccaret nemo, si nihil delectaret illicitum. VIII, 419. Peccatum est, cum vel non est caritas quæ esse debet, vel minor est quam esse debet. X, 298. Peccatum est motus defectivus et voluntarius. I, 1270. Peccati definitio. X, 1077, 1118. Sed in Adamo spectati. X, 1067. Peccatum quid sit in opinione Juliani. X, 1312, 1414, 1558. Peccati definitio a Juliano allata, est illius quod tantummodo peccatum, non ejus quod etiam est pœna peccati. X, 1066, 1148, 1157, 1174, 1486, 1559, 1560. Peccati definitio an favere possit hæresi Pelagianæ. VIII, 105. *Not.* (*a*). Peccati genus, differentia, modus. X, 1067. Peccatum actus est, non res. X, 294. Peccatum an ex causa mala oriri possit, necne, inquiritur. X, 1464, 1465.

Peccatum rejiciunt Manichæi in naturam mali prævalentem naturæ Dei. VI, 558. Peccatum nobis imputari non potest, si in naturam Deo contrariam ab ipso Deo missi sumus. VIII, 126. Peccata nulla sunt secundum Manichæos. VIII, 541. Peccatum non est malæ naturæ appetitio, sed melioris desertio. VIII, 557, 562. Peccatum non est naturale. VII, 330, 331; X, 293. Peccatum recte naturale dicitur. X, 1476. Peccata naturalia, quæ. III, 221. Peccatum inesse non potest nisi naturæ. X, 1535. Peccatum non nisi a possibili venire posse contendit Julianus. X, 1500. De possibilitate non peccandi falso disputat Pelagius. X, 274. Peccandi possibilitas homini congruit, non Deo. X, 1509. Peccare Deus natura non potest, particeps vero Dei ab illo accipit ut peccare non possit. VII, 802. Deus cur peccare non possit, cur possit homo. X, 1471. Non ideo peccavit homo, sed ideo peccare potuit, quia de nihilo factus est. X, 1491. Ideo potuit rationalis creatura peccare, quia de nihilo facta est. X, 1473, 1474, 1475, 1488, 1495. Non omne quod de nihilo factum est, peccare potuit, sed natura quæ peccare potuit, de nihilo facta est. X, 1494, 1495.

Peccare posse, et non peccare, quomodo sit hominis utentis arbitrio voluntatis. X, 1115. Posse non peccare, et non posse peccare, qui differant. X, 936. Peccare non potest Deus; Angelis etiam concessum est, et post concedetur justis, ut peccare non possint. X, 1117. Angeli beat. pro merito permansionis suæ acceperunt non posse peccare. X, 936, 1491, 1492. Et accepturus erat homo, si stetisset. X, 1491, 1492. Magnum primitus fuit hominis bonum, posse non peccare; majus postea futurum pro præmio, non posse peccare. X, 1490, 1491, 1494, 1495, 1509. Cuicumque rationali creaturæ præstatur ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. VIII, 768. Peccare Angelum vel hominem nulla res compulit. X, 1472. Caveri posse an conveniat cuilibet peccato, tam originali quam proprio. X, 1467. Rationalis creatura sic primitus facta est, ut nec nolens peccaret, nec ulla necessitate urgeretur ut vellet. X, 1474. Peccatum primum ab homine nulla necessitate commissum. X, 1477. Peccata ex necessitate ex illis veniunt peccatis, quæ nulla necessitate commissa sunt. X, 1119. Peccata quænam ex quadam necessitate committi dicuntur. X, 161. Imputantur. X, 161. Peccatum angeli et hominis quid docet. VII, 436.

Peccatum primum in paradiso cœpit ab animo. X, 794. Peccatum primum est gaudere ad propriam potestatem. II, 439. Peccatum primi hominis ineffabiliter grande. X, 1119. In primo hominis peccato plures peccati species. VI, 254, 255. Peccati primi gravitas unde. VII, 419, 420. Peccatum voluntarium primi hominis, causa est originalis peccati. X, 461. Peccatorum origines. I, 1285. Peccatum duplex, originale et frequentatum. VI, 106. Originale et activum. VI, 262. Peccati originalis et actualis distinctio. X, 115.

Peccatum originale. VI, 277, 278; VIII, 1026; X, 115, 198, 413, 463, 464, 533, 570, 649, 696, 720, 732, 784, 810, 811, 819, 824, 836, 874, 1052, 1053, 1058, 1059, 1061, 1082, 1128, 1145, 1174, 1197, 1198, 1199, 1239, 1240, 1244, 1249, 1258, 1263, 1276, 1277, 1596, 1426. Peccatum originale ex primo homine tractum. V, 179, 383, 442, 587, 657, 751, 852, 927, 928, 950, 992, 1156, 1343, 1647. Peccatum Adæ non in fonte mansit, sed in omnes pertransit. V, 832. A tota Adæ stirpe contractum est. VI, 245. Hinc reatus ingeneratus et additus. VI, 262. Peccatum originale tantum ab Adam traducitur. X, 118. Primus homo totam massam damnabilem fecit. V, 907. Universam massam generis humani in homine primo venenator percussit. V, 944. Peccato primi hominis universa generis humani massa damnata. VII, 727.

Peccatum originale negant Manichæi. X, 1008. Pelagiani. II, 723, 762; VIII, 48; X, 114, 441, 481, 520. Juliani sententia de peccato originali. X, 720. Julianus dicebat Manichæum esse sensum, confiteri ex Adam trahere nascentes peccatum originale. X, 648, 653, 654, 656. Innocentes aliqui, ad quos Adæ culpa non pervenit, secundum Julianum. X, 1202, 1205. Peccatum originale cur Pelagiani negant. X, 533. Capita objectionum Pelagianarum contra peccatum originale. X, 186, 187, 188, 672. Pelagianorum argumenta quinque ad negandum peccatum, confringuntur. X, 694. Ad peccatum originale destruendum Juliani argumenta. X, 721. Et ratiocinationes. X, 1412. Objectiones contra peccati originalis propaginem. V, 944, 1345; X, 463, 470, 714, 738, 812, 872. Peccatum originale ni agnoscat Julianus, detestanda quædam et damnanda cogitur admittere. X, 1594, 1595. Catholicorum sententia Pelagianis opposita. X, 673.

Peccatum originis ex Adam adstruitur contra Pelagianos. IV, 591; V, 906, 943, 950, 1338; X, 129, 464, 465, 575, 576, 614, 653. Unde peccatum originale probatur. X, 796. Quæstionem de peccato originali præter fidei periculum esse contendunt Pelagiani. X, 397. Peccatum originale in catholica fide indubitatum. X, 1430. Contra antiquam Ecclesiæ insitam opinionem est negare peccatum originale. X, 188. De peccato originali fides antiquitus tradita atque fundata. X, 1074. Peccatum originale tota catholica Ecclesia docet. X, 1280. Tota ante Augustinum credidit catholica Ecclesia. X, 1185. Disputatio de peccato originali nova est. X, 193. Quandonam de peccato originali cœperunt dubitare, non constat. X, 192. Peccato originali parvulos esse obnoxios de fide credendum est. X, 655. Variaque Scripturæ testimonia id probant. X, 131, 132. Peccatum originale et secundum Scripturas sanctas est manifestum, et hoc dimitti lavacro regenerationis, fidei catholicæ auctoritate atque antiquitate firmatum, et clara Ecclesiæ celebritate notissimum est. X, 608. Peccatum originis et Scriptura sancta proditur, et ipsum se prodit. X, 1192. Peccatum originale probatur ex Scripturis. X, 465, 1073, 1082, 1085, 1084. Peccatum originale asseritur ex Job. X, 161, 162. Et Apostoli testimonio. X, 196, 438, 439, 462. Per unum hominem peccatum, et per unum reconciliatio. X, 869, 1227 Cur per unum, non per duos dicitur peccatum intrasse. X, 1216, 1219, 1225. Quale peccatum per unum hominem intravit in mundum. X, 1163, 1164, 1400. Pela-

gianorum effugium, dum urgentur verbis Apostoli de originali peccato. V, 1344. Initium peccati ex Adam factum esse, quatenus cæteri eum imitati sunt, docebant Pelagiani. II, 679. Refelluntur. II, 684. Peccatum unum omnibus commune, non imitatione, sed propagatione. X, 114, 115, 117, 118. Peccatum per unum hominem intrasse in mundum cum dicit Apostolus, generationem intelligit, non exemplum. X, 1283, 1284, 1286, 1287. Peccatum imitationis per diabolum intravit in mundum, peccatum generationis per hominem. X, 1165, 1164. Peccatum per unius inobedientiam transiisse, tandem fassus est Julianus. X, 1235. Contra peccatum originale perperam citatus Apostolus. V, 1346. Peccatum originale in veteri Testamento narratur. I, 598. Peccatum originale sub Lege imputatum fuisse ostenditur. X, 1173, 1227, 1237. Peccati originalis argumentum, parvulorum circumcisio. X, 402. Circumcisionis præceptum. X, 720, 1194. Peccatum originale præputio significatum. X, 833.

Peccatum originale asserentibus Catholicis, hæresis Manichææ crimen objiciunt Pelagiani. X, 632. Catholicum dogma de originis peccato quantum distet ab errore Manichæorum. X, 1287. Peccatum originale qui adstruunt, non sunt Manichæi. X, 1083, 1227, 1230. Catholici peccatum originale asserentes procul absunt a Manichæis. X, 441, 1125. Nec criminantur Deum. X, 1126. Omnium hominum, quamvis omnes sub peccato nascantur, solus Deus auctor. X, 469. Etsi fetus, sexus, corpus, fecunditas ex Deo sit, non tamen qui inde nascitur, est sine sorde. X, 1343, 1344. Opus diaboli transire per opus Dei, seu per opus operis Dei, non implicat. X, 1501, 1502, 1503. Bonitati Dei non repugnat creare, quod possideat malignitas diaboli. X, 408. Judicium Dei accusat, qui negat peccati originalis merito fieri, ut parvuli permittantur vexari a diabolo. X, 1437. Cur creare pergat Deus homines, quos novit sub peccato nasciturос. X, 434. Non propter substantiam nati homines, antequam renascantur, diabolo deputantur; sed propter primi parentis peccatum. X, 1415. Originale peccatum etsi congenitum, discernendum ab institutione conditoris. X, 1442. Discernendum a natura X, 1278, 1288. Peccatum cur originale potius quam naturale appellatur. X, 1438, 1439. Naturale peccatum Catholici et Manichæi tenent, sed longe diversa ratione. X, 1469. Peccatum naturale esse non posse, quatenus probat Julianus. X, 1500. Peccatum originale qui negat, Manichæos adjuvat. X, 667, 668, 669.

Peccati originalis causa. X, 756. Et origo. X, 1069. Peccatum originale si ad originem referatur, de eodem genere est ac actualia. X, 1187. Peccatum originale et peccatum voluntarium de eodem genere. X, 1187. Modus quo trahatur peccatum originale, etsi non facili ratione indagatur, non facili sermone explicatur; non tamen ab Ecclesia non creditur. X, 828. Illud est antiquum peccatum quo nihil est ad prædicandum notius, nihil ad intelligendum secretius. I, 1328. Peccatum originale unde trahatur, aut ex otio discitur, aut sine salutis labe nescitur. X, 794. Per quid inveniatur in parvulo peccatum originale, discutit Julianus. X, 1150, 1152, 1153. Per quid inveniatur peccatum in parvulo. X, 1183. Peccatum originale qua intravit in mundum. X, 462. Duo modi contrahendi peccati originalis. X, 794. Peccatum originale qua intraverit in mundum, demonstrat Apostolus. X, 1151, 1152, 1153, 1156. Nihil in progenitorum natura esse, ob quod homo nascens jure possideatur a diabolo, hæresis Pelagiana. X, 443, 444. Fuit Adam, et in illo fuimus omnes; periit Adam, et in illo omnes perierunt. X, 1400. In lumbis Adam fuerunt omnes, qui ex illo fuerant per concupiscentiam carnis orituri. X, 1070. Traxit homo reatum quia unus erat cum illo et in illo a quo traxit, quando quod traxit admissum est: at non trahit ab altero, quando propria sua vita vivit. II, 360. Quicumque ex Adam sunt, in illo unus erant cum peccavit. II, 821. Nondum natus in radice damnatus. X, 406.

Peccato originali omnes obnoxii. X, 128, 131. Originale peccatum æqualiter omnes colligavit. X, 1225. Merito peccati originalis genus humanum ludibrium factum est dæmonum. X, 864. Peccatum originale unde. X, 697. Hæreditarium est peccati originalis malum. X, 684. Peccatum primi hominis grande, et omni violentia consuetudinis pejus ad vitiandam naturam. X, 1525. Peccatum originis ex vinculo concupiscentiæ carnalis. IV, 591. Illi subjacent omnes ex Adam carnaliter nati. II, 825, 859, 871, 883, 983. Peccatum originale ex carnali concupiscentia. X, 406, 728, 1160, 1237, 1451, 1605. Peccatum originale traducitur per libidinem. X, 429. Per concupiscentiam. V, 817; X, 443. Peccatum originale; reatus concupiscentiæ a nascentibus tractus. X, 1155. Quidquid hominum nascitur per concupiscentiam, sine delicto esse non potest. V, 923; X, 438, 1368, 1372, 1373. Aut corpus et anima ex homine trahuntur vitiata, aut unum in altero tamquam in vitiato vase corrumpitur. X, 794. Difficultas explicandi quomodo contrahatur peccatum originale, dubitationem ingerit utrum animæ de novo creentur. II, 860. si animæ creentur singulis singulæ, quomodo peccatum originale contrahant. II, 725. Quæcumque sententia de animarum origine teneatur, nulla tenenda quæ neget peccatum originale. II, 587, 732, 733, 865.

Peccato originali subjacent etiam infantes fidelium. II, 889. Peccatum originale in nuptias non refundendum. X, 1439. An malum oriri possit ex bonis. X, 863. Originalis mali causa non conjugium, sed Adæ peccatum. X, 1455. Cum bonæ sint nuptiæ, unde trahatur peccatum originale. X, 729. Peccatum originale transmitti potest a parentibus qui illo carent. X, 833. De ea re quæ a peccato libera est, peccata non nasci, sententia Pelagianorum. X, 816. Peccatum originale etsi remissum in parente, transit ad prolem. X, 835. Cur e sancto conjugio nascantur filii iræ. X, 425. Etsi peccator genuit peccatorem, non sequitur ut justus debeat gignere justum. X, 158, 175. Parens mortuus peccato, vivens Deo, generat peccato mortuum. X, 851. Cur parens justus non gignat justum. X, 177. Fidelis regeneratus ideo generat cum peccato primi hominis, quia carne, non spiritu generat. V, 944. Peccatum originale non facit nuptias malas. X, 404. Undecumque nascatur homo, sive de conjugio sive de fornicatione, reus est per originale peccatum. X, 729. Quatenus a parentibus regeneratis, in prolem trajiciatur peccatum originale. X, 434. Sicut fieri potuit ut de Christianis non Christianus, de membris Christi non membrum Christi; ita etiam fit ut de mundatis non mundatus nascatur. X, 193. Qui fit ut ex parente, in quo non est peccatum originale, illud contrahatur. X, 843, 844. Peccatum originale solum generatione contrahitur. X, 120. Peccatum originale de vitio seminis trahitur. X, 447. Peccatum originale jure seminationis est nostrum. X, 1071. Peccatum ex propagatione, quemadmodum et justitia ex regeneratione. X, 119. Parentes posse in prolem transmittere quod non habent, exemplis ostenditur. X, 831. Quomodo quod in parente dimissum est, trahatur in prole, utcumque explicatur exemplo oleastri nascentis ex olea. X, 425, 426. De conjugibus fidelibus rei nascuntur, tamquam ex oliva oleaster. X, 555. Peccatum originale, quod jam remissum est parentibus baptizatis, manere in parvulis, exemplo præputii demonstratur. X, 834. Et paleæ frumenti. X, 195. Sicut eorum per quos parvuli renascuntur, justitiæ spiritus trajicit in eos fidem, sic eorum per quos nascuntur, caro peccati trajicit in eos noxam. X, 187. Peccatum alienum a Deo æquissimo non posse parvulis imputari, dogma Pelagianorum. X, 1148, 1149. Peccatum originale quomodo alienum. X, 194. Quomodo et nostrum. X, 921, 1257. Rem voluntatis non posse seminibus admoveri, falsum Juliani principium. X, 1540, 1541.

Peccatum originale non absurde vocatur voluntarium. I, 604, 608, 610. Peccatum originale non sine voluntate. X, 1149. Peccatum originale non est in voluntate nascentis, non tamen est sine aliqua primi scilicet hominis voluntate. X, 1393, 1394. Peccatum originale etsi trahunt sine propria voluntate nascentes, tamen per voluntatem primi hominis ipsa est origo vitiata. X, 1477. Peccatum originale ex mala voluntate Adæ ortum. X, 464, 707. Originale peccatum de vitio voluntario propagatum. X, 1417. Peccatum originale voluntate primi parentis factum, ad posteros sine voluntate transit per contagium. X, 1396. Peccatum, etiam originale, non sine libera voluntate. X, 1392. Peccatum originale quo sensu liberum. X, 838. Peccato originali omnes præter Christum obnoxii. X, 185. Parvuli propter peccatum originale prævaricatores sunt. IV. 1574. Peccato originis anima Christi non fuit obnoxia. II, 866. Quia sine concupiscentia conceptus Christus. V, 785, 823, 824, 832, 1341, 1342. In solo Christo nihil peccati invenit diabolus. V, 928. Solus Christus potest dicere, sine causa hic se passum. IV, 1936. Christus pœnam pertulit sine culpa. X, 1594. Singularis illa est gloria Christi. X, 1594. Non sequitur, ut si Christus non habuit originale peccatum, nulla imagini Dei pravitas dominetur ingenita. X, 1589.

Peccati primi pœna. VII, 372, 373, 433. Effectus. VII, 433. Miseriæ hujus vitæ. VII, 729. Inobedientia concupiscentiæ et moriendi necessitas. VII, 379. Necessitas peccati et mortis. VII, 403. Peccatum causa mortis est. II, 873. Peccando in moriendi necessitatem compulsus est homo. II, 547. Anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio suo, sed sicut leges universitatis sinunt. II, 587. Peccati pœnæ, ignorantia et difficultas. I, 1296. Inquietudo animi. I, 732. Error, et perversus amor. VII, 784. Quæ ex primo peccato fluunt peccata, peccata esse non desinunt. I, 1296. Et quare. I, 1297. Peccato originali universa in deterius mutata fuit natura. X, 732. Ex peccato originali fit, ut tardi ingenio nascantur. X, 1580, 1581. Ad peccandum proclivior est natura mortalium ex peccato

originali. X, 1484. Peccata actualia ad originale homines addunt voluntate jam propria, non per Adam. X, 120. Ex Adam, et super Adam peccata multa nascuntur. IV, 1735. Peccatum originale pertinet ad corporis tempus. X, 978.

Peccatum originale ex pœna dignoscitur. X, 1577. Peccatum originale ostendunt miseriæ generis humani. X, 1177, 1280. Et mala ac cruciatus quibus et ipsi parvuli gravantur. X, 196, 1540. Miseriæ hujus vitæ testantur, peccato primi hominis universam generis humani massam esse damnatam. VII, 784, 787, 788. Deus neminem sinit mali aliquid perpeti, quod non meretur. X, 1177. Pœna imaginis Dei injusta esset, nisi eam culpa meruisset. X, 1394. Grave jugum super filios Adam injustum esset, si peccatum originale non esset. X, 1061, 1062, 1072, 1250, 1267, 1333, 1339, 1457, 1557. Miseria tam magna non irrogaretur humanæ naturæ, nisi esset peccatum. X, 1061, 1062, 1063. Justitiæ non est, ut ab ortu suo filii Adam gravi jugo premantur, sine ullo merito peccatorum. X, 1147, 1149, 1150. Contra instituta justitiæ Dei est, ut ab ipso vel sub ipso pœna hominibus irrogetur sine merito. X, 1191. Non erat justum, sine crimine transire in posteros Adæ supplicium. X, 1164, 1165. Injuste anima gravatur corpore, si non est originale peccatum. X, 1268. Deus injustus in gravi jugo super filios Adam, si negatur originale peccatum. X, 1126. Deus æquissimus non permitteret jugum grave parvulis imponi, nisi in eis peccatum inveniret. X, 1073, 1079, 1175. Deus in tot et tantis malis quæ parvuli patiuntur, aut justitiam, aut omnipotentiam, aut ipsam curam rerum humanarum perdit, si non est peccatum originale. X, 1072, 1148. Peccatum originale qui negant, Deum vel invalidum, vel injustum dicere coguntur. X, 864. Peccatum originale conantur auferre Pelagiani, laude operum divinorum. X, 460. Anima etiam cum illo peccato originali nascens, habet unde Deo gratias agat. I, 1297. Originale peccatum parentibus non imputandum. X, 730, 731. Peccatum originale inde demonstratur, quia Deus fidelis est in verbis suis, justus in judiciis, sanctus in operibus. X, 1453. Peccati originalis rei parvuli demonstrantur. X, 1067.

Peccatum et mors per unum hominem in omnes transiit, et utrumque aufertur a Christo. X, 1180. Judicium ex uno in condemnationem, gratia ex multis delictis in justificationem. X, 871. Omnes homines propter peccatum originale justo Dei judicio damnationi obstricti. X, 933. Peccatum originale ad damnationem sufficit. X, 117. Et eos, quibus non dimittitur, trahit ad damnationem. X, 1180, 1181, 1182. Etiamsi alia non accedant. X, 1185, 1188. Nisi regeneratione solvatur. X, 1278. Peccato originali per Dei judicium non soluto, aut per Dei gratiam soluto, cum moriuntur infantes, aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeunt ex malis ad mala. X, 978. Quod parvuli non renati, si moriantur ante propriæ voluntatis arbitrium, propter aliena peccata damnentur, quidam indignantur. X, 1071. An sicut diabolus, ita homo non damnandus nisi ex peccatis propriæ voluntatis. X, 840. Injuste non suscipiuntur in regnum Dei imagines Dei, si non sit peccatum originale. X, 1251, 1268, 1280. A regno Dei nemo fit alienus sine malo. X, 815. Imago Dei sine peccato non excludenda a regno Dei. X, 142, 1082, 1154. Imaginis Dei contumelia est separari a regno Dei. X, 1136. Deus non spernit imaginem suam nisi spretus. X, 1065. sic imputatur generatis parvulis injustitia primi hominis ad subeundum supplicium, quemadmodum imputatur parvulis regeneratis justitia secundi hominis ad obtinendum regnum cœlorum. X, 1078, 1079. Sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tamquam stipendium vita æterna. II, 881.

Peccatum originale circumcisione expiabatur. X, 450. Peccati originalis abolitio, infantis circumcisione significata. X, 1239. Peccatum originale nemo tollit præter Christum. X, 760, 1428. Non diluitur nisi per Christum. VI, 253. Non solvitur nisi regeneratione. X, 503, 1271. A peccato originali non liberat nisi gratia Dei. VII, 428; X, 128. Peccatum originis solvitur baptismo Christi. IV, 591. Cum peccatis omnibus inde natis. IV, 1507; X, 120. Qui peccarunt accepto baptismate, non possunt iterum eodem sacramento purgari. III, 2102. Parvulorum baptismus non superfluus, cum peccato originali obligentur, et in iis remissio peccatorum vere fiat. II, 678, 889, 890. Cum magna injuria Dei exorcizatur et exsufflatur imago Dei, si non ibi ille exorcizatur et exsufflatur princeps mundi, qui mittitur foras. X, 1220. Crimen est majestatis, exorcizare et exsufflare in parvulis imagines Dei, si non fit ut eruantur de potestate diaboli. X, 1557.

Peccata universa dimittuntur in baptismo, sed manet fragilitas. X, 630, 638. Remanet mors. II, 872. Quare remanet pœna. X, 1505. Peccati pœnæ, etiam soluto reatu, manent ad certamen fidei. X, 182, 1565. Ut fides probetur. X, 1579. Peccata duobus modis transeunt, actu et reatu. X, 858. Peccata transire actu, manere reatu: concupiscentiam transire reatu, manere actu. X, 858.

Peccatum originale catholica fides credit antiquitus. X, 451, 829. sanctorum Patrum fides de peccato originali. X, 1074, 1075, 1080. Patrum consensio ad asserendum originale peccatum. X, 192, 194, 466, 697, 719, 1406, 1407, 1411, 1413. Peccatum originale confessi sunt Ecclesiæ doctores celeberrimi. X, 1380. Veterum testimonia ad probandum peccato originali parvulos obnoxios nasci. X, 190, 614, 662. Cypriani. X, 191, 625, 624, 625, 626, 644, 718, 1073. Ambrosii. X, 400, 632, 1068, 1069, 1070. Peccatum originale nusquam negavit Zosimus. X, 574. Illud agnovit Ambrosius. X, 1142, 1145, 1147, 1155, 1409, 1411, 1414, 1415. Alique Patres. X, 1145, 1147, 1155, 1157. Dogma catholicum de originali peccato sæpius et liquido declaratum ab Ambrosio. X, 1416. Ambrosius de quinque articulis a Juliano positis, ut peccatum originale negaret, recte sentit. X, 686. Pro peccato originali, Hieronymi testimonium. X, 192. Hieronymus dogma de peccato originali in lib. contra Jovinianum, et in commentariis in Job stabilivit. II, 725, 750. Quibus præceptoribus traditum acceperit Augustinus dogma peccati originalis. X, 1548. Augustinus sanctos doctores sequitur in quæstione de peccato originali. X, 1404, 1405. Peccatum originale nunquam non admisit Augustinus a sua conversione. X, 845. Peccatum originale docuit Paulinus. II, 851. In peccato originali asserendo Orientales episcopi Occidentalibus consentiunt. X, 649. Peccata non habere parvulos, quo sensu dixerit Joannes Chrysostomus. X, 655. Peccatum originis probatur ex parvulis ad Christum allatis. V, 659. Pelagius in judicio Palæstino negavit se dicere infantes nuper natos in ea statu esse, in quo Adam fuit ante peccatum. X, 1112. Peccatum originale Pelagius agnovit. X, 655. Agnoverunt et nonnulli hæretici. X, 978. Peccatum originale qui docuerunt, nec Manichæi erant, nec somniabant, nec furebant. X, 1280. Veteres, qui peccatum originale asseruerunt, nemo Manichæos audet appellare. X, 643, 644. Cum ait Deus, *Reddam peccata filiorum in patres*, non imitationem, sed generationem redarguit. X, 1254, 1255, 1258.

Peccata patrum redduntur in filios divina justitia, non humana. X, 1278. Peccata parentum quodam sensu et nostra et aliena. X, 859. Peccatis parentum suorum, et non tantum primorum, obligari filios probabile est. VI, 254. Parentum peccatis filii obligati in veteri Testamento. X, 872. Cum Deus dicit, et patrum ad filios non pertinere peccata, et reddere se in filios patrum peccata, non contraria loquitur. X, 1271, 1273. Peccata parentum quomodo redduntur in filios. IV, 1457. Quo usque parentum peccata propagentur in filios, non temere definiendum VI, 253. Peccata patris ad filium juste viventem non pertinent. VIII, 138. Peccata aliena non ei imputanda, qui illa posset leviore suo peccato impedire. VI, 498. Peccatum originale sicut quidam parentes aggravant, ita quidam relevant. X, 1428. Quatenus crevit originale peccatum. X, 1239. Peccatum originale sic peccatum est, ut ipsum sit et pœna peccati. X, 1068. Peccatum originale causa cur ira Dei manet super infantes in fidelium numerum non assumptos. X, 125. Ex duobus parvulis unus assumitur gratia, relinquitur alter justitia. X, 1065. Unusquisque natus ex Adam, pertinet quodam modo ad veterem civitatem. IV, 734. Quidam peccatum proprium nolunt attribuere pueris nisi ab anni quarti decimi articulo. III, 417. Refelluntur. III, 447. Peccatum sine Lege mortuum, quia latet, quia non apparet, ac tamquam sepultum ignoratur. V, 830, 832, 894.

Peccatum est aversio ab æternis, et conversio ad mutabilia. I, 1240, 1269; VII, 354. Est conversio aut ad proprium bonum, aut ad exterius, aut ad inferius. I, 1240, 1269. Peccatum est transgressio, cum aliquid amplius homo appetens, justitiæ regulam excedit. V, 333. Peccatum admittitur, dum immoderata in hæc infima inclinatione, summa bona deseruntur. I, 679. Dum appetuntur quæ Christus contempsit, aut fugiuntur quæ Christus sustinuit. III, 133. Peccatum ipsum non amatur, sed ipse inordinatus amor creaturæ est peccatum. V, 143. Peccato deficitur non ad mala, sed male. VII, 333. Sicut ante homines facti, sic ante Deum cogitationis peccatum est. V, 928.

Peccatorum causa non est Deus. I, 850, 1269; X, 731. Etsi in eum peccata sua refundere soleant peccatores. III, 209. Peccatum a Deo non est. V, 143. Peccatum, quod ad naturam pertinet, Deus facit; quod ad culpam pertinet, non ipse facit. V, 587. Peccatum claudicationis similitudine explicatur. X, 294. Peccatum solum a se, non a Deo homo habet. IV, 1318, 1848. Peccata non ex Deo, sed ex voluntate peccantium. I, 1271; VIII, 560. Peccata non

fierent, nisi a Deo permitterentur, quare permittantur. VI, 358, 359. In malorum potestate est peccare; ut autem hoc vel hoc illa malitia faciant, in solius Dei. X, 984. Nisi voluntas sit causa peccandi, nihil remanet justitiæ in legibus, institutis, laudibus. II, 1061. Peccati causa ex anima, non ex carne. VII, 405. Cum quisquis peccat, peccat volens. I, 1294. Non natura. I, 1270. Peccatum omnino voluntarium est. III, 133. Nec peccatum esset peccatum, si non esset voluntarium. I, 603. Peccati prima causa, sola est voluntas. II, 773. Voluntas deficiens. VI, 244. Peccatum non nisi a voluntate. VIII, 103, 121, 122; X, 1312. In voluntate cujusque est utrum tenebræ sit, an lux. III, 884. Si nolumus, non peccamus. X, 152. Peccati originem voluntas habet. X, 1477. Peccata a nescientibus vel coactis perpetrata, non omnino sunt sine voluntate. I, 604. Qui enim nesciens peccat, peccatum tamen volens facit. I, 609. Licet peccatum possit esse sine voluntate peccati, non tamen sine voluntate facti. I, 609. Durum quidem, quod consuetudo peccandi amorem delicti facit; sed nihil durius quam quod exstinguit pudorem. X, 1056.

Peccata ex vi consuetudinis commissa, non voluntaria dicunt Pelagiani. X, 1505. Peccatum manere potest sine voluntate, licet esse non possit sine voluntate. X, 1395, 1396, 1397, 1398, 1410. Peccatum et non posse esse sine voluntate, et esse posse sine voluntate, quomodo verum sit. X, 1396, 1397. Peccatum aliquod non voluntarium. X, 1393. Peccatum a voluntario in non voluntarium mutari posse ostenditur. X, 1505. Est non solum voluntarium atque possibile, verum etiam necessarium peccatum. X, 1493, 1495, 1500. Peccatorum originem non libero arbitrio, sed necessitati naturæ contrariæ tribuunt Manichæi. VIII, 566. Et substantiæ gentis adversæ. VIII, 38. Necessitas peccandi homini non impacta a Creatore. X, 1488. An omnes in peccatum, velut inviti carnis suæ necessitate cogantur. X, 1110. Non in peccatum, velut invitus, carnis suæ necessitate cogitur homo; sed si jam in ea ætate est, ut propriæ mentis utatur arbitrio, et in peccato sua voluntate retinetur, et a peccato in peccatum sua voluntate præcipitatur. X, 1110. Peccandi quædam est necessitas. I, 753, 759; X, 286, 295. Quomodo in eam quis delabatur. I, 753. Tria distinguenda, peccatum, pœna peccati, et quod ita peccatum est, ut sit et pœna peccati. X, 1068. Idem et peccatum, et peccati pœna, et peccati causa esse potest. X, 787, 788. Peccatum quod est peccati pœna, qua quisque peccat invitus. X, 1396. Peccantes secuta est peccatum habendi dura necessitas. X, 296. Peccatum ex necessitate. X, 1477. Ad peccatum quod est pœna peccati, non requiri ut liberum sit ab eo abstinere. X, 1466. Ut homo sit cum peccato, jam ex necessitate quadam est. X, 295. Peccatum a necessario veniens, in Deum refundendum esse contendit Julianus. X, 1500. Necessitas servitutis sub peccato invicta, nisi delectatione caritatis vincatur delectatio peccati. X, 1121.

Peccatum nonnisi ex libero arbitrio. VIII, 537, 538. Peccatum et recte factum in libero est voluntatis arbitrio. VI, 17. Peccatum an ut sit aliquid, necesse est ut vitari possit. X, 298. Peccatum per hoc non est, per quod potest esse, id est, per liberum arbitrium. X, 1397. Quod nullo modo caveri potest, peccatum non est. I, 1295; X, 286. Peccato libertate servitur. X, 1110. Multa sunt quæ agunt homines mala, a quibus eis liberum est abstinere. X, 1068. Per liberum arbitrium peccant maxime omnes, qui cum delectatione peccant, et amore peccati; et hoc eis placet, quod eos libet. X, 1110. Homo cum potestate peccandi factus, pro præmio accepturus non posse peccare. VI, 359. In cœlo tanta libertas, ut sit etiam bene vivendi, et numquam peccandi, voluntaria felixque necessitas. X, 296. Peccata ex necessitate quænam sint. X, 1119. Peccata quæ necessitate facta dicuntur, peccata infirmitatis intelligenda. X, 287. Peccatum necessarium non fuit, ut esset causa misericordiæ Dei. X, 261.

Peccatum. An aliquis in hac vita sine peccato, potest esse aliqua quæstio. X, 199, 281, 286, 299. Hominem post baptisma non posse peccare, Joviniani hæresis. X, 1114, 1116, 1117. Quidam asserentes hominem posse in hac vita sine ullo peccato vivere. VI, 426. Hominem posse esse sine peccato, et revera quosdam fuisse, docuit Pelagius, qui sibi ipsi contradicit. II, 776. Hunc refellit Joannes Jerosolymitanus. II, 829. Totam ecclesiam esse absque peccato dixerunt Pelagiani. V, 980. Refelluntur. V, 980. Peccatum nullum habere vitam justorum, existimant Pelagiani. VIII, 48. Posse hominem, si velit, esse sine peccato, doctrina Pelagii. X, 350. Et dogma Cælestii. X, 334. Pelagio objectum illud dogma in episcopali synodo, et quatenus ab ipso explicatum. X, 329. Quod ante adventum Christi sine peccato fuerint homines, dixit Cælestius: Pelagius vero quod sancte et juste vixerint. X, 334, 335, 336. Nemo in hac vita sine peccato. II, 674, 675; III, 1697, 1789, 1790, 1871; V, 132, 749, 893, 979; VI, 228, 720. Quantumvis justus. VII, 657, 748, 749, 787, 788; VIII, 632; X, 1115, 1233. Verum dixit, qui hominem non esse sine peccato dixit. X, 265, 266. Christus solus sine peccato. V, 1341. Excepto uno Mediatore, nemo in hac vita sine ullo peccato. X, 155, 156, 166, 179, 245, 630, 631, 638, 726, 753. Nec ipse Paulus. X, 166. Nullus excepto Christo fuit vel esse potest qui nullum habeat peccatum. X, 171, 174, 306. Et hoc ad indeclinabilem fidei professionem pertinet X, 184. Quamvis fieri possit ut sit homo sine peccato. X, 201. Erat Dominus mortalis, sed non de peccato. IV, 592. Solus esse innocens infans potuit, qui de opere Adam non est natus. IV, 592. Solus sine peccato venit, qui nos peccatores invenit. IV, 253. In solo Christo nihil invenit diabolus. V, 929. Peccatum quo pacto Christus ignorabat. IV, 333, 334. Peccatum vel trahendo, vel addendo habetur: nullum habuit Christus. V, 824. Peccatum nec in anima fuit, nec in corpore quod sibi Verbum aptavit. IV, 335. Peccatores omnes solus a peccatis liber atque liberator invenit. II, 669. An præter Christum aliqui sine peccato, non nimis reluctandum censet Augustinus. X, 317. Qui dicunt vel esse vel fuisse hîc aliquem, præter Christum, qui nullum haberet omnino peccatum, utcumque tolerandi sunt. II, 675. De sancta Virgine Maria, propter honorem Domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem. X, 267. Præter Virginem nullus sanctorum sine peccato. X, 267. Christus veniens in hominibus non invenit, nisi quod damnaret. V, 201. Nemo hîc potest sine peccato vivere. V, 401. Quomodo quidam in hac vita dici possunt sine peccato. X, 384. Aliud est juste vivere, aliud esse sine peccato. X, 335. Et justus quis esse, et sine peccato non esse, potest. X, 269. Aliud est non habere peccatum, aliud non obedire ejus desideriis. X, 283. Conflictus contra peccatum. X, 305. Unde certantes cum vitiis, non sumus sine peccato. X, 696. Aliud est non peccare, aliud non habere peccatum. III, 2140. Peccatum non habere quid. X, 453. Nemo ita juste vivit in hac carne, ut nullum habeat omnino peccatum. X, 316. Aliud est esse sine peccato, aliud esse sine querela. X, 304. Aliud non facere bonum, aliud non esse sine peccato, etiamsi homo faciat multa bona. X, 307. Multi sine crimine, nemo sine peccato. X, 563. Sine crimine potest aliquis vivere, non sine peccato. VII, 415. Qui ambulant in viis Domini, peccatum non operantur; et tamen non sunt sine peccato. IV, 1506. Paucissimi sunt, qui ab ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata committant. VII, 730. Peccata levia non potest homo non habere, quamdiu carnem portat. III, 1982. Quandonam homo fiat sine peccato, non est definitum in judicio Palæstino. X, 352, 356. Peccata alia sacramentorum et verbi Dei dispensatoribus, alia laicis quotidiana. V, 1538, 1540. Peccata quæ obrepere soleant. V, 1541. Perfectos fideles hîc non esse sine peccato, ex oratione Dominica intelligitur. X, 300. Et manifestum fit. X, 316. Justi merito orant pro remissione peccatorum suorum. II, 842. Quo sensu qui natus est ex Deo non peccat. X, 312, 370. Et non potest peccare. X, 234. Et nemo sine peccato. X, 157, 158. Cur nemo in hac vita sine peccato. X, 167. Cur culpa est hominis, quod sine peccato non sit, cum sine gratia non possit esse sine peccato. X, 297. Vult Deus hominem esse sine peccato. X, 295. Cur præcipiatur homini esse sine peccato. X, 295. Consultissime præcipitur homini esse sine peccato, quare. X, 295. Cur Deus præcipit hominibus ut non faciant ullum peccatum, cum sciat hoc neminem impleturum. X, 165. Non peccare datur a Deo, quomodo. X, 1212, 1215. Necessarium fuit homini ad auferendam superbiæ occasionem, ut absque peccato esse non posset. X, 262. Enoch et Elias non permissi sunt hîc vivere, quia nemo hîc sine peccato potest vivere. II, 872. Peccata eorum quorum justitiam commemorat, quamvis Scriptura non referat, non tamen hi sine peccato. X, 268. Testimonia Scripturarum et exempla, quibus probatur hominem non esse sine peccato. X, 159. Elusioni Pelagianorum satisfit. X, 159. Non ideo quisque prorsus sine peccato, quod perfectus in aliqua re dicatur in Scripturis. X, 165. Etsi aliquotiens in Scripturis inveniatur, homines dictos esse sine querela, non invenitur qui sit dictus sine peccato præter Christum. X, 253. Considerata in Scripturis norma justitiæ, homo quantumcumque profecerit, invenitur peccator. IV, 1269, 1827. A peccatis nec illi immunes fuere, qui Dei præcepta custodisse laudantur in Scripturis. IV, 1266. Quare peccata magnorum virorum scripta sunt. III, 78; X, 266. Nullus in membris Christi dicere audet se non habere peccatum. IV, 1818. Peccatorum post baptismum commissorum veniam petere ad omnes pertinet, etiam ad Apostolos. IV, 1849. Qui sine peccato se vivere existimat, id agit ut veniam non accipiat. VII, 415. Non propter arrogantiam vitandam, sed propter veritatem fatendam, non dicunt sancti se non habere peccatum. IV, 1505. Si quis

forte hic sine peccato, quanto magnus est, tanto magis humiliat se. VI, 426. Peccasse se qui negat, Deum facit mendacem, dum se vult facere veracem. III, 1983. Peccatum esset, si quis non habens diceret se habere. VI, 720. secundum Ambrosium nemo sine peccato in hoc mundo. X, 384. Hominem posse esse sine peccato in hac vita non statim negandum, quare. X, 155. Potest homo esse sine peccato in hac vita, et si talis non sit. I, 644, 645; X, 241. Quomodo. X, 155, 156. Posse hominem esse sine peccato, si velit, quo sensu. X, 336. Cum sine peccato vivere possit homo, cur nemo sine peccato. X, 336. Etsi sine peccatis esse non possumus, oderimus tamen ea. V, 984. Quis esse sine peccato verissime dicendus. X, 283. Esse sine ullo omnino peccato, nondum æquat hominem Deo. X, 265. Sine peccato nemo vivere, sed mori potest. X, 267. An sancti mortui sint sine peccato. X, 266. Merebitur hinc exire sine peccato, qui peccata sine quibus hic non vivitur, mundare non neglexerit. II, 675. Sine omni peccato esse nonnisi in resurrectione sperandum est. III, 2140. Nullum habere vitium, justitia est posterioris vitæ, quæ præsentis erit præmium. X, 1514, 1515. Post resurrectionem non solum nulla peccata, sed nec ulla desideria vitiosa. X, 407. In cœlo nulla peccata remittuntur, quare. X, 848. Peccatum nullum esse poterit in regno Dei. X, 1582. Non posse peccare, præmium sanctorum. X, 1523. Peccata sine quibus hic non vivitur, pedum lotione significantur. III, 1789, 1794. Nemo cui necessaria non fuerit remissio peccatorum. X, 316. Homo cum debeat esse sine peccato, hoc quidem potest, sed non sine gratia. X, 294. Potest homo sine peccato esse, sed auxiliante gratia. X, 271. Homo non nisi gratia Christi potest esse sine peccato. X, 299. Nemo in hac vita sine peccato, etiam per gratiam Dei : quamvis asserere hominem per gratiam posse esse sine peccato, sit tolerabile. II, 771. Ad non peccandum quamvis liberum esse non dubitetur arbitrium voluntatis, tamen ejus potestas non sufficit, nisi adjuvetur infirmitas. II, 766, 775. Ad peccandum anima sibi ipsa sufficit, non ad sanandum peccatum quod hæserit. V, 138. Ut non peccemus, liberum arbitrium non est in nobis ante gratiam, sed tantum ut peccare nolimus. III, 2066. Impietate sceleratissima negatur, sine gratia Dei hominem sine peccato esse non posse. X, 252. Error eorum, qui dicunt vivere hic hominem sine peccato, minus perniciosus. X, 201.

Peccatum vitari potest, si vitiata natura sanetur gratia. X, 293. Ut peccato moriamur, gratiæ opus. III, 2068. Natura humana potest perfici, et esse sine peccato, sed gratia Dei. X, 281. Peccatum sine gratia vinci non potest. VI, 103. Nullum est peccatum quod facit homo, quod non possit facere et alter homo, si desit rector a quo factus est homo. V, 598. Omne crimen, facinus, vel peccatum, nostræ est negligentiæ; et omnis virtus et sanctitas, Dei est indulgentiæ. V, 605.

Peccatum nunc homini cum morte dominatur. VI, 282. Peccati servus, quis. X, 1107. Non omnis qui servus est peccati, facit peccatum; sed qui facit peccatum, servus est peccati. X, 1107. Captivi facti sumus, quia venumdati sumus sub peccato. III, 1694; IV, 1658. Peccati servitus miserabilis. I, 1233. De servitute peccati, et regno libidinis *fuse*. I, 1233. Peccatum non regnet in nostro mortali corpore. III, 1698. Quomodo et quando non regnat. III, 2069. Justi militant, non ut non sit concupiscentia in eorum corpore, sed ut non regnet. III, 417. Peccatum in nobis non regnabit, si desideriis quibusdam non obedierimus. III, 2066. Peccati regnum evertitur duobus modis. III, 1268. Peccati regnum lata Lege cecidisse, Juliani sententia. X, 1235. Discutitur. X, 1226. Peccatum quomodo mortuum erat sine Lege. VI, 104. Et quomodo revixit. VI, 104; X, 559. Quodnam peccatum abundavit per Legem. X, 1235, 1236, 1239. Peccatum non deputari, est ipsum ignorari, et peccatum esse non putari. X, 116. Peccatum an non imputatur, cum non est Lex. X, 1227. Peccatum non deputabatur, id est non apparebat. III, 2067. Unde cognoscit homo inhabitare in carne sua peccatum. VI, 106. Peccatum, non intelligendo, sicut tenebræ non videndo, dignoscitur. III, 2071. Et sentitur. VI, 64. Ignorare peccatum, quid sit. V, 857. Peccatum ignorare, est illud nolle, non approbare. X, 561, 562.

Peccato quinam dominantur. VIII, 258, 259, 261. Peccati corpus evacuare, quid. III, 2069. Quomodo evacuatur. VIII, 891. Peccata pavimentare. V, 1463. Peccata consequentium temporum non recte comparantur Adæ peccato. X, 1549. Non talem esse conditionem consequentium delictorum, qualis fuit delicti primi in paradiso commissi. X, 1550.

Peccatum mors animæ. III, 1748. Sola mors animæ. VIII, 93. Mori potius eligendum est, quam peccare. III, 1767, 1770. Dolenda tantum peccata, mala alia ferenda. IV, 409. Vanitati similis homo efficitur per peccatum, qui veritati similis erat dum crearetur. IV, 1532, 1863. Iniquitas sola longe a Deo facit. IV, 1775. Peccando recedit homo a Deo, propinquat pie vivendo, quomodo. II, 838. Peccata sola a Deo separant. VII, 300. Et a salute ac vita æterna. X, 129. Quomodo a vita æterna impediunt. VI, 513. Peccata quædam ita impediunt perventionem ad regnum Dei, ut tamen meritis sanctorum impetrent indulgentiam. VII, 750. Quænam sint illa peccata. VII, 750. Obtinere æternam salutem non potest, nisi qui omnes superbiæ suæ thoros inanes, peccata sua confitens complanaverit, etc. II, 1029. In peccato tenebræ et frigus. III, 1579. Peccata tenebræ sunt animarum. IX, 118.

Peccatorum apud Deum confessio, spem excitat. I, 675, 781. Peccata sua Daniel quotidie Deo confitebatur. II, 675. Peccata melius accusantur, ut pereant, quam excusantur ut maneant. IV, 1410. Peccatorum confessio prava et excusatoria. IV, 268. Peccatorum tegmen bonum et tegmen malum. IV, 266. Peccata adduntur peccatis, cum peccata quæ facta sunt, cooperiuntur aliis peccatis. III, 1469. Peccata noli operire tu, et operiet Deus. IV, 267. Peccati excusatio, et perversa defensio. V, 138, 143, 153, 186. *Vide* Pœnitentia. Peccati excusatio, superbia est pejor et damnabilior. VII, 422. Peccata non confitentes, sed defendentes, fumo deficienti comparantur. V, 153. Peccata cum excusamus, diabolus triumphat; cum accusamus, gemit ac dolet. V, 186. Cum peccata nostra cognoscimus, Dei gloriam commendamus. IV, 1219. Deus avertendo faciem, peccata delet; advertendo, scribit. IV, 594. Avertat Deus faciem suam a peccatis tuis, sed non avertat faciem a te. IV, 207. Tu a peccatis faciem noli avertere, si vis ut Deus ab ipsis avertat faciem suam. IV, 505, 1632. Peccata cum attendit, accusat et punit homo; non attendit Deus, defendit, liberat. IV, 266. Peccata sua qui non vult videre, post dorsum se ponit, et aliorum peccata acute attendit. IV, 1284. Peccata sua qui defendunt, aut Deo tribuunt, redarguuntur. IV, 268, 434, 605, 701, 854, 1172, 1793, 1808, 1821. Peccatorum confessiones, ulcera quæ foras erumpunt. III, 1350. Peccata quomodo puteant, sentit qui sanum habet olfactum. IV, 401. Peccatorum sarcina, quam cito deponenda. III, 1474. Peccati gravitas turbare nos debet. III, 1755. Peccatum displicere debet. V, 134. Peccata sua homini displicent, cum ei Deus lucet. III, 1491. Peccata non vere plangis, si lacrymæ currunt, et manus cessant. IV, 410. Peccata ne desperando augeamus, propositus est pœnitentiæ portus : rursus ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. V, 1560. Peccatum ad se convertendum ut ejus obtineatur remissio. VIII, 258. Peccati conversio debet esse ad hominem, quo sensu. VII, 444, 445. Peccata duobus modis, ut morbi, ita et caventur. X, 287. Peccata triplicis generis triplici remedio sananda. VI, 228. Peccatum per peccatum non debet declinari. VII, 58.

Peccatorum genus duplex. IV, 816. Peccati genus triplex. III, 1747; VI, 17, 228. Peccata omnia concludunt hæc tria, voluptas carnis, superbia, et curiositas. IV, 115. Peccati tres differentiæ. III, 1247. Tamquam tres mortes. III, 1247. Peccatorum genera duo, in Deum, et in hominem. V, 1271. Peccare in Deum et peccare Deo quid sit. III, 773, 774. Peccandi in Deum nulla est ratio. V, 1469. Peccatum hominis vel angeli nihil nocuit Deo. VI, 333. Peccatum Deo non nocet. I, 830. Nec nocere potest. I, 690. Quomodo ergo contra Deum est. I, 690. Duobus modis peccat homo antequam fiat sapiens. I, 1306. Peccata omnia aut ad corruptelam pertinent flagitiorum, aut ad facinora nocendi. V, 87. Peccatum in hominem non contemnendum. V, 507. Peccatum in hominem duobus modis committitur, uno, si lædatur; alio, si cum potest, non adjuvetur. I, 1332. Peccatum omne magis obest facienti, quam patienti. VI, 240. Peccatum in Spiritum sanctum an schisma potest dici, et traditio Scripturarum. IX, 534. An peccatum illud schismaticis non debet objici. IX, 554.

Peccata alia sunt contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. VIII, 428.

Peccatum appellatur peccati delectatio. III, 417. Peccatum in membris, de quo Apostolus, est violenta quædam carnis illecebra in corpore mortis hujus. III, 417. Peccati lex dicta peccatum. X, 178. Peccatum dicitur concupiscentia, quia inde oriuntur cuncta peccata. V, 840. Peccati lex in membris, quid. VI, 107, 108. Peccati lex est violentia consuetudinis. I, 754. Peccatum appellat Apostolus illicita desideria languoris originalis. IV, 1307. Peccatum ad mortem, quid. III, 1266; X, 938. Peccata imitationis in mundo. X, 1162. Peccatum quod Judæi non habuissent, si Christus non venisset. V, 450. Cur mundus de solo peccato arguitur incredulitatis. V, 785, 787. Peccatum aliud tantummodo peccatum est, aliud est etiam pœna peccati. I, 604, 608, 612; III, 156; X, 1467, 1474. Peccata quædam sunt, quæ ita peccata sunt, ut pœnæ sint etiam peccatorum.

IV, 687; X, 258, 790, 793, 906, 975. Nonnulla etiam de ira Dei veniunt peccata. III, 797. Peccata peccatis puniuntur. X, 1354. Venit hoc de pœna peccati, ut homo adversus se ipsum divideretur, qui uni subditus esse noluit. IV, 891, 1859. Peccatorum quorumdam perpetrandorum facilitas, pœna est aliorum præcedentium. VI, 91. Peccata quædam manifesta, ex pœna veniunt quorumdam occultorum. VIII, 288. Peccatum manifestum utile ad sanandum vitium occultum superbiæ. VII, 422. Peccatorum judicium et pœna, quæ nunc occulte agitur. IV, 117. In ipso animo continuo pœna sequitur culpam, plerumque major non sentientis cæcitate graviore. II, 581. Deus non opere iniquo, sed opere justo facit, ut quædam peccata sint etiam pœnæ peccati. X, 1353, 1356. Objectioni contra sententiam de peccato et de pœna peccati satisfit. X, 790. Peccati actualis duplex est origo. I, 1285. Duplex causa. X, 554. Peccati causa duplex, ignorantia et concupiscentia. X. 563. Ignorantia et infirmitas. VI, 271; X, 152, 167. Aliud peccatum, aliud concupiscentia peccati. X, 1172. Peccatorum causa, aut ignorantia aut fragilitas aut contemptus. III, 729. Peccati Adæ justissima pœna, ignorantia et difficultas. X, 287. Peccata omnia ab illa erroris et perversi amoris radice veniunt, cum qua nascitur omnis filius Adam. X, 846.

Peccata humana dicuntur peccata ignorantiæ. III, 720. Peccata ignorantium. VI, 456. Peccata ex ignorantia. X, 287. Omnis qui peccat, quomodo non viderit nec cognoverit Deum. X, 313. Peccatum scientis, quam nescientis, gravius. IX, 157, 158; X, 884. Peccata ignorantiæ leviora, quam quæ a scientibus committuntur. X, 148. Peccatum sine dubitatione est ipsa ignorantia, in eis qui intelligere noluerunt; in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. II, 883. Peccata nolentium sunt peccata nescientium. III, 728. Peccata ignorantiæ etiam possunt esse in baptizatis. III, 2100. Peccata ignorantiæ ea sunt omnia, quando quisque bene fieri putat, quod male fit. II, 186.

Peccata ex infirmitate de traduce primi peccati Adam, et de consuetudine mala veniunt. VIII, 541. Peccata quotidiana omnes ex carnis infirmitate contrahimus. V, 1541. Peccatum fragilitatis si irrepserit, quid faciendum. III, 1983. Quomodo curatur. VIII, 541. Ad peccandum duo incitamenta, voluptas et dolor. V, 1286. Contra hæc duo remedia. V, 1286. Omnia peccata duæ res faciunt in homine, cupiditas et timor. IV, 413, 1028. Peccando quisque animam suam diabolo vendit pretio voluptatis. III, 2071. Peccatum si non delectaret, non fieret; nec delectaret, si sanitas esset. V, 877. Justitia si minus delectat quam peccatum, aut si non delectat, aut si minus quam dignum est delectat, hoc fit de languoribus animæ. V, 877.

Peccata quæ occulte fiunt, dulciora. III, 2070. Peccati dulcedo fallax. VI, 104. Peccatum quasi rhamnus, primum delectat, postea compungit. IV, 689. Peccatum dulce est, sed amara est mors quo perducit. V, 398. Propter quod peccant homines, morientes hic dimittunt, et ipsa peccata secum portant. V, 398.

Peccatum non committitur sine causa. I, 679. Non committitur nisi ob utilitatem aut delectationem. VI, 513. Forte ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit, quod vult qui peccat. III, 728. Peccata etsi non propter utilitatem temporalem, an saltem propter sanctitatem servandam admitti possint. VI, 513. Faciat homo etiam pro temporali hominum salute quod potest: ubi nil nisi peccando potest, jam se existimet non habere quid faciat. VI, 542. Peccata nullo quasi bono facienda. VI, 528. Peccata compensativa, nec ipsa admittenda esse. IV, 530, 533, 539. Peccatum non solum illud est quod in turpi aut iniquo facto apparet hominibus; sed etiam si habeat speciem boni operis, et tamen propter mercedem temporalem fiat, non propter requiem sempiternam. V, 208. Peccati inaniter putat se esse victorem, qui pœnæ timore non peccat. II, 593. Voluntate peccat, qui solo timore non peccat. X, 538. Peccare non debes, non timore pœnæ, sed amore justitiæ. V, 870. Inimicus justitiæ est, qui pœnæ timore non peccat; amicus autem erit, si amore ejus non peccet. II, 594. Peccatum quisque tantum odit, quantum diligit justitiam. II, 594.

Peccata quot modis fiunt. X, 563. Peccata multa in interioribus dictis, quæ non sunt in exterioribus factis. VI, 351. Sed nulla in exterioribus factis, quæ non præcedant in interioribus dictis. VI, 351. Peccata linguæ et peccata cordis quis vitare potest? IV, 1700. In ipsis concessis peccata contingunt, si exceditur modus debitus. V, 88, 1273. Tres vel quatuor in peccatis progressus. V, 894, 720. Tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delectatione et consensione. III, 207, 1246. Tria hæc similia sunt his quæ in tentatione primi parentis acciderunt. III, 207, 1246. Peccamus non in desiderio pravo, sed in consensione. III, 2066. Peccatum inest cum delectaris; regnat, si consentis, IV, 387. Peccata peccatis quomodo connectuntur. IV, 677. 1705, 1808. Omnis qui peccat, adversus caritatem facit: proinde qui in uno offendit, factus est omnium reus, cum nullum peccatum sit, nisi contra caritatem, etc. II, 759. Homo tanto plenior iniquitatis, quanto inanior caritatis. II, 740.

Peccata omnia paria esse Stoici contendunt. VI, 539. Dicebat Jovinianus. VIII, 45. Et Nectarius existimat; hunc refellit Aug. II, 387, 393, 394. Peccatum et crimen quo differant. IV, 1507, 1508. Et utriusque definitio. III, 681, 682. Etiam in parvulis debita et delicta. IV, 1381. Peccata venialia et crimina. X, 563. Damnabilia et venialia. X, 302, 1180. Peccata grandia, et peccata minuta. III, 1491, 1492. Gradus in peccatis et in reatu. III, 1241. Peccata sunt quædam, de quibus definire an propter illa perituri sumus, impossibile est. IV, 1132. Peccata quæ sint levia, quæ gravia, non humano sed divino sunt pensanda judicio. VI, 269. In omni peccato, plus in majore, minus in minore, tamen contra justitiam concupiscitur. VI, 367. Peccatum esse ex intentione aliud alio levius; non tamen faciendum levius, quod sæpe alterius generis peccato gravius est. VI, 529. Peccata, quæ crimina nominantur. V, 1206. Peccata gravia, quibus debetur certa condemnatio ac separatio a pane quotidiano. V, 88, 382, 1540. Peccata quæ pœnitentiæ laborem exigunt vehementiorem. V, 1273. Peccata sunt aliqua in Christianis, quæ inimicorum persecutione graviora sunt. III, 1266. Peccata venialia, peccata justorum quæ. VI, 1718; X, 230, 244, 269. Sine peccatis venialibus hæc vita non ducitur. X, 230. Peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est, correctionem promittit. II, 654. Peccata venialia justum a vita æterna non impediunt. X, 230. Quatenus dimittantur. X, 1180. Minuta peccata quædam recensentur. V, 80, 392, 1206. Peccatorum venialium exempla. X, 268, 269. Peccatorum venialium multitudo in uno homine. X, 269. Peccata minuta non contemnenda. V, 88, 382, 398. Non negligenda. VI, 680. Si negligantur, occidunt. III, 1492. Peccata cavenda, etiam quæ videntur minuta. IV, 447, 448. Peccata si negligantur, quia minuta; timeantur quia multa sunt. IV, 1700. Peccata levia si contemnis quando appendis, expavesce quando numeras. III, 1982. Peccata levia simul congregata, quasi scabies, aut necant, aut decus nostrum exterminant. V, 1541. Peccata levia tamquam aqua intrant per rimulas ad sentinam. IV, 810. Peccata minuta quotidiana massam et cumulum efficiunt. IV, 1201. Si non singula suis molibus conterunt, omnia tamen acervo nos obruunt. IV, 1508. Peccata minuta multitudine obruunt, nisi a Deo dimittantur. V, 88, 382, 1207, 1273. Peccata levia multa, faciunt unum grande. III, 1982. Parva peccata, si tamen crebra, sicut unum grande peccatum, nos gravant et opprimunt. II, 1089. Peccata parva quæ subrepunt vigilantibus, superbia crescunt, humilitate perimuntur. VI, 425, 426. Vitare peccatum quisque debet levius, potius quod suum, quam gravius quod alienum. VI, 499. Peccata quæ levia videntur, sunt interdum gravissima. VI, 270. Peccata quisque æstimat gravia, prout vitæ quam diligit faciunt injuriam. VI, 513. Peccata horrenda, usu videntur levia. VI, 270. Peccata sola insolita exhorrescimus. VI, 271. Væ peccatis hominum, quæ sola insolita exhorrescimus: usitata vero sæpe videndo omnia tolerare, sæpe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. III, 2130. Quæ putant homines leviter habenda tamquam in carne peccata, Deum ipsum lædunt. III, 560. Peccata carnis mortifera. V, 507. Peccare in proprium corpus cur solus dicatur fornicator, cum operibus carnis alia peccata tribuantur. V, 886. Unde impii, quibus gratia non subvenit, alii magis, alii minus peccent. X, 1185. Peccata gravia devitanda, minutiora triplici remedio curanda. V, 88. Peccatorum quotidianorum mundatio, et medicina quotidiana. V, 127, 299, 382, 983, 1207, 1272. Peccata leviora oratione dominica delentur. VI, 265. Et eleemosynis. X, 302, 304, 563, 564. Peccatorum venialium pœnitentia, jejunia, eleemosynæ et orationes. II, 1089. Peccata levia cur non commemorata sint in Scriptura. X, 268. Peccant multi dum putant se non videri a Deo. V, 441. Peccare si vis, quære ubi te non videat Deus, et fac quod vis. V, 736.

Peccatis alienis an quis possit obnoxius esse. X, 839. Peccatum cujusquam non alter perpetrat. X, 1147. Peccatis alienis quis communicet. V, 549; IX, 344. Aut non communicet. V, 551; IX, 79, 80, 82, 85. Peccatis alienis communicare est ipsis consentire. IX, 228, 609. Qui vitiis nutriendis parcit et favet, ne contristet peccantium voluntatem, tam non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere puero ne audiat plorantem, etc. II, 595. Quot modis dici possit aliquis peccasse cum alio. IV, 1409. Qui consentit peccatori, is peccatis propriis, non alienis premitur. IV, 1699. Peccatum alteri suadetur, vel stulta benevolentia, vel malitiosa invidentia. VIII, 592. Peccantibus non consentire, qui eos non vult peccando cohibere. VI, 498. Ut durum est conniventiam præbere peccantibus, ita impium manum negare conversis. II, 784. Peccata aliena non præjudicant. IX, 427. *Vide* Ecclesia, Mali. De peccatis alienis nemini calumniandum, nemini calumnia formidanda. IX,

612. Peccata aliena si maculant, sibi ipsi præjudicant Donatistæ. IX, 612. Peccata aliena ad se pertinere nolebant Donatistæ. IX, 306. Peccata aliena si quis ad se pertinere existimat, pertinent ad eum. IX, 278, 287. Peccata aliena non obsunt aliorum saluti, cum Christi nomen invocatur. IX, 301. Peccata aliena aliis non obesse ostendit ipsa Maximianistarum a Donatistis susceptio. IX, 571. Nullius crimen maculat nescientem. II, 528. Peccatis alienis ignoratis neminem maculari, fassi sunt episcopi Donatistæ, qui ad Collationem venerant. IX, 631. Peccata aliena non maculant. II, 339, 341; IX, 278, 279, 319, 320, 565. Non maculant quemquam in unitate. IX, 607, 608, 609. Peccatis alienis neminem contaminari, nec propterea negligendam aliorum correptionem. V, 896. Peccata aliena patienter portanda. V, 41. sic portanda, ut corrigantur. V, 43. Quando peccatur ab aliquo, agendum est ut ab altero nesciatur. V, 511. Peccata aliena non curiosius attendenda. V, 152. Peccata aliena an quisquam debet evitare peccatis suis. VI, 499. Peccata aliorum apud ecclesiasticos judices accusandi mos unde negligatur. V, 1546. In via fidei, pro non peccantibus habentur, quibus peccata non imputantur. IV, 1508.

Peccata malæ consuetudinis difficile solvuntur. III, 1756. Familiaritas cum peccato, tamquam cum serpente cavenda. V, 138. Peccata consuetudine vilescunt, ut jam nec sentiantur. V, 125. Peccato quodam non admisso, solvuntur cætera; admisso, confirmantur cætera. III, 2013. Difficile est, ut dum perversi homines vitia devitant, non in eorum contraria perniciter currant. III, 398. Quomodo a peccato anima resurgat. III, 432. Aliud est recedere ab omni peccato, aliud recessisse. X, 308. Parum est recedere a peccatis, si præterita curare neglexeris. V, 409. Peccato potest anima mortua esse, quamvis quasi adhuc vivat peccatum. III, 2069. Quando morietur peccatum. III, 2070. Peccatum minuitur in vita proficientium, consumitur in vita perfectorum. III, 1697. Tanto proficiens a peccato fit longinquior, quanto plenitudini justitiæ propinquior. X, 508. Peccata proclivia sunt, et laboriosa justitia nisi amantibus. X, 1200. Peccata omnia amore et delectatione justitiæ superanda. X, 161. Nihil sic probat spiritalem virum, quam peccati alieni tractatio. III, 2145.

Peccatum impunitum esse non potest. IV, 503, 701; VI, 338. Tolerabiliter peccant, qui flagello corriguntur et sanantur. IV, 1133. Ad naturalem justitiæ ordinem pertinet, ut aut peccata non fiant, aut impunita esse non valeant. VIII, 480. Peccatum est contra naturam, sed supplicio redigitur ad naturam. VIII, 480. Peccatum aut a Deo, aut ab homine puniendum est. IV, 505. Peccatum puniendum est aut ab homine pœnitente, aut a Deo judicante. V, 133, 139, 187. Nihil aliud agit quem veraciter pœnitet, nisi ut id quod male fecerit, impunitum esse non sinat. II, 655. Peccare volebas, et laborare nolebas; ut parum tibi esset quod esses injustus, nisi et eum injustum voluisses, a quo in te vindicari noluisses. IV, 478. Potio amara correptionis non respuenda. V, 84. Pœnitentiæ utilitas et suavitas. I, 700. Pœnitentiæ humillimæ locus semel in Ecclesia conceditur. II, 656. Ne medicina vilis minus utilis esset a gratis. II, 656. Opera eorum quibus pœnitentiæ locus in Ecclesia non conceditur, non inutilia. II, 656. *Vide* Pœnitentia. Peccatum si puniendum non esset, nec peccatum esset. IV, 503. Peccata quomodo puniuntur, aut diluuntur. VIII, 480, 588. Peccata punire ac donare peræque pertinet ad Deum. VIII, 561. Dei videre peccata, punire est. IV, 264. Peccantem cur non statim puniat Deus. VI, 662. Multa hic videntur inulta, sed eorum pœnæ reservantur. VI, 265. Sponte peccavit homo, sed non sponte damnatus est. III, 2075. Peccati pœna juste decernitur. III, 384. Dominus peccata non puniendo, non favet peccatis. III, 1650. Peccati pœnæ Angelis et hominibus communes. VI, 244. Peccatum temporale an juste plectatur æterno supplicio. VII, 725. Peccati merito vindicta est æterna. II, 381. Peccatorum pœna et exitus est, ut primo cupiditatum igne vastentur, deinde malorum operum putore a cœtu beatorum abjiciantur, postremo abrepti atque submersi ineffabiles pœnas luant. IV, 137. Peccata pœnarum æternarum digna, temporalibus emendationibus puniuntur. VIII, 442. Peccatorum supplicia quid Deus donet electis ostendunt. VI, 123, 124, 126. Peccantem hominem nec impunitum esse permisit Deus, nec sine misericordia dereliquit. VII, 153. Peccati pœnæ justæ sunt. I, 1241. Et variæ. I, 674. Peccati pœna quid. III, 221. Peccati hominis propria pœna. VI, 244. Unicuique homini supplicium fit de peccato suo. IV, 107. Peccata in hominibus Deus non punit, quæ commissuros eos aliquando prascivit, ut docebant Pelagiani. II, 889. Peccatorum pœna quare calix appellatur. IV, 137. Deus non de se profert unde peccata puniantur, sed ipsa peccata sic ordinat, ut quæ fuerunt delectamenta homini peccanti, sint instrumenta Domino punienti. IV, 107, 108. Peccati perniciosa dulcedo per amaritudines tribulationis digeratur. V, 1271. Anima luendo pœnas peccati sui, habet dignoscentiam boni et mali. III, 138. Per pœnam ad resipiscentiam eruditur. III, 134. Pœna facit peccantes confundi, quod non fecisset impunitas. X, 1535. Pœna corporis et si non a voluntate, tamen revocat ab opere peccati. Justitia vero sic amanda est, ut ab ejus operibus etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant. II, 594. Transgressio Prophetæ morte punita temporali, sed non æterna. VI, 598, 599. Quomodo viri sancti nonnulla peccata morte punierunt. III, 1262. Pro peccato unius, alter non est plectendus in judicio hominum; in judicio autem Dei quandoque punitur pœna visibili. III, 778, 779. Peccata quorumdam, corporalibus aliorum mortibus vindicantur. VIII, 660. Quare hoc. IX, 745. Quidquid a multis peccatur, Deo non est inultum. II, 523. Peccata multitudinis quomodo corripiantur. IX, 93. Quomodo privatorum. IX, 92. Qui injuste se ordinat in peccatis, juste ordinatur in pœnis. II, 539. Peccatorum Deus non auctor, sed ordinator. VIII, 451. Peccatorum ordinatio in supplicis quomodo pœna, quomodo justitia. VIII, 334. Peccatum Dei imperii ordinem non perturbat. I, 830. Nemo inique agit, nisi divino eodemque justissimo judicio permittatur. VII, 659. Peccatum ad decorem universi confert. VII, 536. Animæ peccatrices conferunt ad perfectionem universi. I, 1283. Licet earum peccata huic perfectioni non sint necessaria. I, 1284. Multa bona Deus facit de nostris malis nostrisque peccatis. II, 727. Non ideo cuncta sunt impleta peccatis in mundo, quia peccatum est. VII, 336.

Peccatum irremissibile nullum est, præter perseverantiam in nequitia, cum desperatione indulgentiæ Dei. III, 2104. Peccatum in Spiritum sanctum quod remitti potest in hac vita. II, 814; V, 447, 449. Peccatum in Spiritum sanctum irremissibile. V, 465; VI, 272. Peccare in Spiritum sanctum quid. III, 1267, 2097, 2098. Peccat in Spiritum sanctum, qui desperans, vel contemnens prædicationem gratiæ et pacis, detrectat agere pœnitentiam, et in finem usque perdurat. III, 2097, 2105. Peccatum in Spiritum sanctum quod non remittitur, impœnitentia. V, 455. Peccatum in Spiritum sanctum irremissibile, est duritia cordis usque ad finem vitæ, etc. II, 814. Quæstione de peccato in Spiritum sanctum nulla forte in omnibus Scripturis difficilior. V, 449. Hanc in Sermonibus ad populum semper vitavit, ac tandem a Deo motus tractat August. V, 449. Libellus de peccato irremissibili. VI, 272. Peccatum ad mortem. III, 1229, 1230. Pro peccante peccato ad mortem, non orandum. III, 1266. Peccati ad mortem tanta labes est, ut deprecandi humilitatem subire non sinat. III, 1266. Peccatum superbiæ, contemptus verbi Domini. III, 728. Nullo sacrificii genere expiabatur. III, 728. Sine pœna ejus qui committit, non potest aboleri. III, 728. Nullum est peccatum de quo venia non debeat sperari. III, 1640, 1678, 1687, 1696, 1748. Peccatorum remissio omni homini hic degenti necessaria. VI, 262. Peccatorum remissio fit propter futurum judicium. VI, 265. Peccatorum remissio ad parvulos pertinet. X, 1191, 1196.

Peccata dissolvuntur et abolentur in Christi clarificatione. III, 595. Peccata solus Christus auferre potest. III, 638. De peccato solus liberare potest, qui sine peccato venit. III, 1694, 1695. Peccati virus nonnisi morte Christi auferri posse, serpens exaltatus in deserto docuit. X, 143. Peccata tolluntur, dum mors Christi attenditur. III, 489, 490. Nemo a peccatis liberatur, nisi gratia Dei per Jesum Christum. II, 883; X, 1119. Peccatum propriæ voluntatis etiam solvitur sanaturque per Christum. X, 120. Peccatum quatenus tollit Christus. X, 1172. Christus peccatum tollit triplici ratione. X, 1176. Peccatum peccato tollitur. X, 262. A peccato non fit homo liber Lege, sed gratia. X, 896. Peccatum nullum Lege tollitur. X, 1173, 1176. Peccata per Legem ablata non sunt. III, 2067. Peccatum per gratiam solam auferetur. III, 2065. Peccata non aufert nisi gratia fidei, quæ per caritatem operatur. III, 2106. Lex fecit ut peccatum proderetur, gratia ut factum deleretur, et ne fieret caveretur. X, 1173. Peccatorum remissio non semel fit per gratiam. X, 1232. Quot modis fit. X, 1232. Quatenus homo sanatur a peccatis. X, 293. Liberatio a peccato duplex. X, 1122. Hominem dici a peccatis non posse mundari, calumnia Juliani adversus Augustinum. X, 1115. Peccatorum purgatio qui fit in hac vita. VII, 500. Peccata quibus modis mundantur. IX, 475. Peccata tribus modis dimittuntur. VI, 636. Peccatorum medicamenta, eleemosynæ, jejunia, oratio. IX, 63. Peccata oratione expiantur, et Deus placatur. II, 663, 675. Peccata, misericordiæ sacrificiis expiantur. II, 659. Ad majora scelera non sufficiunt quotidianæ eleemosynæ; ut ea mundent. V, 88. Peccata exhaurienda sunt quotidie per bona opera, ne navem deprimant. IV, 810. Per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodam modo, ut ea semper liceat impune committere. VI, 265. Errant peccatores, qui

in flagitiis permanendi impunitatem se emere per eleemosynas existimant. VI, 268. Peccata non redimunt eleemosynæ, nisi vita mutetur. VI, 265, 267. Delentur graviora peccata per orationem Dominicam, si pœnitendo vita in melius fuerit mutata. VI, 265. Peccata quantumvis immania dimittuntur in baptismo. VI, 635, 636. Peccato moriuntur omnes in baptismo. VI, 253. Peccata non solo baptismo mundantur. IX, 475. Peccatorum remissio non consequitur baptisma, nisi non solum legitimum, sed etiam legitime habeatur. IX, 181. Error non credens peccata remitti in Ecclesia. VI, 272. Peccata quamlibet magna remittuntur in Ecclesia per pœnitentiam. VI, 262. Peccatum nullum est, quod pœnitenti et veniam deprecanti per Ecclesiam non dimittatur. III, 1336. Peccata extra Ecclesiam non remittuntur. VI, 263; IX, 146, 147, 150. Præter Ecclesiam nihil solvitur. V, 1349. Pœnitentia sola quæ in vera religione agitur, impetrat veniam, et purgat admissum. II, 391. Per se excitat Dominus, per discipulos solvit. V, 1350. Peccatorum solutio per Ecclesiam dari potest, suscitari autem ipse mortuus, non nisi intus clamante Domino potest. IV, 1306, 1307. Peccatorum remissio datur etiam per malos ministros. IX, 67. Peccata non dimittuntur nisi baptizatis. VI, 636. Quibus peccatis facilis veniæ spes erit. V, 153. Peccatis, quæ propter liberationes hominum fiunt, veniam concedi non existimandum. III, 708. Peccati ignorantia ad facilitatem veniæ pertinet. IX, 158. Conditio qua nobis relaxantur quotidiana peccata. V, 983.

Peccata non dimittenti, nec dimittuntur a Deo. VI, 193, 267; VII, 749. Peccata aliis non remittenti nulla est spes salutis. V, 1273. Peccata aliis condonare, antidotum contra omnia peccata. V, 1271. Remedium peccatorum. IV, 1698; IX, 213. Peccati venia quando et quo animo concedenda vel neganda. II, 391. Peccatum in se commissum dimittere, ut Deus dimittat, magnum opus misericordiæ. IX, 64. Peccáta dimissa redeunt, ubi fraterna caritas non est. IX, 120. Peccata omnia delentur, cum ex vero corde et plena fiducia dicimus, *Dimitte nobis*, etc. IV, 1861. Peccata aliis dimittendi necessitas. V, 384. Delicta invicem nobis donare debemus, et prò his invicem orare. III, 1794, 1795. Veniam omnes deprecari a Deo debemus, non absolutionem. V, 132. Tota Ecclesia hîc petit sibi dimitti peccata. V, 981, 982. Quæ peccata petimus in oratione Dominica nobis dimitti. IV, 1507; IX, 120. Peccata venialia in oratione Dominica delentur. VI, 636. Peccata non omnium, sed eorum quos ante præscivit et prædestinavit Deus dimittit. VIII, 660. Cùm de corpore exierit unusquisque, dimittuntur ei omnia, quæ talia habebat ut dimitterentur debita; quia et quotidianis precibus dimittuntur. V, 982. Peccatum quibusnam Deus non imputat. X, 298. Etiam in sæculo futuro peccata quædam remittuntur. X, 848. Peccatorum remissio asylum civium supernorum. VII, 77. Misericordia Domini nulla uberior, quam remissio peccatorum. IV, 289. *Vide* Misericordia. Mortifera securitas peccandi spe veniæ confitentibus promissa. VI, 425. Omnia peccata sic habenda tamquam dimittantur, a quibus Deus custodit ne committantur. VI, 421, 427. Peccatorum remissionem significat sepultura. III, 592. *Vide* Remissio.

Peccatorum profunditas per abyssum significata. IV, 348. Peccata significantur in Lege cadaveribus mortuorum. III, 592. Et velis undecim operientibus tabernaculum. III, 635. Peccata, sola vincula quibus nos tenebat diabolus. V, 726. Peccata non solum vincula, sed et criniculi sunt. IV, 677. Infirmitates pro peccatis in Scriptura ponuntur. II, 633. Peccatum, mendacii nomine appellatur. VI, 547. Peccatum omne mendacium est. IV, 1174; VII, 407. Ad peccatum quod attinet, quid sit in dexteram vel in sinistram declinare. X, 184. Peccatum nihil est. I, 682. Et nihil fiunt homines, cum peccant. III, 1385; V, 153. Peccata non habent substantiam. IV, 1645. Peccatum opus servile. X, 218. Pili, peccatorum symbolum. V, 41, 56. Peccatum dæmoni est sacrificium. I, 673. Peccatum quasi scorpius est. V, 818. Peccata appellantur usuræ ac debita. IV, 910. Appellantur vulnera. IV, 861. Peccatum undenario numero significatur. VII, 465. Peccatum et vitium qui differant. X, 294. Peccatum quomodo dictus est Christus. VI, 252, 253. Christus peccatum, quia victima pro peccato. V, 825. Quomodo in ipso peccata. V, 1607. Peccatum cur dicitur assumptio carnis mortalis. III, 2072. Cur Christi caro, et ipse Christus. V, 745. Pœna peccati peccatum appellatur. III, 520; VI, 253, 540. Peccata dicuntur sacrificia pro peccatis. III, 721, 731, 1695; V, 744, 825; VI, 253, 540.

Peccator sub jugo est diaboli. VIII, 126. Peccatores, ex patre diabolo esse dicuntur. VIII, 135. Peccatores omnes, propter arbitrium libertatis, ad imitationem primi hominis pertinere volunt Pelagiani. X, 1204. Peccator generali nomine, aut Legis transgressor est, si accepit Legem; aut iniquus, si non accepit. IV, 879. Omnis prævaricator peccator est, sed non contra. IV, 1572. Qui nolebant se confiteri peccatores, addita Legè facti sunt prævaricatores. IV, 1329. Peccator per Legem fit prævaricator. V, 690. Peccatores terræ omnes reputandi sunt prævaricatores legis, vel datæ in paradiso, vel in corde scriptæ, vel per Moysen datæ. II, 681. Portat secum traducem iniquitatis pœnamque peccati, morti deputatus. IV, 734. Omnes omnino homines mortui sunt in peccatis. VII, 665. Alii de necessitate peccant, alii in abundantia; quorum dicitur iniquitas ex adipe procedere. IV, 920. Alii per ignorantiam vel infirmitatem, alii per superbiam peccant. IV, 1522, 1523. Peccatores dicimur, cum per ignorantiam peccamus; Legis prævaricatores, cum scientes peccamus. VI, 271. Nihil interest utrum ipse scelus admittas, an propter te ab alio admitti velis. I, 1369. Pejus est alium ad peccatum inducere, quam ab ipso induci. I, 1285. Minus peccavit homo consentiendo dæmoni, quam dæmon male suadendo homini. I, 1286. Peccatoris aures inter Deum monentem et suggerentem serpentem. IV, 1172.

Peccatoribus panis veritatis amarus est. IV, 88. Peccantis adversarius, sermo Dei. V, 637. Peccator Deum fugere non potest: sed invenit ubique legem Dei in pœna sua. I, 699. Peccator avertens se a Deo, cæcus efficitur; nondum sentit pœnam, sed jam habet. V, 664. Peccatores cæci sunt corde. III, 1388. Quid agere debent ut curentur. III, 1388. Peccator in peccatis suis restem sibi texit. III, 1460.

Peccator quisque tanto magis deserit Christum, quanto magis diligit quod improbat Christus. VII, 748. Peccator pejor est, si lætatur in damno æquitatis. VII, 641. Peccantium felicitate nihil est infelicius. II, 531. Peccator in prosperitate comparatur fœno, quod cito transit. IV, 1177. Peccatorum pax non æmulanda. IV, 770, 771. Nemo gratuletur homini qui prosperatur in via sua, cujus peccatis deest ultor, et adest laudator: major hæc ira Domini est. IV, 126, 1266. Peccatorum felicitas, fovea ipsorum est. IV, 1204. Peccator in prosperitate similis est pisci, qui hamum jam habet in faucibus. IV, 1176. Ideo non sibi displicent peccatores, quia non se attendunt. IV, 1261. Peccator tunc contemnere dicitur, cum nullam providentiam Dei deputat, vel ad eam se pertinere non credit. IV, 1853. Peccatoris descriptio, ubi de ejus conversione. III, 1338. Peccatoris conversio et pœnitentia. IV, 583, 655, 1460, 1799, 1933. Conversio peccatoris, Dei gratiæ tribuenda. III, 406, 407. Peccator prius cognoscitur et quæritur a Deo, quam Deum cognoscat et quærat. III, 1448. Peccantes videt et odit Deus, etsi nunc tacet. V, 126. Peccatores amat Christus, ut non ament esse peccatores. V, 947, 949. Merita in peccatoribus præcedentia ad justificationem et obdurationem. VI, 72. Peccatoris prior labor, ut displiceat sibi, ut peccata expugnet, ut mutetur in melius; secundus labor, pro eo quod mutatus est, ferre tribulationes et tentationes hujus sæculi, et inter illas perseverare usque in finem. IV, 717. Peccator ut misericordiam consequatur, debet peccatum suum agnoscere. IV, 589. Peccator fremere debet, cum reum se agnoscit. III, 1755. Peccator etsi confiteatur, adhuc reus est, nisi ministri solverint. III, 1757. Peccator quomodo sanetur. III, 1540. A peccatore non Deus avertitur et convertitur. Aversus est, quia tu te avertisti: tu ab illo fecisti casum, non ipse a te fecit occasum. V, 780. Peccator pereat, ne homo pereat. V, 152. Peccatores duobus modis evertuntur. VII, 759. Peccator ut resurgat, imitari debet Christum resuscitantem Lazarum. III, 1755. Lazari suscitatio allegorice exponitur de suscitatione peccatoris. III, 1578. In reditu peccatoris ad Deum magnanimitas virtutem, doctrina sapientiam imitatur. VIII, 587. Tria peccantium genera, et tres peccati gradus, in tribus a Christo suscitatis mortuis figurantur. V, 593, 720. Peccatori perire volenti, tamquam lethargico, pie succurrendum. V, 246. Peccatores quoslibet qui negarunt ad pœnitentiam admittendos, ab Ecclesia excommunicati sunt. III, 2099, 2100. Peccatores pœnitentes clericatum non accipiebant, nec ad ipsum redibant ex rigore disciplinæ; poterat tamen circa illos dispensari. II, 812. Peccator non nisi paulatim recipit quod amissum est. V, 1270. Si cito rediret homo ad pristinam beatitudinem, ludus illi esset peccando cadere in mortem. V, 1270. Resurgendum celeriter a peccato. V, 595. Peccatorem diabolus aut a medicina confessionis avertit, aut in veniæ desperationem impellit, aut in divinæ indulgentiæ præsumptionem inducit. V, 139. Peccator nullus de Dei omnipotentis misericordia debet desperare. V, 1060. Peccator nullus desperet, sed ad Deum per pœnitentiam confugiat. V, 442, 1548. Peccatorem se confitetur Paulus, ut nullus peccator de se desperet. V, 927, 949, 951. Peccator de Dei misericordia ita præsumat, ut non desinat timere justitiam ejus. V, 262. Peccatores sic ament mansuetudinem in Domino, ut timeant veritatem. III, 1650. Peccator non sibi parcat. III, 1491.

Peccatoris silentium, clamor impietatis in Deum. IV, 256. Clamor præsumptionis. IV, 266. Voces peccatoris in

profundum malorum demersi. IV, 1697. Peccatores excitantur ad orandum ut peccata deleantur, minuantur, deficiant. V, 749. Peccatores Deus audit. IX, 60, 61. Deus exaudit. III, 1718. Pericula eorum qui alios vitiis detentos curare satagunt. II, 552.

Peccatorum excusationes diversæ. VI, 558. Nulla justa est excusatio hominum; si enim excusatio peccatorum justa esset, non inde jam gratia, sed justitia liberaret. II, 883, 884. Inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, sive qui novit, sive qui ignorat. II, 883. Peccatori nunquam bene esse potest. III, 384. Sed aliquando non sentit. III, 432. Peccatores jam ex hac vita cruciantur. IV, 689, 690. Peccatores plerumque aperti, semper occulte pro suis factis pœnas divinitus luunt. VII, 659. Peccator in se ipsum sævit. VIII, 137. Conscientia scelerati hominis carceres et inferos horrendis et pœnalibus tenebris vincit. II, 651. De peccatore facit Deus flagellum. IV, 362. Peccator inique existimat facta sua placere Deo, eo quod a vindicta supersedeat. IV, 582. Cur aliquando minus flagellantur peccatores in hac vita. IV, 409, 770, 771. Peccatores Deus hic flagellat, ut corrigantur. IV, 1292. Peccatores cum punit Deus, non malum suum eis infert, sed malis eorum eos dimittit. IV, 87, 151. Peccantium comparatione et pœna accenduntur alii ad recte vivendum. IV, 126. Peccatorem ubique prospicit Jesus, non ad adjuvandum, sed ad puniendum. V, 879. Unde aliqui senescant in criminibus. V, 879. Peccatores multi corriguntur, multi toleratur, multi nesciuntur. V, 1546. Peccatori pœna de suis operibus servatur. IV, 124. Peccatores divina providentia non facit, sed ordinat. IV, 106. Sententia Dei in peccatores mutatur, si ipsi mutentur. V, 132. Correptio et judicium futurum in peccatores, qui hoc tempore non corriguntur. V, 125. Peccans natura melius ordinatur ut juste doleat in supplicio, quam ut impune gaudeat in peccato. VIII, 554, 563. Peccatoribus non esse parcendum in die judicii, sed æternis eos ignibus exercendos, quatenus et in sensu catholico ab episcopis approbatum, et ut erroneum Pelagio objectum. X, 326. Peccatores per ignem salvandos, a peccatoribus æterno supplicio puniendis non distinguebat Pelagius. X, 325, 326. Peccatorum expulsio a Deo. IV, 88. Peccator quis damnatione dignus. VIII, 419.

Peccator homo, duo nomina: alterum Deus fecit, alterum homo. V, 110, 152. In peccatore simul et culpa improbanda, et natura approbanda. II, 654. In peccatoribus non nisi peccata odienda, ipsi homines sunt diligendi. VIII, 161. Peccator in quantum peccator non est diligendus. III, 29. Peccator diligendus, non in quantum peccator, sed persequendo peccatum; quomodo diligitur æger, persequendo febrem. V, 43, 110, 165, 780. Quo sensu peccatores non habeant esse. IV, 450. Peccatores minus sunt quam erant. III, 133. Malum agunt et non agunt, quomodo intelligatur. IV, 1507. Peccantes quomodo singulas sanctissimæ Trinitatis personas imitantur. VIII, 586. Peccantes Deum Patrem imitantur impia superbia, justi pia liberalitate. VIII, 586. Conversio peccatoris superbi ob hujus sæculi dignitatem, describitur. III, 881. Peccatoris locus et usus. IV, 562. Peccatores sive angeli sive homines, non perturbant providentiam Dei. VII, 435. Peccatores valent ad exemplum. III, 432. Cur creavit Deus quos præscivit esse peccaturos. VII, 435. Nec hominem nec angelum peccare compulit Deus, licet præsciret quid boni inde futurum esset. VII, 435, 436. Peccatores tanquam vasa diaboli quæ implet amaritudine sua. V, 726. Peccatorum et et impiorum una est massa in qua et Judæi et Gentes. VI, 124.

Peccator aliquando ponitur pro peccato. III, 75. Peccatores in Scripturis quinam appellati. IV, 1412. Peccator, niger est color. V, 693. Peccatores pœnitentes pullis corvorum comparati. III, 880. Peccatores dicuntur hirci. IV, 779. Peccatores per hœdos significati. V, 43. Peccatores sunt servi mortui. V, 744. Dicuntur tenebræ. IV, 1766. Tenebræ sunt. III, 258, 259, 826, 870. Terra appellantur. III, 1277. Peccatores per se salvari non possunt, adjuncti bobus quomodo accipiuntur. IV, 799. Peccator scabellum pedum Dei. III, 1257.

Pectoris tunsio. V, 133, 186, 433. Contritionis indicium. IV, 265. Pectus percutere solebant populi audito confessionis nomine. IV, 1495, 1774, 1844; V, 186. Pectus qui tundit et non corrigitur, solidat peccata, non tollit. VI, 675. Peccata pavimentat. V, 1465. Pectus tunde, sed plagas tibi dando in pectus cæsus, correctus esto. V, 512. Pectora tundunt etiam antistites ad altare assistentes. V, 1541, 1542. Pectus tundit etiam sacerdos. V, 749. Pectoris tunsio, testimonium peccati nostri. V, 751, 762.

Peculatus, furtum de republica. III, 1762.

Pecus constat ex anima et corpore. VIII, 418. Pecoribus animas non solum humanas, sed divinas inesse credebant Manichæi. VIII, 231, 232. Pecora habent etiam animas. V, 1181. Pecorum nomine quæ intelliguntur animalia. III, 241. Pecorum vita quæ. III, 1540. Pecoris bonum quid sit. IV, 1522. Pecora greges Dei. IV, 1911. Pecorum occisionem cur prohibebant Manichæi. VIII, 585. Pecorum nomine indocti intelliguntur. IV, 1750.

Pecudes bis in anno pariunt in Italia. III, 573.

Pecunia Dea. VII, 128.

Pecunia a pecore dicta, est quidquid possident homines. VI, 672. Pecuniæ nomine continentur omnia quorum jure domini sumus. I, 1238. Pecunia ærea prius in usu esse cœpit, quam argentea. VII, 128. Pecunia et divitiæ differunt. VII, 204. Pecuniam sola iniquitas putat divitias. IV, 620. *Vide* Aurum, Divitiæ. Pecunia non immerito rotunda signatur, quia non stat. IV, 1057. Pecuniam inter et Deum quantum intersit. VI, 674. *Vide* Avarus. Ut pecuniam augeant quidam, fidem perdunt. IV, 1645. Pecuniæ amor, rectæ spei venenum est. I, 1006. Pecuniæ amor usque ad animæ contemptum. V, 1457. Pecuniam sanguinem suum quidam appellantes. V, 146. Pecunia prodesse et obesse potest. V. 498. Pecuniæ ita manum mitte, ut cor inde solvas. V, 955. Pecunia non facit beatum. VI, 674. Pecuniam cum proximo dividere, quam justum. VI, 673. Pecunia et a malis male habetur, et a bonis tanto melius habetur, quanto minus amatur. II, 665. Pecuniæ aliquid an liceat servare, cum Dominus jusserit non cogitare de crastino. III, 1805.

Pecuniosi non divites sunt, si cupidi. VII, 204.

Pedes metrici, qui sint et quot in genere. I, 1102. De iis copiosissime tractatur. I, 1107.

Pedes hospitum lavandi consuetudo est apud plerosque. III, 1794. Laudanda hæc consuetudo. III, 1794. Pedes hospitum lavat, qui humilis est corde. III, 1794. Explicatur allegorice quæ gessit Christus lavando pedes discipulorum. III, 1787. Pedes Christi odore pretioso quisnam perfundit. III, 73. Pedes inquinantur, etiam cum ad Christum per terram venitur. III, 1789, 1790.

Pes animæ, amor. IV, 124. Pedes nostri Affectus nostri. IV, 1217. Pes superbiæ dicitur, quo recedimus a Deo. IV, 554. Pedes Domini, qui. IV, 833, 1167. Duo pedes sunt caritatis præcepta. IV, 515.

Pedibus nudis ambulantium hæresis. VIII, 42

Pegasius episcopus Donatista. IX, 528, 555.

Pegasus. VII, 570.

Pelagianus episcopus. II, 759, 780.

Pelagianus a Luperciana. IX, 229.

Pelagiana hæresis. III, 2061, 2062. Unde orta. III, 85. Pelagius et Cœlestius nefandæ hæresis principes. X, 1561. Pelagius magister Cœlestii. X, 355. Pelagius occultior hæreticus et mendacior, Cœlestius apertior et pertinacior. X, 391.

Pelagius Britto cognominatus, ut servus Dei a Paulino quondam dilectus fuit. II, 816. Pelagius monachus. VIII, 47; X, 342, 345, 346. Pelagius ejusque sectatores ingenio pollere indicantur. II, 821, 850. Vir circumspectus. X, 196. Vir, sicut eum qui noverunt laudantur, bonus ac prædicandus. X, 188. Pelagius vir egregie Christianus. X, 189. Non parvo profectu Christianus. X, 189. A nonnullis laudatus. X, 188. Pelagii mores laudabiles. X 167. Pelagius existimatus vir sanctus. X, 185, 186. Pelagium sanctum vocat Julianus. X, 1406. Epistolæ episcoporum ad Pelagium scriptæ, plenæ laudibus. X, 348. Pelagii nomen cum aliqua laude ab Augustino aliquando commemoratum. I, 644. Pelagium Augustinus in salutatione epistolæ, dominum vocat. X, 349. Et dilectissimum et desideratissimum X, 349. Pelagium officiosis litteris resalutat Augustinus. II, 596. Vehementes et quodam modo ardentes Pelagii ad bonam vitam exhortationes. X, 348

Pelagius diu Romæ vixit. X, 389. 396. Pelagii prius absentis, et Romæ constituti, nomen cum magna ejus laude cognovit Augustinus. X, 346. Pelagius unde notus Augustino. X, 346. Pelagius in Africam venit. X, 346. Hipponensi littore excep tus est, absente Augustino. X, 346. Profectus est Carthaginem tempore Collationis cum Donatistis. X, 346. Ibi faciem ejus semel atque iterum vidit Augustinus. X, 346. Ad transmarina postea properavit. X, 346.

Pelagianæ hæreseos capita. II, 674. Quædam capita. X, 355, 356. Capita præcipua. X, 357. Pelagianæ hæreseos tria præcipua capita. X, 606, 996. Pelagianorum nebulæ et calumniarum capita quinque. X, 606. Pelagianæ hæreseos dogmata refert Augustinus. II, 772, 773, 774. Pelagianorum dogmata de gratia, de libero arbitrio, et de parvulorum salute. X, 570, 571. Paradoxa Pelagianorum de parvulorum baptismate. X, 705.

Pelagiani negabant originale peccatum. I, 598, 608; II, 723, 762, 773; V, 1345. Carnem omnis infantis carni Christi conantur æquare. V, 992. Pelagius parvulorum fallax

laudator. X, 551. Pelagii argumentatio contra peccatum originale. II, 865. Pelagiani peccatum originale in nascentibus nullum esse contendunt. X, 114. Miserias generis humani sine illo peccati merito fieri dicunt. X, 1098. Coguntur in paradiso mala omnia, quæ peccari pœnas credimus, et ipsam libidinem collocare. X, 1507, 1509, 1513. Pelagii error, culpa carere qui talis fuit, quia aliud esse non potuit. X, 251. Pelagiani velut sanam laudant naturam. X, 1060. Carnis concupiscentiam velut naturale bonum laudant, quare. X, 436. Refelluntur auctoritate Ambrosii. X, 436. Ignorantiam et difficultatem ad naturæ institutionem pertinere asserebant. I, 598, 608. Aliqui ipsorum dicunt omnem hominem a Deo creari, etiam nunc immortalem, et omnes pro meritis suis mori, quia omnes peccaverunt; non in Adam, sed in se, ex quo creati sunt. V, 906. Refelluntur. V, 906. Pelagiani docent mortem non a peccato esse, sed a natura; et moriturum Adam, etiamsi non peccasset. V, 1375. Pelagiani initium peccati ex Adam factum docebant, quatenus cæteri eum imitati sunt. II, 679. Refelluntur. II, 684. Pelagiani propter salutem baptizari parvulos nolebant. II, 761, 763, 773. Christum dicunt Salvatorem majorum, non minorum. V, 992. Sentiebant parvulos æternæ vitæ præmiis sine baptismatis gratia posse donari. II, 785. Baptizandos parvulos concedunt, non propter vitam æternam, sed propter regnum cœlorum. V, 1336. Pelagiana vitæ æternæ et regni Dei distinctio, plane arbitraria. V, 1338. Pelagianorum sententia de loco ubi maneant beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt. III, 1812, 1813. Infantes, etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam, error est quem Pelagius anathematizavit. II, 826. Pelagiani immerito regnum cœlorum parvulis non baptizatis intercludunt, cum peccatum originale non agnoscant. X, 175. Secum pugnant, cum non damnandos asserunt parvulos non baptizatos, et tamen sentiunt ideo eos non baptizari, quia male victuri essent. II, 889. Pelagiani usquequaque convicti, etiam non commissorum peccatorum Deum persuadere moliuntur ultorem. II, 889. Pelagiani non parum veritati propinquarunt in quæstione de baptismo parvulorum, ubi fassi sunt infantes credere per eos, a quibus offeruntur. II, 870, 871, 890. Pelagiana hæresis naufragat in parvulorum miseria. X, 1294. Pelagianorum errori de peccato originali, nec ratio, nec eruditio, nec pietas, nec justitia, nec sacra testimonia suffragantur. X, 1147. Pelagiani Manichæis consentiunt ad negandum peccatum originale. X, 613. Pelagiani peccatum originale negando adjuvant Manichæos. X, 863, 865, 1074, 1105, 1114, 1288. Pejus quam Manichæi sæviunt in parvulos. X, 1062. Pelagiani dum Manichæorum pestem in perversum vitare conantur, de nuptiarum fructu ipsis Manichæis perniciosiora sentire convincuntur. X, 1463. Sicut Ariani aliquid pejus Sabellianis sentiunt de Trinitate, ita Pelagiani pejus Manichæis de nuptiis. X, 458. Pelagiani declinantes errores Manichæorum, in alios impingunt. X, 613. Et cum Manichæorum hæresim declinant, aliam inducunt. X, 571. Pelagiani et Manichæi quatenus errore conjuncti, quatenus separati. X, 573. Pelagiani Manichæorum nomine Catholicis objecto, putant se subterfugere vim veritatis. X, 607. Pelagianorum et Manichæorum hæreses sibi mutuo adversæ, et æque a catholica Ecclesia reprobatæ. X, 572, 573. Pelagiani electionem futuris operibus adscribentes convincuntur in parvulis geminis, uno post baptisma, altero sine baptismatis gratia mortuo. X, 583. Pelagiani in quo Dei judicia evertunt. X, 1097. Pelagiani non ideo sunt hæretici, quia negant animas ex traduce propagari. II, 865.

Pelagius elatus assertor liberi arbitrii. X, 373. Pelagius naturæ vires extollendo præcipitat. X, 375. Pelagiani præcipitatores liberi arbitrii. III, 1841; X, 554. Superbi arbitrii sui defensores. X, 585. Inflatores liberi arbitrii. X, 1207. Pelagiani et Catholici in quo dissentiunt dicendo liberum arbitrium esse in hominibus, et Deum esse nascentium conditorem. X, 1289, 1290, 1291. Pelagiani patientiam viribus liberi arbitrii tribuunt. VI, 607. Pelagius naturam humanam peccato depravatam aut corruptam negat. X, 256. Naturam non esse vitiatam, liberumque arbitrium ad salutem sufficere docet. II, 765, 768. Pelagiani putabant possibilitatem volendi et operandi a Creatore insitam nos habere. II, 816. Pelagiani similes sunt iis qui in Lege gloriantur. II, 676, 893. Dicunt voluntatem humanam Lege data sibi ad eam implendam posse sufficere. II, 595. Pelagianum dictum, *Opus erat ut per doctrinam Legis scirem quid agerem; habeo liberum arbitrium, quis me a via ista separabit?* Refellitur. V, 730. Pelagiani dicebant etiam hominem in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem justitiæ sine adjutorio gratiæ Salvatoris per solum liberum voluntatis arbitrium pervenire, ut ei non sit jam necessarium dicere *Dimitte nobis*, etc. II, 763, 772. Pelagianorum sententia erat auferri liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adjutorio Dei hominem habere concessissent. II, 875. Pelagiani impie garrientes, et de suis viribus præsumentes dicunt, *Deus me hominem fecit, justum ipse me facio.* V, 656. *Si volo, justus sum; si nolo, justus non sum.* V, 1316. *Tu te salvum facis, si volueris.* V, 409. *Ut justi simus, libero id arbitrio agimus.* V, 172. Pelagiani contra hæreticos, intellectum bonum quo benedicitur Deus, habere se a natura jactantes. V, 1644. Jactant ad Christum se venisse arbitrio suo et voluntate sua. V, 192. Naturam multum laudando decipiunt. V, 754. Dicunt caritatem non ex Deo, sed ex nobis esse. I, 621. Hominem sibi sufficere, nec egere divina gratia ex Innoc. II, 785. Ad mandata Dei servanda nullo nos egere auxilio divino. II, 772, 774. Sine gratia Dei, absque peccato hominem esse posse, et revera quosdam fuisse, sed sibi ipsi contradicunt. II, 775, 776, 829.

Pelagiani ingrati gratiæ, multum tribuentes inopi sauciæque naturæ. V, 752. Pelagiani redarguuntur, liberum arbitrium sic defendentes, ut negent Dei gratiam. VI, 445. Pelagius gratiæ Christi contradicit, defendendo naturam. X, 260. Pelagius hominem sine gratia posse non peccare docebat. X, 281, 285. Patrum testimonia quibus hominem sine gratia posse non peccare probat Pelagius, explicantur. X, 282. Pelagius Jacobi apostoli locum corrumpit ad negandam gratiæ necessitatem. X, 254. Illa verba, *Da quod jubes, et jube quod vis*, ferre non potuit Pelagius. X, 1026. Credit nihil esse quod a Deo accipiat, nec aliquid superesse quod petat ad sanandum se, ex Innoc. II, 787. Ex Pelagiana hæresi sequitur necessario nos orare non debere. II, 595, 761, 763, 774. Pelagiani dicunt se, ut Deus daret ipsis, rogasse; ut rogarent, prius credidisse. V, 913. Donum Dei non poscunt, ne peccent. X, 1098. Pelagii dogmata de gratia. VIII, 47, 48. Pelagianorum error circa gratiam non mediocris. II, 849. Pelagiana hæresis exoriens horretur, et gratiam Dei admittere se simulat. V, 174.

Pelagianorum gratia. II, 652, 768, 849, 852; X, 1296. Pelagiani gratiam ad naturam, Legem, doctrinam, liberum arbitrium, exemplum Christi, remissionem peccatorum referebant, II, 760, 768, 852. Pelagio doctore ea intelligenda est gratia Dei, quæ Paganis atque Christianis, impiis et piis, fidelibus et infidelibus communis est. II, 816. Pelagius gratiam in Lege et doctrina constituit. X, 364, 365. Pelagius in quo medecinale Salvatoris auxilium ponit. X, 266. Pelagius ad id Christum nobis necessarium fuisse putavit, ut discamus quemadmodum vivere debeamus. X, 270. Pelagius docuit gratiam dari ex abundanti, aut ad facilius operandum. II, 829.

Pelagiani gratiam secundum merita dari docent. I, 595; X, 577. Ore dumtaxat Pelagius hoc anathematizare non distulit in judicio Palæstino. X, 578. Pelagiani fidei desertores. X, 576, 585. Oppugnatores gratiæ. X, 576. Gratiæ Dei non solum desertores, sed etiam persecutores. X, 625. Pelagiani multum plangendi contra apertam gratiam contendentes. V, 754. Pelagius ac Cœlestius gratiam oppugnant, non tamen aperte. II, 760, 762, 774, 865. Secundum Pelagianorum hæresim Christus gratis mortuus est. II, 768. Quid est qui impie oppugnat gratiam, si Pharisæus reprehenditur qui superbe agit gratias? V, 657. Pelagianorum humilitas mendax. V, 981. Pelagiani Pharisæo superbiores. V, 1315. Pelagianorum sententia de perfectione. X, 689. Pelagianorum error, justos omni peccato carere. X, 998, 999. Quo sensu homo potest secundum Pelagianos esse sine peccato. X, 802. Pelagiani docent hominem sine peccato esse posse in hac vita. V, 853. Totam Ecclesiam esse absque ullo peccato. V, 980. Pelagiani divitem in divitiis suis manentem, regnum Dei non posse ingredi, etc. falso docebant. II, 686, 687, 688. Pelagianis adversa dogmata, quæ catholica Ecclesia semper tenuit, Diospolitano concilio confirmata. II, 828. De Pelagii et Cœlestii erroribus in concilio Carthaginensi anno cccccxi celebrato episcopale judicium habitum fuerat. II, 759, 760.

Pelagium et Cœlestium auctores nefarii erroris arguunt Heros et Lazarus. II, 759, 763. Pelagius Herotis et Lazari objectis respondit. II, 775. Pelagio judices præsederunt episcopi quatuordecim in synodo Palæstina. X, 652, 663. Eorum nomina. X, 663. Pelagio quædam objecta in synodo Palæstina. X, 320. Pelagio capitula Cœlestii objecta, et ab ipso reprobata. X, 333, 334. Damnata sunt hæc in synodo, et ipse Pelagius damnandus foret, nisi hæc etiam ipse damnaret. X, 338, 354. Objecta sunt etiam Pelagio alia capitula de Sicilia Augustino missa, interposita ipsius Augustini nominis commemoratione. X, 334. Pelagii responsio ad capitula objecta, et professio fidei suæ. X, 345, 346. Pelagius Cœlestii aliquas sententias suas esse negavit, aliquas anathematizare noluit. X, 352. Summa capitum quæ Pelagius in concilio Diospolitano anathematizavit, quæque Catholicus debet profiteri. II, 828, 979. Pelagius damnavit, Adam ita mortalem factum, ut sive peccaret, sive non pec

caret, moriturus esset. X, 1089. Pelagius ut catholica synodus falleretur, et ne novus hæreticus damnaretur, anathematizavit eos qui dicunt, in eo statu esse recentes ab ortu parvulos, in quo Adam fuit ante prævaricationem. X, 392. Damnavit eos qui dicunt Adæ peccatum ipsum solum læsisse, et non genus humanum; infantesque recens natos in eo statu esse, in quo Adam fuit ante prævaricationem; et habere vitam æternam, etiamsi non baptizentur. X, 653, 703, 715, 1112, 1113. Non corde veraci damnavit. X, 1112, 1113. Adæ peccatum ipsum solum læsisse et non genus humanum, nisi damnaret Pelagius, damnaretur a judicibus Palæstinis. X, 392, 1186. Imitatione, non propagatione peccatum Adæ læsisse genus humanum dicens Pelagius, putat se elusisse judicium Palæstinum. X, 653. Nisi in conspectu audituque episcoporum Orientalium damnasset Pelagius objectos sibi errores de parvulis, nullo modo inde nisi damnatus exisset. X, 653, 703. In quæstione de baptismate parvulorum Palæstinos judices fefellit Pelagius. X, 590. Tanto judices fefellit occultius, quanto exposuit sententiam suam versutius. X, 593. Fraus et versutia Pelagii. X, 593. Latibula Pelagii sub ambiguitate. X, 596. Pelagius statum quæstionis de baptismate parvulorum invertit. X, 594. Pelagius cum eis, quos tanquam male sentientes de parvulis damnavit, profecto damnandus: quia id quod negavit ore, corde servavit. X, 653. Peccatum Adæ ipsi soli nocuisse, non ejus posteris, docuit Pelagius, etiam postquam in synodo Palæstina dogma illud damnavit. X, 591, 592, 595. Pelagii calliditas in supprimenda Dei gratia, in quibusdam sui libri apicibus. X, 547. Pelagius in synodo episcopali damnavit eos, qui negant gratiam ad singulos actus dari, et eam in lege et arbitrio ponunt. II, 979, 984; X, 538, 561. Pelagii suspecta professio de gratia ad singulos actus necessaria. X, 561, 565. Pelagius gratiam confitetur verbis subdolis. X, 551. Pelagius sub ambigua generalitate quid sentiret abscondens, gratiæ vocabulo frangebat invidiam, offensionemque declinabat. X, 579. Pelagius veram tandem gratiam admisit in synodo episcopali. X, 538. Non veraciter gratiam Dei confessus est. X, 552, 561. Pelagium confiteri gratiam in Ecclesiam notissimam credidit synodus Palæstina. X, 535. Quid a Pelagio in quæstione de gratia exigatur. X, 583. Pelagius epistolam Augustini ad se datam protulit in synodo Palæstina. X, 549. Pelagius in judicio Palæstino gratiam secundum merita non dari confessus est. X, 887. Damnationis suæ timore, gratiam secundum merita dari damnavit. X, 619, 1011, 1028. Non veraci corde damnavit. X, 571. sed ficto. X, 567. Et subdolo timore. X, 577. Ambiguis verbis sensum suum obtexit. X, 554. Episcopale judicium timens, gratiam Dei secundum merita nostra dari, negavit se dicere; et eos qui hoc dicerent, anathematizando damnavit. II, 877; X, 554. Pelagius gratiam secundum merita dari nisi damnasset, a catholicis episcopis damnaretur. X, 727, 887, 1135, 1212. Non aliud tamen defendere invenitur in libris quos postea scripsit. X, 554. Fallaciter id eum anathematizasse, posteriores ejus indicant libri. II, 877; VIII, 48; X, 887. Pelagius quidquid in miserabili synodo Diospolitana dixisse se denegat, in responsione ad epistolam Hieronymi profitetur. II, 928. Pelagius quam orationem necessariam admiserit. X, 256. Pelagius ab episcopis quatuordecim provinciæ Palæstinæ catholicus est pronuntiatus. I, 649; X, 319. Catholicus judicatus. X, 557, 558. In synodo Palæstina absolutus, et sicut nonnullis videtur, purgatus. II, 761, 764; X, 555, 556. Subterfugit, non se purgavit. II, 788. Fefellit judicium Palæstinum, propterea ibi videtur esse purgatus. X, 589, 592. Pelagius fallendo, a synodo Palæstina absolutionem suam furatus est. X, 592, 594. Quomodo absolutus. X, 594, 665, 697. Absolutum est in judicio Palæstino quod Pelagius tenere debuit. X, 594. Pelagii absolutio. X, 546. Pelagii purgatio suspecta habetur. X, 546. Qualem tulit de illius purgatione sententiam Innocentius. X, 589. Benigne interpretatur Augustinus quod incautius a judicibus gestum est in causa Pelagii. X, 544. Patres Diospolitani, qui Pelagium absolverunt, non accusandi. II, 764, 765. Pelagius quid agere debeat, ut videatur correctus. X, 550. Pelagii chartula defensionis ad Augustinum. X, 552. In ea fecit aliquid, quod aliter se habeat, quam gestis episcopalibus continetur. X, 552, 555, 554. Pelagius de judicio Palæstino quatuordecim episcoporum, tamquam de victoria gloriatur. X, 550. Pars actorum judicii Palæstini in causa Pelagii. X, 590. Innocentii judicium de actis Palæstinis. X, 589. Pelagium non existimat purgatum Innocentius. II, 787. Pelagio absoluto hæresis ejus damnata. X, 554, 555, 558, 699. Pelagius Palæstinam synodum fefellit. X. 590, 592, 593. Quomodo illam eluserit. X, 655. Pelagius apostolicam sedem fallere conatur. X, 594, 596. Pelagii litteræ cum libello fidei ad Innocentium missæ. X, 576, 596, 597. Pelagii invidiosæ de suis inimicis querelæ. X, 576. Pelagius latebris ambiguitatis parat falsitati refugia. X, 594, 596. De Pelagii epistola qua suos errores ab episcopis quatuordecim probatos fuisse gloriatur. 550, 551. Pelagius fefellit judicium Palæstinum, at Romanam Ecclesiam fallere non valuit. X, 589. Libellus contra Pelagium sancto episcopo Eulogio oblatus. X, 525. Pelagii damnatio. X, 594. Pelagius in Palæstina synodo damnatus. X, 703. Pelagius et Cœlestius damnati. X, 596. Merito damnati. X, 410. Pelagiana hæresis ab episcopis damnata, non adhuc examinanda est, sed coercenda. X, 1185. Post Pelagii et Cœlestii excommunicationem, multi eis adhærentes conversi. X, 594. Pelagii discipuli ex parte a præceptoris doctrina recedunt. X, 585. Post synodum Palæstinam non catholice sensit Pelagius de parvulis. X, 592. Nec de auxilio gratiæ sincere scripsit. II, 829. Pelagius post synodum Palæstinam edidit libros suos. II, 829; X, 594. Isti libri notantur. II, 826, 829. Etsi revelationem per Spiritum sanctum agnoscat Pelagius, non tamen a suo dogmate recedit. X, 581. Pelagii epistola ad Demetriadem. X, 571, 578. Dicit se in ea gratiam apertissime confiteri. II, 834. Quid de libro ad Demetriadem scripto sentiat Augustinus. II, 850. Pelagii epistola, ad Paulinum. X, 578. Ad Constantium. X, 578. Pelagianorum epistolæ duæ; una Romam, altera Thessalonicam missa. X, 551. Primam misit Julianus, ut per illam quos posset, suos aut inveniret, aut faceret: alteram decem et octo velut episcopi, ad loci illius episcopum, ad suas partes, si fieri posset, traducendum. X, 551. Pelagianorum epistola ad Orientem missa. X, 1218. Pelagiani Ecclesias Orientales sibi favere mentiebantur. X, 555. Et toto penitus Occidente non minus stultum quam impium dogma suum esse susceptum. X, 625. Pelagius testimonio Augustini usus. I, 596. Pelagii epistola quam Romam misit. X, 561. Pelagii liber pro libero arbitrio. X, 579, 580. Pelagius in libris quos pro libero arbitrio edidit, nihil aliud sentit, quam quod damnavit in synodo Palæstina. X, 561. Pelagius, Cyprianum imitatus, librum scripsit testimoniorum. X, 625. Seu capitulorum. X, 550, 551, 1420. Pelagii expositiones in epistolam Pauli quæ scribitur ad Romanos. X, 185, 186, 545. In his non ex sua persona errores suos objicere ausus est. X, 596. Pelagii liber a Jacobo et Timasio oblatus Augustino. X, 558, 547. Nomen non erat expressum, ut vivente amicitia, amicorum error moreretur. X, 548. Ab Augustino refutatur liber *de Natura et Gratia*. X, 547. Tacito ejus nomine. II, 816. Pelagium cur tandem expresso nomine confutavit Augustinus. X, 548.

Pelagiana hæresis damnanda, et si juste fuisset Pelagius absolutus in concilio Diospolitano. II, 761. Pelagiani Conciliorum catholicorum, et sedis apostolicæ auctoritate damnati. X, 505. Contra Pelagianos de Africano Concilio ad Zozimum fuit scriptum, et ab eo ad universos orbis episcopos rescriptum. II, 972. Posteriori Concilio plenario totius Africæ contra ipsum Pelagii errorem constituta mittit August. II, 972. De hac causa duo Concilia, Carthag. ac Milevit. ad sedem apostolicam missa, et inde rescripta venerunt. V, 754. *Not.* (*a*). Causa finita est, utinam finiatur error. V, 754. Contra Pelagianos epistola ad Innocentium Carthaginensis concilii. II, 759. Item alia Milevitani concilii. II, 762. Et alia quinque episcoporum. II, 764. Hæc aliquanto diligentius scripta dicitur. II, 972. Innocentii ad tres illas litteras totidem rescripta. II, 781. Pelagium et Cœlestium anathemari oportere, nisi errores suos anathemaverint, concilium Carthag. decernit. II, 760. Exempla litterarum, quas contra Pelagium et Cœlestium scripsere Concilia, nec non Innocentius et Zosimus, Augustinus mittit ad Optatum. II, 865. Et ad monachos Adrumetinos. II, 972. Pelagianos velut membra putrida præcidendos ait Innocentius. II, 782, 784, 786. Pelagius et Cœlestius damnati sunt a Conciliis episcopalibus, ab Innocentio et Zosimo. II, 865. Pelagianis in frequentissimo populo Sixtus anathema pronuntiavit. II, 874. Pelagiani convincuntur, et condemnantur ab Episcopis Romanæ Ecclesiæ, cooperantibus conciliorum Africanorum litteris. I, 650. Pelagii error damnatur. II, 817. Pelagius et Cœlestius nisi correcti egerint pœnitentiam, toto orbe damnati sunt. II, 865. Pelagiani ab Ecclesia damnati. X, 1211. A facie Ecclesiæ projecti. X, 1258. Pelagiani de Ecclesia merito pulsi. X, 798, 1505. Et ab Ecclesia merito separati. X, 1187. De Ecclesia exierunt. X, 1292. In Pelagianæ hæresis auctores, episcopalia Concilia, et apostolica sedes, universaque Ecclesia Romana, Romanumque imperium, quod Deo propitio Christianum est, rectissime fuit commotum. X, 594. Pelagiani lenius, quam severior postulabat Ecclesiæ disciplina, tractati sunt. X, 574, 575. Pelagiani partim damnati, partim correcti. X, 657. Pelagiani universalem synodum Orientis et Occidentis ambiunt. X, 658. Non par est ratio habendi collationem cum Pelagianis, sicut habita est cum Donatistis. X, 704. Pelagiani pro se ab Imperatore responsum esse jactitabant X, 705. Catholicos accusabant quod ad potestates mundi confugerent, etc. X, 1185. Augustinum vocant hæreticum, qui

eos, licet merito posset, hoc nomine non appellat. V, 1348. Pelagius et Cœlestius recenti judicio catholica communione privati in sua damnatione persistunt II, 894. Pelagii damnatio utilis. II, 787. Pelagium et Cœlestium in Ecclesia sanari malunt Patres Milevitani, quam desperata salute ab Ecclesia resecari, quod et cupit Augustinus. II, 764, 775. Pelagiani circiter an. ccccxvi nondum evidenter ab Ecclesia separati. II, 686, 773. Pelagii errores ex quo damnati sunt, a ii eos adhuc liberius defendunt, alii occultius semninant, alii præ timore silent quod in corde retinent. II, 867, 875. Primi severius coercendi, alii vigilantius vestigandi, postremi tractandi quidem lenius, sed non segnius docendi. II, 875. Pelagianorum calumniæ in catholicos. X, 1262. Catholicis intelligendi tarditatem objiciunt. X, 115. Pelagianos plangit Augustinus, et hortatur populum ut eis compatiatur. V, 754. Jubet ut eos occultare nolint, sed ad se perducant. V, 754. Pelagiano errori quidam non malitiose implicati. VI, 444. Pelagiani male crebrescentes cavendi. II, 867, 875; V, 1376. Pelagiani, nonnulli antequam hæc hæresis manifestissimo sedis apostolicæ judicio damnaretur, noti, post repente reticuerunt. II, 867. Pelagiani deficere incipiunt. VI, 696.

Pelagiani tandem gratiam confessi sunt, et inde benedicit Augustinus Deum, sperans meliora. V, 856. sed hanc volunt tantum juvare ad facilius agendum. V, 856. Quod refellitur. II, 856. Pelagiani priorum vocibus pressi, gratiæ auxilium suo se præire merito volunt. II, 876. Pelagii et Cœlestii damnationi subscribere renuentes qua plectantur pœna. II, 927. Pelagius et Cœlestius constitutione Imper. Roma expulsi. II, 927. Ac nova sanctione jubentur eos propellere aut prodere, qui eos in quacumque provincia latitare scierint. II, 927. Cœlestianam hæresim Alypio et Augustino auctoribus jugulatam esse Hieronymus gratulatur. II, 928. Pelagii exhortatione Timasius et Jacobus sæculum abdicarunt, ac male de gratia sentientem sequuti, Augustini opera postea sunt conversi. II, 767, 816. Pelagiani recipiendi in Ecclesiam, si resipuerint. II, 784, 786.

Pelagiani latendi locum moliuntur adhuc injecta non necessaria de animæ origine quæstione. X, 608. Pelagianorum latebræ quinque. X, 609. Quid his latebris tegant. X, 611. Pelagianæ hæreseos quinque præcipua capita a Cypriano et Ambrosio proscripta. X, 637, 638. Ante multos annos, contra ea quæ tutura erant Pelagianorum venena, antidotum a Cypriano præparatum. X, 996. Pelagianorum insidiæ quinque. X, 622. Pelagianorum ingenia fortissima et celerrima. X, 250. Ingenia non contemptibilia. X, 574. Pelagiani filii superbiæ. X, 578. Pelagianorum vanitas superbissima, et crudelissima, et impiissima. X, 623. Pelagianorum disputationes superbissimæ et ingratissimæ. X, 1145. Pelagiani inflati utres vento elationis distenti. V, 980. superbi et litigiosi V, 843. Pelagianorum versutia serpentina. X, 615. Pelagiani dogma suum, quorumdam clericorum Romanorum catholicis mentibus posse persuaderi, spe falsa putaverunt. X, 573, 574. Pelagii erroribus multi Romæ favebant. II, 764. Pelagiani se de sixti amicitia efferre solent II, 867 Fama est Sixtum illis favere. II, 867, 875. Pelagiani non audebant Romæ aut Pelagium defendere, aut dogmata ejus jactare tempore Innocentii Papæ. II, 787. Pelagius multos Jerosolymis decepisse asseritur. II, 764. Pelagii erroribus in urbe Nola multi adhærebant. II, 827. Pelagius Paulino litteras dat. II, 816. A quo ut servus Dei fuerat dilectus. II, 815. Pelagius litteris ad Paulinum datis dicit se non debere existimari sine gratia Dei defendere liberum arbitrium. II, 816.

Pelagianorum perfugium. X, 897. Pelagiani de paucitate gloriantur. X, 1145. Pelagiani pauci in comparatione Catholicorum. X, 1507. Inter illos nonnulli sacerdotes. X, 1097. Pelagiani ruina morum, pudoris interitus. X, 798. Pelagianorum sævitia in Dei servos et ancillas ad curam Hieronymi pertinentes. X, 358. Pelagiana hæresis quam iniqua, ac totius religionis ignara. *Innoc.* II, 782, 783, 785, 787. Monstra horribilia quæ Pelagiana hæresis peperit. X, 1570. Pelagiani sanctos Patres, judices non debent recusare. X, 697, 700, 701, 702. Veterum testimonia adversus Pelagianos. X, 623. In Pelagii librum censura Innocentii. II, 788. Joannis Jerosolymitani. II, 829. Hieronymi. II, 764, 781. Pelagius de Hieronymo queritur, quod ei tamquam æmulo inviderit. X, 700. Prima adversus Pelagianos Augustini scripta. I, 644. Privatæ adversus eos ante scripta dissertationes. I, 644. Epistolam ad Pelagium per Innocentium mittendam scribit Augustinus. II, 771. Aliquandiu eorum nomina tacuit Augustinus, sic eos facilius corrigi sperans. I, 644. Pelagius anathemet scripta sua, aut quæ ipsius nomine præferuntur, necesse esse dicit August. II, 771. Pelagius et Cœlestius innuuntur negare scripta ipsorum nomine edita. II, 763. Episcopi quinque rogant Innocentium ut epistolam ab uno e collegis Pelagio scriptam ipse mittat ad Pelagium. II, 771. Epistola ad Sixtum conscripta contra novos Pelagianos, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari. II, 969, 972. Pelagius revincitur. IV, 704.

Pelagiana hæresis non antiqua. X, 886. Pelagianos novos hæreticos antiqua catholica fides demonstrat. X, 1054. Pelagianorum dogma novitium, contra antiquissimum fidei fundamentum. X, 1276. Pelagiana hæresis exorta post Ambrosium. X, 636. A monachis est excitata. X, 355. Pelagiani novi hæretici. X, 413, 426. Inimici gratiæ Dei. X, 551, 578. Pelagius recentissimus hæresiarcharum tempore Augustini. I, 595. Præmonetur Honoratus adversus eos tanquam recens ortos. II, 575. Pelagiani ii dicuntur quos non facile contemnas, utpote continentes et in bonis operibus laudabiles, etc. II, 575. Pelagiani ab aliis dicti Cœlestiani. II, 685, *Not.* (*a*); VIII, 32. Pelagiana hæresis multum exercuit Augustinum. III, 83.

Pelagius Tarenti. II, 815.

Pelasgus seu Pelagus, vel Palafus rex Sicyoniorum. VII, 576.

Pelicanus ubi nascitur. IV, 1298. Ejus natura. IV, 1299. Pelicanus Christum figurat. IV, 1299.

Peligini jugum Romanorum tentant excutere. VII, 168.

Pelles mortalitatem significant. IV, 1341, 1353. Mortem indicant. V, 1618. Pelles hœdinæ. V, 41.

Pellonia dea. VII, 129.

Peloponnenses, Athenienses non superarunt, quare. VII, 576.

Penatium deorum effigies quas de Troja Æneas advexit, de loco in locum migrasse referuntur. VII, 294.

Pennæ ligatæ onus faciunt. IV, 633. Animarum pennæ. IV, 1776, 1791.

Pentadius episcopus. II, 759, 781.

Pentapolis, Lybia est, Cyrene est. V, 294. Paret Imperatori Orientis. V, 294.

Pentecostes dies festus de septimanis factus. V, 73. Veteris et novi Testamenti consensus quoad celebrationem Paschæ et Pentecostes II, 218. Pentecostes Judæorum, figura Pentecostes Christianorum. VIII, 503.

Penulati magistri. I, 672.

Pepusa civitas. VIII, 31.

Pepusiani hæretici unde sic nominati. VIII, 30. A Cataphrygibus exorti dicuntur. VIII, 31.

Percontatio et interrogatio differunt. III, 67.

Percussio Domini de qua in Psalmo LVI quid sit. IV, 861.

Perdere animam, ut inveniatur. V, 1516.

Perditos homines quasi nescit Dominus. III, 1755. A perditione in qua nascimur, non liberat nisi gratia Salvatoris. X, 448.

Perdix contentiosa avis. V, 286. Perdix nimis contentiosum animal, aviditate contentionis currit in laqueum. VIII, 289. Perdix, Jerem. XVII, sine judicio congregans, diabolus. V, 285.

Peregrinari a Domino mors est. IV, 1889. Peregrinantes nos consolatur et exhortatur spes certa reditus nostri. IV, 1884. Peregrinatio est vita ista. IV, 1781; V, 38, 1523. Ipsa peregrinatio nostra, tribulatio est. IV, 579. Captivitas est. IV, 1917. Peregrinationis nostræ causa, peccatum; reversionis munus, justificatio gratiæ. IV, 1658, 1659, 1761. *Vide* Patria. Peregrinatio nostra toleranda, non amanda. VI, 679. Hæc vita figurata in Israelitarum peregrinatione per eremum. V, 1657.

Peregrinum in mundo quis se intelligit. III, 1627. Homines hic quomodo peregrini. IV, 430, 1518, 1519, 1602, 1604, 1888. Peregrino fideli jucunda simul et amara est cœlestis Jerusalem recordatio. IV, 1884. Peregrinus optime facit, dum sequitur morem jejuniorum *loci illius, in quo* versatur. II, 202.

Peregrinus episcopus. II, 748, 752.

Peregrinus presbyter Ecclesiæ Mustitanæ. IX, 529.

Peregrinus diaconus. II, 536, 537, 644.

Peregrinus Comes, vir laudabilis et bene Christianus. II, 1013.

Perfectio boni est consumptio, et finis mali. III, 1699.

Perfectio hujus vitæ nonnulla est. V, 868. Perfectio quænam in hac vita. I, 614; VIII, 960. Perfectio justitiæ hominis quid et quandonam erit. X, 295. Unde, quando, et ubi speranda. II, 759. Ad perfectionem qui tendit, conari debet, ut proficiente caritate, concupiscentia minuatur. III, 1699. Perfectio boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine. I, 608. Perfectio duplex, summa, et proficientium. X, 255. Qua via homo ad perfectionem ducendus. X 288. Ad perfectionem quatenus currendum. X, 302. Hoc utique agitur in nobis, conando, laborando, orando, impetrando, ut ad illam perfectionem, in qua possimus Deum mundo corde conspicere, perducamur. X, 286. Perfectionis et auctor et adjutor Deus. I, 1305. Non tantum per-

fectio, sed et initium virtutis ex gratia Dei est. X, 743. Perfectio virtutis non ex propriis viribus, sed ex gratia Dei. X, 691.

Perfectio nostra Christus est. IV, 628, 662 Perfectus est qui Christum imitatur. V, 783. Perfectus peccato usque ad mortem resistit. V, 1439. Perfectus est qui non reddit retribuentibus mala. IV, 99. Perfecti sunt qui norunt habitare in unum. IV, 1734. Magnum esse debet gaudium spiritalis ætatis, quando factus fuerit homo novus spiritalis. III, 560. Perfectio dilectionis est, et inimicos diligere, et ad hoc diligere ut sint fratres. III, 1984. Perfecti tunc sumus in caritate, quando nihil restat ex infirmitate. II, 740. Perfectio plena, quamdiu hîc homo vivit, est in nemine. II, 739; X, 165, 306, 307. Nemo perfectus vere in hac vita. IV, 423, 1058, 1714. Reformatio quæ nunc agitur, collata cum perfectione futuræ vitæ. X, 223. Perfectio hujus vitæ non sine ullo peccato. X, 599. Perfectum quod jam videtur hominibus, Dei perfectioni adhuc imperfectum est. IV, 1267. Nullius justi et sancti est vita ista perfecta, in comparatione futuræ. III, 36. Ipsa est perfectio hominis, invenisse se non esse perfectum. V, 931. Perfecti viatores, non perfecti possessores. V, 926. Nunc ædificamur in Dei templum, quod in fine dedicabitur. X, 846. Perfectio quando. X, 157. Perfectio justitiæ plenissimæ ubi et quando obtineatur, non nimis curat Augustinus, modo non sine gratia obtineri posse credatur. X, 288, 290. *Vide* Justitia. Ad perfectionem plenissimam quoslibet pervenire, nisi adjuvante gratia Salvatoris, qui negaverit, Christianus non est. X, 282, 284. Perfectio justitiæ cur præcipitatur, quamvis nemo eam habeat in hac vita. X, 301. Perficitur homo duobus modis. X, 296. Perfectus in justitia recte dicitur, qui multum in ea profecit. X, 165. Nihil sic impedit perfectionem ac superbia. IV, 709. Perfectio nostra, ipsa est humilitas. IV, 1714. Perfectis vitium inanis gloriæ vel solum, vel maxime cavendum est. IV, 100. Perfectioni *hoc* quoque deputatur, si se quisque noverit nondum esse perfectum. X, 599. Ad hujus vitæ perfectionem pertinet, ut intelligamus nos nondum esse perfectos. IV, 425; X, 599, 605. Confiteamur imperfectionem, ut mereamur perfectionem. V, 784. Perfecti non nisi propter alios hîc vivunt. IV, 241. Perfecti sint exemplum fidelibus. IV, 436. Perfecti cum Christo judicabunt IV, 1156. Perfecti per oves detonsas significati. IV, 1224.

Periander Corinthius unus e septem sapientibus. VII, 582.

Pericles multos annos Athenis præfuit. VII, 54.

Pericula dulciorem faciunt liberantem. IV, 1210. Pericula tria sunt transeunda proficientibus membris Christi. III, 820. Pericula in falsis fratribus usque in finem sæculi. V, 910. Pericula inferni in prosperis sæculi plus fallunt. IV, 1488. Periculum qui non cavet, Deum tentat. VII, 498.

Periodus. III, 94.

Peripatetici. I, 956. Peripateticorum auctor Aristoteles. VII, 237. Eorum error circa beatitudinem. VII, 650.

Perire Deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine quam dat sanctis suis, per supplicium separatur. III, 1858.

Peritia quædam miseranda est, odore, ac sapore mire dijudicare pulmenta, vinum, etc. I, 1054.

Periurgi. VII, 294.

Perjurium, qua ratione a blasphemia differat. VI, 544. Pejerandi fines ac regulas quidam figunt. VI, 544. Nulla potest obtendi causa cur pejerari debeat. VI, 545. Perjurium quot modis contingit. V, 972. Perjuri sunt, qui servatis verbis, exspectationem quibus juratum est, deceperunt. II, 476. Perjurium certum propter incerta non dico damna, sed propter ipsam mortem cavendam, committi debere quis censeat? II, 475, 482. Perjurii periculum in juratione. V, 973. Juratio omnis vetita propter periculum falsæ jurationis. V, 1406. Nemo perjurus impunitus. V, 976. Perjurium tanto magis pœnale est, quanto per quod juratur magis est sanctum. II, 184. Pejerare immane peccatum est. II, 184. Grande et grave peccatum. V, 972, 973. Animæ mortuorum. V. 975. Perjurium adulterio gravius. VI, 547, 548. Perjurium Davidis magnum peccatum, licet minus quam homicidium. V, 1408. Perjurium Priscillianistis familiare. I, 654. *Jura, perjura, secretum prodere noli*, dictum eorum. VIII, 44.

Perizomata quibus se Adam et Eva succinxerunt, quæ sint. X, 564, 685, 784, 785.

Perpetua martyr. X, 481. Perpetua sibi visa est in somnis cum quodam Ægyptio in virum conversa luctari. X, 559. Perpetuæ martyris passio. IV, 541; V, 1281. Perpetua ad asperrimam vaccam se pugnasse non sensit. V, 1282. Perpetua divinis revelationibus illustrata. V, 1281, 1284. Perpetua nec patri male suadenti cedit, nec reverentiæ ei debitæ deest. V, 1284.

Persarum imperium quam diuturnum. VII, 117. Persæ solos duos deos colebant. VII, 168. Persæ matrimonium nonnullis prohibent. III, 705.

Persæ philosophi. VII, 233, 234. Persica fabula. VIII, 574, 578, 599.

Persequi aliquando idem est ac perfecte sequi. IV, 410, 411.

Persecutio Ecclesiæ duplex; una in impetu persequentium, altera in malevolentia cogitantium. IV, 868. Persecutio Ecclesiæ triplex; prima violenta per tyrannos, secunda fraudulenta per hæreticos et falsos fratres, tertia periculosior per Antichristum, violenta et fraudulenta. IV, 128. Persecutiones variæ quas Ecclesia passa est. VII, 615. Persecutores nihil obesse potuerunt Martyribus. IV, 1813. Persecutione Jerosolymitana, sparsa sunt ligna ardentia, et accensus est mundus V, 660. Persecutio excitata in Perside adversus Christianos. VII, 616. Gallia immunis a persecutione. IX, *pp.* 778. Persecutioni tyrannorum successit persecutio hæreticorum. VII, 612, 613. Persecutio Ecclesiæ novissima, quæ. VII, 676. Quanto acrior erit impetus belli, tanto major gloria non cedendi, tanto decorior corona martyrii. VII, 678. Persecutiones sunt utiles Ecclesiæ. VII, 298, 299. Ad honorem Ecclesiæ cessit inimicorum persecutio. IV, 206. Non desunt persecutiones etiam hoc tempore quando tranquillitas videtur. IV, 221, 136, 432, 634, 866, 1150, 1207. Persecutio duplex, cordis et corporis. VII, 614. Ecclesia ab initio fuit impugnata ab impiis. IV, 1689.

Persecutio et coronæ occasio Christianis numquam deest. V, 52, 910. Persecutionem quomodo pii omnes patiantur. IX, 720, 721. Quid hîc magis persequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum? II, 1064. Persecutio hæc continua. II, 1064. Persequitur vitam bonorum vita iniquorum, non cum cogit imitari quod dislicet, sed cum cogit dolere quod videt. II, 1064. Coram pio vivens impie, etsi non obligat consentientem, cruciat sentientem. II, 1064. Spiritales persecutionem patiuntur a carnalibus. IV, 1603. Persecutus est diabolus animam Christi, et Judas animam Magistri; et nunc ad persecutionem corporis Christi idem diabolus manet, Judas autem Judæ succedit. IV, 1849. Persecuti sunt semper mali bonos, et boni malos, quomodo. II, 393. Omnis malus ideo persequitur bonum, quia illi non consentit bonus ad malum. IV, 1690. Persecutionem patiuntur impii ab ipsis factis suis. IX, 725.

Persecutionem se pati queruntur Donatistæ, cum ipsi faciant. II, 307, 310. Persecutionis Catholicos accusat Petilianus, et refellitur. IX, 269, 270, 272, 273. Persecutio Catholicorum in Donatistas non est dicenda persecutio hominum, cum sit potius pro hominibus liberandis persecutio vitiorum. IX, 709. Querelæ Donatistarum de persecutione, in ipsos convertuntur. II, 192, 266, 303; IX, 273. Et qua ratione se excusant de persecutione a suis facta, eadem Catholica se defendit. IX, 273, 274, 276. Maximianistarum exemplum. IX, 577, 580. Justitiæ non est indicium, quod quis opprobria persecutionemque patiatur. VIII, 224. Non ideo quisque justior, quia persecutionem patitur. VIII, 224. Probatur exemplis. II, 177. Persecutio fit et toleratur propter justitiam, et propter iniquitatem. III, 1855. Persecutio justa et injusta. II, 797. Persecutionem facere non est iniquitatis indicium. IX, 665. Persecutio aut non omnis injusta est, aut non est persecutio dicenda, cum justa est. IX, 666. Non omnis persecutio culpabilis. IX. 432. Nonnulla potest esse justa. IX, 483. Fieri potest ut et justi persequantur laudabiliter injustum. IX, 578, 580, 696. Et re ipsa persecutionem sancti aliquando faciant. II, 797.

Persecutio non factis et pœnis, sed causis discernenda est. II, 394, 395; IX, 577, 580. Non ex ipsa persecutione, sed ex bona causa meritum comparatur. IV, 341, 483. Veri martyres qui persecutionem propter justitiam patiuntur. II, 796. Persecutorum duo sunt genera, vituperantium et adulantium. IV, 869. Persecutor bonus, non hominis sed peccati. IV, 1289 Persecutores inter et correctores quid distat. IX, 432. Persecutiones non metuant viri apostolici. III, 1257. Persecutionem pati, quibusnam est beatitudo. IX, 719. Persecutores, aliquando vivos absorbent, sed in quibus non est Dominus. IV, 1642. Persecutio injusti te facit purgatum, illum reum. IV, 565.

Persecutionum et tribulationum utilitas. IV, 648, 653, 654, 655, 1126, 1215, 1259. Malorum persecutiones valent sicut ignis ad aurum, non sicut ignis ad fœnum. IV, 1695. Bonos exercent, non opprimunt. IV, 229. sanctis quasi capillos radunt. IV, 605. Persecutio dispensatione divina in alium permittitur ad pœnam, in alium ad probationem, in alium ad coronam. IV, 220. Persecutionem pati sanctos cur permittat Deus, cum Israelitas tam potenti virtute olim ex Ægypto liberarit. IV, 485. Persecutionem mitigat, ut libet, qui mari dominatur. IV, 1126. A persecutione Deus alios eripit corporaliter, ut confundantur infideles, alios spiritaliter tantum, ut fidelibus exempla præbeantur. IV, 1169. Persecutio cur prædestinatos non dejicit. IV, 1161, 1162. Ut iratus pater credit filium virga in ignem mox projicienda,

sic Deus per temporalem potentiam damnandorum, exercet disciplinam liberandorum. IV, 933. Persecutio et tribulatio torcular. IV, 648, 652. Mala quæ fiunt a persecutoribus, sunt vitanda cum possunt, sed ferenda sunt quando vitari sine impietate non possunt. II, 1016. Ne in persecutione fides deficiat, Dominus vivificat. IV, 1568.

Persecutores diligendi. III, 1260. Persecutionibus sola caritate resistitur. IV, 124. In persecutione hoc unum timendum, ne conturbetur dilectio qua diligitur inimicus. IV, 632. In persecutione, militia; in pace, constantia coronatur. V, 1395. Orandum pro persecutoribus Ecclesiæ. II, 637. Cum pro persecutoribus orat Ecclesia, prope finiti sunt persecutores. IV, 1261. Persecutorum Ecclesiæ conversio. VII, 612. Persecutio gravior significatur per dæmonium meridianum. IV, 1155, 1161. Persecutio, mare sæviens. IV, 1126, 1188, 1189, 1257. Plebs in persecutione et periculis non deserenda. II, 1019. In persecutionibus Ecclesiæ alii consentiunt, alii fugiunt, alii patiuntur. III, 849. In persecutione fugere licet in alium locum. III, 1511. Christianis congregandis tempore persecutionis domus privata præstita est. IX, 643. Persecutionis tempore quo sacri codices quærebantur ut cremarentur, et Christianæ plebes congregari solebant, et in carcere fuerunt martyres baptizati, et celebrata sunt sacramenta Christi. IX, 663. Eos, qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, et ultro dicerent se habere scripturas quas non traderent, a Christianis honorari prohibuit Mensurius. VIII, 638. Persequentes Judæi Apostolos tamquam faces ardentes in silvam mittebant. V, 1434.

Perseverantia quid sit. VI, 21. Perseverare in Christo, est in fide ejus perseverare. VII, 742. Perseverabit usque in finem, qui fuerit in Christi corpore, et a capite didicerit patientiam perseverandi. IV, 665. Perseverantia Ecclesiæ usque ad finem. V, 224. Non solum credendi voluntas ab initio, verum etiam perseverandi, gratiæ Dei est. II, 986. Perseverantia donum Dei. IV, 1809; X, 921, 993, 995, 996, 997, 1018, 1021, 1024, 1026. Hoc agnovit ante Augustinum Cyprianus. X, 1027. Deum dare perseverantiam, ad fidem pertinet. X, 1002. Etsi perseverantia sit a Deo, non negligenda correptio ejus, qui non perseveravit. X, 921. De qua perseverantia inter Theologos disputatur. X, 995. Perseverantia quæ est donum Dei, est perseverantia usque in finem. X, 999. Perseverantia petitur in oratione Dominica. X, 922, 996. Perseverantiam postulant sancti. X, 997, 998. Perseverantiæ donum precibus obtineri potest; sed cum datum fuerit, amitti non potest. X, 999. An perseverantia possit amitti. X, 999, 1000. An ideo perseverantia potest amitti, quia voluntate sua quisque deserit Deum, ut merito deseratur. X, 1000. Deus perseverare facit prædestinatos. X, 938. Perseverantia datur filiis Dei. X, 928. Prædestinatis. X, 927. Et non datur nisi prædestinatis. X, 1003, 1004, 1005. Perseverantiæ adjutorium quale primo homini datum, quale nunc datur prædestinatis. X, 937, 939. Nunc adjutorium necessarium est, non tantum sine quo perseverare non possint, sed et quo perseverantes sint. X, 939. An rogante Christo, ne deficeret fides Petri, defectura fuisset, si Petrus eam deficere voluisset. X, 926. Quando rogavit Christus ne fides Petri deficeret, nihil aliud rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, perseverantissimam voluntatem. X, 926. Perseverantia sibi concessa nemo non perseverat. X, 999. Concesso sibi Dei dono ne inferatur in tentationem, nemo sanctorum est qui non teneat usque in finem perseverantiam sanctitatis. X, 999. Perseverare nemo desistit, nisi in tentationem primitus inferatur. X, 999. Dimissi sunt libero arbitrio, qui non acceperunt donum perseverantiæ. X, 942. Quicumque non perseverant, non sunt a massa perditionis prædestinatione discreti. X, 923, 925. Reprobi quidam veram habent ad tempus justitiam, licet in ea non perseverent. X, 928. Quæstioni cur perseveret quisque vel non perseveret, quidam per liberum arbitrium hominis sic respondent, ut id contra gratiam defendant. X, 926. Perseverantia cur uni detur, alteri non detur, inscrutabile. X, 926. Et ad investigabiles Dei vias referendum. X, 927. Excusatio eorum, qui perseverantiam non acceperunt, nulla est. X, 923. Qui non accepto perseverantiæ dono relapsi sunt et in peccato mortui, juste damnandi. X, 923. Cur non perseveraturos perseveraturis miscet Deus. X, 1012. Propter elationis periculum perseveraturis non perseveraturos admiscet Deus. X, 941. Et ut iis cadentibus territi, cum timore ac tremore viam justam gradiantur. II, 984. Qui non perseverant, non vocati sunt secundum propositum. II, 639. Si peris in palea, aurum non eris, sed aurum te esse fingebas. V, 119. Perseverare usque in finem, hoc est ovium vocem pastoris audientium. III, 1725. Utrum quis acceperit perseverantiam, incertum est quamdiu vivit. X, 993, 994. Perseverantiæ nemo certus nisi aliqua revelatione a Deo. VII, 328. Utile est omnibus aut pene omnibus, propter humilitatem saluberrimam, ut quales futuri sint, scire non possint. II, 984. Perseverantia Martyrum difficilis. X, 995. Perseverantia necessaria, ut benedici mereamur. V, 58. Perseverantia contradictores vincuntur. V, 548. Perseverare magnum et difficile. IV, 1809. Perseverantia suadetur a brevitate temporis. IV, 361, 362, 366.

Perseverantius Tibertinus episcopus. IV, 381.

Perseus Andromedæ maritus in cœlum receptus. VII, 572. Persei nomine stella appellata. VII, 572.

Persius. II, 433, 1023. Poeta satyricus: præcepta morum tradidit. VII, 32. Persius omnibus pœnis hanc anteponit qua cruciantur homines, qui vitia quæ vitare non possunt, coguntur agnoscere. I, 1211.

Personæ SS. Trinitatis non confundendæ, non separandæ: ipsis opera naturæ, et gratiæ communia sunt. II, 744. Personæ nec confusæ unum sunt, nec disjuncte tria. II, 750. Patris et Filii vocabula non in se ipsis demonstrant naturas, sed alterius ad alterum significant personas. II, 751. Nec vox audita coaptata est in unitatem personæ Patris; nec columbæ species in unitatem personæ Spiritus sancti. II, 745. Vox Patris in monte audita, et species columbæ visa, sine vivificantis animæ ministerio factæ sunt. II, 746. Potuerunt fieri Angelorum ministerio. II, 747. *Vide* Trinitas. Persona hominis mixtura est animæ et corporis: persona Christi mixtura est Dei et hominis. II, 520, 745. Personarum acceptio. III, 1636. Personam pauperis in judicio accipere non licet. IV, 285, etc. Personas principum Judæorum Christus non accepit. IV, 1196. Persona corporis, quasi nomine ac vice corporis. II, 545. *Nec causa causæ, nec persona personæ præjudicat*, effatum Donatistarum. II, 580, 581, 584, 756; IX, 667, 676. *Vide* Causa.

Pertinacia non ideo est suscipienda quia est optanda constantia. I, 1065. Pertinacia constantia dici affectat. II, 736. Pertinacia hominem corrigi, constantia depravari non sinit. II, 225.

Pertunda dea. VII, 188.

Perturbationem definiebant Stoici, motum cui ratio cederet. III, 559. Perturbationes animi quatuor sunt, cupiditas, lætitia, metus, et tristitia. I, 788; III, 1798. Has in sapientem cadere immerito Stoici negant. III, 1798. Possunt eas in se excitare Christiani. III, 1798. Non omnem perturbationem excludebant Stoici ab animo sapientis. III, 556. Perturbationes tres in animo sapientis, totidem constantias admiserunt Stoici. VII, 411. Perturbationes inter et constantias quid interest. VII, 411. Perturbationes animi rectas habent cives civitatis Dei. VII, 413. Perturbatio in Deum judicem et ultorem non cadit. III, 2065; IV, 92, 1415. Perturbationes sæpissime oriuntur ex contentiosa in retinendis consuetudinibus obstinatione. II, 201, 202. *Vide* Passio.

Pertusa. IX, 507, 528, 550.

Perventores quinam dicuntur. III, 1101; VIII, 516.

Perversitatis usitatæ et quasi familiaris vinculum abrumpere, majorum virium est. II, 224. Si quid recti etiam in perversis invenitur, eorum perversitate correcta, illud quod rectum est minime violandum. IX, 598.

Pervicax. De nulla re cum eo disserendum. I, 1242. Pervicacia libido vincendi. VII, 424.

Pestilentia atrox in Africa. VII, 112. Romæ, VII, 96, 97, 98. Quamnam causam pestilentiæ Romæ esse respondit oraculum. VII, 98. Pestilentia quærit numnum; duos illi da, et ducat se. Punicum adagium. V, 910. Pestilentiæ cathedra, amor dominandi, vel perniciosa doctrina. IV, 67.

Petere a Deo quænam oporteat. IV, 755, 756. Petenda sunt, non ea quæ fecit, sed ipse qui fecit. IV, 550, 458. Si aliud petieris, injuriam illi facies, et damnum tibi. IV, 331. Deus non dat nisi petenti, ne det non capienti. IV, 1324. Petitiones cordis et carnis in quo differant. IV, 358. Petitio, inquisitio, pulsatio quid. III, 1302. Petitio, quæsitio, pulsatio, munus inspirationis divinæ. VIII, 21.

Petilianus Donatista. I, 640. Ingeniosus et disertus. IX, 336. Petilianus ante episcopatum advocatus forensis. IX, 356, 357. Petilianus e catechumeno in catholica, episcopus per vim ordinatus a Donatistis. IX, 342, 696. Et constitutus episcopus Constantinensis. I, 644; IX, 391, 593, 594. *Retr.* Seu Cirtensis. IX, 445. Petilianus in Cirtensi Donatistarum ecclesia Silvani successor, sed non proximus. IX, 386. Petiliani epistola, qua dicitur partis Donati ordo exponi. II, 196. Ejus litteræ adversus Catholicam. IX, 245, 246, *Retr.* Ac ad eas Augustini responsio. I, 640. De responsione Augustini ad litteras suas conquestus est Petilianus, quare. IX, 707. Petiliani crebra maledicta in Catholicos, in ipsos Donatistas refunduntur toto lib. 2. cont. Litt. Pet. Petilianus sæpius non refert testimonia Scripturarum ut se habent. IX, 304, 305, 313. Testimonia Scripturæ, quæ posuit Petilianus, potius Donatistis quam

Catholicis sunt contraria. IX, 379, 386.
Petulantia male utitur oculis. III, 1620.
Petra quid significet. IV, 1363. Petra Christus. I, 618. Petra symbolum Christi. III, 737. Petra virga percussa, figura Christi. V, 1351, 1353. Petra super quam ædificata est Ecclesia, ipse est Christus. V, 479, 1238, 1348. Petra Christus sese liquefecit ad irrigandos fideles. IV, 1480. Petra ubique est refugium nostrum. IV, 1373. Ædificare in petra et in arena. V, 275.
Petronia clarissima femina a languore sanata, ad Memoriam S. Stephani Uzali constitutam. VII, 768.
Petrus a petra Christo nomen accepit. I, 618; V, 479, 1148, 1238, 1348. Petro quare nomen mutatum est. III, 1444. Petrus in ordine Apostolorum primus et præcipuus. V, 479, 481, 797, 1353, 1363, 1368; X, 648. Primatus Apostolorum in Petro præeminet. V, 480; IX, 127. A Petro emersit episcopatus ipse, et tota hujus nominis auctoritas. *Innoc.* II, 781, 785. Apostolatus Petri principatus cuilibet episcopatui præferendus. IX, 127. An S. Petro confitenti Christum Filium Dei vivi, revelatio facta sit per fidem tantæ rei creditæ, an per visionem conspectæ, non videtur elucere. II, 610. Petri de Christo confessio, et mox de eodem humana cogitatio ac trepidatio. V, 1108, 1109, 1353, 1458; VI, 690. Causa confessionis et causa trepidationis Petri. V, 1239. Petrus humano et carnali affectu in Christum tenebatur. V, 1238. Petrus primo beatus, et mox satanas dictus. V, 480. Petrum Christus cur vocarit satanam. IV, 1670. Petrus ex Patris revelatione respondens, petra et beatus dictus est; ex carnis infirmitate loquens, satanas est appellatus. IV, 1799. Petrus quid a se, quid a Deo. V, 1292. A se ipso, mendax, verax Dei beneficio. V, 1185, 1194. Non a se, sed a Domino beatus. III, 1750. Beatus de Dei, satanas de hominis. V, 1109. Petrus apostolus non mentiebatur dicens velle se animam pro Domino ponere. X, 550. sed nimium de se præsumpsit. X, 931. Petri præsumptio. III, 1810, 1811. Petrus præsumpserat de viribus suis, non de Dei dono, sed de libero arbitrio. V, 1292. Plus promiserat, quam poterat. V, 1352. Intuebatur quid vellet, ignorabat quid posset, cum polliceretur animam se positurum pro Christo. III, 1810. Nondum acceperat vires quibus impleret promissum. V, 1180. Præcedere voluit Dominum. IV, 328. Vires ad hoc non habebat. IV, 1832. Petrus ante Christi mortem nondum martyrio idoneus. III, 1874. Nondum poterat mori pro Christo. V, 34. Petri præsumptio et negatio. V, 797, 1339. De Petri negatione item. III, 788. Petrus columna firmissima ad unius auræ impulsum tota contremuit. III, 1932, 1933. Petrus carnaliter sapiens, infirmus. V, 34. In Petro quanta infirmitatis profunditas. IV, 473. In Petro significata Ecclesiæ fortitudo, et infirmitas. V, 480, 1330. Petrus infirmus, sibi ipsi ignotus. V, 753. Non noverat se, quando dixit, *Tecum sum usque ad mortem.* IV, 490. Ante tentationem præsumpsit de se, in tentatione didicit se. IV, 333, 647, 1797, 1798. Petrus febriens sanum se dixit, sed Christus cordis venam tangegat. IV, 1797, 1831. Petrus demonstratus est sibi, quando imminente Domini passione præsumpsit, ac venienteipsa titubavit. V, 1104. Christus deseruit Petrum, et inventus est homo Petrus. V, 798. Præsumptor paulisper deseritur, ut sibi demonstretur. V, 1294. Ad horam trepidavit infirmitas, ut præsumptio vinceretur, non ut pietas deleretur. V, 1292. Non fuit illa Petri desertio, sed eruditio. V, 1294.
Petro caritas defuit, quando Christum negavit. III, 1863. Caritas perfecta illi defuit, cum Dominum timore negavit. X, 901. Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret. III, 1933. Petrus apostolus libere Christum negavit, quamvis Scriptura prædixerit ejus negationem. IX, 407. Petri negatio et conversio. VI, 690, 705, 706. Petrum excusare quidam nituntur. III, 1810, 1811. Urgentur. III, 1810, 1811. Petrum vere peccasse negando Christum, probatur. IV, 1831. Petrus intra dentes leonis erat, cum ter Dominum negavit. IV, 1376. Quibus oculis Christus Petrum respexerit. X, 382. Petrum respexit Dominus, non oculis carnis, sed misericordia altissima. V, 1293. Petrus nisi desertus non negaret, nisi respectus non fleret. V, 1294. Petrus etsi ad horam Christum negavit timore turbatus, tamen flendo est reparatus, et confitendo est postea coronatus. IV, 1537. Petrus vitam negando moritur. V, 1180, 1297. Revixit plorando. III, 1811. Petri fletus ad respectum Domini. IV, 1798. Petrus non egit pœnitentiam quomodo agunt in Ecclesia qui proprie pœnitentes vocantur. II, 1086. Petri fides de Domino, eo crucifixo absorpta est. V, 1147. Petrus qui Christum Filium Dei esse confessus fuerat, de ejus passione postea carnaliter sensit. VI, 131. Resurrexisse Christum non credebat. V, 1148.
Petrus præsumptor, negator, confessor et amator. VI, 694. Vehemens Christi amator. V, 1348. Domini nostri major amator, quam negator. V, 1353. Petrus in Christi amore promptissimus. V, 479. Amor Christi quantus in Petro fuerit. IV, 1167, 1168. In negatione ostendit Dominus Petro Petrum, in amore ostendit Dominus Petro Christum. V, 1372. Petri timor ante passionem Domini, amor post resurrectionem. III, 1863. Petri amor dilatatus in die Pentecostes per Spiritum sanctum. III, 1864. Zelus ejus ad perhibendum de Christo testimonium. III, 1864, 1865.
Petrus in ecstasim raptus quid viderit. IV, 1359. De visione Petri in qua audivit, *Macta et manduca.* V, 800. Petrus figuram Ecclesiæ gerens audivit, *Macta et manduca.* V, 43. Petrus omnes bestias mactat. IV, 1359. Petrus cur tertio interrogatus an amaret Christum. III, 1733. Trina voce amoris, solvit trinam vocem negationis. IV, 407, 1168; V, 756, 765, 799, 1179, 1330. Ter amor confessus est, ter timor damnatus est. V, 799, 1372. Petro jam amanti Christus oves commendat. V, 1353.
Petro Ecclesiæ personam gestanti claves regni cœlorum datæ, et venia concessa. VI, 308. Petrus unitatis personam gerens pro omnibus Christum confessus est, et ab eo claves accepit. III, 1949. Petrus personam Ecclesiæ gestat. V, 478, 480. Maxime in illo loco, ubi dictum est. *Tibi dabo claves regni cœlorum.* V, 802, 1239, 1350. Petrus propter primatum quem in discipulis habuit, Ecclesiæ personam gessit, cum ei dictum est, *Tibi dabo claves*, etc. IV, 1432. Petro uni datæ sunt claves, quia Ecclesiæ unitati. V, 1349. Petro Ecclesiæ unitatem figuranti commendatæ oves a Christo. V, 287, 1350. In ipso unitas omnium bonorum pastorum figurata. V, 798. Petrus totius Ecclesiæ figuram gerit. I, 618; VI, 691. Ecclesiæ unicæ est typus. V, 479, 1109. Totum mundum dimisit, et totum mundum Petrus accepit. IV, 1371. Petrus corpus Ecclesiæ et bonos in Ecclesia significat. III, 1762. In Petro uno Christus format Ecclesiam. V, 755. Non supra Petrum, sed supra petram quam confessus est ædificatur Ecclesia. V, 1238. *Vide* Petra. Quia Christus petra, Petrus populus Christianus. V, 479. Petrus ambulans super mare figurat Ecclesiam. V, 478. Petrus non funiambulus, sed mariambulus. IV, 440.
Petrus prædicitur passurus quod non volet. V, 1359. Petrus de se ante infirmus, nunc ex gratia Christi maturus ad passionem. V, 1180. Petreis pedibus tritæ spinæ. V, 1360. Petrus ante mortem Domini infirmior martyribus ac puellis quibusdam. V, 1297. Quam multi non modo senes et anus, ac juvenes utriusque sexus; sed etiam pueri puellæque pro Christi confessione mortem contempserunt: quod ille olim non potuit, qui regni cœlorum claves accepit. III, 1933. Petrus potens, non in se, sed in Domino. V, 482. Petrus quomodo nolens passurus est. V, 1373.
Petrus cur a Paulo objurgatus. III, 2113, 2114. Petrum et Paulum Legis exercuisse mandata timore fidelium Judæorum, censet Augustinus, Hieronymus vero simulasse tantum. II, 156, 260. Petrum veraciter emendavit Paulus. II, 155, 277, 278, 283. Non ideo emendavit quod paternas traditiones observaret; sed quoniam Gentes cogebat judaizare. II, 155, 259. Petrus Gentes judaizare vere cogebat, nec recte agebat. II, 278. Sententia Augustini de Petro a Paulo reprehenso, consentit Cypriani et Ambrosii menti. II, 286, 781. Hanc tandem secutus est Hieronymus. II, 781. Petrus a Paulo correctus propter operum Legis simulationem. VIII, 358. Petrus in simulationem superstitiosam lapsus. VI, 308, 493. Fallacem simulationem in Petro Paulus reprehendit. II, 155, 260, 279. Petrum a simulatione revocavit Paulus. III, 2107. Petrus libenter correctus a Paulo. VI, 493, 494, 537. Petrus objurgatus objurgatore suo mirabilior. III, 2114. Laus est justæ libertatis in Paulo (reprehendente,) et sanctæ humilitatis in Petro reprehenso. II, 283. Rarius ac sanctius exemplum ea in re posteris præbuit Petrus, quam Paulus. II, 283.
Petrus et Paulus in morte contempti, quantum post passionem honorentur. IV, 1830. Socium sanguinem ambo fundentes, diem festum eumdem consecrarunt. V, 1361, 1363. Diversis diebus passi sunt. V, 1352. Petrus et Paulus unum erant. V, 1352. Petri memoria Romæ magno in honore. IV, 509. S. Petri Carthaginensis basilica. V, 116. Petri et Pauli natalitia frequentia majore celebranda. V, 1363. Tristis est Augustinus de pigritia populi in tanta celebritate. V, 1363. Petri et Pauli corpus Romæ. V, 1353. Ad sepulcrum piscatoris Petri eminentissimum nobilissimi Imperii culmen submisso diademate supplicat. II, 1028; V, 1684. Petrus et Paulus pluribus locis simul cum Christo picti. III, 1049.
Petrus et Paulus inter se comparantur. V, 1368, 1683. In illo discamus non superbire, in isto non desperare. V, 1684. Petrus confortavit nos per apostolatum, per martyrium, per epistolas. V, 1050. Jejunium sabbati exinde profectum esse, quod Petrus Dominico die cum Simone certaturus, pridie jejunaverit, Romanorum aliqui existimant, alii falsum putant. II, 145. Petrus a calumnia magiæ vindicatur. VII, 617. Petrus ordinator S. Stephani. V, 1363. Petrus Romæ cathedram habuit. IX, 300. Apocrypha de

filia S. Petri, et de hortulani filia, historia. VIII, 161.
Petrus presbyter Hispanus, ad quem liber secundus de anima scriptus est. X, 473, 474.
Petrus ab Hippone Diarrito. IX, 236.
Petri duo diaconi in ipsa urbe Roma eodem tempore fuerunt. IX, 646.
Phædra. III, 1191; VIII, 601.
Phaloridis taurus. II, 667.
Phaliscus poeta. I, 1144.
Phanatici. V, 555.
Phantasiæ vis. VIII, 989. Phantasia memoriæ. VIII, 969. Quamvis non omnis phantasia cum memoria sit, omnem tamen memoriam sine phantasia esse non posse videtur Nebridio. II, 67. Memoria sine phantasia esse potest. II, 68. Phantasiam potius a se, quam a sensu, habere omnes imagines. Nebridio videtur. II, 67.
Phantasiæ seu animi visa. VII, 259. Phantasiæ et phantasmatis differentia I, 1180. Phantasma dicitur, ubi falsitate visorum sensus noster illuditur. III, 750. Phantasiæ sunt, cum anima corporum similitudines spiritu agit; cum intuetur objectas, ostensiones suas. III, 470.
Phantasmata, figmenta sunt de specie corporis, corporeo sensu attracta. III, 150. Phantasmatum ludibria, origo omnium errorum. I, 1180. Luctæ animæ cum phantasmatibus præclara descriptio. I, 734, 740; III, 164. Phantasmata carnalia, piæ mentis serenitate superare, rarum est et arduum I, 756. Phantasmata ficta quomodo judicentur. III, 150. De phantasmatis unde meus judicet. III, 154. Vera phantasmata habere pro cognitis, summus error est. I, 1180. Phantasticum hominis ad aliorum sensum perduci potest. VII, 575.
Pharan interpretatur mons fructifer. III, 775. Significat Ecclesiam. III, 775.
Pharao nomen omnium regum Ægyptiorum. VII, 521. Pharao non hominis nomen, sed regiæ dignitatis. III, 498, 501. Pharao interpretatur dissipatio. IV, 1750. Pharao masculos occidens et feminas relinquens, diabolus virtutes præfocans et concupiscentias nutriens. IV, 1771. Muscæ sub quibus magi Pharaonis decesserunt, inquietudinem superborum (hæreticorum) significaverunt. II, 219. Pharaonis obduratio quomodo facta. III, 601. Priscribus meritis ejus debita. V, 72, 73. Pharaonis cor induravit Deus per justum judicium, et ipse Pharao per liberum arbitrium. X, 911. Pharao quod præceptis Dei non obtemperaret, id jam de supplicio veniebat. III, 2080, 2081. Pharaoni non imputabatur quod tunc non obtemperaret, quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat; sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur priore infidelitate. III, 2080.
Pharisæi primarii quidam erant, veluti ad nobilitatem Judaicam separati a plebe, et quasi egregii Judæorum. V, 626, 917. Dicitur hoc verbum quasi segregationem sonare. V, 917. Pharisæi fures et latrones. III, 1720. Ideo a Christo non sanati, quia sibi videbantur justi. III, 1447. Dictum Christi de Pharisæis audiendis et non imitandis, spectare et ad malos de Ecclesia pastores. V, 757. Pharisæorum lavacra. IX, 559 Mundities exterior. V, 625. Mundities in corpore, non in corde. IV, 1289, 1820. Pharisæorum fermentum. V, 721. Pharisæi, qui Dominum invitaverat, superba cogitatio. V, 596. Pharisæus et Publicanus. V, 229, 656, 1515. Pharisæi jactantia. IV, 265. Pharisæus in quo peccarit, cum gratias ageret Deo. X, 154. Pharisæi vocabantur Catholici a Manichæis. X, 1101.
Pharmacopoia bestiam promittens quæ se ipsam comesset. X, 726.
Phegous frater Phoronei regis Argivorum. VII, 562. Phegous tempora docuit observari per menses atque annos. VII, 562. Ad Phegoi sepulcrum constitutum est templum, in quo ut deus coleretur. VII, 562. Quare. VII, 562.
Pherecides philosophus Syrus. I, 954. Pherecides Assyrius, primus apud Græcos de immortalitate animæ disputavit. II, 521.
Φιλαργυρία, amor pecuniæ. IV, 1531. Eo nomine genus per speciem significatur apud Paulum, id est generalis universalisque avaritia. IV, 1531.
Philastrius Brixiensis episcopus ab Augustino Mediolani cum S. Ambrosio visus, librum scripsit de hæresibus. II, 999. Librum prolixissimum. VIII, 33. Centum viginti octo hæreses computavit. VIII, 33. In populo Judæo ante Domini adventum hæreses XXVII et post adventum Domini CXXVIII. II, 999. Inuit Augustinus eum inter hæreses recensuisse quæ non sint. II, 1000. Philastrio Epiphanium longe doctiorem declarat. II, 1000.
Philippus diaconus, qui Evangelista proprie meruit appellari. V, 600, 601, 1226, 1227. Alius erat ab Apostolo. V, 1227.
Philistiim interpretatur cadentes potione. IV, 1055.
Philo, philosophus Academicus. I, 926. Philonis eloquium Græci Platonici æquare non dubitant. VIII, 274.
Philocalia est amor pulchritudinis. I, 922. Philocalia in rebus incorporalibus et summis, idem est ac Philosophia. I, 586, 922.
Philocalus primarius Hipponensium. II, 999, 1000.
Philosophari est amare Deum, secundum Platonem. VII, 233, 236. Philosophandi causa nulla homini est, nisi ut beatus sit. VII, 625.
Philosophiæ nomen a Pythagora exortum. VII, 225. Philosophiæ origo, post Patriarchas, et etiam post Moysen circa tempora Mercurii Trismegisti. VII, 599. Philosophia est amor studiumque sapientiæ. I, 1527. Quibusdam peracutis Philosophis visum est, ne idipsum quidem quod mente comprehenditur, ad nomen aspirare sapientiæ, nisi tam firma sit comprehensio, ut ab ea mens nulla ratione queat dimoveri. I, 1068. Philosophiæ præstantia supra cæteras disciplinas. I, 987. Philosophiæ decus quale. I, 922. Philosophiæ omnis ætas matura est. I, 908. Ab illius portu ad beatæ vitæ regionem proceditur. I, 959. Philosophia hujus mundi in sacris litteris prohibita. I, 956, 993. Quæstiones de hoc mundo etsi afferunt aliquid voluptatis cum investigantur, metuendum est ne tempus occupent rebus impendendum melioribus. II, 75. Quodnam sit veræ philosophiæ negotium. I, 1002. In philosophia nihil plus invenitur quam quid sit unum. I, 1016. Philosophia rationem promittit. I, 1002. Philosophia duas habet quæstiones; unam de anima, alteram de Deo. I, 1017. Ad philosophiam exhortatio. I, 905, 919. Vitandus mons ante portum philosophiæ constitutus, vana gloria. I, 960. De philosophiæ laude ac defensione, Hortensius Ciceronis. I, 685. Quomodo ad philosophiam accensus fuit Augustinus. I, 685.
Philosophiæ partes tres. VII, 52, 228. Philosophiæ tripartita distributio non ab hominibus instituta est, sed inventa. VII, 338. Scilicet a Platone. VII, 338. Philosophia aut de moribus, aut de natura, aut de ratione quæstionem habet. II, 441; VII, 338. In duobus præceptis caritatis est ethica, physica, logica. II, 524. Philosophiæ divisio alia, in activam et contemplativam. VII, 228. Non est contraria tripartitæ distributioni. VII, 228. Philosophia Christiana, vera philosophia. I, 961; X, 774. In qualibet Philosophiæ parte summum locum obtinet Deus. VII, 253. Philosophiæ inventa inutilia sunt sine divina auctoritate. VII, 52. Philosophia ad obtinendam beatitudinem spectat. VII, 559. Philosophia unicum est contra vitæ hujus miserias auxilium. VII, 787.
Philosophi nomen, unde exortum. VIII, 1037. Philosophi dicuntur qui studium sapientiæ, vel sapientiam profitentur. VII, 225, 234. Philosophi nomen a Pythagora. X, 1432. Philosophi sic appellari cœperunt ab ejus tempore. VII, 582. Philosophus verus, est amator Dei. VII, 225. Philosophi gentiles, posteriores sunt Prophetis. VII, 596, 597. Philosophi varia de deorum natura sentiebant, docebant, defendebant. III, 122. Philosophi qui deos sibi amicos esse dixerunt, in dæmones malignos inciderunt. VII, 656. Philosophis potius, quam gentilium diis, honores decernendi. VII, 52. Philosophi post Deum cognitum quam stulte idolis servierunt. V, 777, 1154. Philosophi quod curiositate invenerunt, superbia perdiderunt. V, 777. Præ superbia Creatorem per creaturas non invenerunt. I, 707. Multa de Deo et de veritate intellexerunt. V, 459, 776, 1133, 1644. Unde intellexerunt. V, 776. Philosophorum sapientia a Deo. VII, 52. Philosophiam a solo Deo dari posse, ipsi Pagani fatentur. VII, 787. Summi philosophi Gentium sine spiritu sancto philosophati sunt, quamvis de Patre et Filio non tacuerint. III, 604. Philosophorum libri de Filio Dei unigenito loquuntur. III, 1590. Philosophi Gentium immortalem esse animum pluribus conscripserunt, carnis resurrectionem fieri posse apertissime contradicunt. IV, 1134. Philosophi veteres de resurrectione ac rebus futuris non consulendi. VIII, 902, 905. Philosophi conjectura humana decepti sunt. VII, 390. Philosophi in rebus intelligibilibus divitias ponunt, in sensibilibus egestatem. II, 64. Philosophi non laborarunt in studiis suis, nisi ut invenirent quomodo beatitudo esset capessenda. VII, 600. Et hoc eorum communis studium. V, 809. Philosophi erraverunt constituendo beatitudinem in hac vita. VII, 627, 628. Beatam vitam sibi virtute propriæ voluntatis efficere docebant. II, 850. Ideo apud eos non est vera pietas, quia beatam vitam ipsi sibi fabricare voluerunt. II, 667.
Philosophorum dissensiones unde. VII, 600, 601. Quare tam facile toleratæ. VII, 601. Nullus philosophorum sic est approbatus, ut cæteri improbarentur, qui diversa et adversa senserunt. VII, 601. Civitati, in qua Philosophi tolerantur, vere convenit mysticum Babylonis nomen. VII, 601. Philosophi ad quem finem referendæ essent veritates quas noverunt nesciebant. VII, 602. Homines metu recta docere non ausi sunt. III, 126. Cur veritatem detinuerunt in

iniquitate. VIII, 1034. Philosophi Gentium, veritatis inimici et defensores. IV, 111. Philosophi corde perversi. IV, 273. sapientes superbi. III, 1390. Philosophorum morbus, vanitas. X, 212. Philosophi quare vani. II, 281. Philosophorum cogitata, magna magnorum deliramenta doctorum. V, 1137. Philosophorum superbia, invidia, et curiositas. III, 126. Cæcitas. I, 707. Vanitas, I, 1327. Philosophorum variæ sectæ. I, 956. Philosophorum duo genera, Italicum et Ionicum. VII, 225, 234. Generis Ionici auctor Thales Milesius. VII, 225. Italici Pythagoras. VII, 235. Philosophorum variorum nomina. X, 776. Philosophi consulares. II, 589; X, 777. Philosophi palliati. VII, 389. Philosophi quando Christiani fiunt, non habitum, sed falsa dogmata mutare compelluntur. VII, 647. Scripturæ divinæ, non omnino philosophos, sed philosophos hujus mundi vitandos, et irridendos esse præcipiunt. I, 993. Philosophi qui secundum elementa hujus mundi philosophantur, cavendi Christiano. VII, 234. Philosophi in quibusdam Christianæ fidei appropinquarunt. X, 778. Quinam propius ad Christianos accesserunt. VII, 233, 233. Philosophi Gentium tamdiu videntur aliquid dicere, donec Christo comparentur. IV, 1828. si quis eorum inventus fuerit hoc dixisse, quod dixit et Christus; gratulamur illi, non sequimur illum. IV, 1828. Philosophi ethnici, injusti possessores scientiarum, artium, etc. III, 63. Ab eis si quid recte dictum, in nostrum usum convertendum est. III, 63. Uti converterunt Cyprianus, Lactantius, Victorinus, Hilarius et ante eos Moyses. III, 63. Philosophis omnibus defuit divinæ humilitatis exemplum, quod opportunissimo tempore per D. N. J. Christum illustratum est. II, 440. Philosophi an Pelagianis faveant in quæstione de peccato originali. X, 776, 777; 778. Philosophorum prorsus antiquatas esse opiniones. II, 457, 442, 448. Inutile est doctori Christiano de placitis veterum philosophorum inquirere, cum ex illis nihil jam aliquis contra fidem Christianam proponat. II, 437. Philosophi omnes tempore Augustini, aut Cynici, aut Peripatetici, aut Platonici erant. I, 956. Pauci admodum erant. I, 959. Philosophi nulli sæculo Augustini, nisi amiculo corporis. II, 61. Philosophi cujusdam in magna tempestate perturbati, responsio. III, 556.

Phison, fluvius qui nunc Ganges dicitur. III, 203.

Phlebotomare. V, 146.

Phlegmatis sedes in capite. VII, 348.

Phocæ vituli marini. III, 284.

Phœnice quænam regio terræ sanctæ. III, 617.

Phœnix de sua morte renascens. X, 543. Resurrectionem corporum significat. X, 543.

Phorbas filius Criasi et Melantomices, sextus rex Argivorum, relatus in numerum deorum. VII, 563.

Pho oneus secundus rex Argivorum. VII, 562, 566.

Photinus hæreticus VI, 714; VIII, 34; IX, 169. Ejus hæresis. I, 746. Photinus Christum negabat esse Deum. V, 573; VII, 632. Illum existimabat esse hominem tantum. V, 229, 573, 991, 1150, 1156. sed omnes homines pios et sanctos excellentia sapientiæ et justitiæ superasse. V, 1155. Photinianus et Arianus adversum se divisi. V, 447. Photinus non intravit per ostium in ovile, III, 1721. Ejus error. III, 1609.

Photiniani. III, 1737, 1738, 1875; V, 988. Photinianorum error de Christi incarnatione. X, 1034. De Trinitate. V, 448. Photiniani principium Filio Dei tribuebant ex utero virginis, nec volebant credere quod antea fuerit. II, 603. Photiniani, Judæi, etc., peccabant in Spiritum sanctum. II, 813; V, 448. Photinianorum superstitio. III, 127. Photini hæresis exorta in Pannonia. V, 1174.

Phrenetici. V, 538, 945, 1596. Unde ortiores solito. I, 1058. Phreneticis mors et tanto propinquior, quanto fortiores sunt. IV, 696. Phreneticus futuram mortem cujusdam feminæ prædixit. III, 468.

Phreneticorum ægritudo. V, 945

Phrygia per Cataphryges discissa. V, 1174.

Phryxi fabula. VII, 570.

Phthisicus curari non potest. V, 489.

Physicorum scientia. VI, 235.

Picentes jugum Romanorum excutere tentant. VII, 168.

Pictor novit ubi ponat quemque colorem. V, 692.

Picturæ lascivæ. I, 671. Picturarum et sepulcrorum adoratores. I, 1342. Pictura stephani lapidationem, et Sauli conversionem exhibens. V, 1454.

Picus saturni vel Sterces filius, primus rex Laurentum VII, 572, 573. Picus belligerator et augur præclarus. VII, 573. Picum Romulus dedicavit Deum. VII, 190.

Pietas vera quæ. VII, 159, 160. Pietatis exordium, est optime de Deo sentire. I, 1224. Pietatis perfectio est caritas. III, 132. Pietas est amare Deum gratis. V, 568. Pietas juxta græcum, bonus cultus. VI, 231. Pietas est verus veri Dei cultus. II, 673; V, 525. Non colitur Deus, nisi amando. II, 557. Idem piis probatur, quod Deo placet. I, 865. Pietatis via ab humilitate in superna surgit. VII, 52. Ad pietatem, non ad ignaviam otio fruendum. II, 188. Pietas est hominis sapientia. VI, 231; X, 211. Est secundus ad sapientiam gradus. III, 59. Pietas et caritas si desit, quid est ab illis et a cæteris mundi malis tranquillitas et quies, nisi luxuriæ petulantiæque materies, sive invitamentum sive adjumentum? II, 1026. Pietas non expetenda est propter bona aut mala hujus vitæ, sed propter futurum judicium. VII, 661. Pietas sufficit ad veram felicitatem. VII, 114. Fides et pietas præparationes ad introeundum cum sponso ad nuptias. II, 574. Pietas est magnum donum Dei. VII, 114. Pietas magna, ut magna impietas, paucorum est. V, 441. Pietatis forma, non virtus, inesse potest præcisis ab Ecclesia. V, 463. Pietas non solum erga Deum, sed et erga parentes habetur. VII, 279. Erga sanguine conjunctos et erga patriam. VI, 21. Hanc vis innata inseruit. VI, 21. Pietas sanctissimum generis humani vinculum. VIII, 84. Pietatis nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur. VII, 279. Pietas plus est quam pius, etc. III, 1685. Pii Christum gratis amant. IV, 1432. *Vide* Boni. Pius pascitur cibo justitiæ. IV, 1290. Pii quomodo persecutionem patiuntur. IX, 719. Piis vivunt impii. III, 143.

Pigmæi dicti quasi cubitales. VII, 485.

Pigmenta impugnarunt Cyprianus et Ambrosius. III, 114. Mulieres quæ formam pigmentis colorant, pejores adulteris. III, 114. Maritos docent adulterare. III, 114.

Pignus et arra quo differant. V, 158, 159, 858, 1675.

Pigritiæ onus, et pugna ejus cum avaritia. V, 897. *Vide* Acediæ, Negligentia.

Pilati mentio fit in passione Christi propter temporum cognitionem. VI, 187. Pilatus aliquantum particeps fuit iniquitatis Judæorum. IV, 762. Pilatus et Magi significaverunt Gentes ab Oriente et Occidente congregandas. V, 1031.

Pilleatus. III, 1440.

Pilumnus Deus. VII, 188.

Pilus in disputatione Ciceronis de republ. inducitur ut interlocutor. VII, 66. Pilus justitiam contra injustitiam defendit. IX, 560. *Not.* (*a*).

Pinguedo quædam animæ. IV, 756.

Pinianus. II, 471. Maritus Melaniæ. X, 359. *Not.* Pinianus jurare vult populo quod si esset ordinatus invitus, ex Africa omnino discederet. II, 478. Pinianus permittente, non jubente Augustino juravit. II, 479. Pinianus qua religione præstitum Hipponensibus juramentum exsolvere debeat. II, 476, 477. Pinianus homo dives ac pecuniæ contemptor et largitor. II, 473, 481. Pinianus innuitur esse monachus. II, 483. Piniani, Albinæ ac Melaniæ elogium. II, 473. Excusat se Augustinus quod Thagasten nondum ad eos perrexerit. II, 473, 474.

Piratæ libera responsio ad Alexandrum. VII, 113. Piratarum bellum. VII, 107.

Pirites lapis Persicus tenentis manum, si vehementius prematur, adurit. VII, 713.

Piscatorum et venatorum officia. VI, 714. Piscatorem de oratore non lucratus est Christus, sed oratorem de piscatore. IV, 372. Piscatores et infirmi cur prius electi a Christo. V, 256. 557, 1683. Piscatio discipulorum duplex, una ante, altera post resurrectionem; et utriusque discrimen. VI, 97. Piscationes Domini jussu factæ duæ, quomodo statum Ecclesiæ præsentis et futuræ adumbrant. V, 1161, 1244. Captura piscium cum quid significat. IV, 1961; VI, 39. Novam vitam demonstrat. II, 219.

Piscis mutus. I, 1351. Pisces memoriam habere certissimum est. III, 283, 284. Pisces duo, quibus Dominus turbas pavit in monte, quid significant. VI, 48, 49. Duas personas significant, regiam scilicet et sacerdotalem. I, 627; III, 1595. Quid per pisces et cetos significatur. I, 863. Pisces maris, curiosos significant. IV, 115. Piscis de profundo levatus, manducatur in mensa parata in conspectu credentium. I, 858. Piscis bonus, pia fides. V, 620.

Piscina probatica Siloe. V, 687. Ægrotus aqua mota descendendo in piscinam, nec plures, sed unus tantum sanatus, quid significet. V, 690, 693 Piscina turbata unum curabat, unde Christi passionem significabat. IV, 1329 Piscinæ quinque porticus, quinque libros Moysi figurabant. IV, 889, 1329.

Pistrino conteri, servorum pœna. V, 883.

Pittacium. V, 964.

Pittacus Mitylenæus unus e septem sapientibus, quo tempore fuit. VII, 582.

Placere Deo hic difficile possumus, et unde possumus. V, 295. Placendum Deo veris ac sinceris affectibus. VI, 446. Placet ille Deo, cui placet Deus. IV, 277, 1631. Placebit tibi Deus, si rectus fueris. V, 317. Deus rectus perverso non placet. V, 322. Non in te placet Deo, nisi quod habes ex Deo : quod autem habes ex te, displicet Deo. V, 108 Deleat homo quod fecit, et placebit ei qui fecit. V, 587. Pla-

cere sibi periculosum est, cui cavendum est superbire. III, 1793. Placeat sibi nemo, quasi qui hic juste vixerit. V, 932, 933. Ubi tibi placuisti, ibi remansisti. V, 926. Displicebis Deo, si placueris tibi. IV, 472. Qui sibi placet, stulto homini placet. IV, 1631; V, 303. Placere sibi, superbiæ peccatum. VII, 420, 421, 423. Superba anima in conspectu hominum vult placere; humilis, in occulto ubi Deus videt. IV, 163. Placendi hominibus cupiditas, quo pacto evellatur. VI, 26. Quomodo omnibus, nec tamen hominibus placendum. IV, 1629. Quomodo debeamus hominibus placere et non placere. II, 1024; V, 301, 572. Qui Deo placet simul et hominibus, non utique placet hominibus. III, 2109. Placebat Apostolus hominibus propter illorum salutem, non placebat hominibus propter suam utilitatem. V, 374.

Placor. III, 951, 968.

Plagæ Ægypti. IV, 999, 1000, 1399. Plagæ decem cum decem præceptis collatæ. V, 67.

Planetis, hominum nomina imposuit adulatio. IV, 1192.

Plani, mathematici impostores, pietatis expertes. I, 694, *Not.* 2; V, 261. Et veritatis. I, 739.

Plantæ vivunt. VII, 54. Plantis vim intelligendi tribuebant Manichæi. III, 229.

Plantarium pacis. V, 314.

Platea unde dicitur. IV, 1327.

Plato. II, 67; IV, 1828; IX, 224. Atheniensis, honesto loco natus. VII, 227. Platonis ingenium mirabile. VII, 227. Dotes. I, 926, 954. Eloquentia. III, 124. Plato nobilis philosophus. VIII, 1011. Nobilissimus discipulorum Socratis. III, 1048; VII, 227. Cæteros Socratis discipulos longe anteivit. VII, 397. Plato a posteris Pythagoræ theologiam didicit. III, 56. A Socrate moralia, a Pythagoreis naturalia et divina. VII, 228. Plato scientiæ acquirendæ, et sapientiæ perficiendæ gratia, varias peregrinationes suscepit. VI, 50; VII, 228.

Sacramentum et virtus sacramenti quandoque separantur. III, 2026. Aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. III, 1611. Sacramentorum virtus, gratia; non omnibus communis, licet communia sint sacramenta. IV, 985, 984. Sacramentum, visibile verbum. III, 1840. Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. III, 1840. Spiritaliter nascimur, verbo et sacramento. III, 1487. Deus in sacramentorum ministris operatur. I, 857. Sacramentis visibilibus sanctificat ministrum, Deus invisibili gratia. III, 712, 713. Sacramenta visibilia nihil prosunt sine sanctificatione invisibilis gratiæ. III, 712. Sacramentis divina virtus adsistit, sive ad salutem bene utentium, sive ad perniciem male utentium. IX, 144. Sacramentorum visibilium effectus, pietas. VIII, 353. Qui sacramento fidei percipit in lecto, nec tempus operandi habuit; justificatur ex fide sine operibus. V, 31. Sacramenta temporalia, alligamenta medicinalia sunt contritionis nostræ. IV, 1903, 1904. Sacramentum gratiæ dat Deus, etiam per malos; gratiam vero ipsam non nisi per se ipsum, vel per sanctos suos. IX, 191. Etsi Spiritus sanctus per homines dabatur, non ideo erat hominum quod dabatur. V, 1226. Cum tres considerandi sint, a quo datur, cui datur, per quem datur, non interest medius minister beneficium largitoris. V, 1225. Sacramenta per peccatores administrata V, 1225. Gratiæ per ipsa collatæ dator non est ipse homo. V, 1226. Sacramenta et operationes spiritales circa præsentem salutem, munera Dei sunt, non eorum a quibus fiunt. IX, 152, 153. Sacramenta amittere propriam sanctitatem, ob iniquitatem ministrorum, error Donatistarum. IX, 293, 296. Sacramentorum communione contaminari, etiam eos qui mala facta improbant, aut ea pro pace tolerant unitatis, dicebant Donatistæ. IX, 56. Sacramenta mali non polluunt. IX, 73. Sacramenta tunc sancta esse dicunt Donatistæ, si per sanctos homines dentur. IV, 134. Dona Dei perveniunt ad eos qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit per quem accipiunt, qualis Judas fuit. IV, 135. Sacramenta in sceleratis quoque hominibus sancta sunt. II, 172. Sacramentis Dei nihil obsunt mores hominum, quo illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint. IX, 298. Sacramenta omnia indigne tractantibus obsunt, prosunt tamen per eos digne sumentibus. IX, 65. An ex bonitate aut perversitate ministrorum pendeat sacramentorum effectus. IX, 67, 73. Sacramenti sanctitas potest esse ubi non est vitæ sanctitas. IX, 298. Sacramentorum vi peccata dimittuntur, non meritis ministrorum. IX, 156. Sacramenta funesta haberi a Catabrygibus perhibentur. VIII, 30. Sacramenta, ut et Scriptura, hæreticis cum Ecclesia communia esse possunt. IX, 146, 159, 162, 165, 170. Sacramenta apud hæreticos divina sunt, non humana. II, 312. Ea ad pœnam suam portant. II, 312. Sacramenta ubicumque sunt, ipsa sunt. IX, 70. Sacramenta vim sanctitatis non perdunt, quando ita, ut apud reos maneant, ad hæreticos transeunt. IX, 747. Sacramenta quæ apud hæreticos et schismaticos sunt, non eorum sunt, sed Christi. IX, 154. Sacramenta omnia Dominica sunt ex catholica Ecclesia. II, 343. Cur non mutentur in hæreticis ad eam redeuntibus. II, 343. Sacramenta et invocatio nominis Dei extra Ecclesiam, nonnisi Ecclesiæ sunt. IX, 473. Sacramenta cur ante Cyprianum et Agrippinum non iterarentur. IX, 154. Sacramenta quæ non mutarunt schismatici, approbantur a nobis. II, 301. Sacramenta Christianorum etiam in hæreticis approbanda. II, 301. Sacramenta apud schismaticos ornam visibilem pietatis habere possunt, non virtutem ejus spiritalem. V, 463. Sacramenta corporalia portant et celebrant præcisi ab Ecclesia, sed sine virtute spiritali. V, 463, 465. Sacramentum foris ab Ecclesia habetur ad perniciem. II, 229. Habetur ad judicium. II, 583. Sacramenta omnia Christi non ad salutem, sed ad judicium habentur sine caritate unitatis Christi. IX, 372. Sacramenta apud hæreticos ad eorum confusionem potius, quam ad salutem valent. IX, 179. Signa militaria perniciosius ab usurpatoribus habentur, quam si omnino non haberentur. IX, 688. Sacramenta mali qui sunt intus et qui sunt foris possunt habere et tractare; non ad salutem, sed ad perniciem suam. IX, 163, 164, 167, 482. Sacramenta bonis et malis communia. V, 561.

Sacramentorum usus indignis interdum ex necessitate pacis Ecclesiæ non prohibetur. V, 51. Sacramenta Eccle-

siæ multa, aliter atque aliter accipiuntur. IV, 1839. Sacramenta non prosunt semper habentibus. IX, 461. Etiamsi justus et iniquus pariter sacramenta participent, non idcirco participationem justitiæ esse cum iniquitate dicendum. IX, 294. Sacramenta eadem justis sunt ad salutem, iniquis ad damnationem. IX, 295, 297, 298, 435. Sacramenta in eis, qui mundum diligunt, remanent ad damnationem, non instrumenta ad salutem. III, 1994. Sacramenta Christi in iis qui male vivunt, patiuntur injuriam. V, 1092. Sacramentum visibile sanctum abluctione invisibili caritatis discernendum; hæc propria bonorum est, illud et in bonis ad præmium et in malis ad judicium esse potest. IX, 542, 545. Gratia non pendet a visibilibus sacramentis III, 712. Sacramenta sine caritate nihil prosunt. IX, 692. Sacramentorum vita, caritas. V, 92. Sacramentorum vis contempta sacrilegos facit. VIII, 355. Pro sacramentis Christi ad omnia perferenda paratior esse debet Christianus, quam antiqui pro sacramentis legis. VIII, 355. Malorum non sunt sacramenta, quæ inter malos, aut eorum ministerio suscipiuntur. IV, 1801. Sacramenta vestimenta Christi; caritas tunica de super texta: sacramenta sibi hæretici dividere potuerunt, caritatem non diviserunt. IV, 176.

Sacrificare voluntarie, est gratis amare quod laudatur. IV, 626, 627.

Sacrificium verum et perfectum quodnam sit. VII, 283. In omni sacrificio quatuor consideranda. VIII, 901. Sacrificium res antiqua. II, 377. Antiquitas cultus Dei in sacrificando. VII, 281. Primi parentes in paradiso se ipsos Deo hostias mundissimas offerebant. VII, 701. Sacrificium justitiæ soli primi parentes in paradiso, et sancti in cœlo offerunt. VII, 700, 701. Sacrificia ante diluvium celebrata. VII, 459. Sacrificium etsi ab homine fit vel offertur, tamen res divina est. VII, 283. Sacrificium uni Deo debitum. II, 377, 378; V, 1249, 1667; VII, 255, 256, 281, 654; VIII, 382. Id attestantur miracula quæ per aream testimonii facta sunt. VII, 296, 297. Sacrificium visibile non alteri offerendum, quam illi, cui invisibile debetur. VII. 297. Cur sacrificium exegerunt dæmones. VII, 460. Ideo sibi exigunt fieri dæmones, quia vero Deo deberi sciunt. VII, 298. Non corporis cujuslibet fumo, sed supplicantis animo delectantur. VII, 298. Sacrificium non solum cum juste imperat verus Deus, sed etiam cum superbe exigit falsus deus, satis ostendit cui debeatur. VIII, 409. Sacrificium, sacerdotium, templum non sibi expetissent dæmones, nisi nossent uni Deo deberi. II, 377. Pagani non culpandi propter sacrificia, sed quod ea exhibeant idolis. II, 377. Non corporali creaturæ nec spiritali quamvis justæ, nec multo magis iniquæ sacrificandum. II, 378. Non bonis diis nec malis. VII, 650. Non Angelis, non virtutibus Dei. VII, 654. Non Martyribus. VII, 255, 256, 772. Sacrificium seu divinos honores Angeli hominesque sancti respuerunt. VII, 298. Obsequia cætera quæ divinitati exhibentur, ausi sunt sibi homines arrogare: rarissimi commemorantur qui sibi sacrificia, aut per hæc se deos haberi voluerunt. VIII, 624. Sacrificia Paganorum non ideo putanda bona, quia ea fieri Deus non impedivit. VI, 583. Sacrificia in torcularibus gentes faciebant. III, 2085. Sacrificia cur sibi exigit dæmon. VIII, 624.

Sacrificia cur sibi offerri voluit Deus. VII, 296. Sacrificiis Deus non eget, sed in his vel acceptandis, vel reprobandis, vel percipiendis, non nisi hominibus consulit. II, 377; VII, 281, 295, 296, 654. Totum quod recte colitur Deus, homini prodest, non Deo. VII, 282. Sacrificium et laudes offerre, nobis, non Deo utile est. II, 527; VIII, 624. Sacrificia cur sibi offerri juberet Deus, cum eis non indigeret. VIII, 231, 321.

Sacrificium Abrahæ Gen. xv. narratum quid significat. IV, 1361, 1362. Flamma cœlitus facta in sacrificio Abrahæ, non fuit miraculum: quare. I, 648. Sacrificium Abrahæ in monte. V, 51. Sacrificium Judæorum in victimis pecorum. IV, 302, 303. Cur animalia tantum immaculata olim oblata. VIII, 624. Sacrificium victimarum, odor suavitatis Domino. III, 639. Sacrificia pecorum Deum non delectabant. III, 810. Quare filii Israel sacrificabant visibiliter pecorum victimas VI, 31. Sacrificia vetera magis populo perverso congruenter imposita, quam Deo desideranti oblata. VIII, 346. Sacrificia carnalia data sunt Judæis, ne in idola defluerent. III, 1468. Sacrificare extra templum quod erat Jerusalem, an liceat. III, 702, 803, 804. Quænam sacrificia pro populo, pro principe, pro sacerdote offerebantur, etc. III, 686, 687. Sacrificia pro peccatis, dicta peccata. VI, 253; VIII, 744; X, 493. Sacrificia diversa pro peccatis. V, 1541. Vanum præceptum offerendi sacrificium pro peccato, infante nato, si non est ori inale peccatum. X, 1192, 1227, 1237. Sacrificia pro peccatis ex oblivione, ex ignorantia, etc. III, 676, 677. Ad sacrificium pro peccatis, holocausti, salutaris, etc., quænam animalia adhibenda. III, 686, 693. Sacrificium pro peccato non offerebatur nisi cum holocausto. III, 675, 676. Sacrificium pro peccatis non offerunt sancti. VII, 700.

Sacrificia vetera sunt significativa. II, 377. Sacrificia pro ratione temporum varia fuerunt. II, 379. Sacrificia vetera significabant gratiam, non efficiebant. II, 633. Sacrificiis veteris Testamenti convincebantur peccatores potius, quam mundabantur X, 139. Sacrificia per se ipsa nulli peccato mederi possunt. III, 728. Sacrificium quod præceperat Deus, aptum fuit primis temporibus, nunc vero non ita est. II, 527. Sacrificia vetera, tanquam verba promissiva, sublata sunt dato sacrificio corporis Christi IV, 441, 442. Sacrificia antiquorum quare mutata. VII, 282. Sacrificia etsi jam non sint in operibus, manent tamen in auctoritate significandi. VIII, 231. Ad sacrificia vetera quidquid pertinebat, figuræ nostræ fuerunt. VIII, 320. Sacrificia pecorum erant quædam umbræ futurorum. III, 810. Sacrificia veteris Testamenti exsecrabantur Manichæi VIII, 231. Sacrificia Patrum non ideo reprehendenda, quia habuerunt sacrificia Gentes. VIII, 386. Sacrificia Hebræorum inter et Paganorum quid interest. VIII, 386. Sacrificia omnia vetera dæmoniis fuisse oblata inepte probant veteris Testamenti reprehensores. VIII, 625, 626. Sacrificia Gentium, Hebræorum, et Christianorum quid sint respectu veri sacrificii. VIII, 382, 409. Sacrificium Dei nostri abundavit, et inhibita sunt sacrificia deorum. V, 1356. Sacrificia omnia sacrificio nostro cesserunt. VII, 655. Sacrificiis quæ pro peccatis offerebantur, sacrificium Christi significabatur. III, 704. Sacrificia patrum sanctorum, figuræ veri sacrificii Christi. VII, 298. Sacrificia illa omnia multis et variis modis unum sacrificium, cujus nunc memoria celebratur, significaverunt. VIII, 231, 386, 409, 624, 625, 626, 661. Sacrificium Christi multis figuris præmuntiatum. V, 1667; IX, 154.

Sacrificium verum uni vero Deo debitum quodnam est. VIII, 382, 386, 409. Sacrificium carnis Christi, verum et unicum sacrificium pro peccatis. X, 600. Sacrificium crucis. V, 1501. Sacrificium sese obtulit Christus pro omnibus sacrificiis. IV, 71. Christus nihil mundum invenit in hominibus quod offerret pro hominibus, se ipsum obtulit mundam victimam. IV, 1933. Sacrificium novi Testamenti. VIII, 626. Sacrificium Christianorum. VIII, 382. Oblatio corporis et sanguinis Domini. II, 115; IX, 461; X, 480. Verissimum et singulare sacrificium. X, 211. Sacramentum fidelium. II, 563, 569. Sacrificium Ecclesiæ quotidianum. VII, 298. Sacrificium Deo in Ecclesia. V, 1101, 1356, 1413. Christus nobis quotidie immolatur ipsa recordatione beneficii salvatoris. IV, 906. Sacrificii Deo debiti figura, veritas et memoria. VIII, 386. Sacrificium vespertinum. V, 1504. Sacrificium novi Testamenti ubi et quando et quomodo offeratur, soli baptizati norunt. II, 558. Sacrificium quod obtulit Christus norunt fideles. IV, 178. Sacrificium Christianorum ubique in terra et in cœlo offertur. VIII, 61. Sacrificium corporis et sanguinis Domini secundum ordinem Melchisedech nunc diffusum toto orbe terrarum. IV, 303, 1427. Ut sacrificium Deo offeratur, mensa constructa. V, 1413. Sacrificia privata prohibentur. III, 702.

Sacrificium sanctificatur per verbum Dei. V, 1099. Sacrificium facere ac Deo offerre, non omnibus licet. V, 759. Non licet laicis. V, 759. Sacrificium offert Episcopus vel presbyter. V, 1100. Sacrificii ordo. V, 1100. In hoc sacrificio magnum sacramentum est, quo gratias agimus Domino Deo nostro. II, 558. Sacrificio nostro mystici corporis Christi unitas commendatur. II, 859. Sacrificium corporis et sanguinis Christi pro non baptizatis offerri non potest. X, 480, 481, 504, 508, 520. Eorum pro quibus offertur, nomina non tacentur. X, 509. Sacrificia altaris et eleemosynarum pro defunctis. VI, 158. 283. Sacrificium pro defunctis. V, 956. Sacrificium pretii nostri pro mortuis offerri solitum, posito juxta sepulcrum cadavere. I, 777. Redemptionis sacramenta tertio exsequiarum die oblata. II. 694. Sacrificia quibus prosunt, aut ad hoc prosunt ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat damnatio. VI, 158. In celebratione sacramentorum quatuor partes distinctis nominibus donatæ. II, 636. Tunc antistites velut advocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt protestati. II, 637. Tunc esse rogandum et pro persecutoribus Ecclesiæ, et pro omni hominum genere. II, 657. Alibi nullus dies pratermittitur quo non offeratur, alibi sabbato tantum et Dominico, alibi tantum Dominico. II, 200. Quinta sabbati hebdomadæ ultimæ Quadragesimæ alibi bis offertur, scil. mane et ad vesperam, alibi tantum ad vesperam. II, 200. Apud Donatistas vulgabatur, Catholicos nescio quid aliud in altare Dei ponere. II, 330. Sacrificii genus quoddam in superstitioso spectaculo. VI, 705.

Sacrificio corporis Christi spiritus maligni fugati. VII, 764. De sacrificiis purgatoriis multa Longiniauum interrogat Augustinus, an iis opus habeat qui mundus est, etc. II,

1032, etc. Salutis viam esse non posse sine participatione corporis et sanguinis Christi. II, 638. Sacrificium, propter nomen Domini quod invocatur, et semper sanctum est, et tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. IX, 57, 300. Sacrificia impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impie. IX, 57. Deo non est acceptum Sacrificium eorum, qui pravo fine sacrificant. VII, 444. Quænam sacrificia jam offerre debeamus. IV, 659. Qualia sacrificia diligit et coronat Deus. III, 811. Quod genus sacrificii Deo acceptum. IV, 1518. Quæ de sacrificiis leguntur esse divinitus præcepta, ad dilectionem Dei et proximi significandam referuntur. VII, 283. Sacrificia per se ipsa non requirit Deus, quibus significantur sacrificia quæ requirit. VII, 283. Sacrificia antiquorum eas res significabant, quæ aguntur in nobis ad hoc ut inhæreamus Deo. VII, 282. Deus nos quærit, non nostra. V, 252.

Sacrificium Deo nos ipsi. V, 317. Nullum sacrificium Deo acceptius justi, quam se ipsi Deo offerunt. VII, 700. Sacrificium præclarissimum atque optimum nos ipsi sumus. VII, 635. Sacrificium est corpus Christi quod nos sumus. VII, 772. Sacrificium visibile invisibilis sacrificii sacramentum. VII, 282, 297. Homo ipse in corde suo invisibile sacrificium Dei. VII, 297. Sacrificium semper habemus quod offeramus Deo. IV, 659. Intus habemus sacrificium quo Deum flectamus. IV, 475, 598. Sacrificium justitiæ per pœnitentiam. IV, 81. Sacrificium contriti cordis. V, 133. Sacrificium contriti cordis, et non sacrificium trucidati pecoris vult Deus. VII, 282. Sacrificium Deo offert, qui se ipsum punit. IV, 1824. Humilitas cordis, sacrificium est. IV, 1705. Sacrificium laudis in novo Testamento succedit victimis cruentis veteris Testamenti. II, 558. Sacrificium laudis, sacrificium gratuitum. IV, 578, 1220, 1568. Sacrificium laudis sacratius, gratiarum actio. VIII, 624. Sacrificium justitiæ. I, 1195. Cogitationis et linguæ. I, 809. Sacrificia quæ offerimus debent accendi caritate. IV, 659.

Sadducæi spiritum sanctum negabant. V, 447. Sadducæorum error de resurrectione. V, 1622.

Sæcularia dicuntur multa, quæ in hoc sæculo sic aguntur, ut brevi tempore transeant. VII, 506. Sæculorum fabulosas quasdam prolationes sapiunt Tatiani. VIII, 30. *Vide* Æones. Sæcula nova constructa a deo Manichæorum super terram tenebrarum. VIII, 244. Sæcula non ea mora condita sunt, qua transcurrunt. III, 318. sæcula sæculorum quid sint. VII, 368. Sæculorum explicatio quomodo fit. III, 536. Sæculorum pulchritudo per decessionem successionemque rerum contexitur. III, 251. Sæculorum ordo quasi carmen pulcherrimum ex antithetis constans. VII, 332. Sæculorum revolutionem quare quidam philosophi admiserunt. VII; 360, 361. Sæculorum partes damnatione facti sunus. I, 1179; III, 140. Sæculum non ob aliud retardatur, nisi ut impleatur prædestinatus numerus sanctorum. VI, 449. Mundi finem post sex annorum millia futurum quidam dixerunt. V, 576. Jam sex annorum millia transierunt. V, 576. Sæculi finis per vesperam significatur. IV, 1362.

Sæculi nomen aliquando æternitatem significat. IV, 1713. Ex ambiguo verbo græco fit plerumque, ut in Psalmis sæculum pro æterno, et æternum pro sæculo ponatur. IV, 1142. Quænam a sæculo et in sæculo dicuntur. III, 333.

Sæculum, hoc desertum. IV, 752, 753, 1760. Torrens. IV, 1644. Fluvius. IV, 1857. Mare. V, 1173; VII, 680. Mare amarum, fluctibus sævum. IV, 440, 780, 794, 1234. Sæculi hujus mare nemo potest transire, nisi cruce Christi portatus. III, 1389. Sæculum istud universum voluit Deus esse pœnale hominibus. X, 1192. Sæculi nomine homines significantur. X, 124. sæculum, peccatores. V, 100. Sæculum amatores suos vorare novit, non portare. V, 482. Amor Dei, et amor sæculi. V, 694. Inquisitores hujus sæculi recte culpantur in Scriptura. III, 333. Sæculo non oportet conformari, sed imitari imitatores Christi. I, 858. Sæculum cum Christo vincunt, qui Christo adhærent. IV, 1189. Sæculum hoc non corpore, sed corde fugiendum. X, 1004. Nemo corde ab hoc sæculo avertitur, nisi divinæ misericordiæ munere adjutus. IV, 1477. Sæculi contemptum aggressus, dum carnali matris affectu revocaretur, ne a cœpto desistat, hortatur August. II, 1055. Sæculo renuntianti non imputabitur minus, quia dives non fuit. II, 692.

Sævi leonibus comparati. III, 361.

Sagittæ, verba Dei et præcepta ejus. IV, 398, 503, 1600, 1863. Istis sagittis vulnerantur male sani, et sanantur bene vulnerati. IV, 1865. Sagittæ, dolores animi et corporis, quos hic necesse est pati. IV, 398.

Saguntum urbs olim clarissima Hispaniæ Tarraconensis. VII, 101. *Not.* (*a*). Ab Annibale obsidetur, et magna strage diruitur. VII, 101. Saguntinorum in extremis positorum miserabile consilium. VII, 101. Saguntini universam civitatem suam interire maluerunt, quam fidem Romanis datam frangere. VII, 759.

Sal Agrigentinus Siciliæ admotus igni fluescit, admotus aquæ crepitat. VII, 715, 718. Conversio uxoris Lot in salem quid nos edocet. VII, 285.

Salacia Neptuni conjux. VII, 120, 211.

Salamandra in ignibus vivit. VII, 712. Ab igne non læditur. X, 831.

Salem urbs quæ dicta est postea Jerusalem. IV, 303.

Salices quosnam designent. IV, 1764.

Salivæ super barbam David decurrentes, quid significant. IV, 307, 309.

Sallustius nobilitate veritatis historicus. VII, 18, 561. Lectissimus verborum pensator. I, 974. Sallustius laudatur. II, 522, 735.

Salmana interpretatur umbra commotionis. IV, 1054.

Salomon, interpretatur pacificus. IV, 901, 1668; V, 94, 96; VII, 541; VIII, 285, 450. Salomonis nomen optime Christo congruit. IV, 901. Salomon mulierum amator, idololatra, atque a Deo reprobatus fuit. IV, 1667. In Salomone libido regnum possedit. III, 77, 78. Idololatra fuit Salomon, eo quod mulierum amori resistere non valuit. III, 453. In Salomone cur uxorum multitudo reprehenditur, non vero in aliis. VIII, 453. Salomonis subversio, quid præfiguravit. VIII, 459. Salomoni magis obfuerunt res secundæ, quam profuit ipsa sapientia. VII, 554. Salomon dormiens sapientiam præposuit omnibus. III, 466. Salomon factus est tantæ sapientiæ, ut, nisi cecidisset, promissio Dei de semine David in illo putaretur impleta, ac de Christo spes tolleretur. IV, 1135. Promissiones ad David factæ non in Salomone, sed in Christo completæ. VII, 540, 541. Pax regno Salomonis promissa, umbra pacis regni futuri. VII, 546. Salomon cujus gestabat figuram. IV, 1668. Figura fuit Christi. VII, 542. Salomonis genuini libri Proverbia, Ecclesiastes, et Canticum Canticorum. Sapientia vero et Ecclesiasticus propter eloquii similitudinem, ipsius dicuntur. VII, 554.

Salonitana urbs. VII, 664.

Salsare aqua pavimenta. II, 414.

Salsi, qui jocari amant. III, 208.

Saltatores spiritali cantico consonantes. V, 1416. Saltandi ad locum ubi sepultus est Cyprianus, mos est diligentia Episcopi antiquatus. V, 1415. Saltatio cum caninis cadaveribus, supplicium. IX, 579. Saltationes turpes Primianistarum. IX, 106, 107.

Saltus proprie, locus est adhuc incultus et silvester. IV, 1720.

Salvare et Salvator non fuerunt hæc latina antequam veniret Salvator. V, 1371. Omnes homines vult Deus salvos fieri: quomodo. II, 985; X, 760. Alia interpretatio loci Apostoli, *Qui vult omnes homines salvos fieri*. X, 945. Sic Deus vult omnes homines salvos fieri, ut eis non adimat liberum arbitrium. X, 238. Salvantur pauci. V, 641. Quare tam multi salvi non fiant. II, 985. Cum nemo, nisi Deo volente, velle possit salvus esse, cur non convertit omnium nolentium voluntates. X, 761. An ideo non omnes salvi, quia ipsi nolunt petere. X, 759. Salvatur gratis, in quo non invenit Salvator quod coronet, sed quod damnet. IV, 235; V, 917. Salvator veniens nullum sanum invenit. V, 847.

Salvatorem cur necessarium putant Manichæi. X, 1463, 1469. Cur Catholici. X, 1463. Salvator est adjutorium languidi, ipse Salvator est præmium sanati. V, 851. Salvator omnium hominum Christus. V, 1322. Salvatores fuere multi, sed unus Jesus a peccatis salvat. V, 1334. *Vide* Salus.

Salvianus a Gazaufala. IX, 237.

Salvius Ausafensis. IV, 380; IX, 507, 528, 550.

Salvius Membresitanus. IV, 380; IX, 507, 528, 550. Unus e duodecim qui ordinationi Maximiani interfuerant et ipsi adhæserant. II, 413. Salvius episcopatum meruerat in parte Donati. IX, 549. Quid a Donatistis passus sit. IX, 579. Et ab Abitinensibus. IX, 579. Immoderatam persecutionem a Donatistis perpessus est. II, 414. Salvius quam male a Primianistis tractatus. IX, 106, 107. Salvius cur pellendus ecclesia sua a Donatistis petebatur. IX, 549. Salvius hæreticus declaratus est. IX, 532. Salvii damnatio in concilio Bagaiensi. IX, 107. Salvius per Abitinenses de ecclesia pulsus. IX, 106, 108. Salvius graviora passus est cum quo saltatum est, quam si vivus arsisset. IX, 108. Ab illo persecutionis exagitationibus non potuit extorqueri, ut ad partem Donati rediret. IX, 579, 581.

Saluti templum Romæ constitutum. VII, 105.

Salus punico idiomate, Tria. III, 2096. Salus hominis duplex. III, 1633. Salus corporis, patrimonium est pauperis. IV, 610, 971. Salus corporis a Deo petenda, quomodo. IV, 455, 456. Salus corporalis a Domino est, per quemlibet detur. III, 1633. Salus carnis cum reparatur, mors non aufertur, sed differtur. III, 1633. Salus Angelorum, hominum et pecorum a Deo. III, 1632, 1633. Cujus salutis et qualiter debet quisque esse sollicitus. IV, 1321. Sunt qui pro magno petunt salutem temporalem a Deo, quam dat et jumentis. IV, 349. Faciat homo etiam pro temporali homi-

num salute quod potest : ubi nihil nisi peccando potest, jam se existimet non habere quid faciat. VI, 542. Voluntati ac potestati Dei totum committat. VI, 542. Salus hominum propria quæ. III, 1633, 1634. Salus credenti et baptizato promissa. V, 453. Salus hæc discernenda a salute temporali. V, 1113. Salus dexteræ et salus sinistræ. IV, 165, 1782. Saluti æternæ nihil quidquam, nec ipsa temporalis vita præponenda. IX, 535, 536. Salus ista corporalis si sic custodienda est, ut etiam in nolentibus, ab eis, qui eos diligunt, servetur ; quanto magis illa spiritalis, in cujus desertione mors æterna metuitur. II, 756. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur, ubi adeptæ nihil timetur. II, 486. Salus nostra ex Deo, non ex nobis. V, 952. Totum quod ad salutem pertinet, Deo tribuendum. X, 983. Sive per Angelum, sive per hominem Deus subveniat, ipse salus nostra est. IV, 326. Quomodo totum salutis nostræ negotium operetur Deus. IV, 738. Deus vult in homine occidere quod homo fecit, et salvare quod ipse fecit. IV, 1692.

Salus est ipse medicus noster Christus. IV, 1499. *Salus ex Judæis* nihil est aliud, quam Christus ex Judæis. IV, 540. Salutis via unica Christus. II, 637. Salus una ab exordio generis humani per Christum fuit. II, 374. Salus nulla ei cui Christus prædicatus non est. X, 126. Salus religionis, etc., nulli umquam defuit qui dignus fuit ; et cui defuit, dignus non fuit. I, 643 ; II, 376 ; X, 973, 974. Quomodo id intelligendum. I, 643. Quomodo intellexit Augustinus. II, 370. Voluntas Dei omnino numquam defuit ad salutem justitiæ pietatique mortalium. II, 373. Hujus participes ante Christum fuerunt, qui nec erant de semine Abrahæ. II, 376. Salutis non est quisque dignus voluntate humana, sed divina gratia. VII, 79. Dictum ejus qui in homine spem ponit, Salva salute Garsei, nihil mihi potes facere. IV, 315. Œconomiæ divinæ ratio erga salutem hominis. I, 1315. Via salutis in Christo et Scripturis sanctis. I, 737.

Salutem nostram quare cum tremore operari debemus. IV, 1851 ; X, 262, 264, 930, 931. Salus civitatis Dei per fidem acquiritur, et sine fide stare non potest. VII, 759. Salutis via non est sine participatione corporis et sanguinis Christi. II, 637. In loco humili salus, in alto periculum. V, 1569. Salus nusquam nisi in Ecclesia catholica potest obtineri. IX, 693.

Salus aliorum curanda ex caritate. V, 492. Salus omnium procuranda, quoniam incertum nobis est, quosnam Deus decreverit salvos facere. X, 945. Arguuntur qui curam salutis aliorum sumere nolunt. III, 1339. Propter damnum nonnullorum Ecclesia deterreri non debet a procuranda salute aliorum. II, 798. Salutis æternæ dispensatorem esse per verbum et sacramentum, non hoc est etiam esse participem. II, 1077. In eos qui sibi salutem præter regnum cœlorum pollicentur. V, 1343. Salus et vita æterna esse non potest præter regnum cœlorum. X, 123, 140. Et Prophetæ, et Apostoli, et Martyres, et nos, et qui post nos erunt, in ipso fine simul accepturi sumus salutem sempiternam. IV, 411. Salus quæ erit in futuro sæculo, erit et ipsa finalis beatitudo. VII, 631. Salus nostra cur differtur. IV, 338. Qui prior ad stadii terminum venerit, exspectat ut cum posteriore coronetur. IV, 441. Salus cum patientia a Deo exspectanda. IV, 1088. Salutem per ignem quidam promittunt illis, qui etiam credentes, pessime vivunt. VI, 223. *Vide* Fides.

Salutare Dei, Christus. IV, 1595, 1728. Ab antiquis desideratus. V, 890.

Salutatio dicta a salute. V, 637. Salutandi antiqua formula. V, 609. Salutatione cur epistola ad Hebræos caret. III, 2093.

Samardaci, plani homines. I, 952. *Not.* 1.

Samaria idololatriæ imaginem solet sustinere. VI, 56. Et pro idololatria ponitur. V, 1034.

Samaritana mulier. V, 606. Ejus conversio. VI, 54, 55. Samaritanæ fidem sitiebat Jesus. III, 1521. Samaritana, forma Ecclesiæ. III, 1513.

Samaritanus seu Samarites interpretatur custos. III, 1707. Christus verus Samaritanus. III, 1707. Quia custos. IV, 235, 862, 1667, 1765. Samaritani vaccas aureas colebant. VI, 56. Samaritani credentes in Christum non visis signis, figura Gentium. III, 1525.

Samen apud Punicos cœli appellantur. III, 797.

Samia sybilla quo tempore fuit. VII, 582.

Samnites Romanorum exercitum in Caudinis furculis opprimunt. VII, 97.

Samos insula Junoni dilecta. VII, 185.

Samothraces dii. VII, 218.

Sampsæi hæretici. VIII, 31. Sampsæos Ebionæis copulat Epiphanius. VIII, 27.

Samson interpretatur sol ipsorum. IV, 1041. Samson, ejusque historia allegorice. V, 1639. Samson suffocans leonem, typus veritatis, quæ persecutionem sustinuit, et vicit. IV, 1126. Samsonis mors exponitur. VI, 702. Samson quo pacto ab homicidii crimine excusatur. VII, 35, 39. Samson divini Spiritus instinctu se cum hostibus occidit. IX, 731. Samson Hebræorum judex, Hercules putatus. VII, 376. Samson figura erat Christi. IV, 1041.

Samsucus episcopus Turrensis. II, 134, 293.

Samsuricus fossor. IX, 515.

Samuel. IV, 1343. Samuel inter filios Core æmuli Aaron nominatur. I, 648. *Not.* (*a*). Samuel non de filiis Aaron. VII, 533. Samuel, non solum levita, sed et sacerdos fuit. I, 652. *Not.* (*a*). Samuel per pythonissam evocari quomodo potuerit. VI, 142, 162. Samuel an Saüli apparuerit. VI, 606. Samuelis forte phantasma fuit, non spiritus. VI, 142, 143, 163. Samuel etiam mortuus prophetasse dicitur. VI, 165. In Samuele figurata est mutatio veteris sacerdotii. VII, 532, 533.

Sanaem. II, 82.

Sanare. Homo idoneus ad se vulnerandum, non ad sanandum. V, 138. Sanandi sumus a vitiis per medicum Christum. V, 493.

Sanctificari, pro, sanctum haberi. III, 521, 527. Sanctificatum dicitur quod ex voto et devotione offertur. III, 713. Sanctificatio et vacatio septimæ diei. V, 1242. Sanctificationes veteris Testamenti, umbræ fuerunt veræ sanctitatis. III, 1915. Sanctificari vasa pœna eorum qui peccaverunt, quo sensu dicitur. III, 731. Sanctificatus est Deus in ministris templi, etiam vindicando. III, 689. Sanctificatio Jeremiæ potest non inconvenienter secundum prædestinationem intelligi. II, 848. Sanctificatio nominis Dei est, qua nos efficimur sancti. V, 394. Sanctificantur aliter sancti, aliter nomen Dei. X, 228. Cum in oratione Dominica Deo patri dicimus, *sanctificetur nomen tuum*, quid petimus. X, 922. Sanctificari in veritate, est sanctificari in Christo. III, 1915. Sanctificationis in Christo potestas. IV, 1728 Sanctificationis aliquo modo donari possint, necne, nondum nati ; ea non donantur quia efficimur templa Dei. II, 846. Sanctificatio catechumenorum per signum Christi et orationem impositionis manus. X, 176. Sanctificatio quam confert baptismus, an sit perfecta in hac vita. X, 845. Sanctificatio in quo consistat. VI, 80.

Sanctificationis modi multi. V, 1346. Sanctificatio multiplex. X, 176. Sanctificatio carnis et spiritus. V, 268 Sanctificatio ex gratia, non ex operibus. II, 847. Sanctificatio nulla vera nisi a Spiritu sancto. V, 72. Sanctificatio in timore Dei perficitur. V, 269. Sanctificat Dominus invisibili gratia, minister visibilibus sacramentis. III, 712. Sanctificatio invisibilis non pendet a visibilibus sacramentis. III, 712. Sine sanctificatione invisibilis gratiæ, visibilia sacramenta nihil prosunt. III, 712. Sanctificat interdum Deus etiam sine ministro et sacramento, per semetipsum. IX, 76. Sanctificat et per malos. IX, 189. Sanctificationem a sacerdotibus suis non arbitrantur accipere Pagani, sed a diis. IX, 250. Sanctificare se ipsum quatenus homo potest. X, 515. Quatenus conjuges a se invicem, aut filii eorum per eos sanctificantur. X, 198. Sanctificatio nostra plena. V, 1170. Sanctificatio et sanctitas perfecta in altera vita. VI, 80.

Sanctimoniales. V, 574, 1064. Dictæ a sanctitate. VI, 428. Earum institutum. I, 1339. Earum in Ecclesia multitudo. I, 1339. Sanctimonialium communis vita laudatur. IV, 1038. Sanctimonialium vita communis excellentior. VI, 423. Sanctimonialibus omnia sint communia præcipit Augustinus : victus et vestimentum non æqualiter distribuantur, non quærant in monasterio quæ non habebant in sæculo ; tribuant tamen etiam iis quæ in sæculo pauperes erant, quod opus est ; superbiam caveant, orationi vacent ; psalmis et hymnis cum Deum orant, hoc versetur in corde, quod profertur in voce ; carnem doment jejuniis et abstinentia escæ et potus ; extra horam prandii quæ non potest jejunare aliquid alimentorum non sumat, nisi cum ægrotat ; lectionem ad mensam audiant. II, 960. *Vide* Moniales. Sanctimoniali peccatum est uti veste nuptarum. VIII, 237. Sanctimonialium virginitas non ideo detestanda, quia Vestæ virgines fuerunt. VIII, 386. Sanctimonialis nubens, æterno igne est damnanda. V, 800. Nonnullæ Sanctimoniales in urbe Roma hæresi Joviniani infectæ nupserunt. I, 639. Sanctimonialis a barbaris capta, et cum honore parentibus reddita. II, 426. Ab indisciplinato Sanctimonialium accessu prohibitus subdiaconus : et non obediens, a clericatu removetur. II, 134. Sanctimoniales Donatistarum IX, 62. Sanctimonialies defunctæ ad altaris sacramenta suo loco recitantur. VI, 423. Sanctimonium. IV, 1280 ; V, 1004.

Sanctitas a sanciendo dicitur. VI, 192. Sanctitati divinæ servitute perfecta non potest contemperari humana fragilitas. III, 790. Sanctitatis titulo Augustinus salutat et Renatum monachum et Petrum presbyterum. X, 495. Sanctitatis causa tria servanda, pudicitia corporis, castitas animi, et veritas doctrinæ. VI, 514. Sanctitatis propositum simulare. V, 1572. Sanctitas corporis in quo sita. VII, 31, 32,

Sancta sanctorum, sanctum sancti, et sancta an idem significent. III, 656. Sanctum (Templi pars) figura veteris Testamenti, sancta sanctorum novi figura. III, 655. In sanctum sanctorum intrabat sacerdos quotidie cum incenso, semel in anno cum sanguine. III, 642.

Sanctum. Ut intelligatur dictum Domini, ne detur sanctum canibus. VI, 470. *Sanctum est quod nos damus*, Donatistarum effatum erat. IV, 1696. *Sanctum est quod volumus*, vetus proverbium. IX, 572. Quod sanctum et verum est, semper agnoscendum est. IX, 747. Sancta obesse possunt. III, 1432.

Sancti veteres, novi Testamenti filii. X, 595. Sancti veteris Testamenti unde a peccatis liberati. X, 555, 556. Per Christum liberati. X, 556. Sancti omnes, etiam veteris Testamenti, gratia Christi sunt liberati. X, 1107. Sancti antiqui in Christum passurum crediderunt. I, 808. Sancti antiqui in inferis usque ad redemptionem Christi. VII, 681. Ille juste et sancte vivit, qui rerum integer æstimator est. III, 29. Sancti Dei ii sunt, qui non diligunt mundum. IV, 254. Quidam sanctorum soli Deo docibiles. IV, 1486. Sancti et fideles in hac vita similes sunt arboribus hyemali tempore spoliatis. IV, 389. Sancti omnes in Domino laudandi sunt, non in se ipsis; nec fuerunt sine peccato. X, 607, 611. Sanctorum vita sine crimine esse potest, non sine peccato. VI, 262. Non propter arrogantiam vitandam, sed propter veritatem faciendam, peccatum habere se dicunt. IV, 1505. Quanto quisque est sanctior, tanto est ejus in orando fletus uberior. VII, 685. Quomodo in sanctis nulla hic damnatio. V, 841. Sancti non carent in hac vita concupiscentiæ motibus. III, 2061, 2062. *Retr.* Rixæ etiam inter sanctos, sed quæ non perimunt caritatem. IV, 318. Sancti hic non faciunt quæ volunt. V, 748. Sancti ubicumque sunt, cum Deo sunt. V, 1566. Sancti unitate gaudent, et in Christo unum sunt. VIII, 217. Sancti omnes inter se per eamdem gratiam fratres sunt. VIII, 425. Sancti ex malorum perversitate proficiunt, probantur, manifestantur. II, 1084. Nihil perit sanctis in amissione rerum temporalium. VII, 23. Facies terræ innovatur per novi Testamenti gratiam numerositate sanctorum. III, 414. Sanctorum mors pretiosa. VII, 381. Sancti cum quibuslibet virtutibus haud dubie miseri essent, si semper essent in doloribus. II, 675. Sancti omnes ad Ecclesiam pertinent. V, 58. Sanctorum constantia pro Ecclesia. III, 128.

Sancti recte cœlum appellantur. VII, 698. Sancti et spiritales ore, carnales ventre significantur. IV, 492. Sancti, dentes Ecclesiæ. III, 58. Ligna imputrida. III, 1454. Sunt templum Dei, domus Dei, regnum Dei. III, 1814; VIII, 675. Eorum corda sunt thuribula Dei. I, 781. Sancti et fideles dicuntur organa musica. IV, 1964. Dicuntur flumina. IV, 1257. Cœlestibus luminaribus comparantur. IV, 1195, 1194. Sancti, lumina illuminata. III, 1670, 1671. Sancti et spiritales sole, carnales luna significantur. IV, 941. Sancti et fideles sunt currus Dei. IV, 828.

Sanctorum exempla omni hominum generi proposita. VI, 699. Sanctorum exempla qui affectus naturales spreverunt. VI, 702. Non inde beati homines, si justis et sanctis carnis propinquitate junguntur, sed si eorum doctrinæ ac moribus obediendo atque imitando cohærescunt. VI, 598. Quod a sanctis ex inspiratione peculiari contra legem factum est, non licet imitari. VII, 59. Quid sentiendum de his, quæ cum fieri non liceant, a sanctis facta noscuntur. VII, 59. Sanctorum odor, quomodo ampullæ unguentorum, quo magis frangebantur, eo amplius diffundebatur. V, 1250.

Sanctorum merces non in hoc mundo. VII, 160. Sancti an sint in beatitudinis possessione, magna quæstio est. I, 606. Sancti nunc regnant cum Christo, et sunt ejus regnum. VII, 675. Verissime dicimus Petrum in requie cum Christo gaudere. V, 1069. Deum habere, atque ipsius esse, summum Sanctis atque totum bonum. VII, 526. Sancti in cœlo diversa gloria fulgent. III, 1812. Sanctis splendor dispar, cœlum commune. V, 756. Sancti habebunt in cœlo differentias suas consonantes, non dissonantes. IV, 1964. Sancti, vivunt in sinu Abrahæ nostri memores. I, 765. Non transeunt interpellationes Sanctorum, nisi cum transierit gemitus noster. IV, 1099. Sanctorum orationibus adjuvamur. VIII, 602. Sancti ejus nomine nunc impetrant beneficia, per quem impetrabant antequam carnem deponerent. V, 1442. Sancti et Angeli non permittunt spem in se collocari. III, 32, 33. Si in ipsis spem tuam posueris, contristantur. V, 280. *Vide* Martyres. Sancti non amant suos electores, si suorum sociorum invenerint desertores. VIII, 217. Sanctorum intercessiones in novissimo judicio. VII, 732

Sancti honorandi sunt, non adorandi. III, 169. Sanctorum cultus. VIII, 602. Multa de cultu divino usurpata ad colendos Sanctos. VII, 281. Sancti homines similes Angelis, nolunt se ab homine pro Deo coli et adorari. IV, 1245. Sanctorum memoriæ. I, 719. Sanctorum tumuli. *Vide* Memoria. Sanctorum paucitas in comparatione ponitur multitudinis peccatorum. VIII, 601. Sanctorum numerus universus per centum quinquaginta tres pisces significatus. IV, 571.

Sancus sive Sanctus Sabinorum rex in deos relatus. VII, 576.

Sanguis dictus est anima. III, 703, 711. Et merces mercenarii. III, 704. Viri sanguinum sunt, qui oderunt fratres. IV, 1801. Sanguis dicitur iniquitas quæ fit per sanguinem. IV, 597.

Sanguis Christi propitiatio et sacrificium est pro nobis oblatum. IV, 1697. Pro servis, pretium est; pro sponsa, pignus. IV, 1170, 1654. Sanguinem cur Christus toto corpore sudavit. IV, 1206. Sanguine Christi rigamur. VI, 688. Dealbamur et decoramur. VI, 689. Sanguinem pretiosissimum unigeniti sui Deus nobis quotidie fundit. V, 1078. Sanguis Christi quomodo accipiendus. VI, 689. Sanguinem Christi accipientes respondent, Amen. VI, 689. Sanguinem Christianorum pretiosum fecit Christus. III, 1733.

Sanitas est nihil sentire, scilicet molestum et onerosum. V, 1260, 1262. Sanitatis bonum. V, 1260. Pretium. V, 1402. Valetudo non contemnenda propter necessarios usus vitæ. II, 497. Sanitas corporis, patrimonium pauperis. IV, 610, 971; V, 249, 1402. Sanitas ubi est, quid deest pauperi; ubi non est, quidquid habet quid prodest diviti? V, 1187. Sanitas nonnisi paulatim recipitur. V, 1270. Sanitas hujus vitæ non vera sanitas. IV, 398. Longa est ægritudo. V, 488. Sanitas vaporea. V, 495. Sanitas unius diei melior est quam multorum dierum imbecillitas. I, 1166. Nemo insanabilior est eo, qui sibi sanus videtur. IV, 711. Sanitatis recipiendæ potestatem non habet homo, ut habet amittendæ. V, 1269. Sanitas a Deo est. V, 1187. Sanitas multis obest. III, 1443. Multi sanantur sibi, non ei a quo sanantur. IV, 1253. Sanitas membrorum in unitate et caritate. V, 754. Sanitas corporis est concordia eorum quibus constat. V, 1259.

Sanitas vera, est immortalitas. IV, 402; V, 489, 1189; VII, 690. Sanitas totius hominis perfecta, post transactam mortalitatem. IV, 1902. Hanc Deus præstabit contritis corde. IV, 1902. Sanus nullo modo est animus, qui non temporalibus æterna præponit. II, 499. Sanandi ordinem cœlestis medicus non ab ægroto accipit, sed a se ipso. X, 262.

Sapere. Aliter sapere quam res se habet, humana tentatio est: nimis autem amando suam sententiam usque ad schisma pervenire, diabolica præsumptio est. IX, 150.

Saphrus quartus decimus rex Assyriorum. VII, 565.

Sapida tunicam misit Augustino, quam fratri texuerat. II, 1082. Hanc consolatur Augustinus super fratris obitu. II, 1082.

Sapientia proprie in Deo est. III, 242. Omnia, in quantum sunt, per ipsam Dei sapientiam sunt. III, 243. In Dei sapientia omnia sunt. III, 1275. Et erant antequam fierent. III, 551. Sapientia divina, lex universitatis. VI, 90. Sapientia est infinita non per spatio locorum, sed per potentiam. II, 445. Ab illa fit omnium rerum descriptio et modus. II, 445. Sapientiæ divinæ velocitas est, qua fit ut ubique sempersit, et nusquam inclusa. IV, 1951. Sapientia Dei non potest comprehendi. VIII, 1066. Sapientiæ secreta turbant eos qui perverso sunt corde, exercent eos qui recto sunt corde. III, 1556. Dei filium nihil aliud esse quam Dei sapientiam. I, 975. Idque credendum tradebatur in fidei professione. I, 1262. Sapientia Dei, hominum pariter atque Angelorum panis est. IV, 1742. Sola creatura rationalis capax est sapientiæ. III, 245.

Sapientia quid sit. IV, 1759, 1760; VIII, 1037. Sapientia definitur rerum divinarum humanarumque scientia. I, 914. Definitio discutitur. I, 914. Sapientia secundum Manichæos est ipsa lux quæ per oculos trahitur. VIII, 316. Sapientiæ, diversæ notiones. I, 1253. Sapientia est modus animi. I, 975. Est plenitudo. I, 975. Sapientia et numerus idem. I, 1257. Unde ergo tam cara sapientia, et tam vilis numerus. I, 1257. Sapientia lux est quædam ineffabilis et incomprehensibilis mentium. I, 881. Lumen spiritale et incommutabile. VIII, 959. Sapientia est luminare majus firmamenti. I, 854. Quomodo per sapientiam fiat cognitio intellectualis rerum æternarum. VIII, 1010. Sapientia ad intellectum æternorum pertinet. VI, 140. Sapientia est ipsa veritas. I, 916. In qua cernitur et tenetur summum bonum. I, 1254. Sapientia est optimum in anima. I, 880. Est vita animæ. VIII, 615, 617. Est recta via vitæ. I, 915. Sapientia perfecta est creaturam Creatori pie subdere, discernere Conditorem a conditione. V, 1177. Sapientia est caritas Dei. II, 557. Sapientia amor est sine zelo. IV, 310. Sapientiæ amor purgat ab avaritiæ sordibus. VII, 204. Sapientiam Dei in quantum spiritaliter intelligimus, in tantum carnalibus affectibus morimur. VIII, 864. Sapientia est verus veri Dei cultus in præsenti sæculo. II, 668. Verus ac præcipuus cultus Dei. VIII, 886, 887, 1048. Sapientia hominis, pietas. VI, 251.

Pietas qua recte colitur verus Deus. VII, 436. Sapientia quæ pietas vocatur, qua Deus colitur, quænam. X, 214. Sapientia, pietatis fructus. III, 441. Nullius rei in animis nostris apertiorem notitiam natura esse voluit, quam sapientiæ. I, 913. Illam habet quisquis beatus est. I, 975. Sapientia vera intentionem suam in æternam beatitudinem dirigit. VII, 648. Sapientia perfecta in beatitudine. VIII, 1056.

Sapientia, pinguedo animæ. IV, 756. Sapientia, immortalium deliciarum mater. IV, 1466. Qualis est sapientiæ species. IV, 1908. Sapientia hominis quomodo etiam Dei est. VIII, 1048. Sapientia Dei in animas sanctas se transfert, amicos Dei et Prophetas constituit. VII, 319. Sapientia Patriarcharum et Prophetarum longe omnium antiquissima. VII, 599. Nulla est vera sapientia sine vera religione. VII, 51. Sapientiæ immortalis visio aliter sine tempore, aliter temporaliter dispensatur. V, 1177. Sapientia hominis non potest comprehendi. VIII, 1066. Sapientiæ spiritus quomodo multiplex. VII, 327. Falluntur Stoici, dum dicunt hominem non habere sapientiam nisi in ea perfectus sit. II, 738. Sapientiam incommutabilem commutabili præponendam esse nemo non videt. III, 22. In ipsa incommutabili sapientia, omnia bona præcepta audiuntur vel videntur. III, 392.

Sapientia an distinguatur a scientia. IV, 1759, 1760. Unde ab hac differt. VI, 140. Inter utramque quid interest. VIII, 1069. Sapientiæ et scientiæ officia ex scripturis discernenda. VIII, 1013. Sapientiæ omnis disciplina in quo consistat. VI, 96. Quidquid propter adipiscendam sapientiam quæritur, aut de moribus, aut de natura, aut de ratione quæstionem habet. II, 441. Sapientia æterna non cessat loqui creaturæ intellectuali, ut convertatur ad id ex quo est. III, 249, 250. Sapientiæ sol ubique lucet, sed a stultis non videtur. X, 130. Sapientia ipsa studiosis sui sese ostendit. I, 1263. Ad sincerissimæ sapientiæ cognitionem pauci spiritales in hac vita perveniunt. VIII, 175. A sapientia quidam alieni. I, 913. Sapientiam habent omnes artificem, lucem non omnes habent. IV, 1378. Sapientia cum ubique sit, longe tamen est a malis. IV, 1908. Invenitur media quædam affectio inter stultitiam et sapientiam. I, 607, 1505, 1507. Ex infantia per vanitatem puerilem, per mediam insipientiam, ad sapientiam transit parvulus. X, 795, 821. Sapientiam perverse quærunt, qui ad vanam gloriam quærunt. IV, 1585, 1586. Sapientiam quidam non inveniunt, quia oderunt eam. IV, 1585. Sapientiam mali quærunt sermonibus, oderunt moribus. IV, 1374. Non alia ad sapientiæ conjunctionem via præter Christum. I, 590.

Sapientia divina cum ipsa sit patria, viam se quoque nobis fecit ad patriam. III, 23. Quomodo sapientia Dei ad nos venit. III, 23. Sapientia incarnata purgandi animi exemplum. III, 23. Sapientia Dei ad nos venit, ut mente pueri esse desinamus. III, 260. Sapientia hominem curavit de quibusdam contrariis, et de quibusdam similibus. III, 24. Infirmata est per incarnationem Dei sapientia, ut nos sub alis protegeret, sicut gallina pullos. IV, 1161. Sapientiam suam ut lac nobis faceret Deus, carnem induit. IV, 235, 1742. Quibus gradibus perveniatur ad sapientiam. I, 881. Gradus septem ad sapientiam. III, 39.

Sapientia non invenitur, nisi totis animi viribus concupiscatur. I, 1324. Nec amicorum præsentia, nec vita propter se ipsas expetendæ sunt, sed propter sapientiam. I, 880. Animum mortalibus inhærentem sapientiæ portus non recipit. I, 905. Sapientiam quam amore spiritali adeptus erat Salomon, amore carnali amisit. III, 77, 78. Nemo antequam habeat humilitatem obedientiæ, velit ad altitudinem sapientiæ pervenire. IV, 1566. Ut via sapientiæ inveniatur, mundo et simplici oculo opus est. III, 1308. Sapientia non invenit locum, ubi non est patientia. V, 825. Sapientiæ amatores, plurimos, qui eam secum quærant, expetunt. I, 881. Sapientiæ thesauros non abscondit Christus ut neget, sed ut absconditis excitet desiderium. V, 336. Sapientia naturæ non negatur, sed negligentiæ. IV, 1368. Sapientia quibusnam petentibus detur. X, 255. De sapientiæ thesauro mendicabunda prece quotidianam stipem rogat August. II, 1076.

Sapientia unde in hominibus. X, 485. Sapientia quæ desursum est, ad gratiam pertinet, non ad liberum arbitrium. X, 255. Sapientia donum Dei. VI, 421. Magnum ejus munus. VI, 444. Finis omnium donorum. III, 40. Cur in Scripturis numquam fere de sapientia quidquam dicitur, nisi ut ostendatur a Deo facta vel creata. VIII, 937, 938. Sapientiæ quomodo initium timor Domini. V, 1524. Sapientiæ studium in actione et contemplatione versatur. VII, 228. Sapientiæ inventio præponenda est thesauris. I, 751. Compediti corde in sapientia quinam intelligantur. IV, 1146. Sapientiæ vincula. II, 103.

Sapientia, auri nomine significata. V, 331. Sapientiæ sacramentum, lignum vitæ. III, 376, 447, 451. Sapientia panis hominis justi. IV, 390. Sapientia sol nuncupatur. IV, 1760. Sapientia in Scripturis aliquando pro astutia. V, 286. Sæpe pro sapientia hujus mundi. II, 642. Sapientia mundi, Deo stultitia. V, 1132. Sapientiam quam sibi sapientes arrogant, non quam eis donavit, perdit Christus. VII, 307. Sapientia cœlestis civilem auctoritate et virtute superat. VII, 600. Sapientia in artibus dicitur, quo sensu. III, 515. Sapientia a Cicerone commendata. VIII, 1056.

Sapientiæ libri auctor. I, 631. Quisnam sit, non apparet. III, 946, 947. Incerta opinione Sirach vel Philo esse creditur. X, 1420. Sapientiæ librum Judæi non recipiunt in auctoritatem canonicam. I, 637; II, 199. Rejiciunt Massilienses. X, 935, *n.* 4, 979. Sapientiæ liber auctoritatem Scripturæ canonicæ habet. X, 980, 981. Libri Sapientiæ auctoritate usi sunt magni et docti viri, qui longe ante August. divina eloquia tractaverunt. X, 1019, 1020.

Sapiens quis dicendus. I, 1231; III, 61, 62; VIII, 84. Sapiens, imitator cognitor et amator Dei dicitur a Platone. VII, 229. Sapientis partes. I, 917. Constantia. I, 1002, 1020. Sapientis a studioso discrimen. I, 936. Et a stulto. I, 1231. Sapiens contra Academicos perfectus esse debet: perfectus autem non est, qui adhuc verum quærit. I, 917. Sapiens non vocabulorum opifex, sed rerum inquisitor esse debet. I, 932. Sapiens non nihil scit, qui saltem scit sapientiam. I, 935. Sapienti certa est sapientia: assentiturque ei rei, quam si non percepisset, sapiens non esset. I, 951. In eo solo vera scientia. I, 915. Sapientes certiores sunt in iis quæ præter speciem ac similitudinem corporis intelligunt. III, 484. Sapiens in cognitione solam amat veritatem, in actione pacem, in corpore sanitatem. III, 167. Sapiens se ipsum intelligit. I, 996.

Sapiens est qui juste prudenter et vivit. I, 1256. Qui regno mentis, omni libidinis subjugatione pacatus est. I, 1231. Ab animo sapientis non omnem perturbationem excludebant Stoici. III, 556. Sapientes verissimi, quos solos fas est beatos vocari, fortunæ bona nec timeri voluerunt, nec cupi. II, 66. Sapiens nullo indiget. I, 992. Sapiens solus non peccat. VIII, 85. Sapiens est, qui se non esse crediderit. X, 510. Sapiens prudentiæ studia nullis terminis neque fine conclusit. II, 512. Sapiens semper Deo infixus est, sive tacitus, sive loquens. I, 997. Sapiens Deo mente conjunctus est. VIII, 88. Quomodo homines fiunt sapientes. VIII, 937. Homines non a se ipsis, sed a Deo sapientes sunt. II, 669. Sapientiæ Dei participatione fit sapiens, quæcumque anima fit vere sapiens. III, 1058, 1069; VII, 326. Homo interior, cum veraciter fit sapiens, nonnisi ab illo illuminatur, qui est lumen verum. X, 130. Unde sicut omnes beati, sic et sapientes esse volunt. I, 1254. Sapientis solius æstimanda auctoritas. I, 908. Sapientibus obtemperare tutissimum. VIII, 84. Sapiens non quæritur, nisi esse credatur. VIII, 85. Sapiens proprie, nonnisi in bonam partem laudabiliter appellatur in lingua latina. III, 431. In Scriptura tamen, sapiens, aliquando in malam partem sumitur. III, 431. Sapientes et prudentes, quibus abscondita sunt mysteria. V, 436.

Sapientes septem. VII, 581. Quo tempore fuerunt. VII, 582. Unde sic appellati sunt. VII, 582. Sapientes septem nihil, quod ad litteras attinet, posteris reliquerunt. VII, 582. E septem Sapientibus solus Thales Milesius disputationes suas litteris mandavit. VII, 225.

Σαπρόφιλοι Græcis qui. I, 1185.

Saræ cur nomen mutatum, et utriusque nominis interpretatio. VII, 507. Sara sterilis. III, 2133. Saræ sterilitas quid significat. VII, 440. Saræ sterilitatis causa multiplex. VII, 507. Causæ duæ propter quas Sara parere non poterat. X, 715. Sara usa est jure suo in utero Agar. VII, 439. Abraham propagandæ prolis operam ad Agar ancillæ fecunditatem ab uxoris Saræ sterilitate transtulerat III, 2133. Saræ fecunditas donum Dei. VII, 508. Emortuam vulvam Saræ ad emissionem seminis Deus vivificavit. X, 720. Saræ conjugium ei carni Christi propagandæ famulatum est, cui virginitas Mariæ. VIII, 598. Sara sterilis, facta gemuit, cum pareret. IV, 1295. Sara quomodo Abrahæ soror. VIII, 422. Saræ Abimelech non est commixtus. VI, 165. Saræ pudicitia in Ægypto custodita. VII, 498. Saram non fuisse pollutam concubitu regis Ægypti, mens Hieronymi. III, 555. Sara Agar affligebat, non crudeli odio, sed salubri correptione. II, 325. Magis Agar persequebatur Saram superbiendo, quam illam Sara coercendo. II, 797. Sara et Agar duo Testamenta adumbrant. I, 619. Sara figura Ecclesiæ. IV, 1475; VIII, 424, 425.

Sarabellæ quid significent. I, 1214. *Not.* 1.

Sarraceni olim Æthiopes et Madianitæ appellati sunt. III, 727.

Sarcinam Christus non levem diceret, nisi cum portante portaret. V, 1485. Sarcina Christi levis est amantibus. V, 1507. Sarcina Christi pennæ sunt. V, 250, 898. Pennas habet. IV, 719. Sarcinam suam unusquisque portat. IX, 57. Cupiditatum sarcinæ. V, 896. Secundum cupiditates quis-

que sarcinam suam portat, bonus bonam, malus malam. V, 899.
Sarcophagi pretiosi. V, 611.
Sardanapalus Assyriorum Rex voluptatibus deditus. VII, 66. Sardanapali epitaphium. VII, 66. *Not.* (*a*).
Sardicense concilium. IX, 516. Arianorum fuit IX, 576. Episcopi qui illi interfuerunt sine civitatum nominibus nominantur. IX, 576. *Vide* Concilium. Sardicense concilium esse communionis Donati obtrudit Donatista. II, 204. Quæ hujus Concilii acta. II, 204.
Sarmadaci. *Vide supra* Samardaci.
Sarpedon Xanti filius ex Europa. VII, 569.
Sat, est modus inter nimium et parum. IV, 1509.
Satanæ transfigurantis se in angelum lucis artes quando perniciosæ, quando non. VI, 260. Satanæ artes nullus hominum valet evadere, nisi regat ac tueatur Deus. VI, 260. Satanas an possit per Satanam excludi. VI, 91. Satanæ opus opere Satanæ aliquando excluditur. X, 263. Satanæ ipsius in Scripturis sacris reperiuntur utilitates. X, 1403. Satanæ triumphus est dissensio Christianorum. V, 1053. *Vide* Diabolus. Satanam cur Christus vocavit Petrum. IV, 1670.
Sataniani hæretici. VIII, 41.
Satiari nos solo Deo posse. V, 865. Cur non satiamur modo, et quando satiabimur. IV, 1523. Satiare animam quid possit. IV, 1324.
Satietas æterna quæ. III, 1603.
Satisfactio pro commissis cum vitæ mutatione. V, 1548.
Satius a Sicilibba. IX, 227.
Satrapæ nomen honoris. III, 799.
Satrapiæ quasi parva regna. III, 799.
Saturitas pauperum qualis. IV, 1726.
Saturnia urbs. VII, 198.
Saturninus hæreticus, a quo Saturniniani. VIII, 26.
Saturninus episcopus Maximianista. IV, 376.
Saturninus episcopus Uzalensis. VII, 762.
Saturninus a Victoriana. IX, 231.
Saturninus ab Abitinis. IX, 234.
Saturninus episcopus Donatista. IX, 528, 535.
Saturninus a Tucca. IX, 231.
Saturninus presbyter ad unitatem Christi conversus. II, 583.
Saturninus ad quem scribit Cyprianus. IX, 192.
Saturninus excurator. II, 384.
Saturninus tribunus plebis. VII, 106.
Saturninus fossor. IX, 513.
Saturninus senex. II, 94.
Saturninus excurator Aptugnitanæ civitatis. IX, 540.
Saturninus episcopus. II, 759, 781.
Saturnus. IX, 262. Saturnus φαίνων Græce dicitur, III, 256. Saturnus a satione dicitur. VII, 203. Saturnus latine sic dictus, quasi saturetur annis. III, 1057. Secundum recentiores Platonicos velut a satietate intellectus sic Saturnus appellatur. III, 1057. Græce Χρόνος vocatur. III, 1057. Quare falcem tenet. III, 1057. Et simulacrum ejus cooperto capite fingitur. III, 1057. Saturnus temporis longitudo est. VII, 120. Saturnus ante filium Picum in Italia regnasse creditur. VII, 572. Saturnus ipse est Jupiter. VII, 205. Saturnus cur patrem castrasse dicitur. VII, 209. Et filios devorasse. VII, 186. Saturno suppositus lapis, quem pro filio devoraret. VII, 202. Saturni fabulæ interpretatio. VII, 208. Saturnum Jovis arma fugisse ex vetusta historia acceptum est. II, 84. Saturno hostiæ humanæ oblatæ. VII, 209. Saturnum quibus rationibus probarunt esse colendum. VII, 209. Saturni stella. VII, 206. Saturnum inter sidera maleficum deum constituerunt Mathematici. III, 1058. Saturnus triginta annis circulum signiferum peragit. III, 232, 266. Saturni annus est triginta annorum. III, 256. Quare Saturnus est frigidissimus. III, 266. Saturnus tardus est, quia vicinior aquis frigidis, quæ supra cœlum sunt. III, 252. Saturnus Hebræorum Deus putatus, quare. III, 1055. Saturno dicatos fuisse patres nostros propter sabbatum quidam putant. VIII, 379.
Saül interpretatur petitio, seu appetitio. IV, 148, 600. Saül primus rex Israelitarum quot annos regnavit. VII, 577. Spiritus Dei in Saüle bonus et malus, quomodo. VI, 134. Saül quomodo malo spiritu invadente prælocabatur, qui prius spiritum prophetiæ acceperat. VI, 131. Quomodo spiritus malignus, quo vexabatur, dictus est spiritus Domini. VI, 131. Saül persequens Davidem spiritu prophetico et bono correptus. VI, 134, 135. Saül malus cum esset, prophetavit. IV, 1343. Saülem quantum honoravit David propter sacro-sanctam unctionem. IX, 298. Cur David tanto tempore veneratus est unctionem in Saüle. VII, 536. Saülis regnum umbra futuri regni in æternitate mansuri. VII, 536. Saül figura erat regni temporalis. IV, 600, 619. Saül figura erat populi Judæorum. IV, 663; VII, 538. In Saüle Saulus præfigurabatur. V, 948. Saül rex pessimus. V, 1278. Saülis scelerati mores. II, 171.
Sauli nomen ex Saül. IV, 916; V, 917, 948, 1429. Sauli et Pauli quæ diversitas. III, 2037. Omnium manibus Stephanum lapidabat. V, 1429. Sauli sævientis conversione gratiam grat itam probati. V, 913. Sauli conversio forte debetur orationi Stephani. V, 806. Saulus factus compunctus corde, talia cœpit pati, qualia faciebat compunctis corde. IV, 1441. *Vide* Paulus. In Saulo Ecclesiæ persecutore, tamquam desperato ægroto, medicus Christus ostendit magnitudinem artis suæ. IV, 1708.
Scævola pontifex. VII, 135.
Scandalistæ. VI, 639.
Scandalum et pressura. V, 499. Scandalum ab oculo, a manu, et a pede. V, 501. Scandala ex hæreticis de duobus timenda. IV, 1615. Scandalum de felicitate malorum. V, 236. *Vide* Felicitas. Scandalorum causæ secretæ et abditæ. III, 875. Scandalum fratri peccatum est in Christum. V, 418. Qui scandalizantur in Christo, tamquam a sole uruntur; qui in Ecclesia, tamquam a luna. III, 1986. Qui scandala non dolent, non est in eis caritas Christi; qui autem etiam de talibus gaudent, abundat in eis malignitas diaboli. II, 283. Scandala ne in notitiam plebis perferantur, præcavere conatur Augustinus. II, 285, 286. Scandala, unitatis amore toleranda. VIII, 262. Quo plus quis proficit, eo majora videt scandala. IV, 1601. Scandalum interdum debet avocare ab operibus bonis, sed non semper. II, 1079. Contra scandala quomodo munimur. V, 499. Inter scandala unum est remedium, ut non male sentias de fratre tuo. IV, 243.
Scapus Priapi. VII, 215.
Scarabæi de fimo exsistunt. I, 1372. In Lege immundi erant. I, 636.
Scenopegia festum tabernaculorum. III, 1633, 1626, 1642. Solemnitas de fabricatione templorum. V, 737. Scenopegia quomodo spiritaliter jam intelligenda. VIII, 237. Scenopegiæ festum, mysterium Christi. III, 1636. Scenopegiæ festum hodieque celebrant Judæi. V, 737.
Scenici actores in reipublicæ administrationem apud Græcos recepti. VII, 55, 56. Scenici apud Romanos infames. VII, 76, 78. Scenici non consentanee notantur apud Romanos, apud quos coluntur dii, qui ludis scenicis gaudent. VII, 58.
Schemata. VIII, 417. Schemata usitatius dicuntur quam figuræ. VIII, 1068.
Schisma quid sit secundum Faustum. VIII, 369. Schismata, scissuræ. V, 1165, 1244. Schisma, recens congregationis ex aliqua sententiarum diversitate dissensio. IX, 471. Schisma in discessione, hæresis in sacrilego dogmate cernitur. IX, 747. Schismatis nulla causa licita. IX, 517. Præcidendæ unitatis nulla est justa necessitas. IX, 69. Nulla est causa corporalis separationis bonorum a malis. IX, 59. Separatio cordis non corporis præcipitur. IX, 79, 80. A catholicis Episcopis, sicubi forte falluntur, ut contra canonicas Dei Scripturas aliquid sentiant, non recedendum. IX, 410. Israelis secessio a regno Juda non schismatica fuit. IX, 417. Adversus hypocrisim sic certandum, ut caveatur periculum schismatis. V, 94. Schismata, stercora Ecclesiæ. V, 53. Schismata, sarmenta præcisa. V, 53, 55. Quid ex vana et temeraria separatione sequitur. IX, 103. Ubi caritas non est, non potest esse justitia. III, 1236. Caritas unitatem scindi dolet. III, 1992. Posset eos, qui schismata fecerunt, area dominica usque ad tempus ultimæ ventilationis, velut paleas sustinere; nisi sese a nobis ultro separassent. III, 127. Neminem se a communione omnium gentium recte separare unde certi sumus. II, 334.
Schisma veteri Testamento crimen gravius et combustione libri prophetici, et fabricatione idoli. II, 192. Vulnus gravius idololatria vel infidelitate. IX, 115. Schismatis crimen longe sceleratius quam traditionis. IX, 349. Quam homicidium. IX, 581. Schisma sacrilegium immanissimum. IX, 333. Schismatis sacrilegio nihil gravius. IX, 69, 132. Schisma vulnus et mors. IX, 137, 138. Schisma vel hæresis mors tetrior quam mors corporis. IX, 43. Schisma omnia scelera superat. IX, 38. Schisma an peccatum in Spiritum sanctum. IX, 554. Schismata Deus odit. II, 172. Schisma quanti divino judicio pendatur, denotat Dathan et Abiron supplicium. II, 298. Schismata a sola ipsa vera unitate justissime puniuntur. IX, 55.
Schismata unde nascantur. III, 1984. Schismatum origo, odium fratris. IX, 118. Schismata ex ipso animali sensu generantur. IX, 122. Schismata omnia per carnales fiunt. V, 49. Schisma facere non potuerunt nisi aut superbiæ tumore furiosi, aut invidentiæ livore vesani, aut sæculari commoditate corrupti, aut carnali timore perversi. IX, 104. Schisma hæresim Donatistæ male perseverando fecerunt. II, 298. Schismatis tantum crimen objiciebat August Donatistis. II, 298. Communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum.

II, 579. Id dederunt Donatistæ in coll. Carth. II, 405, 409. Hæreses et schismata significantur per filios Cethuræ. III, 2133. Exhortatio ad schisma præcavendum. IX, 350.

Schismatici quid ab hæreticis distent. III, 1367. Hæretici et schismatici de matre adolescentula, et de patre sene nati sine repromissione. III, 2134. De libera nati, sed secundum carnem. III, 2133. Schismatici se solos Christianos jactant, et damnant cæteros. IX, 588. Schismatis auctores omnes eam unam causam assumunt, justos alienis peccatis maculari, quando cum eis sacramenta communicant. II, 339. Quam id falsum. II, 339. Schismatici quidam facti, dum timent maculari per consortium peccatorum. V, 41. Zizania et falsos fratres usque ad messis tempus inter frumenta tolerari necesse est. III, 1790. Schismatici in parte Christum volunt ostendere, qui emit totum. III, 1984. Amans partem divisus est; si divisus est, in corpore non est; si in corpore non est, sub capite non est. III, 2060. Schismatici crucifixoribus Christi pejores sunt. IV, 311. Schismatici inter mortuos et perditos computandi. I, 642. Qui se separaverunt ab unitate, et animas seducendo interimunt, spiritaliter, non carnaliter sanguinem fundunt. IV, 643. Schismatici, homicidæ. IX, 271. Schismate spiritalem vitam perdi. V, 1231. Schismatici ad Ecclesiam non pertinent. VI, 193. Schismatici rumpunt retia. IV, 781. Schismatici ex aliqua parte connectuntur Ecclesiæ et habent aliquid sanum. IX, 115. Sed lethali vulnere schismatis illa sana trahuntur ad mortem. IX, 115. Schismatici in quo nobiscum sentiunt, eo etiam nobiscum sunt. IX, 110. Schismatici ad populum Dei pertinent, et si non per virtutem, certe per speciem pietatis. IV, 1427. Schismatici, et si baptismum habeant, non habent spiritum sanctum. V, 462, 1235, 1236. Schismaticis caritas deest. IX, 121. Schismatici boni esse non possunt. II, 952. Separare ille debet, qui nescit errare. II, 952. Schismaticis non prosunt quidquid boni possunt operari. IX, 116. Schismatici, ne Christum neget, cruciatus tolerantis, an laudanda patientia. VI, 623. An illa patientia sit donum Dei. VI, 624. An ei prosit. VI, 624. Quisquis ab Ecclesia catholica fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disjunctus est, non habebit vitam. II, 579. Schismaticis non esse partem in hereditate Dei. V, 797. Foris ab Ecclesia constitutus, æterno supplicio punireris, etiamsi pro Christi nomine vivus incendereris. II, 756. Schismatici non assumuntur a Christo, quia unitatem assumit. IV, 779. Schismatici impugnantur. IV, 1254. Schismatici ad pacem pacifice revocandi. V, 1583. Schismatici recte coguntur ad unitatem per Imperatores. V, 205. Illos ad communionem catholicam violenter reduci olim non approbabat Augustinus, sed postea expertus quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ, mutavit sententiam. I, 641. Pœnæ in schismaticos decretæ per Legem Theodosii. IX, 48. Schismaticis ad Catholicam redeuntibus adjicienda pietas unitatis, non negandum sacramentum veritatis. IX, 605. Agere cum hæretico vel schismatico de negotio animæ licet. II, 160.

Scientia quid et quomodo in Deo. VI, 139. Scientia Dei est causa rerum, scientia vero hominum causatur a rebus. VII, 327. Scientia Dei quantum in rebus minimis elucet. II, 519. Scientia Dei invariabilis. VII, 334. Scientia approbationis in Deo. III, 647.

Scientia an sit idem ac sapientia. IV, 1759. Scientia discernitur a sapientia. VI, 140. Inter utramque quid distat. VIII, 1009, 1013, 1012. Scientia est luminare minus, sapientia est luminare majus. I, 854. Scientiam nulli tribuunt Stoici nisi sapienti. I, 874. Scientia tertius gradus ad sapientiam. III, 39. Scientia est cum res aliqua firma ratione percepta et cognita est. I, 607, 1065. Non nobis velut nova inseri, sed in memoriam recordatione revocari, Socratis inventum. II, 68. Ea quæ discimus, manere semper, nec posse interire, ac per hoc non esse præterita vult Plato. II, 68. Scientia ad ea, quæ corporis sensibus experimur, pertinet. VI, 140. Scimus aliquid et experientia sensuum et fide testium. I, 607. Scientia et sensus quid differant. I, 1066, 1067. Scientiæ et experientiæ discrimen. I, 1231. Scientia certa multarum rerum datur. VI, 243. Quædam in physicis certo sciuntur. I, 946. Illa scientia dicenda non est, in qua, qui eam profitetur, aliquando fallitur. I, 915. Scientiæ quædam non sunt hominum institutæ. III, 55. Duplex genus harum scientiarum. III, 55. Dissimilium eadem, aut par est scientia. I, 874. Scientia rerum humanarum illa est, quæ novit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, justitiæ sanctitatem. I, 915. Scientia nostra constat ex visis et creditis. II, 600. Videmus autem alia sensu, alia mentis intuitu. II, 597, 599. Scientia menti tribuitur, sive per corporis sensus, sive per ipsum animum aliquid perceptum retineat. II, 600. Falsarum rerum scientia esse non potest. I, 936, 939.

Scientiæ amor. VII, 341. Scientia, præter homini, nulli animanti inest. VII, 341. Sensibus irrationabilium inest quædam scientiæ similitudo. VII, 341. Cavendum a vanæ cognitionis aviditate. I, 1327. Scientia nunquam mala esse potest. I, 1230. Scientia, animæ cibus est. I, 963. Scientiæ malorum duæ. VII, 803. Reprimuntur qui discere avent multorum annosas et decrepitas falsitates. II, 996. Atque collectione emendicatarum discordantium sententiarum alienarum procurari auditores. II, 999. Hæc vocatur scientia imperitissima et humilitati maxime adversa. II, 1005. Scire placita Philosophorum non est vera eruditio, et humilitati Christi opponitur. II, 1005, 1007. Scientias discere quam pœnale pueris. VII, 728. Unde fiat ut scientiam pauci et raro consequantur. I, 918. Ad perveniendum ad scientiam, transgrediendi sunt sensus interior et exteriores. I, 1245. Ad impedimentum rerum sciendarum anima gravatur corpore propter originale peccatum. X, 1268. Scientia tunc non instat, quando caritas ædificat. X, 374. Scientia nostra, scientiæ Dei comparata, ignorantia est. I, 811. Scientia quæ non necessaria Christiano, quæ sufficiens. VI, 238, 236. Quas scientias et quatenus nosse debemus. VI, 239. Scientia necessaria ad virtutes habendas. VIII, 1009. Quænam et quando utilis scientia. IV, 1548. Scientia quid pariat in studioso Scripturarum. III, 59. Scientia salutis cæteris præstantior. VIII, 883. Hoc est tota scientia magna, hominem scire quia ipse per se nihil est, et quoniam quidquid est a Deo est, et propter Deum. IV, 874. Ad scientiam Dei necessariam esse humilitatem. V, 671. Quid sit hodie quisque, utcumque novit ipse homo; quid cras, nec ipse. V, 283, 971. Scientia utilis illa est, quæ comes est caritatis, magistra humilitatis. IV, 1848. Scientia cum caritate utilis. III, 1617. Scientia omnis fidei, spei, et caritati militat. III, 55. Scientia caritati subservit. II, 737. Scientia ad finem caritatis adhibita multum est utilis; per se autem ipsa sine tali fine, non modo superflua, sed etiam pernicio sa probata est. II, 225. Scientia datur certissima. VII, 646. Non prodest sine caritate. VII, 273. An fugienda scientia, ne inflet. V, 1563. Scientia quæ inflat, quænam est. VIII, 1007, 1009. Scientia sine caritate inflat. V, 1241. Scientia etsi ad legem Dei pertineat, si in aliquo sine caritate fuerit, inflat et nocet. IX, 461. Præter scientiam et delectationem legis, gratia adhuc requiritur. II, 884. Scientiæ plenitudo caritas. IV, 1260. Scientia Dei, donum est ipsius. II, 574. Scientia minus donum quam caritas. X, 574. Non est in hominis potestate quid sciat. X, 242. Scientiam necessariam quibus modis a Deo absque magistro perdiscemus. II, 576. Scientia magna, confidentia in Deo. V, 907. In scientia rerum divinarum, mites et humiles plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. II, 597. Scientia ipsa punitur conscientia, si non fiat quod discitur. V, 1162. Scientia lunæ nomine significatur. IV, 1760.

Scire quid proprie loquendo dicimur. VIII, 63, 64. Omne quod scire dicimur aut sensu corporis aut intelligentia habemus comprehensum. VIII, 93. Scire aliquid nos æstimare non debemus, nisi quod maxime nobis est manifestum. I, 923. Ea quæ per corporis sensus didicimus, vera esse non dubitandum. VIII, 1075. Duo sunt genera rerum quæ sciuntur. VIII, 1074. Nihil ita scimus, sicut nos vivere scimus. VIII, 1073. Et beatos esse velle. VIII, 1074. Rerum causas nosse an pertineat ad felicitatem. VI, 239. Quare quod scitur in hac vita non facit beatissimos. VIII, 63, 64. Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est, qui se negat scire quod scit, ingratus est. V, 1223. Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, numquam scire mereatur. II, 862. Ex me nemo scire quærat, quod me nescire scio, nisi forte ut nescire discat, quod sciri non posse sciendum est. VI, 632. Non parvus est fructus, si quod quisque vult discere, putans prodesse si sciat, discat non obesse si nesciat. VI, 609. Scire quasi tunc primum aliquid Deus dicitur, cum nos cognoscere facit. IV, 355, 615, 616.

Scillitanorum Martyrum basilica. V, 825.

Sciopodæ quasi umbripedes. VII, 485.

Scipio Cneus. VII, 54, 57. Scipio. X, 745.

Scipio Nasica electus Pontifex ad suscipienda sacra Phrygia. VII, 42, 51. Theatrum et spectacula prohibenda esse Senatui persuasit. VII, 44, 45, 51. Nolebat Carthaginem Romæ æmulam dirui: quare. VII, 43, 44.

Scipio Africanus major patriam salvam et liberam reddidit. VII, 102. Quam ingrata erga Scipionem patria. VII, 102.

Scipio Æmilianus, qui et Africanus minor dictus est. VII, 53. *Not.* (*b*). Carthaginem æmulam Romæ delevit. VII, 103. Quid de rep. apud Catonem senserit. VII, 648.

Scorta apud Paganos licita. VII, 426.

Scholastici. IV, 404. Scholasticorum apud Carthaginem licentia. I, 712. Romani erant modestiores. I, 712. Qui magistrum tamen sæpe fraudabant. I, 716.

Scholasticus, jurisperitus. III, 1442.
Scorpius de cauda percutit. V, 621. Scorpius a gallina conciditur et comeditur. V, 623, 625.
Scribæ non ii Judæis erant, qui in officiis judicum, vel in consuetudine civitatum. V, 472. Eorum officium. V, 472. Scribæ non eruditi in regno Dei. V, 472.
Scripta sua nolle revocare, aut ab aliis reprehendi, ubi aliquid non bene positum est, quam stultum sit. II, 585. Qui primas non potuit habere sapientiæ, ut non erret; secundas habeat modestiæ, ut errata revocet. II, 586. Scripta sua vel laudari subdolo pectore, vel apud alios, se tacito reprehendi, Augustino non placet. II, 501. In scriptis suis quæ displicent, se conspici; in iis quæ recte placent, Deum laudari vult August. II, 110. Scriptorum quorumdam Augustini editionem urget Marcellinus, quo ille ea possit vivus defendere. II, 586. Ipse vero differt, eorumque severus est judex, quo pauciora sint quæ reprehendantur. II, 586, 587.
Scriptores sacri uno spiritu locuti sunt. III, 1175, 1176. Cum de se loquuntur, tamquam de alio loquuntur. III, 1800. Scriptorum ecclesiasticorum auctoritas ab auctoritate canonica distinguenda. II, 339. Licet aliter sentire ac scriptores ecclesiastici, quando aliter sapuerunt quam veritas postulat. II, 339.
Scripturarum auctoritatem de medio auferunt Manichæi, dum quædam accipiunt, quædam respuunt. VIII, 508, 597, 603. Falsa esse dicebant Scripturarum testimonia quibus non poterant respondere. VIII, 245. Libros veteris instrumenti non recipiebant, novi, nonnisi quos volebant. X, 1008. Eosque corruptos asserebant. X, 1009. Scripturis canonicis, quas accipiebant, quasdam falsas sententias permixtas esse contendebant. X, 1557. Scripturas esse corruptas imprudenter docebant. VIII, 69. A quibus corruptas eas esse putabant Manichæi. VIII, 70. Hæretica impietate Scripturæ veteris Testamenti facit injuriam, qui eam ex Deo bono, summo et vero, fronte sacrilegæ impietatis negat. X, 328, 329. Scripturarum reprehensores a Deo humiliati. IV, 1907, 1908. Fausti calumniæ adversus personas, aut earum facta in Scripturis relata diluuntur. VIII. *Tolo lib.* 22. *contr. Faust.* Scripturas se ab igne servasse jactant Donatistæ. V, 310. Codices Dominici a Donatistis in ignem missi. II, 807.
Scripturæ sacræ necessitas orta est ex peccato. III, 198. Scripturæ sacræ laus et dignitas. I, 854; II, 508, 524. Scripturarum veteris Testamenti dignitas et excellentia. VIII, 74. In utroque Testamento præcepta eadem, eademque promissa reperiuntur. VIII, 134, 153. Scripturæ, sacræ divina auctoritas. I, 723, 842, 852; VIII, 249. Scripturæ auctoritas mirabilis. VII, 337, 339. Et eminentissima. VII, 318. Scriptura sancta in summo et cœlesti auctoritatis culmine collocata. II, 277, 278. Nostræ religionis historiæ quidquid resistit, est falsissimum. VII, 600. Solos auctores librorum canonicorum non errasse aliquid scribendo credendum est. II, 276, 284, 285. Scripturæ canonicæ auctoritas nulli cedit. VIII, 517, 678. Scriptura sacra cæteris antecellit. IX, 128.
Scriptura canonica a quo condita. VII, 318. In ea Deus ipse loquitur. I, 864. Et hoc ostendit Apostolus. VIII, 646. Scripturæ veteris Testamenti sunt Dei veri et boni. VIII, 646. Scriptura sacra est chirographum Dei. IV, 1880. Litteræ sunt quæ venerunt ad nos de patria nostra. IV, 1159, 1952. Scriptura sacra est venerabilis stylus Spiritus Dei. I, 747. Scriptura pro Deo posita. VIII, 646. De Scriptura sacra fuse disseritur. I, 1535. Scripturarum auctoritas unde probanda. VIII, 245, 248, 283, 284, 452, 485, 486, 517, 626. Scriptura fidem suam rebus ipsis probat. VIII, 284. Scripturæ auctoritas in narratione rerum gestarum quanta. VII, 599, 600. Scriptura verax est etiamsi non monstretur. III, 529. Scripturarum veteris Testamenti auctoritas commendata a Christo et Apostolis ejus. VIII, 637, 638, 647. Scripturas veteris Testamenti a Christianis esse compositas vel ipsi Judæi negabant. VIII, 288. Nullus in Scriptura emendationi aut dubitationi locus. VIII, 248, 249. Scripturæ auctoritas non culpanda propter peccata quæ refert, imo laudanda et diligenda. VIII, 458, 459, 440. De auctoritate Proverbiorum, Ecclesiastis, Cantici Canticorum, Ecclesiastici et Sapientiæ. VII, 534. Item Malachiæ, Aggæi, Zachariæ, et Esdræ. VII, 560. Scripturis, quæ in Ecclesia canonicæ nominantur, sine ulla dubitatione credendum. II, 398. Noluit Deus sibi credi dicenti, sed voluit in eri Scripturam suam. IV, 1880. Nihil credi voluit Christus adversus confirmatam Scripturarum auctoritatem. VIII, 284. Quod Scripturæ divinæ præscribit auctoritas, aut universa frequentat Ecclesia, observandum est. II, 202. Ex Scripturis canonicis quænam sunt potioris auctoritatis. III, 40. Titubat fides, si divinarum Scripturarum vacillat auctoritas. III, 33. Fides ex Scripturis concepta est. VII, 646. Scripturis canonicis credit civitas Dei. VII, 646. Scriptura jam veritatem suam orbi terrarum demonstravit. VII, 708. Scripturæ sanctæ auctoritatem frangere conantur, qui aliquod ei mendacium tribuunt. VI, 404. Scripturæ canonicæ auctoritati nullus quamlibet sanctus et doctus vir comparandus. X, 581. Si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse non potest. II, 588. Doctrinam Christianam utilitati reipubl. non convenire putant, qui nolunt rempubl. stare firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum. II, 525.
Scripturæ summa est veritas. I, 839, 860. Magnaque præ litteris profanis excellentia. I, 748. Dum Scriptura testimonium aliquod ex auctore sumit, non propterea cætera illius auctoris scripta confirmat. III, 758. Scripturæ sacræ cum profana comparatio. III, 65. Scripturarum ardore inflammatus Orosius juvenis presbyter ab ultima Hispania ad Augustinum transiit. II, 748. Scripturæ sacræ, Augustini sunt castæ deliciæ. I, 809. Scripturæ sacræ omnibus sæculi deliciis suaviores. I, 810. In Scripturis satietas sine fastidio. V, 50. Qua ratione vacandum studio Scripturæ sacræ. III, 42. Scripturæ sacræ studium a Deo datur. III, 90.
Scriptura sancta in Ecclesia legi solita. IX, 550. Scripturæ quomodo legendæ. V, 554. Quomodo vere leguntur. III, 92. Quo animo legendæ ut prosint. VIII, 74. Quid appetunt qui sacram Scripturam legunt. III, 58, 42. Errant qui a sacra Scriptura propter stili asperitatem abhorrent. III, 262. Scriptura sacra omnibus accessibilis, paucis vero penetrabilis. II, 524. Adeas et parvis et capacibus patet accessus. IV, 1560, 1561. Scripturæ sacræ perductæ sunt usque ad infantium tarditatem. IV, 112. Scripturæ sanctæ ad infirmitatem parvulorum aptatæ. V, 156. Scriptura sacra cor Christi, eo crucifixo revelata, ut ab omnibus etiam infirmis intelligatur. IV, 175. Quo animo esse debeat cum qui nondum fidelis, tum qui jam fidelis, circa Scripturæ difficultates. II, 586. Scripturæ sacræ studium requirit humilem et mitem animum. III, 64, 66. Explicatio Scripturæ quæ non intelligitur petenda a Deo. III, 1559, 1540. Scripturæ intelligentia a Deo in oratione petenda. III, 89. Scripturas ministrant nobis homines, solus Deus dat intellectum earum. III, 1582. Scripturæ intelligentia modo insitato non est exspectanda. III, 17. Scripturam qui non potest intelligere, Scripturæ Dei det honorem, sibi timorem. III, 261. Scriptura sacra quando non intelligitur, quomodo legenda. III, 1556. Scripturas sine ullo errore comprehendit, et sine ullo labore custodit, cujus cor plenum est caritate. V, 1555. Scriptura sacra servienti animæ libera est, contaminatæ pura, corruptæ integra. I, 734. Scriptura sic loquitur, ut altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate parvulos nutriat. III, 323. Eadem Scriptura cum premit servos, Testamentum vetus; cum erigit liberos, Testamentum novum vocatur. III, 2145. Scriptura nos non levat, nisi descendat ad nos, sicut Verbum caro factum descendit ut levaret. III, 1914. Scripturas malo voto per peccatum legentes, male coguntur intelligere, ut ipsa sit pœna peccati. IV, 106. Scripturarum lectionem suadet August. inchoari ab Apostolis. II, 508.
Scripturæ sacræ simplicitas. I, 686, 723, 841. In Scripturis, admirandæ altitudinis saluberrima humilitas. VI, 319. Scripturæ sacræ mira profunditas. I, 723, 810, 832, 1515; II, 516. Scripturarum concordia. VII, 600. Scripturarum etsi diversi sint Scriptores, omnia tamen ita sibi concordant, ut tamquam uno ore dicta inveniantur. VIII, 249. Scripturæ sacræ expositio a quibus petenda. I, 1511. Scriptura sacra scrutanda est cum honore famulorum Dei, qui eam dispensarunt. I, 843. Non credendum Scripturarum expositoribus earum inimicis. VIII, 74. De Scriptura sacra nemo judicare debet. I, 889.
Scripturæ sacræ divisio. III, 1745. Omnis Scriptura in duo Testamenta vetus et novum bipertita est. III, 246, 247. Canon librorum veteris et novi Testamenti. III, 41. Quosnam Scripturæ libros Judæi non recipiunt. III, 946. Scripturæ legitimæ, id est, legem continentes. III, 887, 888. Scriptura canonica et apocrypha quænam sit. VII, 470. Scripturæ canonicæ quæ sint, in Concilio institutum. II, 233. Scripturas non canonicas legens in populis, eos in scandalum mittit. II, 233. Non omnia scripta sunt, quæ Deus locutus est auctoribus sacris. III, 690. Scripturæ multæ sub nominibus Prophetarum et Apostolorum proferuntur. VII, 470, 471. Scripturæ canonicæ integritas et notitia ea cura custodita, ut frustra ausi sint nonnulli scripta Apostolis confingere. II, 540. Epistolæ ad Romanos et ad Galatas invicem comparantur. X, 733. In epistola ad Romanos pene ipsa quæstio sola de gratia versatur, tam pugnaciter, tam multipliciter, ut fatiget quidem legentis intentionem, sed tamen fatigatione utili atque salubri. X, 207. Epistola

ad Hebræos nonnullis incerta, sed ab Ecclesiis Orientalibus inter canonicas habita. X, 137. Scriptor epistolæ ad Hebræos fidelis est fidei prædicator. X, 1284. Epistola ad Hebræos teste usi sunt illustres catholicæ regulæ defensores. VI, 235. Scripturarum libri quos catholica disciplina custodit, non falsati. VI, 70.

Scriptura explicabatur in ecclesia. VII, 77. Scripturarum tractatio magnum opus et arduum. III, 19. Cum auxilio Dei suscipienda. III, 19. Quandonam temerarium non sit tractare de Scripturis. III, 19. Scripturarum tractationi vitia duo inimica. VIII, 845. Scripturæ intelligendæ regula. IX, 675. Regulæ ad intelligendas Scripturas. V, 26, 30, 46, 149, 180, 198, 450, 456, 470, 556, 609. Scripturas veteris Testamenti quadruplex tractandi ratio. VIII, 68. Scriptura quomodo intelligenda et explicanda. VII, 473. Scripturarum tractandarum præcepta quædam tradi possunt. III, 15, 18. Hæc a tribus hominum generibus reprehenduntur. III, 15, 16. Eorum rationibus satisfit. III, 16, 17. Scripturarum tractatio duabus rebus nititur. III, 19. Scripturarum verum sensum assequendi regulæ. VI, 344, 345. Scripturæ sacræ variæ interpretationes simul possunt esse veræ. I, 838, 844. Non obest aliter quam alii senserint sentire, modo vera sint quæ existimamus. I, 836. Quis sensus habendus sit excellentior. I, 844. In omnibus Scripturis summa vigilantia custodiri oportet, ut secundum fidem sit sacramenti divini expositio. VI, 55. In Scripturis liceat sentire quod earum scriptor non sensit, non tamen quod abhorret a regula fidei et veritatis. V, 63. Scripturæ sacræ fides ab originali lingua repetenda est. VII, 455.

Scripturæ sacræ variæ versiones. VII, 603. Scriptura unde in diversas linguas traducta est. III, 38. Scripturæ ambiguitas in una lingua, tollitur per aliam. IV, 1536. Multi Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam, innumeri vero et in Latinam verterunt. III, 43. Scriptura ex codicibus Græcis in Latinam linguam translata est. IX, 709. Scripturarum divinarum pertractatores in Latina lingua perpauci sunt, in Græca innumeri. VIII, 214. Translatio scripturæ veteris e Græca lingua in Latinam facta secundum LXX interpretes. I, 592. Quare quædam in versione LXX inveniuntur, quæ in codicibus Hebræis non sunt, et e contra. VII, 604. Hebræis codicibus et LXX versione utendum. VII, 605. Obelisci aut asterisci in codicibus Græcis quid significabant. III, 590; VII, 604. Asterisci in Scriptura, ut ostenderetur, ea quibus appositi erant non esse in interpretatione Septuaginta, sed esse in Hebræo. IV, 821. *Vide* Lex. Scripturas sacras cum interpretatione LXX contulit Augustinus III, 547. Scripturæ interpretatio usitata. III, 1139. Scripturarum Latina versio in diversis codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit. II, 245. Tanta Latinorum interpretum imperitia carere optat August. II, 201.

Scripturæ sic sunt a Spiritu sancto temperatæ, ut quædam in iis obscura, quædam manifesta essent. IX, 396. Loca manifestis obscura, et obscuris manifesta cur intermiscentur in Scripturis. IV, 136. Etsi in Scripturis innumera lateant, tamen ad ea quæ necessaria sunt saluti, non tanta in eis pervenitur difficultate. II, 516. Scripturæ claræ in his quæ ad salutem necessaria sunt. X, 186. Scripturæ obscuritas utilis est. VII, 352. Nedum inutilis. III, 38. In Scripturis cur quædam clausa, quædam aperta. V, 849. In Scripturis alia secretius absconduntur, ut quærentes exerceant, alia in promptu ponuntur, ut desiderantes curentur. V, 196. Scripturarum verba quædam obscuritate sua hoc profuerunt, quod multas intelligentias pepererunt. IV, 159, 160. Scripturarum sacramenta quædam claudiuntur, non ut negentur, sed ut pulsantibus aperiantur. IV, 1189, 1907; V, 1257. Obscurum aliquid est in Scripturis, ut exerceatur accepturus, et capacior fiat ad sumendum quod donatur. IV, 1907. Et ut post laborem inquisitionis, delectabilior sit dulcedo inventionis. IV, 413. Utque rei jam cognitæ tamquam nova fiat ipsa cognitio. IV, 1803. Scripturarum latebræ maxime valent ad amorem veritatis acuendum, deoutiendumque fastidii torporem. VI, 320. Scripturarum non solum manifestis pascit, sed etiam obscuris exercere nos vult Deus. VI, 36, 539. In Scripturis sanctis quod ad exercendas mentes fidelium obscure ponitur, gratulandum est si multis modis, non tamen insipienter exponitur. VIII, 795. In omni copia Scripturarum sanctarum pascimur apertis, exercemur obscuris: illic fames pellitur, hic fastidium. V, 450. Alte posita sunt sacramenta Dei, ne fastidianus oblata, ne prompta vilescant, ut quæsita cum difficultate, cum majori jocunditate inveniantur. IV, 1350. Scripturæ ad jocunditatem clausæ sunt. V, 1555. Ea suavius contemplamur in Scriptura, quæ ex abditioribus locis enucleantur. VIII, 262. Ad hoc prophetias obscuras esse Deus voluit, ut inde prædicatores interpretando, quasi de nubibus saginam spiritalem influerent. IV, 1909. Scripturæ, silvæ ob opacitates et umbracula mysteriorum. IV, 214. Pia fides et humilis inquisitio ad earum intelligentiam necessaria. V, 336. Scripturarum superficie non debemus esse contenti. II, 920. In Scripturarum obscuritatibus, tractatores earum non sunt temere sequendi. II, 921. Scripturæ sacræ perscrutatio in curiositatis medelam est. III, 166. Non ad solam Dei naturam pertinent quæ scrutari prohibemur. X, 527. In rebus obscuris ubi Scripturæ non adjuvant, cavenda judicandi temeritas. X, 186. Scriptura sacra nonnisi temere reprehenditur, cum non intelligitur. VIII, 77, 91. Divina eloquia salubria sunt bene intelligentibus, periculosa his qui ea volunt ad cordis sui perversitatem detorquere. IV, 543. Scripturarum sacramenta ædificant lapsos, satiant esurientes. V, 30. In Scripturis multa latebant, quæ hæreticorum quæstionibus respondendo aperta sunt. IV, 645, 837. Scriptura sacra cum non intelligitur, quid agendum. III, 1722, 1726, 1727, 1741. In obscuris Scripturæ locis quid agere debeat pius lector. III, 262. Obscuri Scripturæ loci ex apertioribus explicandi. III, 79. Aut per recapitulationem. III, 86. Mansuetis et humilibus revelantur Scripturarum obscura. IV, 1907. Scriptura obscura a pio et impio diversimode accipitur. III, 1721, 1722. Scriptura quæ duplicem sensum parere potest, non præcipiti interpretanda affirmatione. III, 260. Eumdem Scripturæ locum varie intelligi nihil prohibet. III, 80. Quis fructus esse possit ex interpretatione Scripturæ illa, quæ fit quærendo, non asserendo. III, 202. Locus incertus tutius per alios Scripturæ locos, quam per rationem exponitur. III, 80. Scripturæ obscura loca aliis manifestis minime dubiis explicanda. V, 264, 1634; VII, 332, 333. In Scripturæ difficultatibus, honora verbum Dei, differ pietate intelligentiam. IV, 1907. Scripturam Dei qui diligit, etiam quod in ea non intelligit honorat. IV, 1592. Honora in ea quod non intelligis, et tanto magis honora, quanto plora vela cernis. V, 336. Ad divinas Scripturas potius desideratur pietas et humilitas, quam acumen ingenii. V, 336. Antequam scias quare quid dictum sit, crede ita dici debuisse ut dictum est. IV, 1915. Scripturæ difficultas non est in obscuris sensibus, quando adjuvat Spiritus. V, 820. Scripturæ tene et devote accipe aperta, ut merito tibi pandantur obscura. V, 290. Ipsum desiderium intelligendi, oratio est apud Deum. V, 820. Fatetur Augustinus se in ipsis sanctis Scripturis multo plura nescire, quam scire. II, 222. Errores non servantium modum in Scripturis intelligendis. VI, 200.

Scripturam contingit non intelligi ob signa ignota vel ambigua. III, 42. Ambiguitas Scripturæ aut in verbis propriis est, aut in translatis, III, 65. In ambiguitate verborum sacræ Scripturæ quid agendum. III, 43, 44, 65, 66. Idem verbum in Scripturis non semper idem significat. III, 78. Nomina Hebræa, Syra, Ægyptia, etc., quæ in Scriptura sacra sunt, tempore Augustini erant interpretata. III, 62. In Scripturis omne quod dicitur sive fit, aut intelligendum est proprie, aut figurate, aut utraque ratione. V, 556. In Scriptura locutiones triplicis generis VIII, 846. Scripturarum quarumcumque tres differentiæ. VIII, 73. Ignoti verbi aut ignotæ locutionis unde eruenda cognitio. III, 43. Scripturis locutionis genus familiare est, ut conjunctio, Et, ponatur, cum sententia non præcesserit cui sequens adnectatur: quid hoc significet. IV, 79, 80. In Scripturis propositiones indefinitæ quomodo intelligendæ. V, 450. Scriptura nonnumquam continens pro contento ponit. IV, 1414, 1415. Ita loquitur de parte, tamquam de toto. II, 638; IV, 1115. Utitur plurali pro singulari. VII, 519. Pro omnibus aliquando ponit multos. VII, 696. In Scriptura et Patribus sermo plerumque ad omnes dirigitur, licet de quibusdam tantum sit intelligendus. II, 337. Multa dicuntur tamquam facta, cum in spe adhuc sint. II, 842. Scriptura ut præterita narrat futura. IV, 1476. Ponit futurum pro præterito, et præteritum pro futuro. VI, 305; VII, 705. Præteritum pro futuro sæpe, raro autem futurum pro præterito. III, 723.

Scripturæ prædictiones aut jam impletæ, aut omnino implendæ. IV, 451, 452, 1881. Scripturis prædicta, jam videri impleta. II, 1028. Scripturarum mos in numerando. V, 352. Scripturæ loca in quibus accipitur numerus pro numero. VI, 253, 254. Scriptura summa solida utitur ad computanda tempora. III, 613. Quomodo tollenda ambiguitas ex pronuntiatione. III, 67. Et ambiguitas dictionis. III, 68. Illud ex Joan. *Quod factum est in ipso vita erat*, etc. Quomodo distinguendum. III, 331, 332. Ex iis quæ leguntur in Scripturis, aliqua etiam quæ non leguntur intelliguntur. VIII, 760. Quæ Scriptura reticet, quatenus conjectando proferre juvat. III, 529. Usitatum est locutionis genus in Scripturis, ut quod semper est, tunc fieri dicatur in aliquo, cum in eo cognosci cœperit. VI, 75, 76. Cognitio siderum non multum ac prope nihil adjuvat tractationem Scripturarum. III, 57. Ad intelligentiam Scripturarum conducit cognitio animalium, herbarum, lignorum, etc. III, 56, 62. Artium cognitio. III, 57. Et dialectica. III, 57, 58. Quibusque in Scriptura nominatis membris Dei, potentias operationum

oportet intelligi. IV, 130. Scripturarum divinarum moris est personæ Dei tribuere, quod in nobis facit, ubi congruenter dici potest. IV, 73 Scriptura quædam de Deo, humano modo dicit, ut nobis lactentibus ipsum commendet. IV, 1713. Verba quibus de Deo aliquid congruenter dictum videtur, humanæ capacitati aptiora sunt, quam divinæ sublimitati. VI, 138. Quare Scriptura loquens de Deo iis etiam verbis utitur, quæ apud homines in vitio poni solent. VIII, 142. Scriptura cum de Deo loquens verbis nostris utitur, nihil de Deo digne posse dici ostendit. VIII, 138, 142. In Scripturis cur quædam judicio Dei enuntiato quædam tacito narrantur. VIII, 427. In Scripturis sunt quædam, quæ dum non sibi conveniunt carnaliter audita, nos admonent spiritaliter ea intelligere. II, 459. Quid respondendum, si quid velut absurdum moverit in Scriptura. VIII, 249. Quæ ita dicuntur in Scripturis, ut rebus humanitus seu divinitus gestis sive gerendis convenire non possint, non inaniter sunt dicta. VII, 526. Scripturæ sacræ litigare videntur. V, 164, 332.

Scripturæ nullus est liber, qui, excerptis et avulsis quibusdam sententiis, non videatur sibi contrarius. V, 332. Scripturæ conciliantur loca in speciem contraria. V, 164, 180, 213, 285, 372, 791, 804. Habeat quisque cum Dei verbo in corde concordiam, et Scripturæ nulla discordia est. V, 510, 804. Per Scripturas quædam in rebus visibilibus quasi absurda miscet Spiritus sanctus, ut cogat nos ista spiritaliter quærere. IV, 1551. De rebus naturalibus, quasi secundum Christianas litteras loquendo, nihil temere affirmandum coram infidelibus. III, 261, 264. Quod de natura rerum veracibus documentis demonstrari potest, Scripturæ non est contrarium. III, 262. Ubi res naturaliter obscura nostrum modulum vincit, et aperta divina Scriptura non subvenit, temere hinc aliquid definire humana conjectura non præsumit. II, 862. Melius est cum pietate nescire, quam cum insania judicare. V, 740.

Scriptura sacra, remotis falsitatibus, gradatim evehit ad divina. VIII, 820. In Scripturis multa utiliter repetuntur. IV, 1817. Eadem multipliciter dicta sunt, ut varietas locutionis fastidium tolleret veritatis. IV, 523, 526, 1815. Scripturarum loca quæ speciem habent maledictionis, non per malevolentiam, sed per prophetiam dicta sunt. IV, 88. Juratio cum occurrit in significatione prophetantis, non sicut in ore jurantis accipienda. IV, 99. Non omnia quæ narrantur in Scripturis aliquid significant. VII, 479. Quæ vero aliquid significant, ad Christum et Ecclesiam referenda sunt. VII, 479. In historia Geneseos non omnes homines nominantur qui tunc erant. VII, 446. Quodnam est propositum historiæ Geneseos. VII, 446. Genera rerum gestarum distributa sunt per libros Scripturæ, non temporum ordo contextus. III, 731.

Scripturæ non semper proprie loquuntur. III, 1303. Cur in figuris Scriptura loquitur. VI, 665. Locutiones tropicæ Scripturæ miscentur propheticis VII, 548. Et propriis. VII, 691. In iis quæ Scriptura narrat, quædam secundum intellectum figurarum, quædam secundum fidem rerum gestarum accipi possunt. III, 247. An quidquid historice prædictum completumque refert, aliquid allegorice implendum significet. VII, 526. Figuratas locutiones Scripturæ ad litteram accipere miserabilis servitus. III, 68, 69. Animæ mors est, cum intelligentia carni subjicitur sequendo litteram. III, 69. Augustinus in exponendis Scripturis ad litteram succumbit. I, 688. In Scripturis multo plura per allegorias et ænigmata partim verbis solis insinuantur, partim etiam facta narrantur. VIII, 257. Figuratum est et mysticum, quod in Scriptura non potest exponi secundum litteram. III, 491, 430. Nec ad fidei veritatem aut morum honestatem referri. III, 71. Scripturæ sacræ loquendi modi methaphorici quomodo intelligendi. III, 166. Quænam regula in explicandis allegoriis tenenda. IV, 116. Impudentissime quis nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat et manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura. II, 334. Omnia significantia in Scripturis videntur quodam modo rerum, quas significant, sustinere personas. VII, 610, 611. In rebus gestis quas Scriptura narrat, futura prænuntiat. VII, 523, 524. Omnia quæ scripta sunt, etiam de creatione mundi, possunt interpretari ad significationem futurorum. IV, 552. Non quæcunque narrant sacræ Scripturæ, imitanda proponuntur. IX, 729, 730. Quomodo interpretandi Scripturæ loci, qui sævitiam aut flagitium redolent, et tamen ex persona Dei vel sanctorum referuntur. III, 72, 73; VIII, 445, 446. Et illi in quibus facta quædam laudantur bonorum hodie moribus contraria. III, 78. Aut peccata magnorum virorum referuntur. III, 78. Quod in aliis personis plerumque flagitium est, in divina vel prophetica persona, magnæ cujusdam rei signum est. III, 73. Ad quid in Scripturis sacris quædam bonorum mutationes et lapsus; et rursus quædam malorum mutationes et provectus referuntur. VIII, 464. Scripturæ cur commemorant lapsus magnorum. IV, 586. Scripturæ bona et mala hominum referentes, quædam judicant, quædam nobis judicanda permittunt. VI, 539. Omnia quæ sunt in Testamento veteri, admonent animum prius aliquid significare, deinde quid significent quærere. VIII, 274. Omnia quæ sunt in Scripturis, aut futura significant, aut ideo ponuntur, ut significantia connectantur. VIII, 463. Quædam mala opera hominum in Scripturis sanctis esse significativa bonorum non implicat. VIII, 454. In Scriptura nihil quod significationis causa non sit. VIII, 273. Scripturarum sensus figuratus, non est contensiosis, aut infidelibus ingerendus. VIII, 612. In Scripturis, de quibuslibet rebus et verbis figuræ ducantur, etiam de re pudenda, non aspernanter sed sapienter audiendæ. VIII, 658. Multis et variis similitudinibus una eademque res in Scripturis sæpe insinuatur. IV, 109. Figuræ et tropi in Scriptura sacra delectant. III, 59. Ut animus corpori, ita sententiæ verbis præponendæ. VI, 320. Corrigendus ille qui in interpretatione Scripturarum pie fallitur. III, 54.

In Scripturis quædam ad fidem et doctrinam tantum pertinent, quædam ad mores componendos. III, 887, 888, 889. Scriptura non asserit nisi catholicam fidem, rebus præteritis, præsentibus et futuris. III, 71. Quæ aperte in Scriptura sunt posita, continent fidem moresque vivendi. III, 42. In Scriptura quæ divinitus præcipiuntur, aut mores pietatemque formare, aut aliquid significare figurate credenda sunt. VIII, 464. Scripturarum prope omnis pagina nihil aliud sonat, quam Christum et Ecclesiam toto orbe diffusam V, 289; VIII, 463. Scripturæ propter Christum factæ sunt. IV, 1779. Scriptura vetus non nisi ad commendandum Christi adventum et præsignandam Ecclesiam. VI, 313, 315. Scriptura nova, Christum narrat et dilectionem monet. VI, 315. In omnibus Scripturis sanctis gratia Dei quæ liberat nos, commendat se nobis. IV, 874. In multimoda locutione Scripturæ atteritur anima, ut Christi gratia glorificata dulcescat. VIII, 843. Scripturarum sanctarum universa facies ac vultus admonet, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. VI, 278. Quomodo Scriptura informat mores hominum. III, 71. Quid liceat et non liceat, pleni sunt libri Scripturarum. IV, 1921. Per Scripturam divinam humanarum voluntatum morbis subvenitur. III, 38. Omnis morbus animi habet in Scripturis medicamentum suum. IV, 357. Medicamenta in Scripturis sanctis. V, 196. Scriptura salutaria præbet præcepta avaris, luxuriosis, etc. III, 125. Magistra est humilitatis. I, 841, 852. Scriptura Dei munit nos adversus scandala. II, 266, 267, 270. Adversus hominum detractiones suspiciosque temerarias. II, 267, 271. Dolendum quod minus curentur quæ in divinis libris saluberrime præcepta sunt, et varii usus et præsumptiones exacte observantur. II, 221. Non perniciose fallitur, nec mentitur quisquis sensum Scripturæ ad geminam caritatem detorquet. III, 34. Ille tenet et quod patet et quod latet in divinis sermonibus, qui caritatem tenet in moribus. V, 1534.

Superbiæ effectus. I, 1190; V, 1561. Hoc vitio facta est apostasia a Deo. IV, 163. Superbia diaboli. IV, 709, 1623. Superbia diabolum dejecit, et subsequente invidentia hominem stantem unde ipse cecidit, inde subvertit. X, 263. Superbia initium peccati Adæ. VII, 420. Superbia Adæ. IV, 895. Non perisset homo, nisi superbia tumuisset. V, 684. Superbia facit ut homo læsus vindicari velit. V, 684. Superbia lapsi sumus, ut ad istam mortalitatem perveniremus. IV, 355. Per superbiam perit homo a via justa. X, 265. Superbia causa excæcationis Judæorum. III, 1778, 1779, 1780. Superbiæ suæ merito excæcati Judæi. IV, 1789. Superbia idololatriæ fons. V, 1022. Aliorumque peccatorum. V, 1022. Mater omnium hæreticorum. III, 202; V, 280. Parit discissionem. V, 280. Contentionis et humanæ laudis appetitus mater est. II, 92. Vitia diabolica superbia et invidentia. III, 1229. Superbia mater est invidiæ. II, 561; IV, 1290; V, 783, 1561, 1565; VI, 413, 673. Ejus comes invidentia. IV, 709. Superbia maximum impedimentum ne inhæreatur Deo. VIII, 1031. Superbia a Deo receditur. X, 206. Pes superbiæ dicitur, quo recedimus a Deo. IV, 354. Quantum superbum cor hominis, tantum recedit a Deo. IV, 1205. Per superbiam recessimus a Deo, redire ad eum nisi per humilitatem non possumus. IV, 302. Ad ruinam non movet pedem nisi superbia. IV, 1608. Superbia prohibet a fide in Christum. V, 656, 874. Superbia pellitur homo in tenebras suas. X, 206. Superbia aures cordis obstruit. X, 618. Superbiæ et caritatis eadem extrinsecus effecta. III, 2040. Superbia exstinguit caritatem. III, 1982. Superbia Christi discipulum esse impedit, vel non permittit. VII, 309. Non vult esse de corpore capitis humilis, qui amat superbiam. V, 1568. Superbia de vana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per arctam viam, et intrare per angustam portam. IV, 1471. Per superbiam misericordiæ medicina respuitur. I, 1286. Superbia cur virginitati pertimescenda. VI, 426. Nihil sic impedit perfectionem sicut superbia. IV, 709. Superbia causa cur jam molestum sit obedire justitiæ. X, 170. Unde vult eminere superbia, inde in angustias contruditur. III, 436, 437. Superbia fermentum massam corrumpens. IX, 86. Superbia cathedra pestilentiæ dicitur. IV, 67. Superbia stupor dicitur. IV, 1935.
Superbiæ morbus quam periculosus. V, 945. Superbiæ poculo mors nobis propinata atque transfusa est. VI, 416. Fallax infirmorum est magnitudo, quæ ubi mentem possederit, erigendo dejicit, inflando evacuat, distendendo dissipat. V, 1561. Victrix humana superbia se ipsam decipit. X, 551. Superbia, caput serpentis. IV, 354. Caput circuitus impiorum. IV, 1810, 1811. Superbiam humanam aggreditur. Apostolus illo loco, *Quid habes quod non accepisti*. X, 967. Contra superbiam in primis vigilandum. X, 171. Alia quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant; superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. II, 960. Vitia cætera in peccatis, superbia vero etiam in recte factis timenda est. II, 442; IV, 709; X, 262, 263, 265. Superbia cavenda est devicta cupiditate placendi hominibus. VI, 26. Superbia tanto plus augetur, quanto magis ei cupiditates cæteræ cesserint. X, 788. Tanto quisque caveat ne superbia decipiatur, quanto sanctius aliquid profitetur. VI, 428. Superbia primum peccatum, et ultimum redeuntibus ad Deum. IV, 156. Superbiæ periculum. X, 753 Unde illud periculum. X, 752.
Superbiæ tumor qua medicina sanatur. IV, 1523. Superborum elationem nec ipsa humilitas mortalitatis edomuit. IV, 1542. Superbia humana per humilitatem Dei arguitur. VI, 283. Adversus superbiam divina medicina. X, 168. Superbiam nostram Christus humilitate sua curat. III, 1604. Humilitate sua dejicit. VII, 501. Humilitate sua sanat. VIII, 1031. Propter magnum superbiæ peccatum Deus humilis venit. IV, 163, 302. Exaltari vis? illi te subde, qui non potest humiliari. IV, 1946. Superbia hominem tantum pressit, ut eum non posset nisi humilitas sublevare divina. V, 1004. Magna contra superbiam medicina Deus homo. V, 487. Quæ superbia sanari potest, si humilitate Filii Dei non sanatur? VI, 297. Jam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus. IV, 165. Superbia cecidimus, et jacentes magis intumuimus. IV, 1523. Superbiam nostram domat Deus per vilissimam creaturam. III, 1386. Superbia, causa cur tardius in aliquibus vitiis sanctos suos sanet Deus. X, 170. In quibusdam etiam justos suos, quoniam adhuc extolli possunt, non adjuvat ad perficiendam justitiam. X, 200. Deserit aliquantum Deus, ne superbiamus. X, 262. Superbiam ipsam cur Deus non cito sanat. X, 262. Quamvis ipsum satanam elatio prima dejecerit, tamen summus medicus, de angelo satanæ, adhibuit contra elationis vitium salubre quamvis molestum medicamentum. X, 601. Superbia venenum quod non curatur nisi veneno. V, 893 Unde diabolus cecidit, inde dejicit. V, 893. Superbiam monoceros significat. III, 881. Superbia Pharisæi. IV, 265, 446, 447. Superbia, spiritus hujus mundi. X, 214. Nemo glorietur in homine, ac per hoc

nec in se. VI, 282. Superbia qua quis se præfert alteri, quomodo domanda. VI, 82.

Superbus est, in quo vivit spiritus suus. IV, 1852. Et qui spiritum suum sequitur. IV, 1836. Superbus est animus, cum se ipso sibi quasi suo bono gaudet. II, 439. Quare hic peccet. II, 442. Fit miris modis, ut de falsa humilitate magis quis infletur, quam si apertius superbiret. II, 642. Superbi sibi placentes appellantur in Scriptura. VII, 421. Superba anima in conspectu hominum vult placere. IV, 163. Superbus blanditur, sævit amor. III, 2041. Superbus omnis, cum velit videri quod non est, fictus est. IV, 1624, 1625, 1811. Superbus est, qui in se vult laudari. IV, 310. Laudando te bonum, fis malus : bonum enim te fecerat humilitas, malum te facit superbia. IV, 193. Sanctum se dicere, non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. IV, 1084. Superbi se laudant, non Deum. IV, 1471. Superbus est, qui aut non peccata sua confitetur, aut quæ videtur habere bona, sibi arrogat, aut qui etsi bona quæ facit Deo tribuat, extollit se tamen super alios qui illa non faciunt. IV, 1203. Superbus suam amat sententiam defendere, non quia vera est, sed quia sua est. I, 859. Superbi habent sursum cor, sed contra Dominum. V, 168. Superbi se volunt pro Christo adorari. V, 1023. Perversa superborum affectio. I, 1285. Superbus propria quadam nota peccator. IV, 414. Superbi casus, unde. I, 701. Superbus eo ipso quod se altum putat, cadit. IV, 1204. Ubi superbis de Dei dono, ibi quod acceperas perdis. V, 751. Superbus diabolus non nisi superbos per superbiam tenebat. IV, 1126. Superbum quemcumque diabolus fecerit, vincit. III, 2030. Tanto Deus a te erit altior, quanto tu elatior. IV, 1780. Erigitur superbus, mergit illum Deus. IV, 1205. Altus est Deus, non in te habitat si altus esse volueris. IV, 1186. In culmine qui stat, denatat ab eo aqua gratiæ. IV, 1836. Propinquat Deus tribulanti et confitenti, qui deseruit superbientem. IV, 225, 265. Qui non superbe sapiunt, in Deo pauperes sunt. IV, 1083. *Vide* Humilitas, Pauperes.

Superbis quomodo Deus resistat. IV, 1426. Regula juris divini est, ut qui se exaltat humilietur. IV, 266. Superbis resistere etiam homines in laudibus ponunt. VII, 13. Superborum capita calcat Christus. IV, 1210. Qui dedit humili, aufert superbo. IV, 194, 1796. Superbis absconduntur mysteria. V, 440. Superbus, a discipulatu Christi repulsus. V, 415. Superbus amittit quod impetrat humilis. V, 103. Superbi mortales de diabolo debent erubescere : ille enim etsi superbus, tamen immortalis est. V, 590. Superbis utile est arctius manifestiusque concludi. X, 365. Et cadere in manifestum peccatum. VII, 422. Superbi infirmantur, ut perficiantur. III, 414. Nihil tam indignum misericordia, quam superbus miser. I, 1285. Superbis Christus est lapis offensionis. V, 920, 921, 922. Sacramentum corporis Christi longe est a cordibus sapientium superborum. II, 840. Superbi non sanantur a Christo. III, 1446, 1447. Animæ extolleuti se demonstrandum fuit, quam non bene se habeat facta natura, si a faciente recesserit. III, 432. Continens, ne aliquando superbiat, cogitare debet, quid sibi desit, non quid adsit. V, 1565. Contra continentes superbos. V, 1567. Conjugatus humilis, melior continente superbo. V, 1564. Cum superbis quomodo non convescendum, cum quibus Christus manducare dignatus est. IV, 1289.

Superbi fumo comparantur. V, 440. Cur fumo comparantur. VIII, 198. Superbi defendentes peccata sua fumo comparati. V, 153. Superbi corpus diaboli vocantur. IV, 1807. Superbi, etsi alti sunt, quasi fumus evanescunt. IV, 1184. Superbi leonibus comparantur. III, 361. Superbi more nivis congelascunt et cadunt. III, 873. Superbus homo gladio proprio occisus. V, 831. Superbi, gigantes vocantur. IV, 1116. Falsi justi. IV, 1807. Per montes figurantur. IV, 1243, 1865. Superbi tenebræ sunt. III, 874. Per nonaginta novem oves in deserto relictas, et per novem drachmas significantur. III, 1344. Superborum (hæreticorum) inquietudinem significaverunt muscæ sub quibus magi Pharaonis defecerunt. II, 219.

Superfluum est, quod nec prodest, nec nocet. III, 2118. Superflua non nocent, axioma jurisperitorum. VII, 133. Superflua multa habent, qui nonnisi necessaria tenent. IV, 1921, 1922. Inania si quærimus, nihil sufficit. IV, 1922. Quære quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati tuæ. IV, 1922. Inter superflua quid numerandum. V, 421. Superflua gravant, non sublevant; onerant, non honorant. V, 523. Superflua eroganda pauperibus. III, 1760. Superflua divitum, necessaria sunt pauperum. IV, 1922; V, 243, 413. Superflua cum possidentur, aliena possidentur. IV, 1922. Superflua sua non tribuere indigenti, simile est fraudi. V, 1041. Superflua vide cui remaneant, ne forte cum servas unde vivas, colligas unde moriaris. V, 629. Capillis superflua significantur. III, 1760.

Superiores. Eorum dotes, quæ. I, 1338. Maxime discretio. I, 1340. Superiores seu prælati, quomodo gerere se debent dum amantur, timentur, laudantur, ne in superbiæ vitium cadant. I, 804. Timeri velle ab hominibus, non propter Deum, fœda est jactantia. I, 803. Superiori se subjiciat, qui sibi subjici vult quod est inferius se. IV, 1860. Superioritas, etsi ita administretur ut decet, indecenter tamen appetitur. VII, 647, 648.

Superius Centurio. II, 304; IX, 540.

Superstitionum varia genera. III, 50. Superstitio noxia in quo sit, in quo vera religio. II, 377. Dies observare ad aliquid inchoandum, grande peccatum. VI, 270. Superstitio pluviæ comparatur. III, 1308. Superstitione Gentilium, silva facta erat omnis terra. IV, 1230. Superstitiones quomodo verus Deus subvertit. VII, 137.

Superstitiosum quid. III, 50. Superstitiosi quinam dicebantur. VII, 137. Quid differant a religiosis. VII, 187. Lepidum Catonis responsum superstitioso. III, 51.

Supplantare gressus quid sit. IV, 1807.

Supplicem nullum spernas, et cui dare non potes quod petierit, non eum spernas, etc. IV, 1351.

Supplicium juste peccatoribus infligitur. I, 1284. *Vide* Pœna. Supplicia utiliter erga reos decernuntur. II, 660. Supplicia terreant, quem præmia non invitant. IV, 569. Supplicium bonum quidem opus esse damnantis, sed vere malum damnati. X, 1463. Supplicii diuturnitas an debeat respondere diuturnitati delicti. VII, 725.

Surditas cordis ex tumultu vanitatis. I, 700.

Surdus et mutus Mediolani motibus corporis verborum vice utens. I, 1032.

Sursum nihil est aut deorsum in universo. VI, 18, 19. Sursum cor. V, 170, 370, 1320; VI, 443. Sursum corda. Gratias agamus Domino Deo nostro. Dignum et justum est. X, 211, 1013. Sursum corda non sine causa audiatur. IV, 271, 1941. Sursum cor levetur, ne putrescat in terra. IV, 1941. Sursum cor habe, corde præcede, quo sequaris corpore. IV, 1736.

Susanna ore tacebat, corde clamabat. IV, 1775. Labiis immotis clamabat. V, 858. Susannæ, quia liberata est, non major exinde felicitas. V, 1506. Susanna exemplum pudicitiæ conjugalis. V, 1506. Susanna cum Josepho comparatur. VI, 1439.

Susceptor Deus ægrotorum et infirmorum. IV, 521.

Suscepti. I, 999. Suscepti honorarium dare solent patronis. I, 999.

Suscipere Jesum in cor. V, 942.

Suspicari. Malevolæ animæ quasi dulciter sapit, quod pessime suspicatur. V, 1564. Qui benevole suspicatur, vinci cupit. V, 1507. Augustinus in judicando aut aliquid mali suspicando de aliquo, maxime cautus. II, 267, 268. Suspiciones, tentatio humana. III, 1839. Suspiciones malevolas quibus suggerat diabolus.. II, 270. Pleraque generis humani mala oriuntur a suspicionibus falsis. V, 1401. Suspicionibus malis ita perducitur ad odium, V, 506. Suspicionibus ira non est irriganda. V, 1054. Suspiciones malæ, alimenta iræ. V, 397. Suspiciones malevolæ sunt calumniantium; benevolæ sunt suspiciones gubernantium. V, 1507. Suspiciones nostras amamus omnes aut pene omnes vel vocare vel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis movemur. II, 663. Suspicionem de se malam non tam arguendam, quam sanandam Aug. judicat. II, 474, 480.

Suspiciosus. Imperfectus quod in se ipso agitur, hoc de aliis suspicatur. IV, 1534. Suspiciosi omnes, cum merito culpentur, etiam laudari arbitrantur se debere quod cauti sint. II, 648. Suspiciosi diabolo similes. IV, 1535.

Sustentacula duo humani generis. V, 346.

Sustinentia et continentia duæ virtutes hujus vitæ. V, 139, 233. Sustinere Dominum quid sit. V, 244. Sustine Dominum, non sustinebis mendacem, non inopem : omnipotens promisit, certus, verax. IV, 211. Sustinentiam qui perdidit effeminatus est. IV, 211.

Susum, Jusum. III, 2056. Susum me honoras, Jusum me calcas. III, 2060.

Suum esse aliquid quis jure dicat. V, 327.

Sycomora dicuntur poma quædam ficis similia. V, 941. Sycomora, ubi degebat Augustinus, rara aut nulla. V, 941.

Sycomorus crux Christi. V, 941.

Sylla. VII, 107. Syllæ mores et facta horrori sunt legentibus. VII, 69. De vitiis Syllæ plura Sallustius. VII, 65. Varia deorum responsa et oracula Syllæ facta. VII, 72. Nullum de moribus corrigendis datum. VII, 72, 73. Syllæ adjutores dæmones. VII, 71. Syllana tabula proscriptorum. VII, 107, 109. Syllanum bellum. VII, 107. Syllanæ victoriæ crudelitas. VII, 107, 108. Sylla vindex fuit crudelitatis Marianæ. VII, 107. Plus damni Syllæ attulit victoria, quam inimicis. VII, 73.

Syllogismi partes tres. VII, 58. Syllogismi conversione

exposuit risui Diogenes eum qui sophisma proposuerat. III, 58.
Sylva græce ὕλη dicitur. VIII, 556.
Sylvia filia Numitoris sacerdos Vestalis, mater Romuli. VII, 81, 82. *Vide Rhea.*
Symmachus Præfectus Romæ. I, 717. Augustinum Mediolanum mittit profitendæ Rhetoricæ gratia. I, 728.
Symmachus Scripturam ex Hebræa lingua in Græcam transtulit. III, 743; VII, 603. Quo tempore. VII, 603. *Not.* (*b*).
Symmachiani. IV, 465. Id est secundum quosdam, Nazaræi. VIII, 349, 358. *Vide* Nazareni. Symmachiani seu Nazaræi ad nostra usque tempora, jam quidem in exigua, sed adhuc tamen vel in ipsa paucitate perdurant. VIII, 358.
Symplasia. IV, 772.
Sympsalma quid sit. IV, 80.
Symbolum unde dictum. V, 1058, 1072. Cur institutum. V, 1066. Symbolum fidei. VII, 532. Symbolum fidei dicitur confessio. VI, 276. Symbolum est regula fidei, brevis et grandis. I, 631; V, 400, 1060; VI, 627. Fidei et salutis regula. V, 1072. Sacrosancti martyrii symbolum. V, 1072. Symbolum fidei catholicæ fundamentum. VI, 651. Symbolum ex Scripturis collectum est. VI, 627. Symbolo quidquid colligitur, in sacris Scripturis continetur. V, 1060. Symbolum et oratio Dominica complectuntur fidem, spem et caritatem. VI, 234. In Symbolo est fides catholica. VI, 181. Symbolum non scripto tradebatur, sed tantum verbo. V, 1060, 1066; VI, 627. Symbolum Catechumenis sive Competentibus ante Dominicam orationem tradi solitum, ab iis post aliquot dies reddendum. V, 377, 386, 393. Symbolum nosse tenentur baptizandi. X, 322. Symbolum quo die tradebatur Catechumenis, aut ab iis reddebatur. V, 399, 1058. *Not.* (*b*). Rursum die sabbati novissimo ante baptismum audientibus omnibus reddebatur. V, 393, 399. Symbolo non reddito baptismum recipiens, paralysi plectitur, quoad reddiderit. II, 1013. Symbolum memoria teneri debet. V, 399, 1066. Symbolum quare memoria tenendum. V, 1060. Non auditur in Ecclesia quotidie ut oratio Dominica. V, 399. Symbolum quotidie recitandum et tamquam speculum quotidie inspiciendum. V, 399; VI, 627. Quando dicendum. VI, 627. Symbolum animo semper versandum est. V, 1072. Symboli expositio. V, 1058. Symboli ordo et textus. V, 343. Symbolum habent etiam ab Ecclesia præcisi. V, 1232.
Symphoniaci dæmoniorum. IX, 738.
Symplegadæ. X, 1345.
Synagoga ex congregatione appellata est. III, 2089. Cum audieris synagogam, noli continuo detestari quasi interfectricem Domini. IV, 916. Synagoga mater est Christi, socrus Ecclesiæ. IV, 501. Synagoga et Ecclesia significatæ per duas meretrices. V, 92. Synagoga nomine lunæ in Scripturis significata. IV, 137. Synagoga, arbor maledicta. V, 534, 555.
Synaxes ad memorias Martyrum. I, 719.
Synecdoches varia exempla. III, 578, 579.
Synerus trium principiorum auctor. VIII, 29.
Synitensis, ecclesia. VII, 765. *Vide* Sinitum.
Synnadense concilium. IX, 495. *Not.* (*a*).
Synodi congregatio ad damnandas hæreses non semper necessaria. X, 638.
Syria interpretatur sublimis. IV, 715.
Syra lingua vicina Hebrææ. III, 260.
Syrarum feminarum castitas. VI, 486.
Syracusæ obsidio. VII, 19. Et eversio. VII, 19. Syracusis quidam dicunt hominem posse esse sine peccato, etc. II, 674.
Sysinnius epistolam Augustini, quæ continet quæstionem de mendacio officioso, reddiderat Hieronymo, quam Augustini esse dubitat Hieronymus. II, 237, 238, 243, 244.

T.

T littera, signum crucis. IV, 833. Hæc littera, in græcis numerorum notis trecentos significat. IV, 833.
Tabernaculi constructio. III, 657. Tabernaculum testimonii erat populo Dei in itinere velut templum ambulatorium. VII, 465. Cur velis cilicinis cooperiebatur. VII, 465. Tabernaculum Christi, caro ejus, Ecclesia ejus. III, 1991, 1992. Tabernaculum suum Christus in sole posuit, id est carnem suam in manifestatione hujus lucis ostendit. III, 1979. Tabernaculum Domini, Ecclesia catholica. IV, 1912. Tabernacula peccatorum, ecclesiæ hæreticorum. IV, 1912. Tabernaculum peregrinantium est et militantium. IV, 143, 202, 253, 479. Hinc contubernales, militantium nomen. IV, 202. Tabernaculum aliquando sumitur pro habitatione semiterna. IV, 143.
Tabulæ lapideæ, in quibus Lex scripta erat, quid significant. VIII, 306. Tabulæ primæ Legis quare dicuntur scriptæ digito Dei, secundæ vero a Moyse scriptæ. III, 652, 653, 755, 756. Tabulæ priores gratiam significabant, posteriores vero eos qui de suis operibus gloriantur. III, 653. Priores tabulæ vetus Testamentum significabant. III, 655, 755, 756. Fractio tabularum Testimonii quid significet. III, 644. Tabularum contritio, Legem ad condemnationem valere significat. III, 756.
Tabulæ XII quid de furum occisione præcipiant. III, 627.
Tabula clericorum. V, 1580. A clero ac populo petit August. utrum Presbyteri accusati, sed non convicti nomen non recitetur. II, 266, 269. Quid obest homini quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro vivorum non eum delet iniqua conscientia? II, 269. Tabulæ matrimoniales. IV, 1045; V, 88, 225, 345. Tabulæ servorum in ipsorum manumissione fractæ. V, 145.
Tacet nunc Deus a judicio, non a præcepto, non a doctrina. IV, 340, 952, 1200. Tacet modo a vindicta judicii, non a verbo correptionis. V, 298. Tacet in judicio, loquitur in præcepto, in tot sacramentis, in tot libris. V, 296. Loquitur qui tacet, dum monet nos, et nondum judicat nos. V, 298, 300.
Taciturnitas Dei, patientia Dei. V, 297.
Tædia meritis peccatorum imputanda. X, 109.
Tagosensis episc. II, 226. *Not.* 3.
Talares et manicatas tunicas habere flagitium erat apud veteres Romanos, jam e contra. III, 74.
Talio. VII, 725. Talionis lex. III, 626. Talionis lex demonstrat quæ vindicta debeatur, ut sciatur quid venia relaxet. III, 626. Talionis pœna quare instituta. VIII, 363, 364. Talionis pœna non repetenda in causa servorum Dei. II, 509, 510, 511, 536. Talionis pœna non fomes, sed limes furoris est. VIII, 363.
Tangendi sensus. I, 1250. Per totum corpus est. III, 363. Unde nascitur. III, 364. Dirigitur a cerebro per medullam cervicis. III, 363. Tangere Christum. V, 420, 1144, 1149, 1155.
Tantalus. VII, 571.
Tapes theatricus. VIII, 375.
Tardius aut citius, quam statuit, cum non venturus sit Deus, cur oratur ne tardet. IV, 873. Tardiora sunt omnia frigida. IV, 1931.
Tarentina urbs eversa a Fabio. VII, 19. In ea Judæorum simulacra quomodo servata. VII, 19.
Tarentini hostes Romanorum. VII, 97.
Tarquinius Priscus rex Romanorum. VII, 582. Tarquinii mors. VII, 93.
Tarquinius Superbus quare sic dictus. VII, 93. Superbus est appellatus. VII, 94, 95. Soceri interfectione ad regnum pervenit, VII, 92. De manubiis capitolium erexit. VII, 92, 93. Cum liberis suis Urbe pulsus est. VII, 93, 94, 506. In regnum redire frustra conatus est. VII, 93, 94. Tusculi privatam vitam egit. VII, 93. Cumis obiit. VII, 93. *Not.* (*b*).
Tarquinius Collatinus unus ex duobus primis consulibus. VII, 94, 95. Maritus Lucretiæ. VII, 61. *Not.* (*d*). Magistratu se abdicare coactus. VII, 61. *Not.* et Urbe exire. VII, 94, 95. Injuria in Tarquinium Collatinum collata vindicata. VII, 94.
Tartareus amor. IV, 1816.
Tarutius juvenis ditissimus. VII, 185.
Tascius Cyprianus, V, 1412.
Tatiani hæretici a Tatiano, eorumque errores. VIII, 30.
Tatius rex Sabinorum. VII, 89.
Taurinus in Africam missus, adversus Donatistas secundum leges contra eos latas egit. IX, 362.
Tautane rex Assyriorum. VII, 576.
Telepte. IX, 233.
Τελεταὶ consecrationes magicæ. VIII, 897, 900. Consecrationes Theurgicæ seu sacrificia perfecta. VII, 287. *Not.* (*b*). Teletis nullorum deorum potest homo purgari. VII, 300. Teletas ac mysteria religionis Græci taciturnitate, parietibusque claudebant. VII, 138.
Tellumo deus. VII, 213.
Tellus dea. VII, 213.
Telxion quintus Sicyoniorum rex. VII, 562. Ludos Telxioni primitus institutos ferunt. VII, 562.
Temetum a veteribus vinum appellatum. VIII, 972, 974. Temetum vocabulum jam emortuum. VIII, 974.
Temperantia unde dicta. I, 974. Temperantia quid sit. I, 1189, 1235, 1322. Temperantiæ definitio, ejusque partes. VI, 21. Ejus officium. I, 1326; VII, 628. Temperantia dicitur qua libidines refrenamus. IV, 1066. Temperantiæ nomine nonnulli principes Romani multam gloriam comparârunt. VII, 127. Pulchrior temperantia animi suam insciliam confitentis, quam scientia rerum. I, 711. Xenocrates Polemonem non solum ebriosum, verum etiam tunc ebrium,

ad mores alios repente convertit disputando de fruge temperantiæ. II, 591.

Tempestates maris quatientes Ecclesiam, turbant gubernatorem. IV, 1422, 1425, 1426. Tempestas absente Domino. V, 476. In tentationis tempestate, excitanda fides, tamquam Christus dormiens in navi. V, 240, 424, 1602. Tempestas est cupiditas. V, 482.

Templa et sacrificia Deo soli exhibentur. V, 1231. In templis Paganorum non coluntur nisi spiritus maligni. IV, 1245. Cur in templis, in quibus Serapis et Isis colebantur, simulacrum digito labiis impresso silentium indicebat. VII, 564. Templa deorum clausa per Imperatorum leges. IV, 1788. *Not.* Templa, idola, luci, possunt in usus communes, vel in honorem veri Dei converti. II, 185.

Templum, quare quadraginta sex annis fabricatum. VI, 39. Templi ædificatio per XLVI annos ad secretiorem instructionem humani corporis referenda. III, 56. Templum Salomonis destructum regnante Sedechia. VII, 582. Templi Salomonis instauratio inchoata sub Cyro, sed usque ad Darium dilata. VII, 583. Templi Salomonis renovatio novum Testamentum significat. VII, 610.

Templum. Simulacrum Deo nefas est Christiano in templo collocare. VI, 188. Templum Dei aliter in significatione aliter in re. II, 846. Templum Dei, Angeli in cœlo. V, 1190. Templum Dei non de lapidibus et lignis, sed de hominibus ædificatur. VII, 542. Quomodo. VII, 546. Templi Dei, lapides vivi. V, 163. Templum Dei homo, in quo Christus per fidem habitat. IV, 1632. In quo habitat caritas. V, 1533. Deus tantum habitat in iis quos efficit templa sua. II, 846. Aliter justi in terra, aliter sancti in cœlo templum sunt Dei. IV, 1632. Qui credunt diligendo Christum, lapides sunt, de quibus templum Dei ædificatur. IV, 1704. Templum Dei, mens hominis. I, 1195. Mens pura, templum sanctum Deo. X, 285. Templum Dei amplum, cor fidelis. V, 158. Templum Dei duplici ratione homo est. V, 1271. Nunc jam incipit homo esse templum Dei, quomodo. X, 631, 652. Templum Dei bene vivendo ædificamus. VII, 546. In nobis, ut in profano templo, alia dejicienda, alia consecranda. V, 890. Templum Dei sanctum, mirabile est, non in structuris, sed in justitia. IV, 779. Exauditur, qui orat in templo, qui orat in pace Ecclesiæ. IV, 1704. Templum Dei simul omnes unum, et singuli singula templa sumus. II, 839, 847; VII, 280. Templum Dei violat, qui violat unitatem. IV, 135. Templum suum Deus protegit, templis suis simulacra proteguntur. IV, 204. Templi Dei ædificatio per fidem, dedicatio per resurrectionem. V, 890. Templum Dei Martyres. V, 1456.

Tempus quid. VII, 363, 364. Tempus quid sit, difficilis quæstio. I, 839. Implicatissimum ænigma. I, 820. Tempus est distentio, sed cujus rei? num animi? I, 822. Non fuit aliquod tempus, quando Deus nondum aliquid fecerat. III, 174, 175. Tempus nullum ante mundum. VII, 321. Ante creaturam frustra requiruntur tempora. III, 325. Tempus omni tempore fuit, et tamen creatum fuit. VII, 364. Temporis et mundi creationis unum est principium. VII, 321, 322. Tempus creatura est. III, 223. Tempus quando incœpit. III, 223. Tempus cum cœlo et terra esse cœpit. V, 25. Nullum tempus sine creatura. I, 826; VII, 364. An tempus possit esse in motu incorporeæ creaturæ. III, 223. Tempus sine aliquibus creaturæ motibus esse non potest. VIII, 684. Quæ nunc dicuntur tempora, a motu siderum cœperunt. VII, 364. Solis, lunæ et siderum motus, non sunt tempora. I, 820. Tempus non est corporis motus. I, 821. Sed quo metimur motum corporum. I, 821. Temporis mensura. I, 816. Quomodo tempus liceat metiri. I, 819, 822.

Tempus præteritum, præsens, et futurum. I, 816. In omni motu creaturæ præteritum et futurum invenitur, non vero præsens. III, 1680. Temporis verba indifferenter dicuntur, quamvis sine tempore manere intelligatur æternitas. VIII, 699. In cœlesti habitatione tempus non volvitur, quia habitator ibi non labitur. IV, 1918. De toto tempore in quo sumus, solum momentum tenemus præsens. IV, 976. Quæ temporis fine clauduntur, pro transactis habenda sunt. IV, 1143. Tempus et est et non est. IV, 419. Tria tempora proprie non sunt. I, 818. Differentiæ temporis quomodo nominandæ. I, 818. Tempora præterita laudantur, accusantur Christiana. VI, 702. Præteritum tempus et futurum, quomodo sit longum aut breve. I, 816, 817. Temporis celeritas. IV, 361.

Tempus et æternitas quomodo discernuntur. VII, 321. Tempus non potest esse coæternum æternitati. VII, 364. Quo sensu tempus æternum dicatur. III, 175. Tempora æterna quomodo intelligenda. VI, 84; VII, 365, 366. Tempora non quidem æterna, non tamen in tempore esse cœperunt. VIII, 922. Tempora æternitatem imitantur. I, 1179. Tempus quasi vestigium æternitatis. III, 236. Tempus finitum et infinitum quid differunt. VII, 360. Temporis spatia infinita ante mundum non sunt cogitanda. VII, 320.

Temporum moderator Deus. VII, 139. Temporum ordo in sapientia Dei sine tempore est. VIII, 850. Tempora observari per menses atque annos docuit Phegous. VII, 562, 563. Superstitiosa temporum observatio tempore Augustini multum usitata. III, 2130. Quam sit animæ periculosa. III, 2130. Temporum observatio quæ culpabilis aut innoxia. II, 210. Temporum et dierum observatores reprehenduntur. IV, 456. Tempus aliud est promittendi, aliud adimplendi quæ promissa sunt. IV, 1445. Tempus per ordinem ad mores quadruplex : ante Legem, sub Lege, sub gratia, in pace. VI, 52. Tempus tripartitum : ante Legem, sub Lege, sub gratia. VIII, 892; IV, 1562. Quinque temporum articuli. VI, 314. Tempora mundi sex distinguuntur. IV, 1182. Temporum Pelagiana distributio. X, 569. Ipsa est plenitudo temporis, quando venit Filius Dei temporalia docere contemni. IV, 922. Duo tempora Christi, humilitatis et claritatis. IV, 1461. Tempora Christiana. V, 505, 622. Tempora Ecclesiæ duo, probationis et coronationis. V, 96. Tempus mœstitiæ hic propter peccata nostra, tempus lætitiæ post de gratia Salvatoris. V, 1182. Tempus mœstitiæ, et tempus lætitiæ utrumque diebus XL ante Pascha, et diebus L post Pascha figuratur. V, 1184. Tempus duplex, misericordiæ et judicii. IV, 1282; V, 127. Tempus fidei et spei. V, 236. Tempus opportunum, tempus gratiæ. IV, 269. Tempus beneplaciti, tempus misericordiæ. IV, 852. Tempora velut mala injuste, quidam accusant. VII, 78. Tempora mala unde et quomodo ferenda. V, 498. Tempora mala non faciunt nisi homines mali. V, 1416. Cui tempora molesta sunt, si homines sibi non sunt molesti? V, 909. Tempora mala unde semper putant homines ea quæ agunt. V, 168. Tempora nos sumus; bene vivamus, et bona sunt tempora. V, 498. Tempus redimere quid sit. V, 122, 910. Horam pro tempore posuit S. Joannes. II, 910. Tempus quæstionibus de mundo curiosis non occupandum, rebus impendendum melioribus. II, 75.

Temporales. X, 942. Temporales, qui usque in finem in obedientia non permanent. X, 1029, 1030.

Temporale plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum advenerit. III, 35. Temporale non satiat animam, cui vera est et certa sedes æternitas. III, 35. Temporalia bona sunt et non sunt. IV, 1686. Temporalia nihil habent nisi erit et fuit; quod in illis futurum est, cum venerit, fit statim præteritum; exspectatur cum cupiditate, amittitur cum dolore. IV, 122. Temporalibus oblectari, cum teneri non possunt, miserum est. IV, 1488. Qui hæret corde in Domino, sic habet ista terrena tamquam capillos. IV, 605. Temporalia animo dimittenda. V, 997. Temporalium vanitas. V, 861. Temporalia concupita inardescunt, adepta vilescunt, amissa vanescunt. V, 861. Sæpe Deus temporalia dat et malis, ut aliud ab illo discant quærere boni. IV, 611. Temporalia quomodo a Deo petenda. IV, 624. Temporalia dantur, et ipsa a Deo, non a dæmonibus. IV, 327, 346, 931, 932, 1612, 1686. Redarguuntur qui Deum propter æterna, diabolum propter temporalia colere velle videntur. IV, 456. Temporalia et quando dat Deus, et quando aufert, et quando non dat, pariter est colendus. V, 207. Temporalia misericorditer Deus aufert iis abutenti. V, 203. Misericorditer non dat, eisdem abusuro. V, 204. Temporalia æternis qui præponunt, Dei beneficia inverse vestiunt. IV, 1868, 1869. Temporalia pro æternis contemnenda sunt. II, 529. Justa et officiosa, et in suo genere pacatior atque tranquillior rerum temporalium administratio, recipiendorum æternorum meritum gignit. II, 81. Temporalibus dediti, tamquam rotæ constricti circumeunt, non intrant ad veritatem, quia non amant æternitatem. IV, 245. Aliquid boni et de ipsis temporalibus operandum est. IV, 605. Temporalia sperare et diligere desinant, qui nomen Dei cognoscunt. IV, 122. Temporalia ideo nemini conferunt veram felicitatem, quia non extinguunt insatiabilem cupiditatem. IV, 1411. *Vide* Bona. Peribunt, non qui temporalibus utuntur, sed qui ea Deo præferunt. IV, 1606. Cum cœperit perire quod factum est, ubi erit amator temporis, qui perdidit æternitatem? V, 236. Temporalia bona in aliis invidere, mercenariorum est. III, 1405. *Vide* Terrena, Transitoriis.

Tenax ab Horreis Cesiæ. IX, 235.

Tenebræ quid. I, 826. Tenebræ nihil sunt aliud quam lucis absentia. VIII, 195, 197. Aut aer carens luce. VII, 326. Tenebrarum natura aliqua non est. IV, 109. Tenebræ non nisi lucis comparatione sentiuntur. III, 2071. Non sunt corporeæ. VIII, 195. Tenebras non fecit Deus. III, 229. Sed tamen ordinavit. IV, 108. Tenebræ ordinem suum habent a Deo. III, 229. Tenebræ ex quo esse cœperunt. VIII, 609. Tenebræ super abyssum. I, 818. Tenebrarum et lucis separatio. VII, 332. Quas tenebras approbavit Deus in creatione mundi. VII, 332. Tenebræ nihil gignere possunt. VIII, 195, 197. Tenebrarum gens et terra, deliramentum Manichæorum. VIII, 184. Antra quinque gentis tenebrarum. VIII, 186. Manichæorum deliramentum de bello con-

tra gentem tenebrarum. VIII, 210. Fabula de bello Dei cum gente tenebrarum absurda ostenditur. VIII, 244. Tenebrarum nomine nihilum accipi potest. III, 240.

Tenebræ exteriores quæ sint. IV, 94. Tenebræ exteriores et ligatio manuum ac pedum. III, 168. Tenebræ sunt infidelibus hominibus exteriores, diabolus et angeli ejus. II, 562. Tenebræ exteriores, societas pœnalis diaboli et angelorum ejus. II, 562, Tenebræ exteriores, pœnæ corporales. II, 562. Deus in fine sæculi æternis tenebris punit malos. IV, 998 Tenebræ ad veterem hominem, lux ad novum pertinet. III, 1985. Tenebræ quænam timendæ. III, 1657. Tenebræ miserabiles in animo humano. X, 270. Tenebræ peccatorum duplices. IV, 1795. Tenebrarum nomine significantur peccata. IV, 108, 1195; X, 129. Omnes iniqui ac infideles. IV, 325, 1766, 1858. Tenebræ peccati voluntate sunt, non natura. IV, 1858. Qui hodie tenebræ sunt, si velint, eras lux erunt. IV, 1195. Tenebræ sunt infideles homines, qui per fidem conversi ad Deum lux fiunt. II, 562. Tenebræ, ignorantiæ symbolum. IV, 328.

Tentare Deum quid. VII, 498. Tentare Deum ne videamur, industria nostra utendum. VI, 574. Tentari Adamum et cadere cur Deus permisit. VII, 435, 436. Tentatio primorum parentum allegorice exposita. III, 208 et sq. Tentare Deum non licet. III, 574. Tentare Deum non debet homo, cum habet quod faciat. VIII, 423.

Tentatio hominis quare permissa. III, 431, 432.

Tentatio est vita humana super terram. V, 1050, 1051. Tentatio duplex, altera seductionis sive deceptionis, altera probationis. III, 112, 113, 1708; V, 390, 452. Tentatio alia est adducens peccatum, alia probans fidem. V, 453. Tentatio Dei probatio est, non ad peccatum seductio. III, 562, 616. Secundum tentationem seductionis non intelligitur qui tentat, nisi diabolus; secundum tentationem probationis tentat Deus. II, 948. Quomodo Deus in tentationem inducit. III, 1282. Tentat Deus, ut doceat; diabolus tentat, ut decipiat. V, 29. Non tentat Deus ut sciat, sed ut scire faciat. III, 616, 1282, 1708. Non ut ipse discat, sed ut quod in homine latet aperiat. V, 28, 29. Tentationis interrogatio unicuique declarat dona Dei quæ in se habet. VI, 422, 424. In eo parcitur homini, quod infirmitas ejus tentatione non interrogatur. VI, 424. Tentationes per satanam quare et quomodo fiunt. III, 1284. Nisi Deo permittente nemo tentatur. IV, 1292, 1382, 1383. Datur comparatio. IV, 1384. Tentationes quare Deus permisit. VII, 670; VIII, 586. Sævire videtur Deus in illos quos tentari permittit. IV, 796, 797. Qui tentantur, aliquando traduntur occulto merito suo in manus tentatoris. IV, 1292. Tentationem permittit Deus, ut probetur homo, et diabolus vincatur. IV, 1150. Ad mensuram permittitur tentare diabolus IV, 743, 1225 Tantum permittitur diabolus tentare, quantum tibi prodest ut exercearis, ut roberis. IV, 744. Non tentat diabolus, nisi quod in te carnale dominatur. IV, 1858. In muscipula diaboli est error seu cupiditas qua illiciat, et terror quo frangat et rapiat. IV, 236. Inimicus affligit nos quotidianis tentationibus, inmittens vel quod male amemus, vel quod male timeamus. IV, 477. Tentatori januæ duæ, cupiditas et timor. V, 200, 201; VI, 548. Tentationes ex metu aut ex cupiditate oriuntur. X, 152. Timoris tentatio trina. III, 1332. Tentatio per ignorantiam et infirmitatem. X, 151 In omni tentatione secum luctantur duo amores. V, 1512. Tentat diabolus non solum adversitatis infestatione, verum etiam prosperitatis seductione. IV, 782, 797; IX, 720. Tentationes duæ, in prosperis et in adversis. III, 1492. Tentationes ex rebus calamitosis non valent in nos, si non valent tentationes ex lætis. III, 1283. Tentatio duplex, aut in spe adipiscendi commodum temporale, aut in terrore amittendi. III, 1306. Tentatio periculosa, cum videmus hic malos florere, bonos laborare. IV, 190. Tentationes diaboli tres sunt, malo exemplo seducere; opprobriis hominum et malarum linguarum detractione animum frangere; judicia et malevolas de fratribus suspiciones persuadere. II, 270. Tentationum quatuor genera. IV, 1421. Prima tentatio erroris et famis. IV, 1421. Secunda difficultatis. IV, 1421. Tertia tædii et fastidii. IV, 1422. Quarta sollicitudinis ob Ecclesiæ pericula. IV, 1422. Tentationum omnium tria genera, per delectationes, per pompas, per curiositatem. VI, 294. Tentatio triplex, voluptatis, superbiæ, et curiositatis, cavenda monstrata est in Christo. III, 155. Adversus illas tentationes pugna Augustini. I, 796. Tentatio per Paganos, Judæos, Hæreticos, sed maxime per malos Christianos. VI, 345, 347. Tentationis tempestas tum maxima, cum cupiditate quis victus absentem habet Dominum. V, 476. Ecce vita humana tota tentatio est, quando et ibi homo tentatur, ubi, quantum potest, vitæ cœlestis similitudini coaptatur. II, 535. Tres tentationes vitæ spiritalis. III, 876. Tentatio duplex, suspici ab hominibus et despici III, 76, 77. Neutra defuit Apostolis. III, 76, 77. Tentationes dæmonum ex invidia. VIII, 592, 599. Tentatio diaboli evanescit, nisi qui tentatur, dederit ei locum. V, 29. Dæmones non tentarent, si virtutum internam speciem possent in hominibus cernere. III, 467.

Tentationes prædicandæ sunt accedenti ad servitutem Dei. V, 275. Tentatio non deest baptizatis. V, 1365. Nullus hic locus a diaboli laqueis liber. II, 188. Tentatione vacare impossibile est in hac vita. III, 1284, 1285. Post remissionem peccatorum, adhuc in periculis tentationum versamur. IV, 1319. Tentari se passus est Imperator, ut militem doceret dimicare. V, 334. Ut doceret resistere tentatori. V, 1049, 1291. Tentatio Domini multiplex. V, 1291. Tentatio, Christi tripartita est, propter tria vitiorum genera, voluptatem carnis, superbiam et curiositatem. IV, 116. Ideo tentatus est Christus ne vincatur a tentatore Christianus. IV, 1159. In muscipula diaboli est error seu cupiditas qua illiciat, et terror quo frangat, et rapiat : utroque modo tentavit Dominum; cupiditate in deserto, terrore in passione. IV, 236 In Christo tentatus est fidelis, et in Christo diabolum vicit. IV, 724. Tentationibus variis agitatur qui pertinet ad Christum. IV, 758.

Tentatio non omnis culpanda. VII, 510. Tentatio non est inutilis. VII, 636. Tentatio duplex, noxia et utilis. X, 1000. Utilis est tentatio. VII, 510. Tentationum utilitas. IV, 1225. In tentatione apparet, qualis sit homo. III, 1730. In ea homo se ipsum novit. III, 289, 870, 871; IV, 355, 647. Tentatio plerumque peccatorem non facit, sed prodit. V, 697. Nescit se homo, nisi in tentatione discat se. V, 29. Tentatio necessaria justis. II, 856. Necessaria est vel ad perficiendam, vel ad confirmandam, vel ad probandam virtutem. VIII, 411. Tentatio tamquam stadium certaminis. III, 852. Tentatione probatur et exercetur virtus. III, 432. Provectus noster per tentationem nostram fit. IV, 724. Qui non tentatur, non probatur; qui non probatur, non proficit. IV, 870. Tentatione quomodo purgemur. V, 120. Tentationes malis sunt tamquam iguis fœno, bonis tamquam ignis auro. IV, 1375. Tentatio, ignis cujuscumque opus probans in hac vita. VI, 155. Tentationis ventus augeat ignem potius quam extinguat. V, 580. Tentationis ignis ubi aurum invenit, non stipulam, sordes abstulit, non in cinerem convertit. V, 569. Martyrii quædam lucta in tentationibus quotidianis. V, 1459. Tentari et probari melius est, quam non tentatum reprobari. IV, 1871. Opus est semper tentationibus et tribulationibus erudiri in isto sæculo. IV, 648. Est palma gloriosior non consensisse tentatum, quam non potuisse tentari. III, 452. Ne qui se ita profecisse gaudeant, ut se jam non posse tentari tamquam homines putent. II, 992. Hostis non cessabit et non moritur, nisi in resurrectione mortuorum. IV, 1940. Tentatio in patria nulla erit. II, 895.

Tentationum periculum, et molestia. IV, 1940. Tentationes leves sunt, quæ non sic urgent, ut cogant; graves autem, quæ multum instant ac premunt. IV, 1154. In tentatione præcedit suggestio, sequitur delectatio, et tandem consensus vel resistentia. IV, 1859. Aliud est suggestionibus delectari, aliud consentire. IV, 1319. Cum tentationibus noli colloqui. IV, 1774. Tentationem qui vincit, concupiscentiam non extinguit. IV, 1860. Tentatione superata, inest tamen aliqua delectationis titillatio. IV, 1860. In tentationibus vir, mulier et serpens quodam modo inveniuntur. VIII, 1007. Aliud est tentari, aliud in tentationem induci. III, 1282, 1284. In tentationem intrare, quid. X, 887. In tentationem intrare, est a fide exire. V, 655 Tentationi cur aliquando ceditur. X, 151. Quomodo ceditur. III, 207, 208, 210. Quomodo non ceditur. III, 1284, 1285.

Tentationibus qua ratione Christus restitit. III, 1996, 1997. Quomodo nobis resistendum. III, 1996, 1997. In tentatione quid regulariter agendum. III, 1467, 1770; V, 424. Qui ubi omnia deficiunt. V, 476. Tentationum tempestate sæviente, excitanda fides tamquam Christus dormiens in navi V, 240, 1602. Tentationum remedium, fides in crucifixum. V, 750. Tentatio in tantum deficit, in quantum fides proficit. V, 655. Hominis sese in fide contra tentationes corroborantis verba, et preces. IV, 197. Quibus tentationibus resistere valemus, quibusve non valemus, nescimus. I, 782. Tentationes vincunt sancti, Deum orando. VII, 299. In conflictu spiritali sperandum et petendum adjutorium Dei, non ut nos nihil faciamus, sed ut adjuti cooperemur. III, 761. Sine gratia non sufficit voluntas ad vincendas tentationes. X, 887. Tentationes sine Dei adjutorio per arbitrium voluntatis superare non possumus. IV, 1142. Et gratia et libero arbitrio opus est ad vincendas tentationes. X, 887. Qui vincit tentationes, non ipse vincit, sed Deus qui in eo est. IV, 1645. In tentatione Deus hominem suscipit, ne cadat; eruit ne hæreat; protegit, ne feriatur. IV, 1862. Cum tentamur, sine dubio consolamur. IV, 1226. In tentationibus deprecanda a Deo virtus continentiæ, ne illecebrosa capiant; et sustinentiæ, ne dura confringant. V, 139. Tentationum metu jam dejectus, promisso Dei auxilio erigendus est. V, 276. Anathematizandus plane, quisquis ne-

gat nos orare debere, ne intremus in tentationem. X, 317, 318. Quis id neget. X, 317, 318. Tentationibus hujus vitæ eripi magnum Dei beneficium. X, 981. Tentari et in tentationem non inferri, non est malum, imo etiam bonum. X, 1000. In tentationem non inferri ex dono Dei est. X, 1000. In tentationem non intrare in potestate propriæ voluntatis non est sine adjutorio Dei. X, 1293. Tentatio maxima, voluntati suæ sine adjutorio Dei deputare conscientiæ victoriam. X, 1294. *Ne nos inferas in tentationem* in pravum sensum a Pelagio detortum. II, 773. Contra tentationes arma fortissima, desideria vitæ æternæ. IV, 1774. Carnem qui vicerit, diabolum continuo superabit. IV, 1858. Tentatio quando infertur, jejunandum. V, 1048.

Tentatio humana quæ. III, 1284. Tentatio per ventum significata. IV, 528. Tentatio quasi fluvius venit, in petra standum est. IV, 654.

Tentator non vincitur, nisi contemnatur. V, 685. Tentatori quid respondeamus, Christus exemplo suo nos docuit. V, 685. Tentator non cessat pulsare ut irrumpat; si clausum invenerit ostium, transit. IV, 1834.

Terebinthus lacrymam medicinalem exsudat. III, 792.

Terentianus. VII, 178. Terentianus Maurus poeta. VIII, 77.

Terentius quidam libros Pompilii orando invenit. VII, 222.

Terentius poeta, gente Afer. VII, 57. *Not.* (*b*). Terentius a Scipione et Lælio adjutus in scribendis fabulis. VII, 57. *Not.* (*b*). Terentii locus. II, 315, 802. Terentii consilium misero datum, ut non esset miserior. VIII, 1021.

Ter germinorum pugna. VII, 89.

Terminus deus Romanorum. VII, 135, 168. Ad Terminum deum Romanorum rerum fines pertinent. VII, 200. Terminalia sacra mense Februario celebrari solita. VII, 200.

Ternarius numerus perfectionem justitiæ significat. III, 1261.

Terra ideo dea ponitur, quia pars animæ mundi quæ deus est, per illam permeat. VII, 211, 212. Terra sub variis symbolis adumbratur. VII, 213, 214. Terræ quatuor cognomina præter quadrigeminam vim. VII, 213. Terram in duos deos vel plures dividere ridiculum. VII, 212, 213. Terra mater deorum vocatur. VII, 120. Terram, et Cererem et Vestam esse volunt. VII, 120. Terram aliud esse, aliud Tellurem, aliud Tellumonem putant. VII, 120. Terram luminis a terra gentis tenebrarum discissam describunt Manichæi. VIII, 220. Terræ lucis et terræ tenebrarum qualem illi figuram sibi fingebant. VIII, 188. Terræ lucis figura fœdior. VIII, 188. Terram lucis esse corpoream, si terræ tenebrarum jungitur, contra Manichæos ostenditur. VIII, 188. Conjunctio terræ luminis et terræ tenebrarum, qualislibet fingatur a Manichæis, non potest esse nisi deformis et absurda. VIII, 191. Terram tenebrarum non esse summum malum Manichæis probatur. VIII, 193, 195, 197. Terram Deo coæternam esse male dicebant Manichæi. VIII, 552. Manichæorum deliramentum de terra Deo coæterna refellitur. VIII, 187. De naturis quinque terræ pestiferæ Manichæorum deliramentum refellitur. VIII, 194, 195.

Terrarum orbis, in Adami nomine significatus. IV, 1236. Terra quando creata. III, 256. An terra super aquam fundata. III, 264. Quomodo super aquam fundata. IV, 1759, 1760. Terra altior est quam aqua. III, 583, 750 Terra libratur in nihilo. VII, 301. Terræ inesse unitatem quamdam, numeros et ordinem. I, 1192. Terra maledicta spinas gignens, admonet hominem ut avertatur a peccatis, et ad Dei præcepta convertatur. III, 181. Orbis terrarum est maxima quodam modo insula. II, 925. Terram quadrata figura contineri inter disputandum dicimus. II, 69. Terra quomodo divisa in diebus Phalech. III, 552. Terra in tres partes dividitur. VII, 497. Terra linguarum diversitate divisa est. VII, 488. Terra cœli inferioris nomine intelligitur. III, 536. Terra ponitur pro aqua. III, 614, 750. Pro infirma mundi parte. III, 614. Pro tota infirma mundi regione. IV, 1945.

Terra promissionis unde sic dicta. X, 528. Terræ promissio facta Abrahæ, quam ampla. III, 555. Terræ promissionis fines. III, 787. Terra lacte et melle fluens. V, 167. Terra promissionis quid significet, cur dicatur terra Chanaan. IV, 1594. Terra sancta de Jerosolymis allata, in veneratione habetur. VII, 764. Terra viventium et terra morientium. V, 265. Alia est terra viventium, alia terra morientium; receptura mortuos, quos nutrivit vivos. IV, 390, 1888. Terra viventium potest intelligi corpus resurgentium. V, 1420. Terra ista non est regio vitæ beatæ. V, 1107. Terra Dei, patria cœlestis. IV, 144 Terra ipsa per similitudinem, mare est. IV, 981. Terra ponitur pro vita. IV, 390, 1811.

Terræ nomine, homines significantur. III, 489, 497, 501, 506, 707. Item carnales in Ecclesia. III, 264; V, 380. Ac peccatrices animæ. III, 1256; IV, 156. Pars hominis inferior. IV, 71. Terra, caro nostra. IV, 391; V, 380, 388, 391, 401. Terra, inimici Ecclesiæ. V, 388, 394. Terræ inferiora, terrenæ cupiditates. IV, 759. Terra oblita, quæ. IV, 1117. Terra fidem parvulorum significat. III, 264. Ac stabilitatem in Deo. IV, 68. Terram judicare. V, 107. Terram quo pacto liceat adorare. IV, 1264. In comparatione invisibilis creaturæ, omne visibile terra dicitur. III, 223. Terra totius mundi est templum. VII, 248. Terra Thoh, id est terra optima. III, 818.

Terræ motus magni in Oriente et in Africa. V, 136.

Terrena omnia mutationes, conversiones, atque interitus habere dixit Apuleius. VII, 113. Terrenarum rerum indigentia sollicitat animam. III, 2073. Nemo hic ita perfectus, ut non habeat mortalis carnis affectum circa terrena. IV, 1525. Terrena contemnunt, qui accipiunt Spiritum sanctum. X, 486. Terrenarum rerum conditio nullo modo æquari potest cœlestibus. II, 1059. Temporalia aliquando utiliter tribuit Deus, aliquando utiliter subtrahit. II, 575. Si pro magno terrena Deus daret, malis ea non daret. IV, 932. Terrena etiam ipsa bona non nisi ab uno vero Deo quærere utile. VII, 302. Id saltem persuadere vellet inimicus, ut Deus colatur propter cœlestia, diabolus ipse colatur propter terrena. IV, 932. Inhærere terrenis, quamvis ea Deus donet, non debemus. IV, 932. Terrenis inhærere non debemus, si volumus Deum videre, qui mundo corde conspicitur. IV, 84. Omnis qui contra salutem suam cupit terrena, sub terra est. IV, 759. Terrenarum rerum amor, viscum est spiritalium pennarum. V, 646. Terrenis quomodo uti debeant sapientiæ filii. III, 1337. Terrena bona subdita esse debent, non prædita; sequentia, non ducentia. II, 670. Terrena fumus. IV, 392. Terrenæ possessionis amor est causa discordiæ. V, 1591. *Vide* Temporalia.

Terrigenæ dicuntur peccatores. IV, 544.

Terret Deus undique, quia non vult invenire quos damnet. V, 137.

Terror de die novissimo, securitatem parturit. IV, 1915. Terrores mundi et blanditiæ contra milites Christi. V, 1256.

Tertullianus. VII, 193, 194. Vir acutus. III, 427. Novatianorum et Cataphrygarum hæreses propalavit. VI, 433. Fuit disertissimus eorum hæreticorum adstipulator. VI, 434. Deum corporeum esse, sicut et animam contendit. II, 861; X, 499. Tertulliani error de anima. III, 427. Tertullianus sensit animas esse corpora. II, 861. Nuptias secundas damnavit VIII, 657. Tertullianus unde factus sit hæreticus. VIII, 47. Scripta ejus eloquentissime scripta. VIII, 46.

Tertullianistæ hæretici. VIII, 46. Eorum dogmata. VIII, 46. Tertullianistæ paucissimi qui remanserunt in urbe Carthaginensi, in Catholicam transierunt, eique basilicam suam tradiderunt. VIII, 46.

Tertullus Abitensis episcopus. IV, 381.

Tessarescædecaitæ hæretici. VIII, 31.

Testa ante ignem mollis, post ignem fortis; figura Christi ante passionem contempti, post passionem honorificati. IV, 175.

Verbum Christi quam efficax. IV, 500. Quam velox et mobile. IV, 1931. Ventis comparatur, quia nihil velocius. IV, 1546. Verbum Dei in aliis fit fons aquæ salientis in vitam æternam; alii autem audientes verbum, torrentes fiunt. IV, 939. Repellit a se cor hominis verbi Dei severitatem, et admittit ad se male suadentis serpentis blanditias. IV, 543. Verbum Dei bene audientes quomodo deficiant et proficiant. VI, 678. Verbum Dei, semen quod spargitur in cordibus. III, 1396. Semen quo regeneramur. IX, 249, 260. Verbum Dei simile securi concidenti petras. III, 102. Verba Dei sagittæ. III, 830. Verbum Dei et sagitta est et pluvia. IV, 981, 1600, 1601, 1805. Verbi Dei pluvia a malis ad spinas germinandas, a bonis ad fructum bonum convertitur. V, 48. Cupiditas sicut spinarum radix, dulcem verbi pluviam ad punctiones convertit. IV, 1803. Verbum Dei in corde liberat a laqueo, a via prava, a labina. IV, 390. Verba Christi manifesta pascunt, obscura exercent. III, 1721. Verba Christi manent in nobis, quando facimus quæ præcepit, etc. III, 1842. Per verbum non reficiuntur, qui male de Verbo sentiunt. III, 1385. Verbum Dei omnia perversa corda perturbat, sicut pia corda exercet. III, 1539. Verbum Dei multis superfluum est eorum culpa. IV, 1689. Non est omnibus utile, quia fides non est omnium. IV, 1803. Quibus obsit, quibus prosit. IX, 65, 68. Verbi Dei fructus a non audiente etiam exigendus. V, 204. Manere in verbo Dei quid sit. V, 742. Quam hoc nobis necessarium. V, 743. Quantum præmium. V, 743, 746. Verbum Dei tunc in nobis requiescit, quando nos adquiescimus verbo Dei. V, 1353.

Verbum Dei non abscondendum timore carnalium incommodorum. III, 1338. Fames, indigentia Verbi veritatis. III, 1344. Verbi Dei tædium fastidiumque, gravis tentatio. IV, 1422. Vox verbi est omnis homo annuntiator Verbi. V, 1306. Verbum Dei venit cum manifestatur, abscedit cum occultatur. II, 518. Verbum Dei ab stantibus audiebatur. IV, 1062, 1930. Sedendi usus, dum verbum Dei auditur, quibusdam in Ecclesiis receptus approbatur. VI, 325. Verbum Dei cum tædio audiens, urgendus ut sedeat. VI, 325. In annuntiando et audiendo verbo veritatis labor est. IV, 286.

Verecundia quid. IV, 856. Verecundia in membris corporis unde. X, 404. Amicus ne admoneat amicum, verecundia impedire non debet. II, 671.

Verecundus Mediolanensis civis et grammaticus, Augustino, ejusque sociis familiarissimus. I, 755; II, 69. Nebridium adjutorem in docendi officio flagitat. I, 755. Augustino de sæculo fugienti cum sociis concedit rus suum Cassiciacum. I, 765, 980. Verecundus fit Christianus in extrema ægritudine. I, 765. Verecundus moritur, agente Romæ Augustino. I, 765.

Verimodus filius Darii. II, 1020, 1022, 1026.

Verinus. II, 231. Vicarius. IX, 648, 650, 686. Ad quem Constantini litteræ. II, 581.

Veritas cujus sit filia secundum Manichæos. VIII, 211. Veritas secundum Manichæos est ipsa lux quæ per oculos trahitur. VIII, 316. Veritas, lex æterna. VII, 484. Veritatem, quæ æterna est et omnibus præeminet, ipsum Deum esse. I, 742, 807, 840, 1262; III, 147. Veritatis essentia, Trinitas. VIII, 948. Veritas similitudo et imago Patris dicitur et sapientia. III, 245. Veritas Christus. III, 2000. Veritas principalis Christus. V, 184. Christus est veritas, ad quam per fidem et per Christum imus. IV, 1640. Veritas vere est. III, 1680. In ea nec præteritum nec futurum invenitur. III, 1680. In veritatis substantia non est major aliqua nisi quæ verius est. VIII, 947. Veritas quandoquam sese cumulatissime habet. VIII, 73. Veritas ad jus natura pertinet. VI, 20, 21. Ex veritate est omne quod justum est. VI, 540.

Veritas et vanitas a contrario differunt. IV, 1551. Veritati similis factus est homo cum creatus est; vanitati similis efficitur per peccatum. IV, 1863. Veritas humiliari non potest. IV, 1492. Omnibus supereminens est. IV, 311. Corporea creatura, quæ a summitate cœli usque ad nubes est, habet figuram veritatis. III, 238.

Veritas animæ beatæ vita. VI, 240. Veritatis contemplatio, vita Beatorum. V, 1633. Beata vita nihil aliud est quam gaudium de veritate. I, 793. Sola veritas facit beatos, ex qua vera sunt omnia. IV, 79. Veritas cœlestis patriæ thesaurus. VII, 160.

Veritas lumen mentis nostræ. III, 1658. Veritas exsistit mentibus nostris superior. I, 1259; III, 147. Quippe quæ non de ipsa, sed secundum ipsam de cæteris judicant. I, 745; III, 147. Mens humana nulli cohæret, nisi ipsi veritati. III, 245. Veritas summa generaliter an rationem cujusque hominis contineat. II, 80. Veritas et una est, et multæ, quia multæ animæ, quas illustrat. IV, 138. Veritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerum creatarum, de longinquo viderunt Philosophi. V, 776. Incommutabilis veritatis lex est omnium artium, et ars omnipotentis artificis. III, 147. Veritatis nonnulla vestigia reperiuntur in ipsis prophanorum auctorum litteris. X, 767. Ex æternæ veritatis regulis judicium de rebus etiam corporeis fit. VIII, 966. Veritatis judicium in sensibus corporis posuerunt Epicurei et Stoici. VII, 232. Veritas communis est omnium. I, 840. Omnibus communis est. IV, 969. Qui vult habere veritatem privatam, timeat ne ea privetur. I, 840.

Veritas in Deo invenitur. VI, 14. Veritas omnis ex Deo. III, 1414, 1660. Veritas ubicumque inveniatur, Domini est. III, 49. Omne verum ab illo est qui ait, *Ego sum veritas*. III, 18. Quidquid veritatis reperitur in homine, non est ab homine, sed a Deo. III, 2109. Veritas per quamlibet creaturam dicatur, non nisi ab illo dicitur, qui unus est verax. VIII, 110. A quocumque verum dicitur, illo donante dicitur,

qui est ipsa veritas. II, 724. Veritatis illustratio si homini ablata fuerit, non poterit nisi mendacia loqui. V, 908. Veritatem qui loquitur, ore suo loquitur, sed non suum. IV, 1120. Quidquid verum est in ratiocinatione, lumini veritatis tribuendum. III, 1283. Quæ a veritate non veniunt, se ipsa plerumque subvertunt. VII, 210. Veritatis cognitio, omnia falsa, si modo proferantur, etiam quæ prius inaudita erant, et dijudicare et subvertere idonea est. II, 437. Deus in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis. II, 403. Non est ulla ratione dicenda aut putanda veritas, quæ sacris litteris resistit. VI, 156. Veritas non est nisi in opere bono. IV, 1811. Veritas sola est, etiamsi non laudetur, laudabilis. II, 1023

Veritatem, vitam, æternitatem, beatitudinem omnis homo quærit. V, 776; VIII, 887. Veritatis quantus nobis amor naturalis. V, 813. Veritas negligentius quæreretur, si mendaces adversarios non haberet. V, 539. Negotium nostrum summum est magnopere quærere veritatem. I, 933. In illius inquisitione beatitatem consistere opinio Academicorum, quæ discutitur. I, 909, 966. Veritas cum quovis discrimine quæri debet. VIII, 77. Tutior est affectus vera quærendi, quam incognita pro cognitis præsumendi. VIII, 961. Veritas qua animi affectione quærenda. VIII, 855. Quo pacto in disputationibus quærenda. VIII, 175. Veritas disputatione requiritur, non disputatio veritate. III, 547. Errari nunquam tutius existimo, quam cum in amore nimio veritatis et rejectione nimia falsitatis erratur. VI, 487. Veritas, si non totis animi viribus concupiscatur, inveniri nullo pacto potest. I, 1324. Veritatem magis quam se ipsum animus debet appetere. VI, 496. Veritatem invenire est difficillimum. VIII, 65. Veritas non nisi magno labore invenitur. VIII, 174. Si quæratur ut dignum est, non potest se suis dilectoribus subtrahere I, 1524. Fieri non potest, ut eam pie, caste ac diligenter quærentibus inveniendi facultas desit. I, 1049. Omnes ambientes se admittit. I, 1261. Veritas ipsa negat vel tantis ad se amfractibus, quæ tam proxima est; vel tantis sumptibus, quæ tam gratuita est, perveniri. II, 435. Veritas per quam voluerit creaturam, cui voluerit creaturæ, ubique præsens loquitur. VI, 142, 162. Quomodo loquitur rationali creaturæ. VII, 484. Noli foras ire, in te ipsum redi, in interiore homine habitat veritas. III, 154. De universis quæ intelligimus, non loquentem qui personat foris, sed intus ipsi menti præsidentem consulimus veritatem. I, 1216. Verum esse quod legit, nemo in codice aut in eo qui scripserit, sed in se cernit. II, 86. Veritas sine sono intus mentibus loquitur. III, 1784. Vox veritatis non tacet, sed vociferatur ex corde. IV, 673. Veritas quomodo potest audiri. III, 1784. Veritas res longe remota a vanorum hominum mentibus. VIII, 65. Veritas ubique præsens est, si cordis oculus ad eam pateat. IV, 234. Veritas sensibus corporeis percipi non potest. VI. 13. Veritatis regulam homines vident incommutabilem. III, 22, 23. Veritatem qui incipit velle capere, caliginem patitur quam non sentiebat. IV, 1933. Veritatis perspicuam intelligentiam qui vult assequi, a confessione incipiat. IV, 1908. Veritatem omnem in hac vita non potest homo cognoscere. III, 1876. Quomodo tamen scire dicitur. III, 1876. Veritas non est hic quam quærimus. VIII, 887. Veritatem nudam se jactans depromere, cæcitatis arguitur. II, 1054.

Veritas nisi divina ope non percipitur. I, 940. Veritati percipiendæ quomodo per Verbum incarnatum reddimur habiles. VIII, 889. Veritatis inventioni duo vitia inimica. VIII, 845. Veritatis cognitio corde mundato. VI, 310. Veritatis capax mens non est nisi a vitiis libera. VI, 299. Veritati inhærere non potest sordidus animus. VIII, 89. Per bonos mores nobis provenit agnitio veritatis. I, 1334. In veritatem non intratur nisi per caritatem. VIII, 507. Veritas sola possidetur cum securitate. I, 1261. Eam nemo amittit invitus. I, 1261, 1262. Veritate nihil firmius et serenius. III, 238.

Veritas doctrinæ et religionis quanta cura servanda. VI, 514. Veritas, mentis castitas. VI, 545. Veritas non est facilius lædenda, quam corporis castitas. VI, 545, 546. Cur veritatem violare minus timeant homines, quam corporis castitatem. VI, 546. Veritate doctrinæ corrupta nullus aut cursus aut recursus esse ad castitatem animi potest. VI, 514, 515.

Veritatis dulcedo æterna. V, 615. Delectatio de lumine veritatis. V, 969. Veritate intelligibili et incommutabili nihil pulcrius. II, 445. Veritas Dei panis Angelorum et hominum. IV, 1742 Veritas panis est. III, 1692. Immutabilis est. III, 1692. Panis est in hac vita, potus erit in altera. III, 1285. Panis communis, unde vivit et qui prædicat, et qui audit. V, 618. Peccatoribus panis veritatis amarus est. IV, 88. Cibo veritatis sanæ animæ gaudent. IV, 89. Veritatis amator clamat suave esse, quod verum est. IV, 1535. Veritatis amor commendatur. IV, 310, 311. Dulcis est commemoratio veritatis. IV, 1227. Veritas suavior iniquitate, sed sanis. V, 831. Veris veritas delectatur. VI, 446. Sequestrata spe futuræ vitæ jucundum et lætum fuit quibusdam præ amore veritatis torqueri. VI, 98. Æterna veritas grandium cibus, qui non mutatur in eum a quo sumitur, sed e contra. I, 742. Veritas cernentes se commutat omnes in melius, a nullo in deterius commutatur. I, 1262. Veritas et dulcis est et amara: quando dulcis est, parcit; et quando amara, curat. II, 1062.

Veritas divina oppugnatoribus et contemptoribus non passim aperienda. III, 1300. Veritas non est ei proponenda, qui non bono animo audit. IV, 1767, 1769, 1770. Veritas non occultanda cum intersunt aliqui ejus capaces. III, 1301. Veritas, etiam non assensuris instanter prædicanda. IX, 449, 450, 451. Et per disputationem ingerenda. IX, 449, 450, 451, 552. Etiam alienigenis. IX, 454. Veritas etiam coram infirmis propter diguos non celanda. IX, 523. Ad veritatem recipiendam cogendi sunt etiam inviti. IX, 722. Confidentia prædicandæ veritatis, caritati tribuitur, diffidentia timori. VI, 192. Veritatis amatori nullus reprehensor formidandus. VIII, 843. Pro veritatis commendatione omnia mala corporalia toleranda. VII, 313. Veritatem qui prædicat, necesse est illusores patiatur. IV, 1768. Mortem propter veritatem alii fortiter, alii æquanimiter, alii libenter obeunt. III, 1369 Omnis consummatio est usque ad mortem pro veritate certare. IV, 1561. Canes sunt, qui non pro veritate, sed pro consuetudine latrant. IV, 176. Veritas lutius auditur, quam prædicatur. III, 1790. Veritas, causa cur discamus, necessitas, causa cur doceamus. II, 874. Ut intelligendus Psalmus XIV. 3, ubi laudatur loquens veritatem in corde. VI, 526. Item Apostolus præcipiens ut veritatem loquamur cum proximo. VI, 527. Veritatem cum proximo, id est, cum omnibus loqui oportet. IV, 189. Veritatem loqui, et loqui vanitatem. V, 68. Veritatem loquentes non audiunt ii, qui loquuntur vanitatem. IV, 1865, 1866. Veritatem prædicare nihil est, si cor a lingua dissentiat; et audire veritatem nihil est, si non auditionem fructus sequatur. IV, 812. Et illi qui verum, quod loquuntur, non credunt; et illi qui verum, quod credunt, non loquuntur, merito reprobantur. IV, 1491.

Veritati adversantium duo genera. VIII, 84. Veritatis doctrina inimica dæmonibus. VII, 183. Veritatem oderunt mali. III, 1860. Veritatem homines amant lucentem, oderunt redarguentem. I, 794. Quandiu blanditur et dulcis est iniquitas, amara est veritas. V, 850. Cur veritas odium parit. I, 794. Dum verum nobis cum aliqua asperitate dicitur, non ab homine, qui forte peccator est, sed a Christo emendamur. II, 130. Nemo potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis. II, 667. Veritatem oderunt homines, et prophetant nescientes. V, 1427. Homines, quamvis pauci, rarius inter prospera, crebrius inter adversa aures admovent veritati. II, 938. Veritati apertissimæ nemo contradicit lingua, sed vita. V, 963. Veritati apertissimæ qui resistit, nulli alteri potius quam sibi adversatur. IX, 177. Veritati apertissimæ cum quisque resistere cœperit, tunc præciditur ab Ecclesia. IX, 444. Veritas, a quovis proferatur, amplectenda. I, 984. Per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debet contemni. III, 619. Veritas propter se ipsam diligenda est, non propter eum a quo annuntiatur. III, 2108. Veritatem non veritate prædicantes tolerati, non falsitatem annuntiantes. VI, 527.

Veritas occultari potest ad tempus, vinci non potest. IV, 740. Veritas vincat necesse est, sive negantem, sive confitentem. II, 1049. Non bonum hominis est hominem vincere, sed bonum est homini ut eum veritas vincat volentem, quia malum est homini ut eum veritas vincat invitum. II, 1049. Non vincit nisi veritas; victoria veritatis est caritas. V, 1586. Qui vinci a veritate nolunt, ab errore vincuntur. V, 1586. Libertate tunc vera gaudemus, cum subdimur veritati. I, 1261. Bonum est ad escam magni Regis capi retibus veritatis. V, 1326. Cujus vita per omnia congruit veritati, is solus est qui bene atque honeste vivit I, 1051. Veritatis violentia. IX, 678. Spes ex promissione veritatis certa nobis est. II, 217. Ut possit homo complacere in veritate, necesse est ut facta fuerit in eum misericordia. III, 604. Veritas et misericordia in Scripturis passim commendatur. III, 565. Veritas frequenter in Scripturis misericordiæ conjuncta. IV, 1117, 1480. Veritate humilitati sumus in mortem, misericordia instauramur ad vitam. IV, 1554, 1555. Veritas in cœlo, misericordia in terra. IV, 672. Veritas tamquam scutum separat et discernit peccatorem humilem a peccatore suo verbo IV, 1153. Exhortatio perquam egregia ad amplexum veritatis, quæ una beatos faciat. I, 1260.

Verum quid sit. I, 888. Verum non posse comprehendi dicebant Academici. I, 924. Quod refellitur. I, 945. Unde

verum aut falsum. I, 891. Verum in corpore melius est, quam falsum in anima. I, 1167. Deus solus est doctor veri. I, 710. Dei est verum omne quod loquimur. I, 976. Quando verum dicitur, inspirante Deo dicitur. I, 861. Melior est vera stipula, quam lux inani cogitatione pro suspicantis. voluntate formata. III, 169. Verum, est animi pabulum. II, 63. Vera infideliter et non vera fideliter dici possunt. II, 420. Verum occultare licet aliquando citra mendacium. III, 1301. Utile est aliquando verum tacere. X, 1017. Verum tacendi vel non tacendi causæ. X, 1017, 1018. Verum quando dicendum, quando tacendum. X, 1017. Verum tacere aliud est, aliud falsum dicere. IV, 85, 86. Verum tacere aliquando non est culpandum, falsum dicere numquam concessum est perfectis. IV, 86. *Vide* Mendacium. Falsum dicere nihil licet; aliquando autem aliquid veri tacere utile est. III, 2111. Verum dicere non pœniteat, sed caute dicatur. III, 1619. Laborant homines loqui mendacium, qui veritatem tota facilitate loquerentur. IV, 1811.

Verisimile Academicorum. I, 387, 927.

Vermes diversi. V, 412. Vermes nonnulli in aquarum scaturigine reperiuntur, et extra esse non possunt. VII, 709. Vermes nonnullos edunt quædam Venetiæ regiones. VIII, 236. Vermis, Christus, quare. IV, 174. Christus vermis appellatus vel ad commendandam ejus humilitatem, vel quia vermis sine concubitu de carne nascitur, sicut ille natus est de virgine. II, 548. Vermis gehennæ pro dolore animi ponitur. VII, 723. Vermis gehennæ pertinet etiam ad corpus. VII, 723. Vermiculi dissecti partes moventur. I, 1039. Vermiculi dissecti motus causa inquiritur. I, 1070. Vermiculi laus. III, 136.

Versiones ab LXX. versione discrepantes. VII, 604. Versio Itala cæteris Scripturæ interpretationibus latinis præferenda. III, 46. *Vide* Scriptura, Septuaginta.

Versus unde dictus. I, 1014, 1149. Versus a doctis vocatur qui duobus membris certa ratione dimensis copulatisque constat. I, 1126. Versuum terminus varius. I, 1149. Versus non debet finiri pleno pede. I, 1151. Versus heroici finis. I, 1151. Quomodo versus heroicus metiendus sit. I, 1151. De senariorum versuum excellentia. I, 1157. Versus senarios quomodo commodius metiri oportet. I, 1158. Versus quidam ex auctoris sui nomine appellati. I, 1107. De versu judicat grammaticus ex auctoritate, musicus ex ratione et sensu. I, 1100. Quot temporibus minimus et maximus versus possint constare. I, 1127. Ut distinguitur versus a rhythmo et metro. I, 1116, 1147, 1151. Versus in animo, et versus in voce. IV, 120.

Veruclata. III, 801.

Verulus a Russicade. IX, 235.

Verus vir perfectissimus, vicarius præfectorum per Africam. II, 304; IX, 340.

Vespasiani duo, pater et filius, suavissimi Imperatores. VII, 168.

Vespera quomodo intelligenda in historia creationis. III, 314. Vespera et mane quomodo intelligantur ante creationem solis. III, 275. Vesperam et mane in tribus primis diebus difficile est cogitare. VII, 322. Quid significant vespera et mane. VII, 322. Vespera materiam informem significat. III, 240. Creaturarum privationem. III, 235. Peccatum rationalis creaturæ. III, 239. *Vide* Dies, Mane. Vespera fit in homine, quando occidit ab eo sol justitiæ. IV, 224. Vespere cœpit, ubi sapientiæ lumen recessit ab homine peccante. IV, 215. Vespere significat tribulationem sæculi. IV, 782. Finem sæculi designat. IV, 1362. Vesperam non habet septimus dies. V, 80.

Vespertina officia. II, 120. Quotidie agi solent. II, 120.

Vesperugo stella Veneris. VII, 720.

Vestimentum animæ, corpus. IV, 1314. Vestimenta scindere lugentium erat antiquorum. III, 711. Vestimenta Christi, sacramenta ipsius. IV, 176. Vestimentum Christi ipsa Ecclesia. IV, 1932. Vestimenta linea interiora. V, 224. Vestibus lineis purpuram miscere, et uti linostima veste, quomodo jam sit peccatum. VIII, 237. Vestis summi sacerdotis, Ecclesiæ sacramenta significat. III, 641. Et ipsam Ecclesiam. IV, 1734. Vestem nuptialem non habet, qui quærit gloriam suam, non Christi. III, 1464. Vestis nuptialis, caritas. V, 562, 583; IX, 669. Vestes Christi in quatuor partes divisæ. V, 1086. Vestis Domini quadripartita quadripartitam signavit Ecclesiam. III, 1949. Veste muliebri qui se ostentant, jure infames et intestabiles habentur. I, 898. Lacerna, vestis genus. V, 883.

Vesta et dearum maxima, et terra, et sæpius ignis esse dicitur. VII, 120, 121. Dicitur esse Venus. VII, 121. Vestæ templo nihil apud Romanos sanctius. VII, 108. In Vestæ templo ignis perpetuus. VII, 77, 99, 108. Vestali foco ideo adhibitæ virgines, quod sicut ex virgine, ita nihil ex igne nascatur. VII, 120, 121. Vestæ sacra quam inutilia Urbi tuendæ VII, 99. Templi Vestæ conflagratio. VII, 99. Vestalis stupri accusata, ad pudicitiæ testimonium, cribrum aqua plenum ad judices suos portavit. VII, 294, 774. Vestales sacerdotes in stupro detectæ vivæ defodiebantur. VII, 82.

Veterani milites ut paucos dies quietos habeant, quanta patiuntur. IV, 373.

Veteris hominis aliquid portamus usque ad ultimum mortis. V, 202. Veterem hominem exuere, et novum induere. V, 81. Veteris hominis crucifixio in cruce Domini designatur. III, 2069.

Vetustati quomodo novitas successit. VI, 677. Vetustas est carnalitas. V, 1230. Vetustas nostra ad petram Christum conterenda. IV, 812.

Vetustinum puerum miserabilem etiam impiis, Paulino commendat August. II, 124.

Vexilla Romana, aquilæ, dracones, etc. IV, 933.

Viæ Domini investigabiles, misericordia et veritas. II, 876; IV, 728, 1776. Via sacra, quæ. VII, 569. In sancto via Dei. IV, 978. Via justa non est, nisi in conspectu Domini. IV, 1593. Via Dei, fides recta. II, 979. Via porrecta est ad peregrinos. III, 2034. Aliud est duci ad viam, aliud deduci in via. IV, 1092. Vias Domini custodire quis dicatur. X, 305. Declinare et discedere a viis Domini quid. X, 305. In via es, memento peregisse te aliquid, restare aliquid; divertisse te ad refectionem, non ad defectionem. IV, 526. In via noli remanere, noli retro redire, noli deviare. V, 926. Melius it claudus in via, quam cursor extra viam. V, 926. Qui in via non currunt, quanto plus currunt, plus errant. V, 777. Melius est in via claudicare, quam præter viam fortiter ambulare. V, 778. In Christo ambula, ne offendas, ne cadas, ne in via remaneas, ne retro respicias, ne a via recedas. V, 932. In via nostra nullæ insidiæ, sed juxta viam. V, 778. Has ideo permissus est inimicus ponere, ne viam deseras. V, 778. Via Christi in medio laqueorum; laquei a dextris, prosperitas, laquei a sinistris, adversitas. IV, 1859. Via lata et spatiosa, quæ. V, 1648. Via peccatorum quæ. V, 1897. Via peccatorum placet, quia latitudo ejus videtur, finis non videtur. IV, 1897. Via impiorum felicitas transitoria, finita via peracta est felicitas. IV, 360. Viæ peccatum non tribuitur, quod a deviante committitur. IV, 1508. Angusta via quæ ducit ad vitam, nisi dilatato corde non curritur. IV, 1550. Angusta via est laboranti, lata fit amanti. IV, 1530. Via angusta paucorum est. III, 2122. Cum in itinere Dei faciliora et fructuosa ignava formidine fugiuntur, in itinere sæculari duriora et sterilia cærumnoso labore tolerantur. II, 1071. Via spinosa pedibus Apostolorum contrita, facta est lenior secuturis. V, 1298. Veritas a philosophis hujus sæculi inventa, non via. V, 776. Via Christus. V, 777, 780. Parum erat Deo, si Filium suum faceret demonstratorem viæ; ipsum viam fecit. IV, 1447. Viam demonstrat lucerna prophetica, et Dominus in carne tamquam in testa. IV, 1854. In via ambula ad prophetiam, ambula ad verba Dei, ambula ad formam servi, perduceris ad formam Domini. IV, 1854. Via nostra caritas est. IV, 1837. Via caritatis nihil excelsius, et non in illa ambulant nisi humiles. IV, 1837. Via testimoniorum Dei, Christus. IV, 1515. Viæ humilitatis, viæ vitæ. IV, 145. A virtutum via non recedendum propter insultationes male viventium. IV, 1151, 1152. Viæ et via in Scripturis leguntur, quia omnes una. II, 393. Viæ et sepes quid in Evangelica parabola significant. IX, 723. Viam docent ita idea milliaria litteris plena. V, 1547.

Viatores hic sumus: quid nos ea ratione deceat. V, 926. Viator perfectus quis. X, 164, 253, 602. Viatorum cantus. V, 1193.

Viator Manichæus. VIII, 36.

Vicinari. IV, 320.

Victimæ veteris Testamenti cur sine vitio quærebantur. X, 403. Victimæ cruentæ Christianorum, quænam sint. VII, 280. Victimas sacras imponis in aram conscientiæ, dum corde Deum laudas. IV, 1746.

Victimare. III, 967.

Victor Papa. II, 196.

Victor episcopus provinciæ Cæsariensis a primatu excluditur, eique nusquam nisi in diœcesi ejus ab aliquo communicatur Episcopo. II, 955.

Victor episcopus. II, 759, 781.

Victor episcopus. II, 759, 781.

Victor alius episcopus. II, 759, 781. Victor quem Aug. fratrem vocat, cui gratias agit. II, 153.

Victor Altiburitanus ep. IV, 382.

Victor ab Assuris. X, 235.

Victor Aufidii. IX, 513, 583.

Victor de Castello. IX, 513.

Victor fossor. IX, 513.

Victor fullo dedit folles viginti ut faetus esset presbyter. IX, 514.

Victor a Garbe. IX, 511.

Victor a Gor. IX, 227.

Victor grammaticus. IX, 513.
Victor Nebridii frater. II, 74.
Victor ab Octavo. IX, 237.
Victor Proculeiani presbyter. II, 133, 134.
Victor a Russicade. IX, 511. Traditor. IX, 612. *App.* 773.
Victoria est subjectio repugnantium. VII, 637. Naturæ hæc vox est, ut subjugari victoribus malint, quibus contingit vinci, quam bellica omnifariam vastatione deleri. VII, 560. Victoria munus solius veri Dei. VII, 125, 440, 441. Victoriæ ex hostibus ad unius Dei veri voluntatem arbitriumque pertinent. VIII, 448, 449. Victoria qualiter utendum. VII, 440, 441. Quo animo civitas terrena quærit victorias. VII, 444. Non semper meritis eorum qui vincunt, sed peccatis eorum qui vincuntur, quandoque tribuenda victoria. VII, 522. Victoria cum malis provenit divino judicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. VII, 643. Victoriæ terrenæ aut mortiferæ, aut certe mortales. VII, 440. Victoria perfecta de universis machinis inimici. V, 1252. Victoriam nostram non ex Dei adjutorio esse, sed ex libero arbitrio, Cœlestii doctrina. X, 345. Hoc reprobavit sancta Synodus, et ipse Pelagius. X, 345, 346. Victoria qua peccatum vincitur, nihil aliud est quam donum Dei. X, 887. Quisquis viribus suis vincere se posse præsumpserit, etsi videtur vincere patientia, vincitur a superbia. V, 1253. Christus habebat de te sibi tentationem, de se tibi victoriam. IV, 724. Victoria sermonis divini. IV, 1956. *Vide* Vincere.
Victorum vitrea lætitia, fragiliter splendida. VII, 114. Mala vota sunt optare habere quem oderis vel quem timeas, ut possit esse quem vincas. VII, 124. Victorem videri disputatione, quam non magnum. II, 1048.
Victoriana villa. VII, 765.
Victorianensis fundus. V, 1581.
Victorianus Carchabianensis, sive Carcavianensis. IV, 380; IX, 507, 528, 550. Unus ex XII episcopis, qui Maximiano contra Primianum adhæserunt, damnatur a concilio Vagaiensi. II, 414.
Victorianus Mustitanus episcopus catholicus. IX, 637.
Victoricus a Thabracha. IX, 217.
Victorinus. VIII, 667.
Victorinus Leptimaguensis episc. IV, 381.
Victorinus Munatianensis episc. IV, 380.
Victorinus subdiaconus, qui patefactus Manichæus, coercitus, de clericorum gradu dejectus, ac de civitate pulsus sit, etc. II, 1035.
Victorinus Rhetor urbis Romæ, vertit in linguam Latinam libros Platonicorum. I, 750. Victorinus statuam in Romano foro meruit. I, 750. Victorinus legit sacram Scripturam et libros Christianorum, ac publice profitetur fidem. I, 750. Scholam deserit ob legem Juliani, qua vetitum est Christianis docere litteras et oratoriam. I, 753
Videre. Verbo videre utimur ad omnium sensuum operationes significandas. II, 599. Tria sunt genera rerum quæ videntur, unum corporalium, alterum simile corporalibus, tertium ab utroque discretum. II, 457. Bene vel male videre an de exterioribus oculis dicatur, an de interioribus. X, 369. Videre inter et credere hoc interest, quod præsentia videntur, creduntur absentia. II, 599, 600. Aliter Deus, aliter homo, videt creata. I, 868. Videre Dei idem ac misereri. IV, 264, 295, 296. Videre Deum peccata, idem atque punire peccata. IV, 264. Videndi libido. X, 770. *Vide* Visio.
Viduitatis bonum excellentius bono conjugii. VI, 432. Viduitatis sancta professio. VI, 431. Viduitatis professione non damnari secundas nuptias. VI, 433. Exhortatio ad viduitatis bonum. VI, 443. Comparatio inter triplices viduas. VI, 440. Viduam biviram aliquando præferendam esse univiræ. VI, 440. Vidualis vita in sexageno fructu significata. VI, 423. Bonum viduitatis non minuitur laudato bono conjugii, sed augetur. VI, 435. Viduæ quibus operibus debeant incumbere. VI, 447. Viduis diligentior orationum cura videtur injuncta. II, 506. Viduæ ab avaritia caveant. VI, 447, 448. Deliciæ spiritales sint eis loco carnalium. VI, 447. Vidua vera dicitur, quæ non habet a quibus sustentetur. III, 766. Vidualis habitus a matronali distinctus. II, 1081. In nigellis vestibus esse innuitur. II, 1081. Viduarum fuerunt certa vestimenta temporibus Patriarcharum. III, 583. Viduæ desertæ videntur, sed robustius est auxilium earum. IV, 1726. Viduas et pupillos Deus custodit. IV, 1896, 1897. Vidua est omnis anima, quæ intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius Dei. IV, 1725. Vidua Dei est anima quæ in solo Deo confidit. IV, 1897. Tota Ecclesia una vidua est. IV, 1726. Vidua Ecclesia est absente sponso. IV, 1897.
Vigesilis. Plebs Vigesilitana Episcopum in plenario Africæ concilio degradatum suscipere constanter renuit. II, 234.
Vigilantia commendatur. V, 580. Vigilantia et oratio ex gratia. X, 170, 171. Vigilandum semper. IV, 1606. Vigilat hostis, dormis tu. IV, 801.
Vigiliæ spatium non habet amplius quam tres horas. IV, 1144. Vigiliæ ternarum horarum in castris. III, 718. Vigilia noctis quarta quid significet. V, 476.
Vigiliæ sacræ. V, 1087. Vigiliæ ad sacram solemnitatem. IV, 1099.
Vigiliæ Maximiani. V, 1598.
Vigiati martyrum basilica. V, 799. Vigiati Martyrum natale. V, 1447.
Vilescat totum quidquid præter Deum est. IV, 252.
Villaregium. IX, 475.
Vincere hominem hominis bonum non est; sed bonum est homini ut eum veritas vincat volentem, malum ut vincat invitum. II, 1049. Vinci a veritate, nihil gloriosius. IV, 689. Vincit cum vinci videatur, quisquis cedendo ad id pervenit, quod non amittit invitus. III, 163. Vincitur utiliter, cui licentia iniquitatis eripitur. II, 531. Vinci ab homine non potest, qui vitia vicerit. III, 160. Invictus est, qui id solum amat, quod amanti eripi non potest. III, 160. Et qui cohæret Deo. III, 162. Magni interest quid vincat in nobis. X, 591. Vinci potest carnis voluptas, quomodo. X, 804. Vincitur iniquitas, non viribus nostris, sed adjutorio Dei. IV, 342. Vincimur pugnantes contra peccatum, nisi divinitus adjuvemur. VI, 271. Vinces eum qui vincere solet, si habitet in te qui vinci non potest. III, 2006. Vincimus per eum qui dilexit nos. V, 1361. Qui prior vicit, faciet etiam te secundo victorem. IV, 1321. Qui in nobis victi sumus, in Deo vincimus. IV, 1321. Leo victus est sæviendo, Agnus vicit patiendo. IV, 1958.
Vincentius Martyr ubique vincens. V, 1252. Ejus laudes. V, 1252. Natalitia. V, 51, 1552. Vincentii natalem nulla regio non gaudet celebrare. V, 1257.
Vincentius. IX, 559.
Vincentius episcopus. II, 759, 781.
Vincentius a Thibari. IX, 223.
Vincentius Victor prius Donatista, vel potius Rogatista. X, 510. Vincentius cur Victoris nomen voluerit esse suum cognomen. X, 773, *adm.*, 475.
Vincentii nomen unde Victor sibi sumpserit. X, 511. Vincentius Victor scripsit de origine animæ adversus Augustinum. I, 655. Vincentii Victoris libri duo ad Petrum. X, 495. Vincentii errores. X, 521. Vincentius modeste ab Augustino correptus resipuit. I, 655. Donatistarum vel Rogatistarum divisione liberatus. X, 503. Ex Rogatistarum factione ad Ecclesiam catholicam conversus. X, 473, *adm.*, 475.
Vincentius Carten. prius Rogati presbyter. II, 343 Ac postea successor. II, 321. Sedet Cartennis cum decem Rogatistis. II, 331. In Mauritania Cæsariensi. II, 332.
Vincula sapientiæ prima aliquantulum dura; ultima nec dura quia dulcissima, nec mollia quia firmissima. II, 104. Vincula mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam, etc. II, 104. Vincula ferrea, timor; aurea, amor. IV, 1958.
Vindemialis episcopus. X, 411, *Not.* 1. A Valerio Comite epistolam reddidit Augustino. II, 926.
Vindicianus senex medicus. I, 695. Qui proconsul coronam agonisticam Augustino imposuerat. I, 695. Vindicianus Augustinum ab astrologorum næniis revocare satagit. I, 695, 737. Vindiciani medici remedium, uno tempore profuit, altero nocuit. II, 526.
Vindicta Dei, ira ejus dicitur. IV, 710. Vindicta peccatorum certissima. I, 1281, 1293. Vindicta citissima post peccatum. I, 1292. Dedecus peccati in rerum natura ne quidem puncto temporis exsistit sine decore vindictæ. I, 1292. Quare Deus vindicat occidendo in quos voluerit; secus vero homines. VIII, 159. Jus vindicandi peccata hominum in Deo probat nos a Deo conditos. I, 1241. Necesse est ut Deus in injustum vindicetur. IV, 254. Vindicat in peccata Deus, si justus est. IV, 589. Cur Deus hoc tempore vindictam neque nemini, neque omnibus retribuat. IV 255. In filios damnationis Deus vindicat iratus, in filios autem gratiæ vindicat propitius. X, 166, 167. Aliquando ad hoc vindicat Deus ut perficiat; aliquando ad hoc vindicat ut damnet. IV, 710. Quidquid divinitus ante ultimum judicium vindicatur, non ad interitum hominum, sed ad medicinam valere credendum est. VIII, 173. Noli murmurare quia Deus non vindicatur in malos, ne inter illos sis, inter quos vindicatur. IV, 1196. Noli, quia tu transisti, velle misericordiæ Dei pontem subvertere. IV, 1196. Vindicta ultima juste poscitur, quando nullus jam restat correctionis locus. II, 530. Vindictam Dei usque ad tertiam et quartam generationem procedere quomodo intelligendum. VIII, 137. Adversus vindictas temporales, quæ sunt in veteri Testamento, sæviebant Manichæi. III, 1263. An sibi adversantur duo Testamenta in eo quod ad vindictam pertinet. VIII, 139. Quomodo sancti vindictam desiderent. IV,

1017. *Vide* Malum reddere. Vindicari se quomodo electi Dei deprecentur. III, 1359.

Vindicta quædam est justa. VIII, 363. Vindictæ officia possunt implere boni bono animo. III, 1326. Vindicta in aliquem inimicum cum caritate potest procedere. VIII, 158, 159, 160. Vindicta nulla debetur nisi peccato. X, 166, 167. Vindicta peccati duplex, concomitans et consequens. VIII, 594. Vindicta an et quomodo fieri debeat. IX, 83. Vindictæ corporales quo animo factæ a viris sanctis. III, 1262. Vindicta quæ ad correctionem valet, non vetatur. III, 1261. Vindicta et in corpus et in animum potest exerceri. VIII, 173. Quomodo vindicandum. VIII, 161. Vindicandum nonnisi auctoritate divina. VIII, 161. Rectus vindictæ modus, quis. I, 1006. Vindicta quatenus a principibus exserenda. VII, 171. Excessus in vindicta. VII, 107. Vindicta facile modum excedit. III, 1258. Conceditur ut vindices te, quia justum est; vide utrum non habeas quod in te vindicetur, et vindica. IV, 1325. Deus justitiam vindictæ non reprimit, sed superbiam vindicantis extinguit. IV, 1325. Inaniter se jactat, qui cum et ipse homo sit, cupit se de homine vindicare, et cum superare hominem palam quærit, occulte a diabolo superatur. IV, 99.

Vindicatio quid. VI, 21. Hanc vis innata inseruit. VI, 20. Vindictæ libido quam iniqua. V, 396. Vindictæ libidinem superbia facit. V, 654. Vindictæ solatium quæri solet in illo, quod restitui non potest. III, 1261. Vindicta alieno malo animum pascit. II, 186 Vindicari est malo alieno pasci. V, 1057. Vindictæ cupidus de aliena pœna quærit medicamentum, et invenit grande tormentum. V, 684. Horrenda tentatio, velle vindicari. V, 391. Vindicta non quærenda. III, 708. Non præterita vindicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus. II, 317. Vindictæ appetitus exemplo Christi coercendus. V, 54, 396, 424, 684. 1396. Christianus non libidine ulciscendi pœnam irrogare debet. II, 391. Vindicare se non didicit Christianus, sed tolerare. IV, 255. Cavendum est ne vindicandi cupiditate amittatur patientia, quæ pluris habenda est quam omne quod potest etiam invito inimicus auferre. II. 530. Absit a corde Christiano, ut libidine ulciscendi ad pœnam cujusque rapiatur. II, 391. Vindictam de inimico acriter deprecantes a Deo, corriguntur. V, 1058. Præceptum de donanda omnino vindicta quid insinuat. VIII, 364, 367.

Vinea a Deo plantata. V, 531. Operarii ad vineam conducti. V, 320.

Vini primitiæ simulacris libatæ. III, 2085. Vinum quare non bibunt Severiani. VIII, 30. Vinum bibere non religio, sed sacrilegium est Manichæis. VIII, 357, 379. Vinum non bibunt Manichæi, licet vescantur uvis. VIII, 37. Vinum non bibere cur bonum dixit esse Apostolus. VIII, 149. Vinum sine mensura potare posse, putatur vel Dei donum, vel certe suave, blandum et licitum bonum. V, 828. Qui hoc potest, viri fortis accipit nomen: tanto nequior, quanto sub poculo invictior. V, 828. Vini abstinentia in Quadragesima. V, 1043, 1052.

Vipera. Judæi ex moribus dicti generatio viperarum. V, 679.

Viri et uxoris prima societas. VI, 373. Viro uni plures feminæ an licite jungantur. X, 419. Uni viro plures uxores habere aliquando licuit, numquam uni feminæ plures viros. VI, 387. Quare. X, 419. Viri adulteri gravius puniendi quam adulteræ uxores. VI, 474, 475. Virorum impudicitia pejor. VI, 475. Viri mulieribus præire in pudicitia debent. VI, 486. Ad viros pertinet et virtute vincere et regere exemplo feminas. VI, 475. Vir caput mulieris, præcedere eam debet in omnibus factis bonis. V, 77. Vir in eo quod male facit, non est caput mulieris. V, 83. Viri dominatio an pœna feminæ, an ordo naturæ. X, 1566. Vir uxori, non ad illudendum imbecilliorem sexum, sed sinceri amoris lege præficitur. I, 1336. Vir ad regendam uxorem, animo carnem regenti similis esse debet. VII, 443. Viri est imperare, feminæ obtemperare. III, 1395. Viri sanguinum sunt qui oderunt fratres. IV, 1801. Per virum a sexu honoratiore homo intelligitur, modo locutionis quo significatur a parte totum. IV, 1511.

Virata mulier. III, 963.

Vires. Nihil sibi tribuendum de viribus suis. III, 604. *Vide* Vis.

Virga. De virga quam multa et mira fecit Christus. VI, 698. Virga Maria, virga Christus, virga crux. VI, 698. Virga Moysi in serpentem conversa quid figuravit. V, 61, 67. Figura fuit passionis Dominicæ. IV, 933. Virga in arca inclusa, symbolum potestatis. III, 633. Virga disciplinæ. V, 1649. Reguntur etiam boni in virga ferrea. III, 1075 Virga regni Christi regit spiritales, conterit carnales. IV, 505. Melius est erudiri in virga patris, quam in blandimento perire prædonis. IV, 1131. Virgarum colores quas variavit Jacob, afficiendo transieunt in animas pecorum matrum. X, 812. Virgarum verbera, coercitionis modus a magistris, a parentibus et ab episcopis sæpe in judiciis adhiberi solitus. II, 509. Adhibetur et ad inquisitionem criminum. II, 509.

Virgilius Poeta. I, 671; VIII, 1047, 1050, 1079. Mantuanus rhetor. II, 82. Romanis verba vendebat. V, 623. Virgilius multam historiam vetusta auctoritate roboratam legerat. II, 84. Virgilius ab Augustino laudatus. III, 2089. Virgilius cur a pueris legitur. VII, 16. Virgilii duo versus in Christum apprime convenientes. II, 521, 1073; VII, 305. Virgilii sententia de pœnis post mortem. VII, 727. Virgilii locus. V, 622. Alter ei contrarius. V, 623. Virgilii loci. II, 81, 84; VI, 239, 242, 253, 588, 593, 601.

Virginitas nomen accepit ab abstinentia ab illicitis. V, 574, 575. Virginitas cœlestis vitæ imitatio. VI, 398. Angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. VI, 401. Virginitas corporis etiam ipsa est spiritalis. VI, 400. Virginitas inde honorata, quia Deo dicata. VI, 400. Votum virginitatis. VI, 412. Virginitatis consignatio. II, 229. Virginitatem ab ineunte ætate quidam vovent. IV, 967. Virginitatem voventium amplior in Ecclesia gradus. III, 1459 Virginitatem voventes non sunt sine nuptiis. III, 1459. Quales esse debeant virgines quæ jam votæ sunt, ostendit Ambrosius. III, 113. Virginitatem qui voverunt, Angelorum vitam ducunt in terra. V, 736. Hoc incipiunt esse ante mortem, quod cæteri post resurrectionem. V, 736. Nec ad ipsa quæ permissa sunt, frenos concupiscentiæ relaxent. V, 736. Virginalis professionis laus. II, 645. Virginitas, opus est supererogationis, non præcepti. VI, 412. Virginitas jure divino pia nuptiis antefertur. VI, 597. Virginitatem etiam sanctimonialium et continentiam virorum sanctorum cælibem vitam eligentium, castorum conjugiorum meritis adæquabat Jovinianus I, 639; VIII, 45. Virginitas quæ non est præcepta, plus est quam conjugalis pudicitia quæ præcepta est. X, 337. Virginitas præferenda conjugio. X, 142. Nuptiis præfertur. X, 416. Nulla ei fecunditas conjugalis comparanda. VI, 399, 400. De virginitate et conjugio errores duo contrarii, alius virginitati æquans nuptias, alius eas damnans. VI, 405, 407. Virginitas sic præferatur, ut non nuptiæ damnentur. VI, 404. Virginitas nuptiis non tanquam malo bonum, sed tanquam bono melius antefertur. X, 1418. Virginitas et pudicitia non vera, nisi quæ veræ fidei mancipatur. X, 416. Virginitatem custodire quam pudicitiam conjugalem plus est. X, 337. Quod Catholici sanctam virginitatem nuptiis præferebant, eos olim Jovinianus Manichæos appellabat. X, 458. Virginitati non ideo conferendum conjugium, quia virgines parit. VI, 401. Virginum omnium decus est unius virginis partus. VI. 398, 399. Virginis filius et virginum sponsus, Christus. VI, 397. Virginalis dignitas quomodo cœpit a matre Domini. V, 348. Nativitas Christi secundum carnem de virgine significavit membra illius secundum Spiritum de virgine nascitura. VI, 399. Virginitas illum solum decenter parere posset, qui in sua nativitate parem habere non posset. VI, 399. Virginitas Mariæ voto dicata Deo, antequam de concipiendo Christo audisset. VI, 398.

Virginitas turpis est sine virtutibus. IV, 968. Virginitas humilitate tuenda. VI, 396. Virginibus humilitas maxime commendatur. VI, 412, 413, 414. Virgines quanto magnæ sunt, humilient se in omnibus. V, 1020. Quanto sanctiores, tanto sint humiliores. VI, 427. Melius est humile conjugium, quam superba virginitas. IV, 968, 1280. Virginibus qua ratione humilitas exercenda. VI, 426, 427. Quid cogitandum virgini, ut veraciter se non audeat mulieri aut conjugatæ præferre. VI, 422. Ut non infletur virgo, cogitet se forte non posse pro Christo pati, quod possit conjugata. VI, 424. Prima humilitatis cogitatio, virginitatem haberi ex Dei dono. VI, 420, 422. Virginatis custos Deus, qui eam dedit, apud humiles quiescit. VI, 426. Virgines conjugatos sanctos patres non contemnant. VI, 397. Non se arbitrentur iis meliores. VI, 394. Nec se esse hic sine peccato. VI, 423. Virginitatis custos caritas; locus hujus custodis, humilitas. VI, 426. In sola caritate custodia castitatis. III, 2141. De conjugio, viduitate et virginitate multæ perplexitates. VI, 442. Corrupta corde, frustra virgo est corpore. IV, 1168. Virginitas in carne pancorum est, omnium debet esse in corde. IV, 1920; V, 575. Virginitas sacra si per impudicam pereat voluntatem, ad pudicitiam rediri potest, ad virginitatem non potest. X, 1543, 1544. Virginitas amissa nulla carnis fecunditate compensatur. VI, 400. Virgo quæ si nuberet, non peccaret; sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. IV, 1058.

Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas cordis, fides incorrupta. IV, 1920.

Virginitas mentis. V, 1495. Virginitas mentis, fides, spes, caritas. III, 1499. In fide omnes virgines esse debent. V, 1064. Virginitas fidei est in conjugatis. V, 574. Virginitas extra Ecclesiam nihil prodest. IV, 513. Virginitas Ec-

clesiæ. V, 1003, 1010, 1063. Virgo tota Ecclesia dicitur. IV, 1920; V, 575.

Virginitas commendatur. V, 996. Virginitatem liberam esse Christus voluit. VI, 398. Virginitas non præcepto, sed consilio commendata ad promerandam singularem gloriam in vita futura. VI, 402. Virginitas non propter hanc vitam, sed propter futuram diligenda. VI, 407. Fidelis et pia virginitas magnum magnique honoris meritum apud Deum habet, unde. III, 397. Qui virginitatem servant, non continuo censendi sunt omnia Legis et Evangelii præcepta custodire. X, 337. Virginitatis encomium. III, 112. Ambrosius virgines ad suscipiendum virginitatis propositum magno accendit eloquio. III, 115. Augustini liber de sancta virginitate. I, 640. Virgo nomen integritatis, non ætatis. III, 492. Virgo nomen ætatis est secundum eloquium Hebræum. III, 575. Virgines aliquando mulieres appellatæ. III, 529. Virginis cujusdam integritatem obstetrix velut manu explorans eam perdidit. VII, 32. Virgines honorabilius membrum Christi. III, 1499. Inter virgines computatur quisquis corruptionem per sensus non admiserit. IV, 1920. Quisquis abstinet ab illicitis sensuum motibus. V, 574. Virginum sanctarum gloriosa certamina. X, 724. Virgines propria et excellenti sanctitate nominatæ, dictæ etiam Sanctimoniales. V, 574. Multitudo earum. V, 574. Virgines sacras amor facit. V, 883. Multæ etiam parentum suorum contrarios conatus, igne superni amoris superarunt. V, 884. Timor ipsis virginibus necessarius, non timor sæcularis aut servilis, sed timor Dei castus. VI, 418. Virginibus adhuc de ipsa integritate pudicitiæ danda præcepta sunt. VI, 415. Virgines quas pœnitet professionis et propositi, melius nuberent quam urerentur. VI, 415. Inter virgines Dei consecrari non potest post baptismum, quæ catechumena fuerit vitiata. VI, 387. Obediens mulier inobedienti virgini præponenda. VI, 422. Obedientior conjugata minus obedienti virgini præponenda. VI, 392, 393. Virginibus Maria imitanda proponitur. V, 1011.

Virginis uterus, thalamus sponsi. IV, 161. Thalamus conjunctionis nuptialis Verbi et carnis. IV, 495.

Virgines elegantiore vestitu placere hominibus studentes reprehenduntur. VI, 415. Virgines non solo habitu vestis professionem suam tenentes. X, 799. Virginum numerositas major apud Catholicos, quam mulierum. VIII, 492.

Virgines et ipsæ spiritu matres Christi. VI, 399. Virginibus in ortu Christi unde causa gaudii. VI, 664. Virgines sponsum toto corde ament. VI, 427, 428. Virginum gloria futura major et propria quædam in cœlis gaudia. VI, 410. Sequi Agnum quocumque ierit, proprium est virginum. VI, 411. Virginum canticum quod nemo alius potest dicere. VI, 410. Virgines fructum sexagesimum referunt. III, 1325. Virginalis vita an in centeno fructu indicata. VI, 423. Exhortatio ad Virgines. III, 112. Martyr Cyprianus de habitu virginum, non de suscipiendo virginitatis proposito scripsit. III, 113.

Virginum sapientum et fatuarum parabola explicatur. II, 571, 572; V, 573; VI, 44, 45. Virgines quinque ex Evangelio, omnes animas intraturas in regnum cœlorum significant. IV, 1920. Virgines oleum non ferentes. V, 804. Virgines fatuæ sunt, quibus conscientia non sufficit. IV, 1921. Et quæ excitantur ad bona opera, non robore bonæ conscientiæ, sed incitamento linguæ alienæ. IV, 1921.

Virgini Cœlesti ludi exhibebantur. VII, 50.

Virginiensis dea. VII, 122, 188.

Viride agri allegorice. III, 198.

Virtus a viro cognominata videtur. II, 894, 1257, Virtutem deam fecerunt gentiles. VII, 127. Virtus non est dea, sed donum Dei. VII, 127, 128.

Virtus animi quid. V, 812. Virtutis definitio ex Cicerone. X, 747. Virtus dicitur habitus et quasi sapientis animæ qualitas. I, 1314. Virtus est animi habitus naturæ modo atque rationi consentaneus. VI, 20. Virtus dicitur æqualitas quædam vitæ, rationi undique consentientis. I, 1050. Virtus dicitur, vel recta vel perfecta ratio. I, 876. Virtus est frui fruendis et utendis uti. VI, 19. Virtus creaturæ rationalis, conversio ejus ad incommutabile bonum. II, 561. Virtus ars bene recteque vivendi. VII, 128, 258, 789. Virtus ars ad immortalem perveniendi felicitatem. VII, 128, 258, 789. Virtus ordo est amoris. VII, 467, 468. Vera et invicta virtus caritas. V, 1397. Virtus est caritas qua id quod diligendum est diligitur. II, 671, 673, 739. Virtus ad beatam vitam ducens nihil est nisi summus amor Dei. I, 1322.

Virtus vera quæ. VII, 156, 636. Virtutem veram in quo ponebant Pythagoræi et Platonici philosophi. X, 745. An qui naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, veras virtutes habeant. X, 750. Ipsa est vera et sola virtus, quæ non militat typho, sed Deo. V, 1293. Virtus nulla vera sine vera pietate. VII, 166, 631. Si quid laudabile in homine naturaliter eminet, non nisi vera pietate purgatur et perficitur. VII, 77. Virtutes a vitiis non officiis, sed finibus discernuntur. X, 749, 751. Virtutes veræ Deo servire debent. X, 749. Virtutes nisi ad Deum referantur, vitia sunt potius quam virtutes. VII, 656. Quidquid homo veluti recte fecerit, nisi ad pietatem quæ ad Deum est referatur, rectum dici non oportet. VI, 204. Virtus animi a Deo est V, 812. Virtus animi non facit beatum, sed qui virtutem dedit. V, 812. Virtutes veræ non sunt, quæ felicitatem æternam non intendunt. II, 670. Et quæ ad veram beatitudinem consequendam homini non prosunt. X, 747. Virtutes Christianæ persuadendæ fuerunt non tantum propter civitatis terrenæ concordissimam societatem, verum etiam propter adipiscendam sempiternam salutem. II, 533. Virtutes sine fide veræ non sunt. X, 750. Virtutes infidelium non sunt veræ. X, 751. An sint dona Dei. X, 744. Objectioni Juliani virtutes infidelium defendentis satisfit. X, 751. Virtutes Paganorum ex inani gloria steriles. II, 710. Virtus vera non est, quando gloriæ servit humanæ. VII, 166, 167. Virtutes tam turpiter serviunt humanæ gloriæ, quam corporis voluptati. VII, 166, 167. Virtutes ad se ipsas relatæ, inflatæ sunt ac superbæ. VII, 656.

Virtus propter se expetenda est. VII, 626. Propter se solum petenda. VI, 21. Virtus omnia appetit propter se, etiam se ipsam. VII, 626. Virtus bene utitur et se ipsa et cæteris quæ faciunt hominem beatum bonis. VII, 626. Virtus omnium bonorum vel animi vel corporis nihil sibi præponit. VII, 626. Virtus primigenia seu bona naturæ propter se ipsam diligit, utiturque et fruitur. VII, 625. Virtutibus nemo male utitur. I, 597, 1267. Virtutem non minuunt corporis bona si minuantur. VII, 31. Anima quæ se sequitur ut virtutem adipiscatur, stultum aliquid sequitur. I, 1314. Virtus nihil hic agit, nisi perpetua bella cum vitiis VII, 629. Virtus perpetua bella cum vitiis agit, non ut hæc vita careat miseriis, sed ut spe futuri sæculi sit beata, sicut et salva. VII, 631. Si animam corpus corruptibile non gravaret, non conaretur homo in virtutem, sed sine conatu Deo suo facile et feliciter obediret. X, 1313. Virtus ab animi sede membris corporis imperat. VII, 30. Virtutes qui ex spiritu Dei habet, etiam inimicos diligit. VII, 127.

Virtus in animæ bonis est excellentissimum bonum. VII, 626. Nihil hic in homine melius virtute atque utilius reperitur. VII, 631. Nullum bonum esse hominis præter virtutem voluit Stoici. VII, 258. Vera virtus nisi in justo esse non potest. X, 745. Virtutes sunt bona bonorum. X, 211. Virtus animam facit optimam. I, 1313. Virtutes, quibus recte vivitur, magna bona sunt. I, 597, 1267. Virtus aut vitium, ratio propter quam diligimus aut odio habemus. III, 1859. Virtus quomodo in infirmitate perficitur. X, 742. Virtutis perfectio non est desperanda. X, 673.

Virtutes quæ sunt in animo humano, non separantur ab invicem. VIII, 927. Virtutes inseparabiles esse omnibus philosophis placuit. II, 735. Eaque sententia probatur. II, 735, 736, 737, 738. Virtutum connexionem Zeno tenuit. X, 1063. Etsi virtutes sint connexæ, una tamen major est altera in uno eodemque homine. II, 740. Virtus non est hic sine aliquo vitio. II, 737, 738, 740. In magnis animis quædam virtutes vitiis parvorum sunt simillimæ. VIII, 417. Virtuti unicuique finitimum vitium reperitur. VI, 21, 22. Virtutes duæ hic necessariæ, continentia et sustinentia. V, 235.

Virtutis species quatuor. VII, 127. Virtutis partes quatuor, prudentia, justitia, fortitudo, temperantia. VI, 20, 51. Virtutes agendæ vitæ quatuor, prudentia, etc. IV 1065, 1066. Virtutum theologicarum ordo et connexio. IV, 261. Ex vario affectu amoris Dei nascuntur virtutes illæ quatuor, prudentia, justitia, etc. I, 1322. Quæ definiuntur. I, 1235, 1332. Officia quatuor virtutum ad dilectionem Dei tendunt. I, 1330. Flumen paradisi terrestris in quatuor partes divisum significat quatuor virtutes. III, 203. Virtutum gradus distinguendi ab illo qui sacris Scripturis animum intendit. VI, 34, 35. Virtutes inesse possunt et in habitu et in opere. VI, 390. Virtus vel sapientia luci vitium vel stultitia tenebris comparatur. II, 758.

Virtutes. Justitia, continentia, etc. non ex viribus nostris. II, 849, 850. Virtutes nostræ sunt, non res quas dare vel eripere casus potest. I, 916. Virtutes quibus anima ornatur, ex Deo sunt. III, 1685. Virtus nobis non erit, nisi adsit Deus, quo juvemur. II, 669. Nemo recte agit, nisi divino adjuvetur auxilio. VII, 659. Virtus non est ab homine; sed super hominem, quod facit hominem beate vivere. VII, 656. Virtus quæ dicitur nostra, Dei est bonitate nobis concessa. VII, 300. Virtus quæ Dei bonitate nobis concessa, non nisi gratiæ Dei tribuenda. VII, 167. Virtus sola Dei gratia donatur. VII, 128, 258, 789. Virtus vera donum est gratiæ. X, 762. Cur virtutes dona Dei esse negant Pelagiani. X, 743. Virtutes omnes et gratias unumquemque posse habere, quo sensu a Pelagio intellectum, et ab Episcopis approbatum. X, 539, 540. Virtutes nostras quomodo formet ux invisibilis. V, 1498. Virtus Christi erit in nobis, cum

defecerit virtus nostra. IV, 881, 882. Virtutes oculis non videntur, et amantur. IV, 316. Christus, pro omnibus virtutibus necessariis in convalle plorationis, dabit in cœlo unam virtutem se ipsum. IV, 1065.

Virtutes an desinent in futura vita. VIII, 1045. Virtutes quomodo erunt ac non erunt in æterna vita. II, 671. Virtutes eædem hic sunt in actu, post hanc vitam in effectu; hic in opere, ibi in mercede; hic in officio, ibi in fine. II, 672. Virtutes quomodo sint in Beatis. I, 1189. Virtus major, quæ in Beatis cum necessitate boni. X, 1498. In vita beata una erit virtus quæ virtutes omnes complectetur, aut potius quæ ipsa erit virtutes omnes. II, 671, 672. Virtutes duæ, una activa, altera contemplativa. III, 1045. In cœlo una erit virtus, scilicet contemplationis Dei. IV, 1066. Virtus via ad gloriam, honorem, imperium, VII, 156. Virtutis et honoris ædes apud Romanos conjunctæ. VII, 156. Virtutes Romanorum Christianis sunt commonitionis necessaria exempla. VII, 165. Virtutes civiles etiam sine vera religione quantum valuerunt in imperio Romano. II, 533. Romani quamdam sui generis probitatem custodierunt. II, 533. Virtus vera ac sola. V, 1295.

Vis. Vires corporis unde majores. I, 1036. Vim vi repellere occidendo eum qui stuprum aut mortem inferre molitur, illicitum. I, 1227. Vis ad aliquem cogendum ad bonum potest adhiberi. II, 754, 757, 802, 805.

Visibile quidquam non est, quod non sit mutabile. VIII, 881. Tria visibilium genera. II, 457.

Visio. Videre pro generali sensu non solum corporis, sed etiam animi. III, 625, 1958; V, 646. Quid distet inter videre et credere. II, 599, 600. Videndi Dei desiderium quando amoris gratuiti sit argumentum. V, 965.

Visio quid. VIII, 985, 986. Quomodo fiat. I, 1038. Ex re visibili gignitur visio seu imago ejus rei quæ videtur. VIII, 986, 987. Quomodo. VIII, 987. Visio per emissionem radiorum ex oculis. III, 258. Lux quæ est in sensu videntis, non sufficit ad videndum. III, 258. Visionem fieri ex imaginibus quæ ad oculos veniunt, sententia Epicuri et Democriti, qui refelluntur a Cicerone. II, 446, 447. Visionem qui nolunt tribuere nisi corporibus, non sunt audiendi. II, 620. Visio non est rei aut remotioris, aut propinquioris. V, 1265.

Visio triplex, intellectualis, spiritalis et corporalis. VII, 286, 287. *Not.* (*a*). Visio alia fit oculis corporis, alia mentis obtutu. II, 597, 599. Quid mentis obtutu videamus. II, 597, 599, 613, 616. Nec ipsa est contemnenda visio, videre quod nescias. II, 597. Cum anima intellectuali visione Deum videt, etiam supra se videt illum. III, 480. An in spiritali et intellectuali visione plures gradus. III, 478. In visione trinitas quædam. VIII, 985. Tria quæ in visione sunt, natura sua differunt. VIII, 986. Quomodo in unum coeunt tria hæc. VIII, 987.

Visio Dei duplex, alia hujus temporis, alia futuri : hæc per speciem, illa per fidem. IV, 1609, 1951. Recte dicitur, scimus posse Deum videri. II, 601. Patrem invisibilem, Filium vero et Spiritum sanctum visibiles putabant Ariani. II, 605, 626. Non solum Patris divinitatem, sed nec Filii, nec Spiritus sancti posse oculis carnis aspici, sententia Hieronymi. II, 622. Nullum est dubium quod natura Dei non videatur in loco. II, 619. Deum oculis carnis esse invisibilem probatur auctoritate Ambrosii. II, 603, 627. Hieronymi. II, 622, 625. Athanasii atque Gregorii. II, 626. Videre Deum cupiebat Moyses in ea substantia qua Deus est. III, 477. Ita eum vidisse verisimile est. III, 477. Deum Moysi primum aliisque sanctis non visum esse in natura propria, sed in ea specie qua apparere voluerat. II, 605, 607, 618, 626, 628. Mirum si Moysi non concessum est quod petebat, ut hic videret Deum sicuti est. II, 610. Non incredibile est quibusdam nondum defunctis, et maxime Paulo hanc gratiam fuisse concessam. II, 610. Sed necesse est abstrahi ab hac vita mentem, quando in illius ineffabilitatem visionis assumitur. II, 610. Nemo videt Deum in illa specie qua Deus est, nisi prius ab hac vita quodam modo moriatur. III, 477, 478; V, 931. Homini non potest nota esse divina substantia sicut ipsa sibi. III, 301. Divinam substantiam videre non potest hominis mens, sicut Angeli sancti vident. III, 483. De ipsis etiam cœlestibus virtutibus legimus, *Deum nemo vidit umquam*, ex Ambros. II, 602. Quo sensu. II, 602, 606, 609, 612. Videre aliud est, aliud videndo totum comprehendere. II, 605. Eos qui ad vitam resurgent, per corpus Deum visuros putant aliqui. II, 619. Deum ab impiis videndum, et a diabolo fuisse visum quidam dixerunt. II, 602. Refelluntur. II, 607, 608. Visionem divinæ substantiæ diabolo indultam esse secundum nostras Scripturas, Manichæi calumniantur. V, 104. Visionis Dei desiderio pia per fidem vita in hac ærumnosa peregrinatione ducenda est. VII, 547. Visio facie ad faciem, summum præmium promissum justis. VIII, 841, 844. Visibilis erit Christus in judicio futuro. V, 1267. De Dei visione multæ perstringuntur et solvuntur quæstiones. II, 615. Scripturæ testimonia quæ de Deo videndo veluti contraria dicunt, conciliantur. II, 602. De visione Dei interim sufficiat scire quod Christus homo ita videt Patrem, sicut videtur a Patre. II, 620, 707. An per corpus sancti visuri sint Deum. VII, 797. Sancti visuri sunt Deum in ipso corpore. VII, 797. Quidam dicunt Deum videndum per corpus, sed per corpus quod jam spiritus erit. II, 619, 623. Dei substantiam nec quoliet corpore glorificato, etiam ipsius Domini, videri posse confirmat Evodius. II, 705, 704. Confirmat et Augustinus. II, 707. Morte non aufert anima aliquod corpus ex corpore. II, 253. Aufert tamen quosdam oculos corporeis simillimos, quibus visa similliina cernit in somnis, sed nec ipsa corporea. II, 253. Cum corpus spiritale habuerimus, videbimus Trinitatem, sive mente, sive mirabili modo etiam corpore. II, 460. Sive ab exteriore homine Deus videri possit, sive non possit, certum est eum ab interiore homine videndum. II, 628. Videre Deum possumus mente vel cordis acie interiore. V, 670. Videri Deus solo animo potest, nec tamen ita ut animus. IV, 469. Visio Dei facie ad faciem servatur in resurrectione. IV, 485. Visio Dei sicuti est, in altera vita. III, 1779. In patria superna. III, 1662. A visione Verbi quænam avocant. III, 1540. Visione Verbi perfruuntur Angeli, ab illa pecora aversantur. Qui desiderat, inter utrumque medius est. III, 1540. In cœlo sine codice in Verbo leges. V, 181. Visio Dei qualis sit futura. VII, 797. Corporalem faciem non cogitemus, cum Apostolus dicit nos visuros Deum facie ad faciem. II, 620. Faciem Dei juxta naturæ suæ proprietatem nulla videt creatura. II, 625. Visio Dei videntis. V, 441. Cum unus Deus videtur, Trinitas videtur. IV, 1075. Nihil interest inter visionem Patris et visionem Filii. IV, 1075. Visione Dei nihil sublimius. X, 601. Qualis requies et finis voluntatis in visione censeri debeat. VIII, 992. Sine Dei visione, quibuslibet aliis bonis præditus infelicissimus est, etiam secundum Plotinum. VII, 294. Visio et amor Dei et satiat et non satiat. IV, 1100. Visio Salvatoris illos contristabit qui illicitis delectantur. IV, 1916. Visio Dei finis est noster. V, 366. Videre Deum et laudare Deum, ipse erit portus laborum nostrorum. V, 235. Ut lux ista sanis oculis gaudium, non sanis tormentum; ita Deus cordibus mundis aut non mundis. V, 366. Visionis faciei Dei quanta felicitas. V, 931. Summa felicitas. V, 711. Præmium omnium Sanctorum. VII, 518. Merces fidei. III, 1850. Visio Dei post hanc vitam. III, 1654. Visio Christi tota merces nostra. IV, 1170. Fide mundantur corda, ut possint esse idonea videre Deum. IV, 1640.

Visio Dei mundicordibus speciatim promissa. V, 368. Deus non nisi a pacificis videbitur. V, 162. *Vide* Apparitio Dei. Ad visionem Dei fide ac bonis operibus pervenitur. V, 103, 367, 571. Præsume te visurum bene vivendo, a quo videris, sed quem videre non potes male vivendo. V, 442. Ad videndum Deum superbi putant se propria virtute posse purgari; unde hoc putant. VIII, 901. Sic homo fidelis debet credere quod nondum videt, ut visionem et speret et amet. II, 457.

Visionum varia genera. VIII, 171. Visionum genera tria. III, 458. Corporale, spiritale et intellectuale. III, 459. Hæc erunt in Beatis. III, 484. Quomodo. III, 484. In eadem anima fiunt visiones corporales, spiritales, et intellectuales. III, 474. Visio corporalis sine spiritali esse non potest. III, 474. Spiritalis potest esse sine corporali. III, 475. Visio corporalis et spiritalis fallit, sola intellectualis non fallit. III, 475. In aliis falli non semper est perniciosum. III, 465. Visio corporalis ad spiritalem, spiritalis ad intellectualem refertur. III, 462, 463. Visio intellectualis spiritali, spiritalis corporali præstat. III, 474. Spiritale visionum genus unde dicitur. III, 460. Hoc cæteris præstat. III, 458. Intellectuale genus visionis. III, 461. In visione intellectuali alia sunt quæ videntur in anima, aliud lumen quo ipsa illustratur. III, 479.

Visionum causæ. III, 469. Visiones aliquando a corpore, aliquando a spiritu oriuntur. III, 470. Visa quæ a corpore causam habent, a corpore non exhibentur. III, 470. Duplici modo fiunt. III, 471. In genere spiritalis visionis alia visa quasi divina; alia humana. III, 479. Visiones propheticæ. X, 544. Visiones quomodo Angeli mentibus ingerant, difficile explicatur. VI, 260. Non assumitur spiritus hominis a bono spiritu ad videndas visiones, nisi aliquid significent. III, 472. Visiones quarum causa est in corpore, non semper significant. III, 472. Visiones sunt quæ apparent spiritui tamquam corporis sensibus, per formas incorporeas corporibus similes. II, 747. In visis res incorporales habent similitudinem corporum. VII, 723. Visa somniantium similima visis vigilantium. VIII, 1074. Cæci magis inter dormiendum, quam inter vigilandum visiones habent. III, 471. Visa corporalibus similia in qua anima inter vigilandum rapitur, non sunt diversæ naturæ. III, 472. Quomodo

contingant visa illa, ex quibus divinationes occulto instinctu aut casu factæ, operosissimum est explicare. III, 473. Visis occultis ac veracibus aliquando loquitur Deus in cordibus hominum. IV, 1395. Omnis anima viva, sive rationalis sive irrationalis, visis movetur. III, 402. Non in potestate ullius animæ est, quæ illi visa veniant. III, 403. Anima rationalis consentit visis, vel non consentit; irrationalis vero viso aliquo tacta propellitur. III, 402, 403. Visionibus phantasmaticis diabolus irretit animas. VII, 288. Visa per Angelorum obedientiam ad animalia vel minima perveniunt. III, 405.

Visa mortuorum negari nequeunt. VI, 600, 601. Et vivorum et mortuorum solas similitudines apparere censet Augustinus. VI, 601, 603, 604. Et quidem angelicis operationibus. VI, 601, 604. Visa phreneticorum. VI, 602. Visa portentosa Curmæ Curialis. VI, 602. Cum in somnis vident homines mortuum, ipsius animam videre se putant; cum vivum, solam similitudinem. VI, 601. Exempla visorum afferuntur. VI, 601, 602. Visiones quædam miræ. III, 467. Visiones miræ cujusdam pueri ægrotantis. III, 468. Visiones defunctorum. II, 697. Visio qua pius medicus vidit civitatem, ibique beatorum hymnos audivit. II, 700. Visio hominis qui coram judice se sisti vidit, ibique ita est cæsus, ut vestigia plagarum apparerent. V, 1410. Viventes apparent sæpe viventibus dormientibus, dum se ipsi nesciunt apparere. VI, 600. Augustinus adhuc vivens, et nesciens, duobus infirmis apparet. V, 1444, 1445. Augustinus inscius Eulogio in somnis locum Ciceronis exponit. VI, 602.

Visus mentis eo modo curandus est, quo visus corporis. III, 1542.

Visitator a schismaticis positus. V, 293. Siniti cui præerat episcop. Donatista, missus presbyter qui Catholicos visitaret, et in domo juris sui prædicaret. II, 397. Visitat Augustinus Ecclesias ad curam suam pertinentes. II, 223.

Vitam temperationem corporis esse, quidam opinati sunt. I, 1029. Vitam corpori præstare idonea est anima etiam mortua. V, 429. Vita triplex : seminalis, sensualis, intellectualis. VII, 153, 154. Vita est arborum et rutectorum. V, 257. Vita qualislibet ad summum vitæ principium pertinet. VIII, 94. Vivere sine Deo nihil potest. VIII, 101. Vivere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, divina sunt munera. III, 1344. Vitam non habemus in nobis ipsis, sed in Deo; Deus autem habet in se ipso. V, 710. Vita a donante Deo, mors a vindicante. I, 618. Vivos ex mortuis, et mortuos ex vivis semper fieri, sententia Platonicorum. VII, 392. An quisquam simul et vivens esse possit et moriens. VII, 384. Vitam omnium hominum et generationem in septem sideribus consistere docebat Colorbasus. VIII, 28. Vita sua cuique notissima. VIII, 103. Vivere se nemo potest nescire. VI, 242. Unde homines, imo et bestiæ non tantum se ipsas sentiunt vivere, sed et alios et nos ipsos. VIII, 933. Vitæ hujus miseria. I, 795; VII, 631, 632. Vitæ huic congruit, flere et gemere. III, 1655. In hac vita falsa felicitas, vera miseria est. IV, 1099. In hac vita labor, pressura, tribulatio, tentatio. IV, 559. Vita hæc laboriosa. V, 402. Vita hæc tota intelligentibus tribulatio est. V, 687. Vita hæc, vera infelicitas et mendosa felicitas. V, 1386. Vita in doloribus non proprie vita. V, 813, 1402. Homines non secundum merita prioris alicujus vitæ, in hujus vitæ veniunt miserias. II, 984. Omnis vita hominis super terram, plagæ ejus sunt. IV, 1635. Vita de peccato primo facta est nobis pœnalis. VII, 729. Vita ipsa mortalium, tota pœna est. VII, 728. Ira Dei est. VII, 758. Ira Dei modo major non est super filios Adam, quia multo brevius vivunt quam vixerunt antiqui. IV, 1144. In hac vita multa nobis prospera videntur, quæ adversa sunt; et adversa, quæ sunt prospera. III, 2076. In hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, non periclitari impossibile est; sed interest qua causa. II, 938. Bona quibus hanc vitam, licet peccato obnoxiam, Creator implevit. VII, 788. Vitæ hujus bona vel mala media sunt, et in comparatione æternorum nulla. V, 938. Vita mortalium in comparatione beatæ vitæ est miserrima. VII, 648. A vita carnalibus sensibus implicata incipere necessitatis est, in ea persistere voluntatis. II, 559. Vita hæc amatoribus suis respondet, fœda sum, dura sum, volatica sum. V, 1388. Vitæ hujus ærumnosæ amor. V, 1281, 1383, 1388. Vita etiam mala, omnibus terrenis bonis ab homine præfertur. V, 122. Vitæ hujus transitoriæ amatores quot labores et pericula et exitia pro ipsa suscipiant. II, 483. Vitam æternam amatoribus suis nil magnum jubere, cum sic se jubet amari, quomodo hæc amatur a suis. II, 484. Homines ad conservandam vitam nullos non subeunt labores. II, 483, 484. Multi ad eam conservandam, etiam salutem æternam in periculum adducunt. II, 484.

Vitæ brevitas. V, 128, 688. Paucorum dierum est tota vita hominis. IV, 575. Sæculum quamdiu volvitur, intelligas punctum esse. IV, 234. Non est diu quod habet extremum. IV, 234. Vita hominis longissima, aura est matutina. IV, 361. Festinatur tota vita mortalium, et quæ videtur prolixior, vapor est aliquanto diuturnior. IV, 996. Vita humana, vapor. V, 136, 687, 1387. Potius umbra vitæ quam vita. V, 1538. Vitæ umbra, vita in qua Adam creatus est. X, 1523. Si adhuc viveret Adam, et hodie moreretur, nihil prodesset tam diu vixisse. IV, 234. Vita præsens nec vita est. V, 121. Quasi in somnis agitur. V, 243. Minus est generis humani, tota vita tentationis. IV, 1686. Vita ista mors est. IV, 1889. Mors verius quam vita. V, 1522. Peregrinationis habitatio appellatur. III, 591. Vita hominis crescendo decrescit. V, 122, 257, 638. Vitæ tempus cursus ad mortem. VII, 383. Diu vivere quid est nisi ad finem currere? V, 633. Vivere ex quo homo incipit, incipit mori. VII, 383. Vitæ primorum hominum longitudo, quæ. VII. 447, 448. Vita hominum post diluvium quomodo centum viginti annorum futura dicitur. VII, 471. Vitam agere ducentos annos gentem quamdam etiam suo tempore narrat Plinius. VII, 448. Vita prima hominis seu infantia et pueritia, quinque sensibus dedita est. VI, 43. Vita dicenda non est, sempiternus immortalisque cruciatus. V, 813. Vita hæc media ante summa bona et ante summa mala ducitur. V, 938. Vita ista tibi debet esse tamquam stabulum viatori, non tamquam domus habitatori. IV, 326. Nemo exit ab hac vita nisi per mortem. VII. 353. Vitæ hujus longitudinem non facit sentiri, nisi spes vivendi. IV, 96. Verba quibus humanus dies et vitæ hujus prolixitas concupiscitur, verba sunt delictorum, etc. II, 545. Vita longa, longa infirmitas. V, 495; VI, 329. Fac ut bona sit, et noli timere ne brevis sit. V, 122. Vita ametur, sed bona. V, 1360, 1362. Vita si longa erit, ipsa longa bona sit. V, 245, 513. Vita si longa erit, melius bona erit. V, 515. Si male vivere volueris, longa vita non erit verum bonum, sed erit longum malum. V, 122. Vita præsens, nox. III, 1654, 1655. Quid est diu vivere, nisi diu torqueri? V, 520. Nox est quandiu ista vita agitur. IV, 973, 1147, 1792. Vita præsens mare appellatur. III, 772. Vita sæcularis, abyssus. IV, 874. Vitæ incertus finis. V, 76, 1111. Vita ista mortalis cur vita incerta a Cœlestio appellata. X, 393. Agamus Deo gratias, quia vitæ hujus ultimum diem et brevem esse voluit et incertum. V, 688. Non curandum quam cito, vel quo mortis genere vita ista finiatur. VII, 25. Non est magnum diu vivere, aut semper vivere; sed magnum est beate vivere. V, 706.

Vita. Bene vivere quid. V, 1106. Uno nomine Latini appellant vitam sive qua vivit, sive qua dicitur homo esse bonæ vitæ, Græci duobus. VIII, 410. Vita non potest esse bona aut mala ante nativitatem. III, 345. Duplex vita hominis. II, 539, 540. Vita et mors spiritalis. III, 1576, 1577. Spiritalis quæ. III, 1547. Vita hominis ante Legem, sub Lege, sub gratia. III, 2138, 2139. Vita humani generis duplex; una secundum corpus ante Christum, altera secundum animam post Christi adventum. IV, 90, 91. Vita vetus et vita nova, vita mortalis et vita vitalis. IV, 1149. Vita nova resurrectione Christi significata est. IV, 340. Spiritalis et corporalis vita informis quænam. III. 247. Vita fidelium quæ in hac carne ducitur, in comparatione vitæ infidelis atque impiæ lux et dies appellari potest. III, 312. In comparatione autem vitæ beatæ nox est. III, 312, 313. Illa est vita hominum, ubi est lumen verum. III, 837. Vita intellectualis, nisi ad Creatorem illuminanda converteretur, fluitaret informiter. III, 253.

Vita bona quomodo instituenda. IV, 811, 812. Vita bona et honesta non aliunde formatur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur. II, 524. Nihil aliud curæ esse debet quomodo vivatur, nisi ut quod amandum est eligatur. V, 583. Fides quæ per dilectionem operatur, ipsa est bona vita. VI, 224. Bene vivere est toto corde, tota mente, tota anima Deum diligere. I, 1330. Vitæ regula, utriusque Testamenti auctoritate roborata, quæ. I, 1329. Vita animæ, currere ad fontem vitæ, ut in lumine Dei videat lumen. V, 1059. Vita sub Deo, vita cum Deo, vita de Deo, vita Deus ipse : talis nobis æterna promittitur. V, 1363. Vita animarum, et tamquam vita vitarum justitia. II, 461. Recte vivit, qui judicium et justitiam facit. VII, 531. Bona vita tamquam stilus est, bonum quod auditur scribens in corde. IV, 1216. Homo dicitur qui secundum hominem vivit; Deus qui secundum Deum. V, 589. Vivere secundum Deum quid. VII, 407. Quid secundum hominem. VII. 407. Vivere secundum hominem idem est ac vivere secundum carnem. VI. 355. Vita carnalis non ex corporis tantum, sed ex animi vitiis intelligenda. VII, 403. Vita et mors tum corporis tum animæ, unde. X, 113. Falsa est vita impiorum; neque vivunt, sed vivere sibi videntur. IV, 690. Vita prodiga, quæ. II, 1344. Vita in peccatis in comparatione justæ vitæ, mors appellatur. VIII, 100. Vita mala Deum blasphemat. IV, 1899, 1900. Non solum non est mitior causa eorum, qui scientes, quam qui nescientes vitam nequissimam ducunt, verum etiam hoc ipso est gravior. VI, 227. Vita nostra dilectio est, mors odium. IV, 633, 635. Vita cordis in quo sit. II, 564, 565. Vita corporis ani-

ma, vita animæ Deus. IV, 893; V, 415, 428, 853, 880, 975, 1059. Si vivat anima secundum carnem, aut etiam secundum se, deficit. V, 853. Quis secundum carnem, quis secundum animam, quis secundum Deum vivat. V, 853. Vita deformis est, ubi virtus servit dominæ voluptati. VII, 622. Recte vivit, qui obtemperat præcipienti Deo. VII, 531. Vivat quisque non sibi, sed Christo; faciens non suam, sed ipsius voluntatem. II, 569. Ad bene vivendum quotidianis periculis commovemur. V, 136. Volens bene vivere plus attendit promissa et minas Dei, quam hujus mundi. V, 201. Vita cito emendanda. V, 75, 511. Homines bona volunt habere omnia præter vitam. V, 122, 140, 512, 1482. Si bene vivimus, et mortui sumus et resurreximus. V, 1105. Qui male vivit, non vivit : moriatur, ne moriatur; id est, mutetur, ne damnetur. V, 1105. Vitæ hujus pœnitere nos debet, quia corruptioni et tentationibus obnoxia est. V, 1537.

Vitæ spiritalis tentationes. II, 352, 353. Vitæ hujus pericula et sollicitudo. V, 1191. Solos divites vere vivere pauperes existimant. IV, 550. Vitam non ponunt mundi amatores, nisi delicias quotidianas. IV, 561. Vita pauperis in æternum, labor in finem : vita divitis in finem, labor in æternum. IV, 550, 561. Vitæ hujus dies, tribulationis dies sunt, sive in molestia, sive in prosperitate, totum timendum et gemendum est. IV, 1863, 1864. Vita ista, quacumque prosperitate fulgeat, tribulatio est ei qui amat alteram vitam. IV, 1781. Cum æstas est, id est prosperitas vitæ, colligere sibi debet homo quo recreetur cum hyems venerit. IV, 804, 805. Musculus in persecutione erat dulcedo vitæ hujus. IV, 1647, 1830. Cogitatio rerum necessariarum ad vitam oculum sordidat et cor duplicat. III, 1288, 1291. Vitæ necessaria quo animo sumenda. III, 1292. Exceptis alimentis perspicuis, quibus extrinsecus sustinemur, occulto quodam opere beneficentiæ suæ operatur Deus ut vivat homo. X, 731.

Vitæ genus triplex, otiosum, negotiosum, et ex utroque temperatum. VII, 623, 624, 647. In quolibet vitæ genere, salva fide quisque vitam agere, et ad præmia æterna pervenire potest. VII, 647. Interest tantum quid amore teneat veritatis, quid officio caritatis impendat. VII, 647. Vita hominum aliquid administrans cogitatione et actione ulcitur. VI, 43. Vitæ duæ in Martha et Maria adumbratæ. V, 1188. Vitæ activæ et contemplativæ proprietates. III, 1045, 1046. Vita socialis quæ. VII, 627. Vita socialis est sapientis. VII, 631. Vita communis. VI, 423. Vitæ communis exemplum in primis Christianis. V, 1569. Quomodo vis hominibus innotescere, etiam præter oculos hominum sic vive. V, 716. Vitam evangelicam sectanti qualiter vivendum cum minus perfectis. II, 352. Vitæ bonæ odor aliis est in vitam, aliis in mortem. III, 1760, 1761.

Vita bona de Deo in nobis est, non de nobis. III, 1579. Vivere bene donum est divinum. X, 205, 242. Bene vivendi potestas non datur libero arbitrio, sed gratia Dei. X, 552. Homo etiam perfectissime justificatus, nisi æternæ luce justitiæ divinitus adjuvetur, recte non potest vivere. X, 260. In homine ipso, nisi præcedat fides, vita bona sequi non poterit. VI, 204. Recte vivere et bene operari, nisi justificatus ex fide nemo potest. VI, 126. Vita bona et honesta, si non est ex fide, inutilis est. III, 1720. Ambulamus; et ipsum vivere, accedere est. V, 638. Vitæ instituendæ præcepta dii non dederunt. VII, 64, 69, 70, 74. Qui a Deo accepit bene vivere, sic ei gratias agat, ut non insultet his qui nondum bene vivunt. V, 91.

Vitæ bonæ merces terrena non requirenda. V, 136. Vitam bonam non potest sequi mors mala. VI, 676. Vita nostra duplex, sempiterna et temporalis. IV, 725; VI, 513. In eos qui de vita altera dubitant. V, 1581. Et qui sic vivendum hîc decernunt, quasi post mortem supersit nihil. V, 1601. Vita æterna fide credenda. V, 1196. Vitæ æternæ fides adstruitur ex morte Filii Dei. IV, 1942. Incredibilius est quod mortuus est æternus, quam ut in æternum vivat mortalis. IV, 1942. Vitæ æternæ testimonia ex veteribus libris. VIII, 368. Vitam manere post mortem visione duplici edocetur pius medicus. II, 699, 700.

Vita si amatur, quare non quæritur vera? VI, 668. Vita si diligitur, ibi adquiratur, ubi nulla morte finitur. II, 486. Vita et dies boni, ubi. V, 122, 634, 635, 1014. Vita hîc non est. VI, 676. Vita sine ullo additamento, sola vita æterna est et beata. IV, 1555. Vita beata, sola vita dicenda est. VII, 666. Vita vera non est, nisi quæ æterna et beata. III, 1575; V, 519, 1402, 1403. Vita præsens in comparatione vitæ æternæ, non vita, sed mors deputanda. II, 223; IV, 1555. Deus miscet amaritudines delectationibus etiam innocentibus, ut amorem non habeamus, nisi vitæ æternæ. IV, 458, 1793. Ad vitam æternam continuo suspirandum. III, 1474. Quanto desiderio ad eam Propheta suspirabat. III, 1404, 1405. Vitam æternam quantum homines negligant præ vita temporali. III, 1747. Vita æterna semper animo sibi proponenda. III, 1640. Quantum amanda. V, 519, 706, 1585, 1587, 1513, 1515. In futuram vitam esse debet Christianorum intentio. V, 1196, 1650. Tota vita Christiani boni, sanctum desiderium est. III, 2008. Vitam æternam petere non desinamus, donec ad eam perveniamus. IV, 206. Vitam beatam omnes volunt. V, 1401. Non in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum, quo in æternitate vivatur. II, 499. Ad illam unam vitam, qua cum Deo et de Deo vivitur, cætera quæ utiliter et decenter optantur, sine dubio referenda sunt. II, 499. Propter hanc quam quisque diligit vitam, putat omnia esse facienda. VI, 513. Et sufficientia et incolumitas vel propria vel amicorum, quamdiu temporalis est, pro æternæ vitæ adeptione abjicienda est. II, 499. In eos qui temporalis vitæ amore perdunt vitam æternam. V, 1515. Propter vitam æternam non toleratur, quod propter idolum tolerarunt Israelitæ. III, 644. *Vide* Beatitudo.

Vita præsens tempus operandi salutem. III, 1716. Vita præsens tempus misericordiæ; post mortem tempus judicii. III, 1782. Qualis exieris ex hac vita, talis redderis illi vitæ. IV, 361. Vitæ futuræ idoneus esse nemo potest, qui se ad illam non exercuerit. IV, 1937. Vita æterna soli illi fidei promittenda est, quæ per dilectionem operatur. VI, 230. Ad palmam vitæ æternæ quatenus currendum. X, 301, 302. Vitæ æternæ merces nulli reddetur, nisi qui ejus in hac vita meritum sibi comparaverit. X, 299. Nihil post hanc vitam cuiquam præstabitur, quod sibi præstandum in hac vita non comparaverit. VIII, 513. Vita ista temporalis quomodo agenda, ut perveniatur ad æternam. II, 354. Omnia etiam necessaria pro vita transitoria contemnere, et pro æterna vita nolle superflua contemnere indignum est. II, 484, 485. Vita peritura redimitur omnibus bonis. V, 1514, 1518. Vita præsens spe futuræ vitæ contemnenda. V, 1517. Vitam temporalem pro æterna vita proximi amittere, non dubitare debet Christianus. VI, 495. Vitæ præsentis tempus, seu medium inter baptisma et regnum cœlorum, tempus orationis est. X, 336. Vita præsens in re laboris, sed in spe quietis; in carne vetustatis, sed in fide novitatis. II, 217. Vitæ hujus nox patientiam quærit, lætitiam donabit dies. IV, 1853. Vita nulla est sine tribus affectibus credendi, sperandi, amandi. V, 1024. Tanto tolerabilius peregrinationem nostram sustinemus et ardentius finire cupimus, quanto fruimur Deo, vel per speculum vel in ænigmate. III, 31. Vita nostra modo spes est, postea æternitas erit. IV, 1372. Vita sequatur, quo spes præcedit. IV, 1774. Vita vitæ mortalis, spes est vitæ immortalis. IV, 1389. Vita temporalis est in fide, vita æterna erit in specie. III, 1727. Ibi videbimus quod credimus. VI, 343. Visio Dei. V, 34, 712. Visio Dei in forma Dei. III, 1572, 1575.

Vita æterna, quæ. VII, 193. Vita æterna nulla alia esse potest præter regnum Dei. X, 117, 118, 715. Vitam beatam non esse in lætitia sensibilium, satis exploratum est. II, 65. Vita æterna, ipse Deus est. V, 1388. Vita æterna cum Deo, de Deo et in Deo vivemus. V, 652. Vita æterna Christus. X, 175. Vita beata erit de Verbo sine verbo. V, 925. Vita æterna est totum præmium, cujus promissione gaudemus; estque ipsa cognitio veritatis. I, [illegible] vita æterna, veritatis contemplatio. V, 1633. Vita animæ beatæ, veritas. VII, 240. Vitæ æternæ felicitas. V, 135, 813, 1080; 651, 660, 686. Pretium. V, 707, 1518. Bona. V, 707, 711. Vita æterna Sanctorum. VI, 342, 343, 347. Sanctorum exaltatio, vita æterna est. IV, 1389. Vitæ æternæ laus. III, 1647. In vita æterna nihil latebit proximum in proximo. II, 518. Inest in quiete patriæ non desidiosa segnitia, sed quædam ineffabilis tranquillitas actionis otiosæ. II, 212. In vita æterna nec operosa erit actio, nec requies desidiosa. VI, 343. Tunc caritatis sine fine quietum opus erit, laudare quod amat, amare quod laudat. II, 566. In vita æterna nec fastidium, nec fames erit. III, 1403. Sed justitiæ pacis, et gaudii perfectio. X, 632. *Vide* Perfectio. In altera vita satiabitur in bonis desiderium justorum. III, 1808. In futura vita nullum erit peccatum, nec ullus cum aliqua peccati cupiditate conflictus. X, 600. Nulla erit concupiscentia cum qua certare, et cui non consentire jubeamur. X, 153.

Vita beata non est, nisi æterna sit. V, 1402. Cui non datur semper vivere, quid prodest bene vivere? III, 1720. In altera vita mortem nec natura sollicite cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet. II, 484. In justis perficietur post hanc vitam, quod in hac vita plus diligunt. III, 168. Similiter et in injustis. III, 168. Vitæ æternæ dies, unus dies est sine occasu. IV, 202. Dierum longitudo, vita æterna. IV, 1169. Vita hominis longissima nihil est ad æternitatem Dei comparata. IV, 1176. Vita æterna in requie ante resurrectionem. III, 1614. Vitam æternam simul accepturi sunt homines. III, 1751, 1752. Vitæ æternæ salus omnibus simul in fine reddetur. IV, 412. Qui prior ad stadii terminum venerit, exspectat ut cum posteriore coronetur. IV, 441.

Vita æterna gratia nuncupatur. II, 881. Vita æterna, gratia pro gratia. X, 893. Redditur tamen tamquam debita. III, 1400, 1401 Vita æterna laboris merces. V 422. Denarius quem singuli accipient. III, 1812. Sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tamquam stipendium vita æterna. II, 881. Vita æterna merces est, et tamen gratia. VI, 282. Quomodo et merces sit et gratia. X, 892, 942. Vita æterna nuncupatur gratia, non quia non meritis datur, sed quia data sunt et ipsa merita. II, 881. Vita æterna justitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est et ipsa justitia. II, 881. Vita beata omnium est communis possessio. V, 1401. Vita æterna par omnibus, sed non par honor. V, 1507. Vita æterna beati omnes æquales erunt, etsi non in æquali claritate. V, 533. In vita æterna diversa erit gloria pro diversitate meritorum. III, 1812. Quod habebunt singuli, commune erit omnibus. III 1812. Invidia non erit. III, 1812. Vitæ hujus tempore *similes* apparent boni et mali, vita bonorum in radice abscondita est, sed æstas discernet. IV, 1947. Vita præsens quadragenario numero significatur, vita futura quinquagenario. IV, 1463.

Vitæ beatæ via latuit philosophos, lateret et nos, nisi ipsa ad nos venisset. V, 814. Ad vitam æternam nemo perveniet, nisi renascatur in Christo. X, 121, 122. Præter baptismum et participationem Dominicæ mensæ non pervenit quisquam ad vitam æternam. X, 128. Vita æterna, fructus Eucharistiæ. III, 1613. Parvuli qui carnem Christi non manducaverunt, vitam æternam non consequentur; ex Innoc. II, 785, 826. Vita æterna et caritas, munus hæreditatis filiorum promissionis. III, 566. Hyacinthinis pellibus significatur. III, 633. De vita æterna nemo securus in hac vita. X, 1031. A vita æterna hominem nisi peccata non separant. X, 129, 141. Pravorum morum flatibus homines a Patria repercutiuntur. III, 23 Occulto judicio Dei fit, ut ex rudioribus et simplicioribus plures ad vitam æternam perveniant, quam ex doctis. II, 744. Vitæ æternæ arra, Spiritus sanctus. V, 1673. Vita nostra futura jam in Christo capite nostro completa est. VIII, 249. Vitam nostram futuram jam in Christo completam ita spe certa meditatur Apostolus, tamquam jam adsit. VIII, 249, 250. Vita æterna a solo Deo dari potest. VII, 193, 194. A diis frustra petitur. VII, 175, 183, 187, 189.

Vitalis homo in Carthaginensi eruditus ecclesia. II, 979. Docet fidei initium non esse donum Dei. II, 978. Quomodo eum ad rectam fidem adducere conatur August. II, 978. Vitalis hoc solo reprehenditur, quod initium fidei velit non esse donum Dei, sed nos ex nobis habere. II, 989. Cætera religiosæ vitæ bona Deum per gratiam suam jam ex fide petentibus, quærentibus, pulsantibus donare consentit. II, 989. In eoque ipsi et Augustino communis est contra Pelagianos conflictus. II, 988. Vitalem non credit Augustinus hæreticum Pelagianum. II, 987.

Vitiosi bene viventibus insultant. IV, 1151, 1152.

Vitium dicitur quod est contra naturam. I, 610, 1290. Vitium naturæ inest, sed vitium natura non est. X, 370. Vitia substantiarum atque naturarum substantias atque naturas esse dicunt Manichæi. X, 1085. Et putavit Manichæus. X, 1455. Vitium non est natura. X, 1159. Non est natura nec substantia. X, 1523, 1537. Sed contra naturam. X, 1124. Sed naturæ inimicum. V, 986. Vitium non ita contra naturam est, ut naturæ deleat etiam extrema vestigia. VII, 630. Vitium naturam bonam testatur. VII, 349, 350, 351, 352. Vitium non potest esse nisi in natura creata. VII, 418, 421. In vitio nihil aliud displicet, nisi quia detrahit vel minuit, quod in natura placet. X, 743. Vitium contrarium est Deo. VII, 350. Vitium esse, et non nocere, non potest. VII, 351, 355. Vitium quomodo nocet naturæ. VII, 351. Vitium est qualitas secundum quam malus est animus. X, 294. Vitia corporibus innata quædam et per curam sublata. X, 1315.

Vitiorum causam prodire ex carne, sentire videntur Platonici. VII, 405. An diabolus, qui carnem non habet, sit a vitiis immunis. VII, 405, 406. Vitium bominis, natura est pecoris. X, 408. Vitia animorum, naturalium sunt privationes bonorum. VI, 236. Vitia etiam animi, non tamen omnia, carni tribuenda. VII, 405, 406. Carni adscribuntur. VII, 405, 406. Vitium animi est defectus inter intelligibilia non numerandus. VIII, 98. Vitiorum nostrorum Deus non est auctor, bene tamen ordinator. III, 229. Vitia congenita non tribuenda opificio Dei, sed judicio. X, 1427. Vitium animæ nihil est aliud quam peccatum et pœna peccati. III, 141. Vitiorum naturalium causa, peccatum originale. X, 1429. Vitium quod omnia naturalia bona contenebrat et infirmat, ex peccato originali contractum est. X, 249. Vitium originis est tamquam valetudo mala. X, 833. Vitium originale est in semine. X, 833, 834. Vitium propagat vitium. X, 1167. Diabolus auctor vitiorum, non sineretur naturam rationalem vitiare, nisi esset originale peccatum. X, 1421. Vitia nostra non divino operi, sed humanæ voluntati, justæque illius vindictæ tribuenda. X, 266. Vitiorum origo est a voluntate hominis. III, 605. Primum vitium animæ rationalis, est voluntas ea faciendi, quæ vetat summa veritas. III, 138. Vitium est fruendis uti, et utendis frui. VI, 19. Vitium creaturæ rationalis, aversio ejus ab incommutabili bono. II, 561, 571. Vitium, fomes quidam et quasi radix peccati. II, 737.

Vitiorum tria genera detestanda ac vitanda Apostolus posuit. II, 91. Vitiorum tria genera, voluptas carnis, superbia et curiositas, omnia peccata concludunt. IV, 115. De tribus vitiis singillatim. III. 154. Vitiorum tria hæc genera, in psalmis significantur per pecora campi, volucres cœli, et pisces maris. IV, 115. Hinc etiam tripertita est tentatio Christi. IV, 116. Vitia quæ in membris habitant, appellantur membra. VI, 370. Vitiorum jussa contraria V, 526. Vitiorum contraria jubentium quam grave jugum. V, 897. Vitiis contrariis servire difficilius quam Christo. V, 526. Nomina quæ vitia proprie significant, ad virtutes significandas plerumque usurpantur. VIII, 410. Vitia nonnullorum sæpe indicia sunt virtutum, quibus apti sint, si præceptis excolantur. VIII, 444. Vitia quædam sunt virtutibus aperte contraria, quædam eis specie fallaci similia. II, 735. Vitia virtutibus affinia. X. 748. Ex ipsis vitiis admonemur ad tendendum ad Deum. III. 154 Vitia plura sunt virtutibus. II, 736. Vitia non sunt connexa. II, 735; IX, 172. Non sunt paria. II, 738, 739. Vitia esse paria Stoici dixerunt, negarunt Catholici. II, 734. Nemo, quamvis sanctus, sine vitio in hac vita. IX, 58, 63.

Vitia carnis constanter debellanda. VI, 370. Pugnandi cum vitiis necessitas. X, 690, 691, 692, 695. Pugna hæc quam dura et difficilis. X, 696 Vitia mortua quidem in baptismate per remissionem omnium peccatorum, sed eorum noscurare debemus quodam modo sequlturam. X, 696. Cum vitiis mortuis debet homo confligere. X, 696. Vitiata naturalia in paradiso exortura fuisse sequitur ex dogmate Pelagianorum. X, 1419. Certamen cum vitiis interioribus, et corpus mortis hujus, in paradiso non fuisset. X, 1092, 1093. In quanto certamine cum vitiis interioribus constituti sint sancti, propter corpus quod aggravat animam. X, 1092. Post pristinam ruinam tam gravem certare nos prius cum vitiis voluit Deus, ut in æterna postea cum illo pace regnemus. X, 1535. Pugna cum vitiis, medium ad obtinendam justificationem. X, 689, 690, 692. In persequendis vitiis et delictis quis modus tenendus. IX, 527. Vitium aliquando vitio tollitur. II, 736 In potestate nostra fuit ne vitia acciderent, non item ut sanentur. X, 266. Profecto nisi Deus adsit, nemo est idoneus certare cum vitiis. X, 1535. In hoc agone magis nos Deus voluit orationibus certare, quam viribus, quare. X, 1535. Vitia animæ, gratia Christi medicante curantur. X, 802. Indignius est a vitiis quam ab homine vinci. III, 160. Ab homine vinci non potest, qui vitia sua vicerit. III, 160. Vitium noli propter hominem diligere, nec propter vitium odisse hominem. V, 325. Vitia in filiis, in amicis, in servis, in omnibus natis non diligantur. VI, 705. Vita aliena orbi terrarum non obsunt, si non obsunt Donatistis, qui sunt in eorum communione. IX, 300, 301. Prior corrumpitur vitio suo, cujus vitio alius corrumpi potest. I, 1290. Vitium vel stultitia tenebris comparatur. II, 737. Cum vitiis bellum gerendum. VII, 730. Vitiis non imperatur sine conflictu. VII, 657. Vitia facilius vincuntur, quæ consuetudine non roborata sunt. VII, 730. Vitia quomodo vincuntur. VII, 731. Vitia non veraciter vincuntur, nisi veræ delectatione justitiæ. VII, 730. Nisi summi boni desiderio. VII, 789. Vitia cum vincuntur, et non ex amore Dei, aliis vitiis occultis vincuntur. VII. 730. Vitia quibus pecora et arbores aliaque irrationalia et insensibilia corrumpuntur, ad decorem universi conferunt. VII, 351.

Vitis lignum nullis agricolarum usibus prodest. III, 1842. Vitem ferunt Liberum patrem ostendisse hospiti suo in Attica terra VII, 569.

Vitro fragiliores sumus. V, 636.

Vitulus aureus cur minutatim concisus, in aquam sparsus, et potus populo datus. VIII, 462.

Vitumnus deus. VII, 195.

Vituperatio peccatorum ad Dei laudem pertinet. I, 1289.

Vivificat anima aliter corpus animale, aliter spiritale. II, 946.

Ulammaüs, Bethel et Luza, eadem civitas. III, 577.

Ulciscendi libido vitiosa. IV, 1453. *Vide* Vindicta.

Ululæ. IX, 232.

Ulyssis socii in bestias mutati. VII, 573, 574. Quomodo. VII, 575, 576.

Umbra quid sit. III, 235. Umbra constat lumine et corpore. IV, 826. Umbra vitam istam significat. IV, 1863, 1864. Umbra Spiritus sancti intelligitur defensaculum ab æstu concupiscentiarum. IV, 826.

Unanimes fiunt locus sanctus Domini. IV, 815.
Unciæ jacentibus virgulis scriptæ. VII, 604.
Unctio. Unctus cum auditur Christus intelligendus. IV, 505. Unctio antequam esset, quomodo Christi dicti sunt antiqui patres. IV, 1395. Unctio sacra ad regiam et sacerdotalem personam maxime pertinebat. I, 627. Uncti etiam aliquando Prophetæ. I, 627. Non unguebantur reges et sacerdotes, nisi in illo regno ubi Christus prophetabatur. IV, 505. Unctio nunc ad omnes Christianos pertinet, prioribus temporibus ad duas solas personas regis et sacerdotis pertinebat. IV, 200. Unctio lapidis a Jacob, figura Christi. IV, 510. Unctum caput nostrum Christus, et corpus ejus nos ipsi. IV, 200. Unctio spiritalis, unctio visibilis. III, 2000. Unctio quomodo docet nos de omnibus. III, 2004. Unctionis sacramentum, unctio invisibilis, Spiritus sanctus. III, 2004. Unguimur modo in sacramento, et sacramento ipso præfiguratur quiddam quod futuri sumus. IV, 200. Unguere caput ad lætitiam pertinet. III, 1288.
Unguentum quo perfusus est Dominus a muliere, quid figuraba . IV, 171. Unguentum pisticum, justitia ex fide. III, 1760. Unguen a ex carnibus animantium. I, 1362.
Undenarius. V 553, 517. Undenario numero transgressio significatur. III, 655, 1536. Et peccatum. III, 1077; VII, 465.
Unicornis aliquando superbiam, aliquando exaltationem unitatis significat. IV, 1178. Unicornes, superbi. IV, 176. Item ii, quorum firma spes in unum Deum. IV, 1006.
Unigenitus et primogenitus in quo differunt. III, 2077. Unigenitus Dei ante sæcula. III, 333. Quomodo unigenitus Dei est Verbum Patris. III, 227.
Unionem in Deo absque ulla exsistentia aut proprietate Priscillianus asserit. VIII, 667.
Unio Christi cum Ecclesia, et Ecclesiæ cum Christo. IV, 648, 748, 749. Unio inter fideles commendatur ex unione inter membra Christi. III, 1645.
Unitas, omnis pulchritudinis forma. II, 85. Unitas non nisi mente conspicitur. III, 149. Unitatem appetit omnis natura. I, 1191. Unitas Christi et membrorum. V, 755. Unus Christus est caput et membra. IV, 629. *Vide* Christus. Unitas Ecclesiæ. V, 695, 765, 1225, 1231, 1232, 1236. Unitas est Ecclesia. IV, 1309. *Vide* Ecclesia. Unitatis securitas nulla est nisi ex promissis Dei Ecclesia declarata. IX, 104. Deus in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis. II, 405. Unitatem hæretici pro honore suo dividunt. III, 2028. Unitatis bonum. IX, 138, 139. Unitas Spiritus et caritas maximum omnium bonorum. II, 811. Pax et unitas est magna virtus pietatis. VI, 308. Unitatis vinculum fortissimum caritas. VI, 157. Unitas amanda est. III, 1618. Unitas spiritus in vinculo pacis studiose conservanda. IX, 84, 87. Honor proprius contemnatur, ut Ecclesiæ unitas servetur. V, 96.
Unitatis et pacis bono omnia toleranda. IX, 211. A malis quisque secernere se debet corde, non corpore. VI, 180. Spiritu sancto vacuantur, qui ab unitate separantur. IX, 491. Qui deseruerit unitatem, violat caritatem. V, 550. Christus nobis imperavit congregationem, sibi servavit separationem. II, 951. Unitas Christiana regnorum divisione non dividitur. IX, 417. Unitati Ecclesiæ corde impœnitenti resistere, blasphemia est irremissibilis. V, 465. Unitatis caritas, et erratum, et multitudinem peccatorum cooperit. IX, 177, 178. Admissos in Ecclesiam sine baptismo de hæresi venientes, propter unitatem ad veniam pertinere præsumpsit Cyprianus. IX, 178. Quod valet ad mundanda sacrilegia gentilium recte perceptum sacramentum baptismatis, hoc valet ad mundanda sacrilegia schismaticorum et hæreticorum, caritas unitatis. IX, 478. Fidentissime asserit Cyprianus, eos qui sunt extra unitatem, etiamsi pro Christi nomine moriantur, occidi posse, non posse coronari. II, 410. Tantum valet sive ad delenda, sive ad confirmanda peccata, vel custodita vel violata caritas unitatis. II, 410. Unitatem scindi quomodo mater caritas dolet. III, 1992. Quantum tribuerint unitatis vinculo Cyprianus, etc. IX, 178. Unitas quantum amanda per ipsum Carthaginense conc. declaratur. IX, 211. Homines erunt plene perfecteque unum, cum perventum fuerit ad eum finem, ut sit Deus omnia in omnibus. II, 1043. Unitatis perfectio in Beatis. VI, 387. *Vide* Concordia. Unitatis commendatio. IV, 1949. Unitas commendatur in creatione rerum, et in Christi ortu. V, 1233. In inconsutili Christi veste. V, 1222. Unitas Legis, Prophetiæ et Evangelii. V, 491, 493. Avaritia amat unitatem, sed in quibus amanda non est. IV, 451.
Unum sine aliqua adjunctione non invenitur in Scripturis, nisi de iis quæ unius substantiæ sunt. II, 1048, 1049. Ubi de duobus aut pluribus dicitur, unum sunt, nec additum quid unum sint, unius esse substantiæ intelliguntur. VIII, 788, 789, 923. In Scripturis aliquid unum de diversis naturis invenitur, sed additur vel subauditur quid unum. II, 1049. Nihil est esse quam unum esse. I, 1348. Simplicia per se sunt, quia unum sunt. I, 1348. Quidquid unum est, a Verbo Dei unum est. III, 151. Summe unum, est principium omnis formæ. III, 234. Unum aliquando dicitur quod constat ex pluribus. IV, 1961. Unum necessarium. V, 617, 1188. Unum aliquid quo tendamus, quando in hujus sæculi multitudine laboramus. V, 613, 614. In ipsa multitudine non delectat nisi unum. V, 614.
Universitas rebus inter se similibus constat. III, 243. Universitatis indicium, numerus septenarius. IV, 1592.
Universi pulchritudo unde. VIII, 554, 590, 591. Universi pulchritudo ab unitate, a qua nominatur. I, 979; III, 189. Universi pulchritudo ex contrariorum oppositione componitur. VII, 332. Ex noxiarum rerum varietate. VII, 333. Et ex vitiis, quibus irrationabilia et insensibilia corrumpuntur. VII, 331. Ad decorem universi faciunt etiam indecora suum in locum redacta. I, 999. Ex beatitudine non peccantium, et miseria peccantium, resultat perfectio universi. I, 1284. Successionis ordo in universo quare nos non delectat. VII, 352. Universi pulchritudo sapientiam Dei alte commendat. VIII, 591.
Vocabulorum occasio. I, 1011. Non vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. I, 932. Non sunt contemnenda vetusta vocabula, nec facile a consuetudine recedendum, nisi quæ rationi adversatur. I, 1106.
Vocatio hominum ex profunda Dei ordinatione. VI, 73, 74. Vocationis prædestinatio occulta. VI, 59. Vocantur omnes a Domino. V, 549. Multi vocati non veniunt, nemo venit nisi vocatus. III, 2076, 2077. Vocatio Dei duplex. X, 792, 924, 983, 984. Vocati alii sunt non secundum propositum, alii secundum propositum. II, 823. Vocatio secundum propositum non omnium est qui vocantur, sed tantum electorum. I, 622; III, 2061. *Retr.*, X, 963. Secundum propositum vocati soli prædestinati. X, 586, 929. Qui non perseverant, non vocati sunt secundum propositum. II, 639. Vocati non omnes, sed ex omnibus et Judæis et Gentibus. VI, 124. Secundum cujus propositum vocentur electi. X, 586. Vocatio et totum religiosi hominis opus ex Deo est. X, 383. Vocatio Dei ante meritum bonum. VI, 73. Vocatio non est meritorum, sed gratiæ Dei. IV, 89. Vocatio ad gloriam non pro meritis hominum, sed pro misericordia Dei. III, 648. Vocatos se dicentes quia coluerunt Deum, refelluntur. V, 863. Vocatio electorum propria, non quia crediderunt, sed ut credant. X, 985, 986. Qui secundum propositum vocatur, non potest dicere, Credidi, ut sic vocarer : prævenit quippe eum misericordia Dei, quia sic vocatus est ut crederet. X, 985. Vocamur misericordia Dei, ut credamus, et credentibus præstatur, ut bene operemur. III, 2061, 2062. *Retr.* Vocatio an sit effectrix bonæ voluntatis. VI, 118. Ex vocatione secundum propositum omnes gratiæ oriuntur. X, 963. Vocatio congrua. VI, 118. Vocatio peculiaris. VII, 39 Vocatio nostra fit prædicatione pœnitentiæ. IV, 1963. Vocationi Dei consentire vel ab ea dissentire, propriæ est voluntatis. X, 240, 241. Vocationi Dei quomodo respondeatur. IV, 1508. Vocatos procrastinare non debere. V, 553. De vocatione sua nullum hominum genus desperet. V, 1396. Vocati sunt primum piscatores ac idiotæ, et orator, Senator, Imperator dilati; cur. V, 256.
Voconii lex. iniqua. VII. 103.
Volatilia non immerito dicuntur ex aquis creata. III, 282. In prima causalium rationum conditione volatilia ex aquis producta. III, 393. Quod Adam volatilibus et non piscibus nomina imposuerit, propter aliquam significationem factum est. III, 400, 401. Volatile pennatum quid. III, 239. Volatilia quadrupedia, quæ. VIII, 817, 818. *Retr.* Volatilia, spiritalia corda. IV, 1361.
Volumna dea. VII, 128. Volumnus deus. VII, 128.
Volens a cogente liber est. VIII, 104.
Voluntas quid sit. I, 609; VIII, 93, 94, *Not.* 3, 104; X, 1476, 1478, 1479. Et unde dicatur. X, 234. Voluntas an irrationalibus conveniat. VII, 151. Voluntas sua cuique notissima. VIII, 103. Voluntates nonnullæ omnium, singulis notæ sunt. VIII, 1017. Voluntatis motus spontaneus est. VI, 13. Voluntas proprie non est nisi in bonis. III, 1303. Non possumus nolle beatitudinem. II, 669. Voluntas unde secundum Julianum. X, 1489, 1494, 1495. Unde secundum Augustinum. X, 1489, 1495. Voluntas unde non moveatur seu unde non velit. X, 167. Voluntates sub necessitate esse noluerunt Stoici. VII, 152. Voluntas ideo mutabilis, quia ex nihilo. VII, 467. Voluntas in hos vel illos affectus mutatur, pro varietate rerum quæ appetuntur aut fugiuntur. VII, 409.
Velle in potestate est hominis. VI, 107. Voluntas ideo libera est, quia est in nostra potestate. I, 1275. Nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas. I, 620, 1275. Voluntas non esset, nisi esset in nostra potestate. I, 1275. Voluntas ipsa est, qua et peccatur, et recte vivitur. I, 596 Nulla re meas fit serva libidinis, nisi propria voluntate. I, 1272. Voluntas in tantum libera est, in quantum *libe-*

rata est; et in tantum appellatur voluntas. I, 609. Voluntas tanto liberior, quanto sanior; tanto autem sanior, quanto divinæ gratiæ subjectior. II, 676, 677. Voluntas humana non libera dicenda est, quamdiu est vincentibus et vincientibus cupiditatibus subdita. II, 593. Leges, laudes, exhortationes, supplicia, etc., labefactantur, nihilque in eis omnino justitiæ est, nisi voluntas sit causa peccandi. II, 1061.

Voluntas omnis aut bona, quæ justitiam diligit, aut mala, quæ non diligit; nulla in medio consistit. X, 169. Voluntas semper est libera, sed non semper est bona. X, 899. Voluntas bona, et voluntas mala, unde secundum Manichæum. X, 1113. Voluntas bona et mala, voluntatis item possibilitas, an adscribenda naturæ. X, 1499. Voluntatis malæ origo. X, 370, 464. Omnis potestas a Deo, sed non omnis voluntas. X, 253. Dum inquirit Julianus unde mala exstiterit voluntas, injustam naturæ damnationem affirmat. X, 1497.

Voluntas mala a Deo non est. VII, 151. Voluntatis duritia an sit de divina pœna. VI, 119. Voluntas sine instigatione spiritus mali potest esse mala. VI, 622. Voluntatis malæ non est causa efficiens, sed deficiens. VII, 353, 355, 356. Voluntas mala est defectus potius ab opere Dei ad sua opera, quam ullum opus. VII, 418. Voluntas mala malum opus præcedit. VII, 420, 421, 422. Voluntas mala ex homine qui bonus creatus fuerat, orta est. X, 1478, 1480. Voluntatem malam quare homo possit habere. X, 1479. Voluntas efficitur mala, cum se, relicto superiore, ad inferiora convertit. VII, 351, 353. Voluntas mala est contra naturam. VII, 151. Est testimonium naturæ bonæ. VII, 332. Voluntatem malam sic non habebunt sancti, ut nec habere possint. X, 1498. Voluntas solo libero arbitrio potest declinare a bono; a malo vero non potest sine Dei adjutorio. VII, 467. Voluntas ex se ipsa mala, bona autem nonnisi ex Deo. X, 169. Bonæ voluntatis auctor Deus, malæ autem ipse peccator. X, 1479.

Voluntas mala non suæ permittenda est libertati. II, 734. Voluntati sanæ commissa est perseverandi vel non perseverandi potestas. X, 938, 939. Voluntas sine gratia non sufficit. X, 889, 892, 899. Non sufficit ad præcepta adimplenda. X, 897. Non sufficit ad justitiam habendam. X, 155. Voluntas sine gratia non movetur ad bonum. X, 744. Voluntas ad non peccandum non sufficit. II, 766, 775. Voluntatem sine gratia non sufficere ad vitanda peccata, ipsa oratio arguit. X, 236. Voluntatem dum de possibili conatur excusare Julianus, naturam inexcusabilius accusare convincitur. X, 1497. Voluntas humana vires bonorum operum perdidit, ipsis fatentibus Pelagianis. X, 1145. Voluntas dum bonum non vult, vitium est humanæ voluntatis; dum vult bonum, adjuvatur gratia divina. X, 523. Voluntatis conatus sine Deo nihil est. IV, 208. Voluntas si nihil ageret, Deus non diceretur ejus adjutor. IV, 1859. Voluntas ad opus bonum perficiendum non potest esse libera, nisi Dei munere liberata. VI, 444. Ad habendam justitiam velle satis est. II, 485. Velle nemo potest nisi admonitus et vocatus, sive intrinsecus, sive extrinsecus. VI, 73. Sine propria voluntate nullum vitæ propriæ potest esse peccatum. X, 147. Sine voluntate nostra non erit in nobis justitia Dei. V, 922. Sine voluntate bonum operari non possumus. X, 215. Voluntatem propriam licet habeamus; non tamen ex illa, sed ex Dei adjutorio provenit victoria tentationum. II, 828. Voluntate propria animam sibi bonum esse non posse, sed malum. II, 571. Voluntate sua homo se sanare non potuit. V, 409. Voluntas hominis in paradiso beata, nunc misera. X, 1108. Crementum in voluntate est, ubi nativitas in voluntate est: nemo ex aqua et Spiritu nascitur, nisi volens; ergo si vult, crescit; si vult, decrescit. III, 1997, 1998. Duæ contrariæ voluntates nonnunquam in homine. I, 759. Voluntas vetus carnalis et nova spiritalis in Augustino. I, 753. Voluntas fortis et integra, voluntas semi-saucia, voluntas parte assurgens, et cum alia parte jacente cadens et luctans. I, 758. Voluntatis suæ vires nemo satis cognovit. X, 530. Voluntati animus et caro non obtemperant. VII, 423. Voluntas bona parva et invalida. X, 901. Ex duabus voluntatibus æqualiter affectis quare una malo consentit, altera non consentit. VII, 334. An sit in potestate nostra voluntatem mutare. VIII, 129, 130. *Not.* 4. Voluntatem mutare an facile homini sit. X, 297. Voluntas bona unde. X, 168, 169. Voluntas bona etiam Angelorum, a Deo est. VII, 356, 418. Bona voluntas a Domino est. X, 568. Non est nisi ex Deo. VI, 247, 248, 623. Voluntatis bonæ initium, donum gratiæ. X, 567, 568. Voluntas bona in nobis fit operante Deo. VI, 118. Bona voluntas Dei præcedit bonam voluntatem nostram. IV, 89. Voluntas bona a Deo datur, a Deo excitatur. V, 108. Voluntatem Deus præparat. III, 2061, 2062. *Retr.* Voluntas quæ est in corde recto, paratur a Domino fide præcedente, qua acceditur ad Deum rectum, ut cor fiat rectum. IV, 991. Voluntas sine gratia bona esse non potest. II, 851. Voluntas bona non redditur nisi per gratiam. X, 1497. Voluntas bonæ libertati redditur per gratiam. X, 1185. Voluntatem justam nemo potest habere, nisi gratuitam de super acceperit gratiam. X, 554. Voluntas servandi præcepta, munus gratiæ. X, 314. Voluntas adjuvatur et erigitur impartito spiritu gratiæ. X, 212. Ut voluntas bona in justis et peccatoribus in spiritu et carne perficiatur oramus. III, 1279. Velle Deus operatur in nobis. VI, 73. Voluntates bonas in cordibus hominum operatur Deus. X, 568, 1146, 1435. Mirabili potestate operatur. X, 373. Deus parat et convertit hominum voluntates. X, 991. Deus potest contrarias voluntates convertere, et duritiam cordis auferre. X, 898. Voluntatem hominis convertit Deus occultissima et efficacissima potestate. X, 569. Deus inclinat hominum voluntates quocumque voluerit. X, 990, 991. Occulto instinctu efficacissime ad quod voluerit excitat hominum voluntates. X, 1317. Gratia qua infirmæ voluntati subvenitur, eam indeclinabiliter et insuperabiliter agit. X, 940. Voluntatibus hominum Deus dominatur. X, 906. Voluntates hominum Deus in sua potestate habet. X, 944, 990. Voluntates hominum ita sunt in Dei potestate, ut eas quo voluerit faciat inclinari. X, 905, 906. Deus voluntates operatur in mentibus hominum, ut volentes ex nolentibus fiant. X, 1208. Volentes ex nolentibus gratia facit. X, 1318, 1319. Exempla Scripturæ quibus probatur Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. X, 943. Quibus datur gratia, sic volunt, ut impleant præcepta. X, 886. *Non volentis neque currentis*, etc., quo sensu Pelagius intellexerit. X, 343. Dogma Pelagianum negans Deum operari voluntatem in mentibus hominum. X, 1343. Voluntatem bonam quatenus Deo tribuendam censebant Pelagiani. X, 168. Voluntatem et actionem ab homine esse vult Pelagius. X, 362, 363.

Voluntatem hominis cur Scriptura conveniat. X, 1109. Voluntas quæ præparatur a Domino, non cogitur velle bonum. X, 1117. Quomodo et Deus præparat voluntatem, et homo se ipse præparat. X, 1131, 1133. Velle nostrum ad Deum et ad nos pertinet. VI, 117. Velle et credere quomodo nostrum est. III, 2061, 2062. *Retr.* Voluntas ad malum captiva rapitur, ad bonum vero liberata suaviter attrahitur. X, 1295, 1296. Deus hominis voluntatem bonam præparat adjuvandam, et adjuvat præparatam. VI, 248. Aliter Deus præstat ut velimus, aliter præstat quod voluerimus. VI, 117. Gratia nolentem prævenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit. VI, 248. Voluntas gratiam comitatur, non ducit; sequitur, non præcedit. II, 819. Cum præcesserit bona voluntas nostra quæ vocantem sequitur, perficietur in nobis voluntas Dei. III, 1278. Voluntas ut plena sit, oportet ut sana sit. II, 485. Voluntatis sanitas in quo consistat. II, 485.

Voluntas bona quid sit. I, 1234. Quæ sit. VI, 623. Voluntatem bonam non timor, sed caritas habet. IV, 991. Magna voluntas, magna caritas. X, 901. Voluntas bona nihil aliud quam caritas. X, 371. Voluntas non potest dici bona, quæ in aliis vel in se ipsa, non in Domino gloriatur. X, 749. Miserimus voluntate bona qui caret. I, 1233. Voluntatem bonam pax perfecta sequitur. III, 2066.

Voluntas sufficit ubi opus externum non potest fieri. III, 772, 773. Voluntas bona si nihil habeat, totum illi computatur. IV, 1663. In dante Deus respicit voluntatem, non munus. IV, 1664, 1665. Quidquid vis, et non potes, factum Deus computat. IV, 677. Coronat Deus voluntatem, ubi non invenit facultatem. IV, 1351. Deus non annotat facultatem, sed coronat voluntatem. V, 131. Cor quærit Deus, cor inspicit, intus testis est, judex, approbator, adjutor, coronator; sufficit ut offeras voluntatem. IV, 1716. Non mundatur opere, qui immundus est voluntate. IV, 1528. Ex qualitatibus voluntatum, non ex temporum spatiis, sive recte facta, sive peccata metimur. II, 381. Voluntatem bonam sequitur corona, malam sequitur pœna. VIII, 344. Voluntas mala sola peccatum est, etiamsi desit effectus. X, 235. Voluntas ipsa punitur sive animi supplicio, sive corporis. II, 381. Voluntas bona, multum pendenda. I, 1234. Nihil tam facile est bonæ voluntati, quam ipsa sibi; et hæc sufficit Deo. V, 444. Voluntas bona invito eripi non potest. I, 1233. Voluntas bona commendatur. IV, 371.

Voluntas illa dicitur nostra, quæ intelligitur esse propria contra voluntatem Dei. VIII, 687. Velle proprium habere est humanæ infirmitatis. IV, 278. Velle proprium corrigendi ratio. IV, 278. Voluntas Dei regula nostræ. IV, 274. Magna et usitata in hominibus perversitas est, ut cum debeant ipsi vivere secundum voluntatem Dei, Deum velint vivere secundum voluntatem suam. IV, 543.

Voluntas Dei regula est incommutabilis. IV, 1206. Voluntati Dei obtemperandum. V, 1333. Voluntas propria dum superioris voluntati præponitur, in grandem ruinam trahit. III, 384. Voluntatem propriam facit, quisquis a Deo non docetur. IV, 1853. Qui non facit voluntatem Dei, non eam

didicit. IV, 1582. Voluntatum rectitudo unde sumenda. VIII, 992. Voluntas hominum non est recta, nisi ad voluntatem Dei dirigatur. IV, 503, 504. Recto corde sunt, qui hoc volunt, quod Deus vult. IV, 1206. Voluntatem Dei tunc facit homo, quando facit justitiam quæ ex Deo est. VIII, 790. Voluntas hominis aliquando bona est quæ dissonat, et aliquando mala est quæ consonat bonæ voluntati Dei. VI, 279. Cum voluntas divina humanæ præponitur, homo ab humanis in divina dirigitur. III, 1770. Voluntatem divinam, quæ nostræ præferenda est, quomodo nosse possimus, Augustinus Paulinum interrogat. II, 274. Voluntas Dei in libris S Scripturæ quærenda. III, 38. Voluntas Dei ante Evangelii prædicationem latebat, post patuit. V, 1357. Voluntas Dei, ipsa est lex Dei. IV, 386.

Voluntatem Creatoris numquam superat creatura. IV, 1464. Voluntas Dei voluntate hominis impediri non potest. X, 1109. Voluntas Dei semper invicta. X, 238. Etsi contra voluntatem Dei faciant infideles, cum Evangelio non credunt, eam tamen non vincunt. X, 238. Deus ita certas temporum leges generibus qualitatibusque rerum attribuit, ut ejus voluntas sit super omnia. III, 348. Non fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit; vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. VI, 276. Necessario iuturum est quod Deus vult. III, 350. Voluntas Dei immutabilis. VII, 366, 752, 753. Quomodo dicatur mutari. VII, 366, 752, 753. In voluntatibus nulla bona est, cui non præsit Deus; nulla mala qua bene uti non possit. III, 389, 390. Voluntas Dei fiet in te, etsi non fit a te. V, 380. Quod fit a te, ipse facit in te. V, 380. Non vis bonus implere voluntatem Dei, et de te malo impletur. VI, 651. *Vide* Deus. Voluntatum bonarum adjutor Deus et remunerator, malarum relictor et damnator; utrarumque ordinator. VII, 435. Voluntates tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque præscivit. VII, 152. Deus occulto judicio et justo voluntatem Semei, proprio vitio malam, inclinavit in peccatum quo malediceret David. X, 906. Voluntates omnes, etiam malæ, Deo subjiciuntur, quomodo. VII, 151. Voluntatibus malis bene utitur Deus. VII, 732. In eos exitus quos Deus præscivit justos et bonos, tendunt omnia quæ videntur adversa voluntati ejus. VII, 752, 753. Quidquid præter suam voluntatem patitur homo, voluntati Dei tantum tribuere debet. VII, 152. Voluntate libenter Deo serviendum. IV, 876, 890, 891.

Voluntas in Christo quomodo duplex. IV, 277, 278, 1206.

Voluntaria quædam sunt quæ et necessaria sunt. X, 1489. Voluntarium tunc est bonum, cum Deus operatur in nobis et velle et operari. X, 314. Voluntaria oris, sacrificia laudis, confessione caritatis, non timore necessitatis oblata. IV, 1368.

Volupia dea. VII, 118, 122.

Voluptas quid. VII, 621. Voluptatis vis quatenus explicatur a Juliano. X, 1440, 1441. Voluptatem suo more ponit pro concupiscentia Julianus. X, 1221. Voluptas paradisi non turpitudinis, sed beatitudinis cogitanda est. X, 1556. Voluptatem præcedit appetitus. VII, 424. Voluptatis pictura. VII, 167. Voluptas aut subditur virtuti, aut præfertur, aut jungitur. VII, 622. Voluptas potest et honesta esse. X, 448. Voluptas vescendi et potandi tolerabilis. X, 773. Quod amplius non delectat, secundum id operemur necesse est. III, 2141. *Vide* Delectatio.

Voluptas et dolor duo incitamenta ad peccandum. V, 1286. Voluptas carnis unum ex tribus generibus vitiorum, quibus peccata omnia concluduntur. IV, 115. Voluptates corporis illecebræ atque escæ malorum. X, 774, 778. Voluptatum temporalium vanitas. V, 859, 861. A voluptate carnis continentiam Deus jubet et dat. I, 796. Voluptatis imbecillitas protrudit nos ad sublimiora. III, 159. Voluptatis regnum. III, 155. Miseria animi voluptatibus dediti. I, 804. Augustini pugna ne voluptatibus sensuum capiatur. I, 797. Qui gaudent in mortiferis voluptatibus, esse sine dolorum timore non possunt. III, 432. Quod ad tempus libet, postea pejus dolet; et quod ad tempus salubriter dolet, postea infinita voluptate lætificat. V, 1182. Pœnitendi cum voluptate vicinitas. X, 774. Voluptatum carnalium amatores, etsi senes videantur, spinarum radices sunt. IV, 1803. Voluptatis pretio, animam peccando quisque diabolo vendit. III, 2071. Voluptatis immundæ sectatores quibus comparati. III, 361. Voluptas sæculi, aqua in puteo. III, 1515. Omnis voluptas pecorum ex terra est. III, 348. Voluptates et sæculi desideria stercori comparantur. IV, 1474. Voluptatibus superatis cavendum ne succedat cupiditas placendi hominibus. VI, 26. Proficit spiritali saluti, quidquid corporali minuitur voluptati. V, 1044.

Volusianus. II, 508. *Not.* 6. VI, 249. Consul. IX, 687. Volusianus Augustino proponit quæstiones de incarnationis mysterio. II, 512. Marcellino, piæ ipsius matris rogatu, quotidie invisitur. II, 513. Cum a veri Dei cultu nonnullorum persuasione revocaretur. II, 513, 525. Volusiano respondet Augustinus. II, 514. Volusiano tantum ad ea, quæ ipse per se quæsierat, respondit Augustinus. II, 523. August. epistolam suam ad Volusianum Marcellino misit. II, 537. Epistola ad eum memoratur. II, 703, 707. Volusiani ingenium et eloquium judicat Augustinus prodesse debere aliis. II, 515.

Volutina dea cui involumenta folliculorum commissa sunt. VII, 118.

Voti excellentia. II, 483, 487. Votum Deo a primis Christianis ad posteros venit. IV, 1729, 1730. Vovere quid debemus. IV, 967. Vovere adversus animam suam, id est in aliqua rerum licitarum et concessarum abstinentia. III, 745. Homo Dei nomine consecratus et Deo votus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est. VII, 283. Nihil Deo gratius possumus offerre, quam ut dicamus ei, *Posside nos*. IV, 1717. Se ipsum quisque voveat, se ipsum reddat. IV, 1494.

Votum castitatis. V, 736; VI, 434. Virginitatem proposuerat Maria. V, 1096. Voti sancti conscia dixit, *Quomodo fiet istud?* V, 1319. Post emissum castitatis votum damnabile est velle nubere. VI, 437. Nuptiæ tales non sunt adulteria, ut quidam putant. VI, 438. Lapsus tamen a voto, adulterio est pejor. VI, 439. Voventes castitatem, et non exhibentes, quanta maneat ira Dei. V, 799. Voti fraudati eo major est iniquitas, quod non fuit vovendi necessitas. VI, 439. Votum continentiæ V, 1094. Votum continentiæ mutuo consensu inter conjugatos initum. II, 1012. Vovenda non est continentia a conjugatis, nisi ex consensu communi. II, 487. Votum hujusmodi si ab alterutro præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persolvenda promissio. II, 487. Ad votum continentiæ vir et mulier parem auctoritatem habent. III, 746. Quod conjugati pari consensu voverunt, perseveranter usque in finem reddere ambo debent. II, 1078. Qui continentiam Deo vovistis, nolite retro respicere. V, 1094. Vota reddere femina non debet prohibente viro, etiamsi ipse antea permiserit. III, 745, 746. Mulier, viro nondum consentiente, continentiam non secundum sanam doctrinam suscepisse dicitur. II, 1078. Ac peccasse cum ei debitum carnis negavit. II, 1078. Vovere potest femina vidua aut libera, non vero sub patre aut viro constituta, nisi hi permittant. III, 745. Votum jejunandi. II, 147, 150 Votum cæci illuminati, totam vitam se in basilica serviturum. V, 1299. Voventur omnia quæ offeruntur Deo. II, 637. Votum nostrum maximum sacramento altaris prædicatur. II, 637. Vota in monasteriis nuncupari solita. IV, 1279. Vota quædam omnibus communia, et quædam propria singulorum. IV, 967.

Voti obligatio. III, 744. Vota Deo reddenda. V, 799. Vota persolvenda. II, 486, 487, 1013. Reddendum est quod vovetur. IV, 967, 1038. Vota quæ sine ulla conditione voventur, nulla conditione rumpenda sunt. VI, 468. Hæc est distinctio in votis, ut se accuset homo, Deum laudet, etc. IV, 798, 1218. Quisquis Deo quid vovet, si respicit retrorsum, malum est. IV, 967, 1038. Nemo præsumat viribus suis se reddere quod promisit; qui te hortatur ut voveas, ipse adjuvat ut reddas. IV, 1717. Ex professione hominis est vovere, ex adjutorio Dei vota reddere. IV, 968. Vota sua numquam reddet, qui de suo se putaverit redditurum. IV, 1730. Non Domino quisquam quidquam rectum voveret, nisi qui ab illo acciperet quod voveret. VII, 550. Impiger sit animus ut voveat et reddat, ne cum se minus idoneum putat ad reddendum, piger sit ad vovendum. IV, 1730. Voto laudabili reddito egregia et singularis quædam gloria tribuenda in cœlis. VI, 402.

Vox materia est verborum, verba formatam vocem indicant. III, 257. Vocis et verbi discrimen V, 1304, 1309. Vox inanis sine verbo. V, 1304. Vocis ministerium propter verbum. V, 1305. Vox deficit crescente verbo. V, 1307. Vox proprie animatorum est. IV, 1809. Vox corporalis auditur, spiritalis autem intelligitur. IV, 83. Vox tota ab omnibus, tota a singulis auditur. II, 518. Vox ad homines sonus est; vox ad Deum affectus est. V, 1093. Vox cordis auditur a Deo. IV, 1662, 1775. Vox fidei in factis est. V, 546, 547. Vox Christi, vox Dei, pax est. IV, 1075. Vox Christi etiam nostra est, et vox nostra etiam ipsius est. IV, 749. Vox Patris in monte audita, et species columbæ visa, sine vivificantis animæ ministerio factæ sunt. II, 746.

Urbanenses, schismatici Donatistæ in quadam Numidiæ particula. IX, 588.

Urbanus Papa. II, 196.

Urbanus episcopus. II, 1019, 1020, 1021.

Urbanus episcopus. II, 644.

Urbanus presbyter Marcellini litteras ad Augustinum attulit. II, 585.

Urbanus Donatus. IX, 511. In domo Urbani Donati habita Secundi Tigisitani Gesta. II, 197.

Urbica, honesta vidua. II, 694.

Urbicus, id est Romanus. II, 137. *Not.* (*a*).

Urbis clades describitur. VII, 18. Et hæc divinæ miseri-

cordiæ tribuenda. VII, 14, 15. *Vide* Roma.
Urias lux mea Dei interpretatur. VIII, 459
Ursacius. IX, 514. Ursacium divina vindicta periisse clamabant Donatistæ. IX, 324, 328, 329.
Ursicinus. X, 843.
Ursus vir perfectissimus Rationalis Africæ. IX, *app*. 777.
Ursi propter exhibendos ludos. V, 203.
Usiam inter et hypostasim quid differat. VIII, 917. οὐσία/ usitatius substantia vocatur. VIII, 917.
Usula. IX, 507, 528, 550.
Usura peccatum quod excludit a regno Dei. IX, 162, 163. Usuras ipsæ leges et judices reddi jubent; sed non est quo judice repetantur. II, 665. Usuræ nomine cur peccata significentur. IV, 910. *Vide*, Fœnus. Usura idololatriæ comparata. IX, 566.
Usus rerum legitimus, quis. III, 221. Usus Christianus temporalium. V, 861. Usus illicitus, abusus potius nominandus est. III, 20. Usus rerum culpandus, non res ipsæ. V, 328. Non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. III, 73.
Uter. Ab utre appellati sunt Ascitæ hæretici. VIII, 42.
Uterus Dei Patris, quid. IV, 1458. Uterus Virginis, sponsi thalamus fuit. III, 1979.
Uthina. IX, 218.
Utica urbs Africæ. VII, 36, *Not.* (*a*); IX, 228. Atroci pestilentia afflicta. VII, 112. Uticensis Massa candida. V, 1417. Uticæ habitus Sermo in basilica Massæ candidæ. IV, 1869, *Not.* (*a*).
Uti quid sit. III, 20; VI, 19; VII, 339; VIII, 981, 982. Uti et frui. V, 958 Uti fruendis, et utendis frui, vitium vocatur. VI, 19. Qui non bene utuntur, abuti rectius dici solent. VI, 19. Quibusnam ratio hominis utitur. VI, 20. Ratio hominis utitur primo se ipsa ad intelligendum Deum ut eo fruatur, cæteris rationalibus animantibus utitur ad societatem, irrationalibus ad eminentiam. VI, 20. Uti aliqua re non potest, nisi animal quod rationis est particeps. VI, 19. Utendum sic quibusdam bonis, ut ea non diligamus. X, 817. Uti fructibus, quo sensu dicitur. VII, 339. Dementia est, crimen male utentium in res ipsas transferre. V, 328. Res quarum est bonus et malus usus. V, 1417. Tunc quisque habere aliquid dicendus est, quando bene utitur : nam quod juste non tractat, jure non tenet, etc. V, 327. Sicut malum est male uti bonis; ita bonum est bene uti malis. I, 639. Non prodest bona res non utenti bene. I, 706. Utens superbe et immoderate rebus propriis, a Deo reprobatur. V, 206. Quomodo Deus homine utatur. III, 32. Deus utitur creatura, non fruitur. III, 32. *Vide* Usus.
Utile quid sit. VI, 19. Utilitas est divina providentia. VI, 19. Utilitas beneficentiam præcedit. III, 72. Nec utilitas proximi abdicanda est in otio, nec contemplatio Dei in negotio. VII, 647. Utilitas impie viventium nulla est. VII, 649. Aliquando, etiamsi noceat, prodesse creditur quod delectat. II, 963.
Uva dicitur verbum divinum. IV, 109. Uva de spinis quomodo legatur. V, 474, 761.
Vulcanus. IV, 1483. Vulcanum ignem mundi esse volunt. VII, 207. Vulcanus maritus Veneris. VII, 81. Vulcanus cur claudus fingitur. VIII, 374. Vulcanus et Mars inimici. VI, 712. Vulcani templum Athenis. VII, 570.
Vulgi judicium plerumque erroneum. VII, 36.
Vulnerantur Dei sagittis male sani, et sanantur bene vulnerati. IV, 1865.
Vulnus in bono potest accipi in Scriptura. VII, 692. Vulnus sub tegmine medici sanatur, sub tegmine vulnerati celatur. IV, 266. Vulnus peccati medicum omnipotentem requirebat. IV, 712. Vulnus amoris. V, 1365.
Vulpes insidiosos maximeque hæreticos significant. IV, 1040. Reges impios, quos terret virtus aliena, vulpes appellavit Scriptura. IV, 1136. Rex qui neminem hominum timet, non vulpes, sed leo. IV, 1136.
Vultur Christus appellatur; pulli vulturis, filii sponsi. III, 829.
Vultus Dei, quid. IV, 520.
Vulvam conclusam fuisse quo sensu Scriptura dixerit. X, 454. Vulvam in domo Abimelech quomodo concluserit Deus. X, 721.
Uxor. Sine uxoribus non licebat vivere Abeloniis, iis tamen non miscebantur. VIII, 47. Præceptum Domini de uxore relinquenda, non est contrarium veteri Testamento. VIII, 132.
Uxor marito tamquam domino debet servire. VIII, 420. Uxor viro propter Deum serviens, Deo servit. I, 669. Uxor, viri ancilla. V, 1463. Uxor casta. V, 759. Uxor si marito subjiciatur, pax recta est; si dominetur, pax perversa. IV, 1860. Uxor viri tamquam capitis sui sequatur obedienter auctoritatem. II, 1080. Uxor sine consensu mariti continentiam eligere non potest. VI, 480. Uxoris in maritum quæ sit potestas. VIII, 420. Uxore nolente, conjugi continere non licet. IV, 1959. Uxor de rebus terrenis suis nihil agere debet sine mariti arbitrio. II, 1079. Mulier virum et offendere et scandalizare non debet, etiam bonis operibus. II, 1079, 1080. Uxor si ad indecentem ornatum aliqua dura conditione cogitur, potest habere in superbo cultu cor humile. II, 1081. Uxori de habitu ac vestitu nihil mutandum aut usurpandum præter viri arbitrium. II, 1080. Uxor prudens et Christiana describitur. I, 772.
Uxoris dilectio quænam salutem impediat. VI, 216. Uxorem carnaliter diligere, veniabile. VII, 743. Uxorem qui affectu carnali sic amat, ut tamen eam Christo non præponat, salvabitur per ignem. VI, 155, 155. Uxoris amor talis, ut propter eam cogitet vir quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori; lignum est et fœnum quod super fundamentum ædificatur. VI, 216. Usus contra naturam exsecrabilior in uxore, quam in meretrice VI, 382. Uxoris usus nonnisi procreationis causa adhibendus. V, 345. Et nisi liberorum procreandorum causa fiat, est peccatum. V, 88, 1341. Uxoris usus est immoderatus, nisi liberorum procreandorum causa fiat. V, 1272. Pro sanctificatione perfecta Deus viro computabit, si ipse, non quod uxor debet exigit, sed reddit quod debetur uxori. IV, 1959. Uxor sæpe marito Eva. IV, 1209. Quinam habent uxores tamquam non habentes. X, 423. Uxorem qui duxit, vinculis ferreis constringitur. IV, 1959. Tales compedes consolidant et Episcopi manus. IV, 1959. Viri ad Ecclesiam confugientes ut dimittant uxores suas, arctius ibi colligantur. IV, 1959.
Uxor nonnisi propter fornicationem dimittenda, ut intelligendum. I, 616. Uxorem nullis legibus humanis licet vendere, legibus autem Christi nec dimittere, excepta causa fornicationis. II, 689. Uxor non dimittenda nisi propter adulterium. IV, 1959. Uxor ob fornicationem dimissa, non cessat esse uxor ejus qui dimisit. VI, 457. Uxore dimissa aliam ducere adulterium est. VI, 198. Uxor infidelis quandonam rectissime dimittitur. VI, 216.
Uxorum pluralitas. X, 419. Cur viro plures aliquando uxores, numquam autem feminæ plures habere viros permissum. V, 347; X, 419. Unam feminam maritos habere plurimos inhonestum erat. III, 73. Uxores plures ducere olim non prohibitum. VII, 517. Uxorum multitudo nulla olim lege prohibita. VIII, 428. Uxorum plurium simul uni viro habendarum inculpabilis erat consuetudo, quare. III, 73. Uxores plures habere tempore veteris Testamenti non erat peccatum, quia neque contra naturam erat, neque contra morem, neque contra præceptum. VI, 395. Uxorum multitudo non culpanda in Sanctis antiquis. VIII, 429. Uxores plures habere cur antiquis licuit. V, 348. Veteres Sancti non ex libidine multis uxoribus utebantur. III, 76. Patres pro tempore et pro more gentis suæ, etiam plures uxores caste habebant. V, 345. Intemperantia potest esse major in una uxore habenda, quam in multis. III, 76. Magis probatur homo multarum uxorum fecunditate utens propter aliud, quam unius carne fruens propter se ipsam. III, 76. Patribus concessum habere multas uxores, ad hoc tantum, ut filios procrearent. V, 347. Uxor sua cuique sufficiat. V, 1064. Uxorem super ducere vetitum more Romano. VI, 378. An liceat uxoris voluntate aliam adhibere, ut communes filii nascantur, non audet Augustinus definire. VI, 385. Uxorem suam alteri tradere, non licet Christiano. VI, 203, Licebat in republica Romana. VI, 203. Catonis exemplum. VI, 203, 388. Cur sicut Israelitæ uxores alienigenas, non ita Christiani easdem infideles jubentur deserere. VI, 462. De uxoris laude viro longe dissimili quasi fugare velle mœstitiam, adulatio est, non consolatio. II, 1074. Cum uxore litigiosa comparatur mala conscientia. IV, 344. Omnis concubina uxor, non autem omnis uxor, concubina. III, 571.
Uxor Christi, Ecclesia ejus, nos ipsi. IV, 1684.
Uzalis Africæ civitas. V, 1444, 1446. Colonia Uticæ vicina. VII, 768. Uzali, memoria S. Stephani ab Evodio episcopo constituta. VII, 768. Miracula ibi facta. VII, 768.

X.

Xanthus, aliis Asterius, Cretensium rex. VII, 569.
Xantippus Tagosensis episcopus Numidiæ primatum ad se pertinere contendebat. II, 226. Nuncupatur Xantippus senex. II, 227.
Xenocrates philosophus, Platonis discipulus. X, 647. 666. Platoni in Academiam successit. II, 440; VII, 237. Xenocrates Polemonem quomodo converterit. II, 591.
Xenophanes Colophonius physicus. VII, 208. Quo tempore claruit. VII, 582.
Xenophon. II, 1031.
Xerxes Baleus septimus rex Assyriorum. VII, 362.
Xystus Romanus episcopus et martyr. I, 647; X, 285. Xysti martyris festum. III, 1621. *Vide* Sixtus.

Z

Zabulon, interpretatur habitaculum fortitudinis. IV, 835.

Zacchæus ut sycomorum adscendens quid figurat. V, 941. Zacchæus excipit hospitio Dominum. V, 170. Zacchæus dimidium dat, dimidium ad reddendas fraudes reservat. V, 112, 243, 649.

Zacharias quid et quo tempore prophetavit. IV, 1467, 1917, 1940; VII, 593.

Zachariæ et Mariæ eadem fere verba, non eadem incredulitas. V, 1314. Zacharias desperando interrogat, Maria inquirendo. V, 1314. Zachariæ os prius clausum, et post apertum quid significet. V, 1328. Zacharias et Elizabeth non sine peccato. X, 162. Quomodo Zacharias et Elizabeth sine querela in omnibus mandatis Domini. X, 312.

Zama. IX, 232.

Zeb, interpretatur lupus. IV, 1053.

Zebee interpretatur victima lupi. IV, 1053.

Zebedæi filii antequam humiliarentur, voluerunt exaltari. IV, 1670. Zebedæi filii celsitudinem appetentes, ad viam vocantur. V, 875.

Zelpha os hians interpretatur. VIII, 455. Zelpha figurat prædicatores, quorum os hiat et cor non hiat. VIII, 455.

Zelotypia proprie ubi sit. VIII, 142.

Zelus quid. VI, 140; VIII, 142. Zelus Dei quid sit. VIII, 138, 142, 147. Zelus duplici significatione intelligitur, et quandam cadere potest in Deum. VIII, 552. Zelus in bonam et in malam partem accipitur. VII, 677. Zeli Dei nomine intelligitur exactio castitatis, ne anima a Deo suo fornicando dispereat. IV, 1914. Zelus Dei, zelus amoris est. IV, 1583. Zelus Dei tota spes salutis nostræ. VIII, 142. Zelo domus Dei flagrare omnes debemus, quomodo. III, 1471, 1472. Zelus impatiens. IV, 1196, 1279. Zelus non secundum scientiam. V, 721. Zelus Dei secundum scientiam quis sit. IV, 81, 1128. Qui zelum habet, Deo, non sibi zelet. IV, 1583. Zelus cur minus videatur congruere Deo, quam præscientia, ira et similia. VI, 141.

Zeno unus ex principibus Stoicorum. VII, 259, 261. Stoicorum princeps. I, 954. Sub Polemonis magisterio condiscipulus Archesilæ. I, 955. Deum ipsum esse ignem, animam mortalem esse dicebat. I, 955. Nihilque esse præter hunc sensibilem mundum, nihilque in eo agi sine corpore. I, 955. Zeno in virtute beatitudinem posuit. VIII, 1019. Zenonis definitio de perceptione veri. I, 925. Quæ discutitur. I, 945. Zenonis sententia in Chrysippum pervixit. I, 955.

Zenobius. I, 977; II, 63. Zenobius a Dioscoro Magister memoriæ appellatur. II, 451. Zenobius Augustino auctor est scribendi operis *de Ordine*. I, 987. Opus illud ipsius nomini dicatur. I, 980. Zenobii congressum et conspectum quærebat Augustinus. II, 63.

Zenophilus consularis. IX, 386, 426, 512, 513. Gesta apud Zenophilum Consularem. II, 168, 197; IX, 513. Zenophili consularis acta citantur. IX, 584.

Zephirinus Papa, II, 196.

Zertense concilium. II, 577.

Ziph, vicus, unde dicti Ziphæi. IV, 619.

Ziphæi, florentes interpretantur. IV, 619.

Ziquensium civitas. IX, 540.

Zizania quid sit. VIII, 547. Zizania ea proprie dicuntur, quæ nascuntur in similitudine frumentorum. IV, 784. Zizania interiora et exteriora. IX, 163. Zizania ab inimico seminata, quinam. III, 1367. Cur permittatur diabolo superseminare zizania. IX, 162. Zizania sola per orbem terrarum, excepta Africa, crevisse contendunt Donatistæ, non frumentum. IX, 522. Zizaniorum parabola contra Donatistas. V, 298, 550. Zizania crescere in Ecclesia usque ad messem sinenda. IX, 52. Zizania cum messe per totum mundum jussa sunt crescere. IX, 183. Zizania non colligi, sed tolerari præcepta sunt. IX, 280. Pro unitatis bono. IX, 582. Inter zizania frumentum Christi gemit. IV, 476. Per tolerantiam zizaniorum, crescit fructus frumentorum. IV, 784. Zizania quædam in præscientia Dei triticum. IX, 432. Zizania cognita non maculant frumenta. IX, 493. Zizania in Ecclesia fidem aut caritatem non impediunt. IX, 205. Zizania etiam hæreses designant. I, 642; IX, 29. Zizania et paleæ in Ecclesia. II, 264.

Zobœnnus episcopus. X, 662, 663.

Zoninus episcopus. X, 662, 663.

Zoroaster rex Bactranorum, magicarum artium inventor, quando natus est risisse fertur. VII, 728. Zoroaster a Nino rege Assyriorum bello superatus est. VII, 728.

Ζωὴν inter et Βίον quid differat. VIII, 1004.

Zosimus Innocentii successor. X, 648. Zosimo Papæ de Africano concilio contra Pelagii errorem scriptum est. II, 972. Rescripsit Zosimus, et rescriptum ejus ad universos totius orbis episcopos fuit. II, 972. Rescripti hujus exemplum mittit Augustinus ad Optatum. II, 865. Et ad Valentinum ac fratres ejus. II, 972. Zosimus Papa deluditur aliquandiu a Pelagianis. II, 865. *Not. (a)*. Zosimus Papa benigne excusatur. X, 388, 389. Zosimi purgatio. X, 574. Zozimi epistolæ fragmentum, ubi asserit peccatum originale. II, 865. Zosimus Romanus pontifex Pelagianos damnat. I, 650. Cœlestium et Pelagium damnat. X, 575. Julianus Zosimum Romanum pontificem prævaricationis accusat. X, 842. Zosimus Papa Augustinum Cæsaream mittit negotiorum causa. II, 857.

Zozimus a Tharassa. IX, 143, 232.

Zubedi fundus Hesperii in territorio Fussalensi. VII, 764.

INDEX GENERALIS
IN OMNIA OPERA
QUÆ IN APPENDICIBUS AUGUSTINI CONTINENTUR.

A.

Aaron Christi mediatoris typum gerit. V, 1804.

Abba, nomen græcum. II, 1161.

Abel justitiæ primatum habuit. III, 2154. Christi et Christianorum typum gerebat. VI, 748. Martyrium dedicavit. VI, 1740.

Abibas. VII, 811.

Ablavius Africæ Vicarius. IX, 785.

Abraham primo dictus Illam, deinde Abram, demum Abraham. VI, 1311. Cum patre suo idola coluit. III, 2348. De pagano Dei cultor factus est. III, 2274. Astrologiæ peritus fuit. III, 2360. Abrahæ elogium. III, 2325. Quid typum gerat Dei Patris. V, 1753. Abraham propheta, rex et pater multarum gentium appellatus. III, 2325. Positus est velut imago, ad cujus similitudinem genus humanum reverteretur ad Deum. III, 2324. Ab ipso dicti sunt Hebræi. III, 2323, 2324. Abrahæ filii sunt Judæi secundum carnem, nos secundum fidem. III, 2243. Abrahæ fides pluribus laudatur et illustratur. III, 2339; V, 1953. Abraham fidei nominisque Christiani radicem habebat. V, 1743. Natura quidquid legis fuerat observabat. V, 1743. Fides ejus, incredulorum pœna; incredulorum perfidia, gloria ejus. III, 2360. Abraham cum Jephte comparatus. III, 2239. Abrahæ obedientia in immolatione filii laudatur. V, 1751. Abraham gladio obedientiæ filium jugulavit. VI, 1163. Novit de semine suo Christum cœli et terræ Dominum nasciturum. V, 1753. Salvatorem in spe futuræ Incarnationis vidit. III, 1359. Trinitatis mysterium intellexit. V, 1748. Ad eum in trium virorum persona majestas incorporea descendit. V, 1744.

Abrahæ sinus, ubi sancti exspectant felices. I, 1472.

Absida. VII, 835, 842.

Absolutionum eulogiæ pro defuncto. VI, 1158.

Abstinentiæ duo genera. V, 2112. Abstinentia a vino, carnibus, oleo, balneo. II, 1111; VI, 768, 777. Abstinentibus a vino vel carnibus credere nihil meriti adcrescere, Joviniani est. VIII, 1219. Abstinentiæ utilitas ac modus. II, 1114; V, 2029.

Abusionum duodecim gradus. VI, 1079.

Abyssus superior. VII, 830. Abyssus peccatoris triplex. VI, 948.

Accidentia mente et cogitatione colliguntur. I, 1423. Quid sint. I, 1423. Accidens omne sine subjecto esse non potest. I, 1424. Accidentia alia sunt intra, alia extra, alia intra et extra usiam. I, 1425.

Acedia quid. VI, 1089.

Achar peccatum quatenus aliis obfuerit. III, 2234.

Acratius. IX, 786.

Actionem humanarum quæ esse debeat intentio. VI, 819. Nihil agit, qui impietati operam navat. X, 1737. Omnis actionis bonæ forma est caritas. VI, 1256. Bona cum agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur. X, 1787, 1861. Nemo invitus bene facit, etiamsi bonum

est quod facit. X, 1873. *Vide* Opus.
Actores. IX, 818, 841.
Adam qualis creatus. VI, 728, 774; X, 1771, 1773. Adam initio Spiritum sanctum accepisse, et peccando amisisse quidam dicunt. III, 2369. Ea ratione moti, quod perfectus factus sit. III, 2369. Spiritum sanctum habere, ultra naturam et perfectionem hominis est. III, 2369. Apertum est quod nunc non habuit Adam. III, 2370. In Adam omnium hominum concreata natura est. X, 1812. Absque omni vitio. X, 1812. Cum libero arbitrio, quod si auxiliantem Dominum non desereret, beatitudinem consequi posset. X, 812. Adam quid in bestias potuisset, in Noe ostensum est. V, 1953. Adæ corpus ita factum est, ut dissolvi posset: sed arboris vitæ gustus corruptionem inhibebat. III, 2227. Eos qui Adam mortalem factum sentiunt, fatetur Julianus nulla ratione niti. X, 1738, 1739. Adam necessitate naturæ, non peccati merito mortuum dicentes, damnantur. X, 1728, 1730. Adam perfecte habuit scientiam humanam. VI, 815. Post prævaricationem accepisse scientiam mali, nec amisisse scientiam boni falso dicitur. X, 1813. Adam positus in mundo dominus, cur legem a Deo acceperit. III, 2388. In paradiso fuit ac virgo permansit, quamdiu jejunavit. V, 2026, 2031. Unde primum lapsus sit. VI, 729. Adam et Eva quibus gradibus in peccatum lapsi sint. VI, 1051. Adam spe deitatis, non desiderio corporali peccavit. III, 2382. Idololatriam admisit. III, 2277, 2278. Adam latro. V, 2054. Adam non ideo malus, quia homicidæ genitor. V, 1740. Adam peccaturum sciens Deus, cur eum non revocaverit. V, 1738, 1740. Adæ culpam qui nonnulli excusent. V, 1737. Deo hi injuriam faciunt. V, 1737, 1740. Adæ soli, non Deo aut arbori peccatum ejusque pœna imputanda. V, 1738, 1740. Adam si se accusasset, de paradiso non exsulasset. V, 2202.

Adam qualis post lapsum factus. VI, 774; X, 1772, 1773. Adæ peccato maculatum est corpus. III. 2382. Et homines corruptioni subjecti sunt ac morti. III, 2382. Sed hinc lucrum referunt, si legi Dei obediant. III, 2382. Adæ peccatum totum hominem in deterius commutavit. X, 1785. Nec illi solum, sed et ejus propagini nocuit. X, 1785. Adam libertatem suam ac nostram vendidit. V, 1944. Genus suum peccato vendidit. III, 2278. In Adam periimus omnes. X, 1812. Non amissa substantia aut voluntate, sed lumine ac decore virtutum. X, 1812. Adam et Eva eo die creduntur mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. VI, 1051. Adam in ipso loco sepultus, ubi fixa est crux Christi. V, 1750.

Adæ mutatio in pejus, et altera fidelium in melius. X, 1878. Adæ primi et secundi comparatio. V, 2031; X, 1888. Adam vel Christum imitari quid sit. VI, 1051, 1052.
Adelfius. IX, 787.
Adeodatus episc. Donat. IX, 828, 831.
Adjutor cornicularis. IX, 816.
Adjutores commentarium officii Proconsulis. IX, 816.
Adjutor numerorum officii Vicarii. IX, 816.
Adolescens sine obedientia, abusio. VI, 1080.
Adora in Deo Christo hominem, et in homine Deum. I, 1468. Adoratur in terris rex, quasi vicarius Dei. III, 2284. Adorata Imp. scripta. IX, 778. Adoravit Saracam chlamys. II, 1097. Petrum modo provolutis genibus adorant Imperatores. V, 2125, 2127.
Adscendere ad Deum quid sit. VI, 791. Adscensus tres. VI, 817.
Adscensio Christi est cautio et arrha nostræ. V, 2081, 2082. Glorificatio nostra est. V, 2083. Adscendendum post Christum. V, 2082. Scil. corde. V, 2082. Vitia ipsa scalam nobis facient, et elevabunt nos, si fuerint infra nos. V, 2082. Cum medico nostro nullum adscendit vitium. V, 2082.
Adsoni Derbensis monasterii abbati præfixa ad Gerbergam reginam epistola adscribi, eique restituendum esse postmodum deprehendimus librum *de Antichristo*. VI, 1129, 1130.
Adventius. III, 844.
Adventus. VI, 1277. Adventu Christi quid nobis præstitum. III, 2372. Adventus Christi secundus non fiet latenter ut primus. V, 2051.
Adverbium unde dictum. I, 1402. Quid sit. I, 1403. Adverbiorum variæ terminationes. I, 1402, 1404. Significationes. I, 1402.
Adversitas æquanimiter ferenda. V, 1812. Magis timendum, si nullas aut leves patimur. V, 1813. Adversitati præsidia pacis tempore quærenda. X, 1875. Adversitas justorum, æternorum præmia gaudiorum. III, 2439.
Adulationis pernicies. VI, 1287. Adulationis vitium ita crevit, ut jam augeri non possit. II, 1115. Quis sit adulator. III, 2405. Adulatores, latentes scopuli. V, 1885. Omnes vendunt oleum. V, 2230. Adulatoris blandimentum, oleum peccatoris. V, 2214; IX, 767. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis. X, 1870.
Adulteri furore excæcantur. V, 1783. Sunt multi. V, 2289. Ab unoquoque debent corripi, et post unam et alteram correptionem a suo consortio separari. V, 2289. Ad sacerdotum notitiam deferri. V, 2289. Adulteris nullam fidei esse scintillam. V, 2293. Adulteria divina et humana lege puniuntur. V, 2290. Consuetudo intromissa est, ut adulterium feminæ, non viri puniatur. V, 2290. Ac dicant viri ea sibi licere, non feminis. V, 2290. Adulter nisi pœnitentia prolixa et uberes eleemosynæ subveuerint, et a peccato cessaverit, in æternum peribit. V, 2290. Adulteria non excusat longa ab uxore absentia. V, 2293. Adulterii prima tela oculorum, secunda verborum. V, 1768.
Ædilitas. IX, 782, 783, 784.
Ægritudo animi quid. X, 1874. Ægrotus quasi inter medicum et morbum, facit ut vincat cui se jungit. V, 1876.
Ægyptii præ cæteris vanæ philosophiæ operam dabant. III, 2316. Eorum fabula de mundi origine. III, 2218. Ægypti plagæ. III, 2164, 2165. Quid illis significetur. V, 1781. Ægyptus in primogenitis juste percussa. V, 1790. Ægyptiuum spiritalem quis exstinguat. V, 1792.
Ælianus Proconsul. IX, 780, 781, 782, 784, 827.
Ætionis filii. IX, 799.
Ælius Paulinus. IX, 780, 781, 782.
Ælredi liber de Amicitia in epitomen contractus. VI, 851 Ac de Vita eremitica ad sororem liber. I, 1451.
Æquivocorum varia genera. I, 1416.
Aer quid. VI, 1009.
Ætates mundi sex. VI, 742, 749. Ætates mundi et humanæ vitæ sex. V, 1920. *Vide* Mundus.
Æternum proprie. VIII, 1182. Æternitas non corrumpitur nec immutatur. III, 2232. Diversitatem abhorret. III, 2231. Nihil æternum nisi simplex. III, 2231. Æternitatis nulla portio est centum annorum spatium. VI, 991. Æternitatem cuncta imitantur. VI, 1020. In æternis quibusdam potest aliqua esse distantia, non in ipsa æternitate. X, 1892. Æternitas et immutabilitas vera non est, nisi in deitate. X, 1859, 1874. Æternorum meditatio mentis coercet instabilitatem. VI, 824. Æternæ vitæ felicitas. VI, 820, 822, 825, 828, 861, 862, 966. Æternarum pœnarum gravitas. VI, 821, 993.
Æthiopiæ situs. III, 2171. Æthiopiæ monstrosi homines. VI, 1303, 1304.
Ætimologia, res nimis curiosa, et non nimis necessaria. I, 1411.
Aetius in Trinitate æqualitatem dicit gratia. VIII, 40.
Affectio quid sit. I, 1433.
Affectus quatuor animæ. VI, 782. Quorsum dati. VI, 813. Affectus pius quid. VI, 816.
Afflictæ animæ oratio. VI, 936.
Africa. IX, 784. Africanæ provinciæ. IX, 816. Africa tota quid gravi persecutione passa sit. IX, 773. In hac persecutione, præter paucos Catholicos, peccaverant universi. IX, 776.
Africana Ecclesia inopiam patitur clericorum. IX, 806, 808. Quod decrevit, confirmari non vult, nisi prius consulta Ecclesia transmarina. IX, 806, 807, 809. Carthaginense Concilium mittit qui eam consulant. IX, 808. Afris propria lex rebaptizandi. IX, 787. Africana synodus adversus Cœlestium. X, 1699. Africana duo Concilia adversus Pelagianos 10 tom. X, 1685, 1686. Illis Aurelius dux, Augustinus ingenium. X, 1685 Africani Concilii an. 417. ad Zosimum perlata. X, 1808. Præmissa ad eum epistola. X, 1808. Africani episcopi apud Zosimum questi sunt, quasi Cœlestio in omnibus commodaverit fidem. X, 1726. Africanorum episcoporum ad Zosimum rescriptum notatur. X, 1731, 1775. Laudatur a Cœlestino. X, 1758. Ab aliis. X, 1775. Africani Concilii an. 417 constitutionem totus mundus amplexus est. X, 1724, 1857. Hanc quomodo erroris taxet Cassianus. X, 1723, 1808. Africæ universale Concilium an. 418 habitum. X. 1728 Cui interfuerunt 224 episcopi. X, 1730. Decreta illius quasi sedis suæ propria amplectitur Cœlestinus. X, 1757. Africanum Concilium plenarium (an. 418) Imperatorum mandato ab Aurelio mittitur episcopis subscribendum. X, 1731. Africani episcopi Sardinia exsules. X, 1772, 1176.
Agelastus dictus est, qui semel tantum in vita risit. III, 2357.
Ager unus est Dei, alter hominis. V, 2325.
Agesilaüs. IX, 781, 783.
Agnes cogitanda proponitur, ubi pudicitia tentatur. I, 1460.
Agnus legalis figura, cujus veritas Christus in altari crucis oblatus. V, 2066.
Agricola Præfectus prætorio. X, 1727.
Agricola Pelagianus. X, 1755.
Alæ duæ quibus in cœlum tollimur, duo præcepta caritatis. V, 1745. Alæ duæ quibus animæ elevantur in cœlum, caritas et humilitas. V, 2512.
Albanus episc. in Sardinia exsul. X, 1772.

Albigistinum. VII, 830.
Albinus canis. X, 1996.
Albinus Faustus consul. X, 1765, 1771.
Album corporale, pro libro. II, 1108.
Alchero adscriptus liber de Spiritu et Anima. VI, 779.
Alcuini quæstiones de Trinitate. VIII, 1172. Opusculum de benedictionibus Jacob. III, 2199. Prologus ad Carolum super Categorias. I, 1419.
Alethius episc. X, 1790.
Alexandri dictum. VI, 1339.
Alexandriæ mos. *Vide* Sacerdos.
Alfius Cæcilianus. IX, 780, 781, 782.
Alia et Sparsa coss. III, 2176.
Alleluia tacet post conclusam Pascha. V, 2096. Alleluia, usitatum laudis verbum, quod quadragesima intermittitur. I, 1457.
Altare interius et exterius in templo Salomonis, quæ reperiatur et in nobis. V, 2169. Altare in quo obtulerunt Cyprianus, Carpophorus, etc. IX, 776. Altare defendunt diaconi. IX, 803. Altaria fregerunt Donatistæ. IX, 804. Altare Dei invisibile. X, 1875. Altare est cor cujusque. V, 2170. De altaris consecratione festivitas. V, 2166, 2168.
Aluta scriptus libellus. IX, 778.
Alypius. IX, 816, 827.
Amacius PP. Galliarum. X, 1751.
Amalus Christi discipulus. V, 2127.
Amaritudo. Per amaritudinem inferiorum homo docetur amare meliora. X, 1875.
Amazonum historia. III, 2357.
Ambiguum esse omne verbum. I, 1416. Sed non ambigua explicatione posse explicari. I, 1416. Ambigui et obscuri discrimen. I, 1415.
Ambitiosus. IX, 787.
Ambitio clericorum resecatur. V, 1804.
Ambrosius. V, 1854; VI, 840, 841. Confessor. X, 1725. Sanctæ memoriæ episcopus. X, 1686. Ambrosii verba in lucam laudantur. X, 1812.
Ambrosio Autperto restituitur liber de Conflictu vitiorum et virtutum. VI, 1091.
Amethystus quos exhibeat. VI, 1230.
Barbaricæ depopulationis descriptio. V, 2315.

Barones. VI, 1331, 1355.

Bartholomæus pellem perdidit. VI, 882.

Basilicæ Sanctorum nominibus appellatæ. VIII, 1219. Basilicarum plateæ, atria, porticus, secretaria litigantibus aut garrulis hominibus abundant. V, 2279. Irreverentia eorum, qui in ecclesia otiosis fabulis vacant. V, 2278, 2281. Aut immodeste se gerunt. V, 2277.

Basiliscus subdiaconus. X, 1725.

Basilii Cæsariensis locus ex Oratione sacri altaris, quam pene universus Oriens frequentat. X, 1775.

Bassus Consul. IX, 815.

Bathanus. III, 2132.

Beatitudo hic parari potest, possideri non potest. V, 2159. Beatitudo naturæ impassibilis et naturæ passibilis qui differat. III, 2526. Beatitudinis et æternitatis donum Angeli et homines in ipsa naturæ rationalis creatione divinitus acceperunt. VI, 763. Beatitudinis capaces nos Deus mera bonitate, et ad eam degustandam aptos amoris dono effecit. VI, 845. Beatus est qui vivit ut vult. VI, 725. Beatitudini propior est voluntas recta etiam non adepta quod cupit, quam prava etiamsi quod cupit obtinuit. X, 1864. Beatificare animam nulla res potest præter justitiam. VI, 829.

Beata vita est cognitio divinitatis. V, 2324. Est gaudium de veritate. X, 1874. Beata vita si non amatur, non habetur. X, 1872. Beatæ vitæ dulcedinem lectio inquirit, meditatio invenit, oratio postulat, contemplatio degustat. VI, 997. Beatitudo Sanctorum post hanc vitam. V, 1964; VI, 807, 894, 1103, 1184, 1186. Hæc et de munere gratiæ est, et de retributione justitiæ. X, 1861. Quibus sit concedenda. X, 1892. Sanctis post vitæ hujus decursum est donata. V, 1876, 1877, 1878. Hac jam gaudet Hieronymus. II, 1130. Gaudet et Vincentius. V, 2097. *Vide* Anima, Cœlum.

Beatorum gaudium quantum et unde futurum sit. V, 1898. Non de sensibilibus, sed de summo bono gaudebunt. VI, 1050. Beatorum gaudium ex amore, amor ex notitia Dei. VI, 967. Beatorum cibus, potus, et scientia. VI, 995, 996. Beatorum gloria Dei visio. II, 1125, 1150. Ex Dei visione delectabiliter impressa erit sitis simulque satietas. VI, 980. Beati avidi et semper pleni, quod habent desiderant. VI 920, 921. De felicitatis suæ æternitate certi. VI, 828, 861. Ac in quantum unicuique Deus dederit, perfecte ac stabiliter boni. VI, 775. Tripliciter Deo fruentur. VI, 829. Beatorum indumenta, eorum merita. V, 2250. Iis vestitus convertetur in corpus, nec jam erit habitus, sed natura. V, 2251

Beatorum quædam communis, quædam specialis gloria. VI, 1050. Inæqualiter Dei visione potientur. X, 1780. Sed etsi graduum diversitate distincti, una erunt beatitudine perfecti. VI, 864. Una omnium erit vita, præmia pro labore diversa. II, 1110; VI, 774; X, 1755. Dispar erit gloria, communis lætitia. VI, 920. Propter caritatem eorum quilibet ita alterius gloria gaudet ut sua. II, 1125. Ac sic in dispari claritate, per gaudium commune fit omnibus, quod habent singuli. X, 1862, 1892. Hinc sua sorte quisque gau-

debit, quia ita esse pulchrum erit et sibi et universo corpori. VI, 994. Beatorum est vera amicitia. VI, 841. Eorum mentes et corda invicem patebunt. VI, 863, 920. Nec latebit aliquid secretorum. VI, 863. Invicem omnes suas cogitationes cognoscent. VI, 994. Se invicem amando, Deum plenius possident. VI, 845. Beatorum corporum dotes ac locus. VI, 850, 1029. Beatorum omnium unum opus. VI, 821. Mutuum gaudium. VI, 822, 828, 994. Negotia ac dotes. VI, 822, 826, 861. Omne opus eorum, laus Dei. VI, 920. Ibi videbimus, amabimus, laudabimus. VI, 896. Beatorum gloria totam Trinitatem et Angelos oblectat. VI, 825. Beatis spectaculum delectabile erit diaboli pœna. VI, 998.

Belgis orta hæresis. X, 1751.

Bella præcipua Dei auxilio peracta. III, 2191.

Bellonæ mons. IX, 795.

Bene nusquam est homini nisi in Deo. VI, 874, 914. Erit cum nulli bono erit male, et nulli malo bene. V, 2152. Etiam nunc melius est bonis, quam malis. V, 2153.

Benedico. Opus licet mutum hortatur adspicientes se benedicere opificem. III, 2236.

Benedicibilis. V, 1986.

Benedictio sacerdotalis verbis solemnibus ordinata. III, 2325. Benedixit Abraham Melchisedech non per verba, sed per rerum naturam. III, 2325. Benedictio dum populo in fine Missarum datur, humiliato corpore et compuncto corde excipienda est. V, 2277, 2279. Non ab homine, sed per hominem datur. V, 2279, 2284, 2286. Benedictioni corpora et capita inclinare, quotiens clamatum fuerit, non debet esse grave. V, 2284. Hoc clamat diaconus. V, 2286. Benedictionem nuptialem cum sponsa accipere in civitate Rom. non præsumit, qui se virginem non cognoscit. V, 2291, 2293.

Benedicti Regula laudatur. I, 1455, 1457; VI, 1004.

Benefacere Deus semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur. V, 2267. Beneficum esse in omnes. VI, 1063.

Beneficia Dei recolantur, unde excitetur amor. VI, 940, 943. Eorum memoria munit adversus peccata. V, 2207. Qui ea Christus ingrato sit exprobraturus. V, 2207. Beneficia Dei enucleate recensentur. VI, 847. Beneficia Dei in nos communia, specialia aut singularia. VI, 852. Beneficia Christi in nos. VI, 1034. Quid ille pro iis postulet a nobis. VI, 1035.

Beneficium magnum, pro titulo cui annexus est magnus reditus. VI, 1302.

Benenatus legatus contra Donatistas. IX, 815.

Benevolentia lætari potest de Dei in impios vindicta. X, 1879.

Benjamin In parte tribus Benjamin altare fuit in quo immolabantur hostiæ, ad quod Hebræi credunt Jacob respexisse, ubi ait *Benjamin lupus rapax*, etc. alii ad Paulum. III, 2202.

Berillus Christi deitati initium tribuit. VIII, 1214.

Beryllus quid significet. VI, 1250.

Bestiis sunt spiritus desituri. VI, 763, 767.

Beta. I, 1390.

Biblinæ epistolæ. X, 1706.

Bibliothecæ Ecclesiæ. IX, 794.

Bibendi post transactum convivium in nominibus non solum vivorum hominum, sed et Angelorum et antiquorum Sanctorum, pravus mos damnatur. V, 2308. Monetur populus, ne bibendo in nominibus nomina sua deleat de cœlo. V, 2275. Conviva ad bibendum ne cogatur. V, 2304, 2306. Nec quis etiam mortis interminatione se cogenti cuiquam cedat. V, 2307.

Bizacena provincia. X, 1730, 1731.

Boethius. VI, 808.

Boethus episc. in Sardinia exsul. X, 1772, 1779.

Bombus pro sono. I, 1412.

Bonifacius Papa. X, 1764. Doctissimus. X, 1831. Quid adversus Pelagianos egerit. X, 1831. Augustini de gratia doctrinam commendat. X, 1790. Bonifacii ad Cæsarium Arelat. rescriptum, quo Arausicanam Synodum confirmat. X, 1790. Laudatur. X, 1792.

Bonifacius catholicus episc. IX, 816, 827.

Bonifacius Ballitanus, schismaticus. IX, 805.

Bonifacii Augustino et Augustini Bonifacio prænotatæ plures epistolæ. II, 1095.

Bonifacius apparitor. IX, 816.

Bonum cogitanti, discernendum quid diligi et timeri debeat. X, 1879. Bona alia sunt quæ faciant bonum, alia unde fiat bene. V, 2153. Bona quædam vera jucunda, et jucunda quædam non bona. VI, 1258. Bonum naturæ humanæ. X, 1885. Bona temporalia quando dat aut tollit Deus, gratiæ agantur. V, 1965. Non pro magno ac vero bono petendum, quod malis ac bestiis datur. V, 1965. Qui terrenorum amore obstringitur, non possidet, sed possidetur. X, 1875. De bonis hic bene agendum, non aliis post mortem hoc dimittendum. V, 2267. Bona mundana, utpote non vera, sunt contemnenda. VI, 1188, 1216. Bonorum temporalium abundantia laboriosa, et egestas copiosa. VI, 874. Bonorum jactura quibus proficiat. V, 1947. Bonæ dicuntur abusive res creatæ, quæ accidentem, non substantialem continent bonitatem. VIII, 1183. Bona in se, majori bono collata, cessant videri bona. V, 1942. Bonitas humana divinæ intuitu dicitur mala. V, 1943. Bona mundi apud inferos mala. V, 2553.

Bona æterna ardentius diliguntur adepta, quam desiderata; secus temporalia. X, 1881. Bona æterna nemo perdit nisi volens. X, 1876. Bona ista sola sunt, quæ sine voluntate non invenimus aliquando, nec perdimus. II, 1107. Hominum ardor semper crescit ad terrena, divitias, scientiam, etc. sæpe frigescit ad cœlestia. II, 1107. Bonorum appetitores difficilius invenias, quam malorum desertores. VI, 1105. Bonum hominis duplex. VI, 791, 819. Nullum ei sufficit præter summum. VI, 790. Bono eodem bonus est homo, quo et Angelus. VI, 790. Bonum nihil est sine summo bono. X, 1868. Bonum summum diu inquisivit, nec invenit mundana sapientia. X, 1817. Bonum summum. X, 1872. Ejus excellentia. VI, 827, 862. Bonum incommutabile, solus Deus. VI, 914. Bona in uno Deo omnia. VI, 966. Bonorum omnium varietas uno Deo veluti uno fonte profunditur. X, 1888.

Bonorum omnium origo, credere in Christum. X, 1774. Bona omnia ad Deum tamquam auctorem referenda. X, 1731, 1757, 1775, 1776, 1808. Bona ad largitorem cooperatoremque eorum Deum, mala ad nostram voluntatem referenda. X, 1810. Ut in bonis motibus nostris nec nostrum desit arbitrium, sed magis valeat Dei auxilium. X, 1808. Boni si quid in te vides, age gratias præparanti quod potes, non propriæ voluntati. X, 1662. Bonus non est fructus, qui non procedit de radice caritatis. X, 1880.

Bonitas ac pietas mentis homines maxime facit Deo amabiles. II, 1112. Bonitatis duplex officium. X, 1866. Bonitatis condimentum est disciplina. V, 1851. Bonitas sine disciplina, delictorum mater est. V, 1849.

Boni cur lateant. X, 1876. Malos quatenus tolerare, et quatenus se ab illis debeant separare. VI, 777.

Bonosiani. VIII, 1217.

Borboritæ. VIII, 1217.

Bos servus publicus. IX, 795.

Bovis simulacrum juxta sepulcrum Joseph positum. III, 2163.

Bracharensis Ecclesia. VII, 803.

Britonniæ ab errore Pelagiano primum liberantur Cœlestini cura. X, 1831. Et opera SS. Germani et Lupi. X, 1733. Ac secundo per eumdem Germanum adjuncto sibi Severo. X, 1734. Britannia insula olim Albion appellata. X, 1996. *Not.* 1.

Britius Turonensis episcopus per multa Concilia accusatus. X, 1721.

Brutorum vita, quid. VI, 1009.

Bysacena. IX, 785.

C.

Cabarsussitani Concilii epistolæ initium. IX, 807.

Cæcilianus Judæorum pater. VII, 829.

Cæcilianus. IX, 787. Suffragio totius populi a Felice Autumnitano ordinatur episcopus. IX, 776. Cum esset diaconus. IX, 776. Rescriptum Constantini, quo illi ter mille folles a se collatos significat. IX, 777. Cæcilianus dicitur tradidisse, thurificasse, omnia mala commisisse. IX, 772. Deponitur, et ejus loco alius ordinatur episcopus. IX, 793. Illius adversarii unum traditionis crimen in ipsius ordinatorem derivarunt. IX, 776. Cæcilianus mandat, ut si est quod in se probetur, exeat accusator, et probet. IX, 776. Aut si Felix in se nihil contulisset, ipse tamquam adhuc diaconus ordinetur. IX, 776. Brevis auri et argenti senioribus a Mensurio commendati ei traditur. IX, 776. Tota civica frequentia cum illo est. IX, 776. Tota Ecclesia eum tenet, ne se latronibus tradat. IX, 776. Libellum duplicem criminum ejus pars Majorini Anulino tradit mittendum Constantino. IX, 778. Constantino placet ut Romam naviget. IX, 778. Cæcilianus Miltiadis judicio absolvitur. IX, 779, 783. Idque Carthagine notum faciunt et confirmant duo episcopi. IX, 784. Brixiæ tamen pro bono pacis retinetur. IX, 784. Sed ad suam urbem properat, ubi Donatum illuc priorem rediisse audivit. IX, 784. Cæciliani ordinator Felix actis proconsularibus purgatur. IX, 780, 827, 841.

Cæcilianus cum aliquibus ex his quos elegerit, ad Synodum Arelatensem convenire præcipitur. IX, 784. Ad Imperatoris comitatum jubetur venire cum adversariis suis. IX, 789. Notum ei fieri jubet Imperator se in Africam venturum,

ac de negotio ipsius judicaturum. IX, 790. A Constantino, partibus præsentibus, fuit innocens judicatus. IX, 827, 841. Postquam judiciis ecclesiasticis fuerat absolutus. IX, 827. Cæciliani causam episcopi catholici in Collatione Carthag. nolunt deseri. IX, 826. Objecta ei traditionis causa pridem ante Collationem finita. IX, 852. Innocentia ejus fuit purgata seu probata. IX, 793. Cæciliani nomen ad altare recitatur. IX, 852.

Cælibatus in veteri Lege ex errore reus existimatus. III, 2226.

Cæsarius Arelatensis Arausicano Concilio primus subscribit. X, 1790. Ejusdem Synodi decreta litteris datis ad Felicem Papam approbanda mittit. X, 1790. Ad eum Felicis successor Bonifacius rescribit. X, 1790. Quod Arausicæ decretum est, vocatur Cæsarii prosecutio. X, 1792. Cæsarius sinistra suspicione ob doctrinam de gratia laboravit. X, 1792. Sed obtrectatores vicit. X, 1792. Valentinæ Synodo, infirmitate solita detentus, interesse non valuit, sed plures eo misit. X, 1792.

Cæsarius se saltem singulis hebdomadis prædicare innuit. V, 2318. His quibus importunus prædicator videri posset, quid respondeat. V, 2317. Cæsarius a populis præ studio verbi Dei amat inquietari. V, 2318. Quo Scripturæ loco moveatur, ut populo etiam ad importunitatem prædicare non cesset. V, 2321. Sermones ejus vix erant dimidiæ horæ. V, 2284. Cæsarii paterna sollicitudo erga debiles. V, 2319. Cæsarius ubi de caritate loquitur, tacere non potest. V, 1958. Publice se accusat quod vestimenticula sua pauperibus dare neglexerit. V, 2024. Hortatur ut ad Vigilias, ad Tertiam, ad Sextam, ad Nonam fideliter veniatur. V, 1760. Quam ob causam instituerit ut hæ horæ in basilica S. Stephani quotidie cantarentur. V, 1760. *Not.* (*a*). Voluit laicos alta et modulata voce instar clericorum alios græce, alios latine psallere. V, 2282. *Not.* (*b*). Hoc obtinuit tandem, cum plures annos concupiisset. V, 2282. Cæsarius quam moleste ferat, quod Missis nondum absolutis plurimi de ecclesia exeant. V, 2276, 2278. Dolor ipsius, cum in oratione positus, mente rapitur ad occupationes sæculi. V, 2281. Cæsarius die ac nocte recogitat duo tantum loca esse post hanc vitam. V, 2309.

Cain dictus diabolus. III, 2282, 2298. Judæorum pater. III, 2282, 2298. Judæorum typum in muneribus et occisione Abel gerebat. VI, 748. Cain peccatum, et quomodo Deus ei pœnitentiæ locum dederit. III, 2220. Cain a Lamech occisum quidam frustra putant. III, 2221.

Calamitates publicæ nostris imputandæ peccatis. V, 2315. A bonis gratiarum actiones, a malis blasphemias exprimunt; ut vasa agitata alia odorem suavem reddunt, alia intolerabilem fœtorem. V, 2315.

Calcedonius quos repræsentet. VI, 1229.

Callidius Gratianus. IX, 780.

Calvariæ locus sic dictus, quia Adam generis humani caput ibi sepultus. V, 1750.

Calumnia pro lite intentata. V, 1890, 1967.

Camillus presbyter. X, 1849.

Canava. V, 2021, 2250, 2256. *Not.* (*a*).

Cancelli. Superstitiosus ritus ad cancellos. VI, 1172.

Candia civitas. II, 1145.

Canes in templa inducens, flagris dignus judicaretur. V, 2345. Canis Albinus. X, 1996. Canes marini. V, 1885.

Canonum custodia. X, 1763.

Canonici. VI, 1216, 1310.

Cantica diabolica. VI, 1172. Canticum luxuriosum ex ore ubi corpus Christi ingreditur, proferri non est justum. V, 2239, 2268. Canticorum turpium loco, discendi psalmi, antiphonæ, etc. V, 2325. Canticum Moyse præcinente, senes et pueri omnes nulla præmonitione edocti, easdem litteras decantarunt. III, 2167. Canticum novum. X, 1865.

Capabilis ab omnibus Deus, capax omnium anima. VI, 783.

Caphargamala. VII, 807.

Capharsemelia. VII, 811.

Capito episcopus partis Donati. IX, 778, 790.

Capillis cogitationes superfluæ significantur. VI, 1216.

Capitulata argentea. IX, 794, 797.

Cappa tria pessima. I, 1390.

Capreæ larvam assumere. V, 2003.

Capitis remedium, sinapi. V, 1915. Qui adhibeatur. V, 1915.

Caragi. V, 2255, 2269, 2270; VI, 1172.

Cardinalium conventus Hieronymi ævo. II, 1149.

Cariatto vir illustris. X, 1790.

Caritas breve verbum, sed re magnum. V, 1967. Caritatis elogium. VI, 792. Caritas est via Dei ad homines, et via hominum ad Deum. VI, 792. Terræ benedictæ fructus. VI, 1225. Omnium bonorum fundamentum. V, 2245, 2312. Radix omnium bonorum operum. V, 1958, 1968, 2246. Quæ radix ubi viva non fuerit, frustra habentur ejus rami cum floribus ac pomis. V, 2261. Caritas forma est omnis actionis bonæ. VI, 1256. Virtutum cœlestium mater et magistra. V, 1958. Anima omnium Scripturarum. V, 2247. Omnium arx virtutum. V, 1960. Caritatem quippe habens, omnibus virtutibus replebitur. VI, 1188. Caritas boni totius summa. VI, 1149. Omnia continens bona. V, 2247. Præmium summum est Sanctorum in cœlo. V, 1960. Caritas dulce ac salubre mentium vinculum. V, 1957, 1968. Quantumvis corpore separatos copulat atque conjungit. V, 1957. Adeoque nullum earum amittit. X, 1874. Est concordia mentium, societas electorum, vita beatarum animarum et Angelorum. VI, 809. Caritas tanquam nostra sanitas. VI, 1065. Caritas ipsa est bona voluntas. V, 2248, 2357. Caritatis tota perfectio in animi bonitate vel voluntate consistit. V, 2256. Caritas proprie dicitur Spiritus sanctus. VIII, 1174.

Caritas donum Dei est. X, 1789, 1797, 1894. Caritatem nobis non nosmetipsi, sed Deus donat. X, 1820. Hoc dono nullum majus est. VIII, 1174. Caritas singulare sanctis donum est. VIII, 1174. Quo dono nemo inventus est dignus. X, 1797. Sine quo multa in homine laudabilia esse possunt, quæ pietatis habeant similitudinem, sed non veritatem. X, 1797. Caritas quanta est, quæ si desit, frustra habentur cætera; si adsit, habentur omnia. X, 1888. Sine qua dives est pauper, et cum qua pauper dives est. V, 2247. Caritas oleo recte comparatur. V, 1957. Caritas ex Deo est, et in Deum redundat. VI, 1149. Caritatis vultus expostulatur. VI, 935. Virtus caritatis sanctorum est propria, cæteræ bonis et malis possunt esse communes. X, 1859.

Caritate nihil dulcius haberi potest, nihil cum Dei adjutorio facilius ac felicius impleri. V, 2248. Per Spiritum sanctum ita diffunditur in cordibus omnium Christianorum, ut eam, si velint, possint jugiter custodire. V, 2245.

Caritatis quatuor speciales virtutes explicantur. V, 1952. Caritas et cupiditas simul esse nullatenus possunt. V, 2245, 2247. Caritas deesse non poterit, ubi non fuerit cupiditas. V, 2245. Caritatis et cupiditatis effectus. V, 2170. Caritas Ecclesiam congregavit. V, 2091. Innovat homines. X, 1882. Docet rectum divitiarum usum. V, 1957. Omnia Dei præcepta cum gaudio facit implere. V, 2245, 2247. Caritate gaudens nihil de Scripturis poterit ignorare, nihil de bonis operibus non implere, nullum timere. V, 1968. Humilitas animum Deo subjicit, puritas jungit, caritas unit. VI, 794, 807. Caritatis familiaritas cum Deo. VI, 819. A dilectione anima sancta vacare numquam poterit. VI, 1150. Dilectionis Dei probatio. VI, 1150.

Caritas jugum leve et suave. X, 1631. Levare, non premere consuevit. V, 2246. Caritas in præceptis Dei obtinet principatum. V, 1960. Sufficit sibi sine nonnullis operibus, nulla opera prosunt sine illa. V, 2246, 2247, 2249, 2252. Caritatis præceptum nullam recipit excusationem. V, 1860, 2246, 2252, 2255. Tria complectitur. X, 1872. Caritatis duæ alæ, dilectio Dei et proximi. VI, 1149. Caritas duplex, duo pedes ad currendum in via Christi. V, 1875, 2161. Caritas mutua gratia hic suadetur. VI, 1065. Caritatis compatientis exempla in membris nostris. V, 1949, 1951. In Christo jam regnante. V, 1950. Caritas semper dulcis, etiam cum irascitur aut corripit. V, 1958. Caritatis quantæ divitiæ. V, 1957, 1968. Omnibus latum est quod caritas possidet. V, 2249. Caritatis facultas semper crescit. X, 1867. Erogando crescit. V, 1828. Caritas ipsa est, cujus possessio tanto amplius augetur, quanto amplius erogatur. V, 2252. Caritatis vasa, homines; implentur cum amantur. V, 1829. Caritas in sanctis suum facit, quod amat in altero. VI, 920. Caritas vera ipsos complectitur inimicos. V, 1958, 1968. Caritatem hic sibi patronam faciat, qui propitiam vult invenire in æternum. V, 1959. Omnes homines sicut se ipsum diligens, omnem peccato aditum claudit. V, 1878, 1958. Caritas, cui ex omni parte apertæ sunt, et sine qua undique clausæ sunt cœli januæ. V, 2255, 2260. Caritas ordinata. VI, 846.

Caro nostra mala Sethiano, Ophiano, Patriciano, Florino mali causa, Manichæo ex malo et bono compacta. VIII, 1220. Si diaboli, non Dei opus esset, indigna esset beneficiis Dei. V, 1957. Carnis nomine interdum appellatur omnis error. III, 2409. Aliquando elementa omnia. III, 2403. Aliquando opera carnis. VI, 739. Caro fit totus homo, si secundum carnem ac mundum vivat. III, 2404. Vivere secundum carnem, quid. VI, 1052. Carnem spiritalem anima virtutibus suis præstat, aut animam carnalem caro victrix ejus efficit. VI, 793. Carnis mala gratia hic explicantur. VI, 1074. Carnis abstinentia quid prodest, si non deponantur carnalia opera? V, 1906. Caro animam perdit. VI, 1332, 1333. Carni præponendam esse animam. VI, 1334. Talis est in oculis Angelorum, cui caro propria dominatur, qualis qui pedibus sursum et capite deorsum ambularet. VI, 1333. Caro domanda ac debilitanda. VI, 1059. Carni bene imperantis nobilitas. X, 1879. Carnis veræ resurrectionem unde quidam negent. VI, 739. His opponitur fides catholica. VI, 739.

Carnales ac spiritales qui. V, 1758. Lana ac lino signifi-

cantur. V, 1854. Carnalium in Ecclesia contra se divisorum figura. V, 1746.
Carosus subdiac. IX, 794.
Carpophorus Carthag. IX, 776.
Carthagine secretarium Thermarum Gargilianarum. IX, 816, 827, 828. Carthaginis curator. IX, 816. Carthaginis legatus. IX, 816. Carthaginensis colonia splendida. IX, 781. Carthagine in basilica regionis secundæ habita Concilia. IX, 811, 814. Carthaginenses episcopi Cyprianus, Carpophorus. Lucianus. IX, 776. Carthaginensis episcopus fictus Valentinus. VI, 1336, 1339. *Not.* (*f*). Hanc sedem ambientibus Botro et Celesio, Cæcilianus eligitur. IX, 776.
Carthaginense conciliabulum episcoporum adversus Cæcilianum conspiratorum. IX, 774. Carthaginensis Concilii an. cccc decretum. IX, 808. Aliud ejusdem anni posterius Carthaginense Concilium. IX, 809. Carthaginensis Concilii an. ccccii de conveniendis Donatistis decretum. IX, 810. Ejusdem Concilii libellus datus Proconsuli. IX, 811. Carthaginensis Concilii an. cccciv legatio cum Commonitorio ad Honorium. IX, 811. Carthaginensis Concilii anni ccccv decretum. IX, 814. Carthaginensis Concilii anni ccccvii aliud decretum. IX, 814. Carthaginensis Collationis gesta. IX, 815. Carthagine an. ccccxi super nomine Cœlestii habita quæstio. X, 1711. Carthaginensis synodi anni ccccxii quædam gesta. X, 1691. Carthaginensis synodi an. ccccxvi contra Pelagii errores epistola ad Innocentium. X, 1711. Rescriptum Innocentii. X, 1714. Carthaginense an. ccccxvii Concilium. X, 1723, 1724. Carthagine convictus Cœlestius Apostolicam sedem appellat. X, 1725. Carthaginense an. ccccxviii Concilium. X, 1728, 1730, 1758.
Cassianus sacerdos. X, 1803. In iis qui Augustini libris obloquuntur, Scripturarum studio ac disputandi usu excellit. X, 1803. Ipsius de Dei protectione liber inimicis gratiæ favet. X, 1803. Catholice sub initia docet, Deum incipere, exsequi, et consummare in nobis quæ bona sunt. X, 1803. Ac nostrum esse quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequi. X, 1803. Nec cum Pelagianis, nec cum Catholicis plena ei concordia est. X, 1805, 1807. Cassianus quibus gradibus a Catholico sensu dilabatur ad Pelagianum. X, 1821. Cassiani collationes adversus Augustinum assertæ. X, 1795. Hinc Prosperi liber pro Augustino contra Collatorem. X, 1801. Cassianus erroris insimulat decretum ccxiv episcoporum de necessitate gratiæ ad singulos actus. X, 1723. Cassiani consensio cum iis, qui volunt gratiam secundum merita dari, aut non ad singulos actus dari, aut dari ut bonum possibilius fiat. X, 1815. Cassianus se ipse damnat, dum eos qui gratiam secundum merita dispensari volunt, damnat. X, 1825. In aliis liberum arbitrium, in aliis gratiam aufert. X, 1811. Fidem laudatam falso arguit non donatam. X, 1824, 1825. Salutis summam in fidei ditione consistere negans improbatur. X, 1826. Pelagius Cassiani excerpta de hæresi Beligis exorta. X, 1751. Et de Leporio. X, 1752.
Castinus, privatus ex Consule. II, 1007.
Castitatis laus. V, 2296. Castitatem commendavit Christus matrem virginem eligens. V, 1990, 1993, 1994. Castitatis meritum ac virtus in Susanna. V, 2041. Castitatis ergo Tarpeiæ Romanæ factum. VI, 1327. Castitas Angelis facit consimiles. V, 2246. Castitatem non habens, portare Christum non potest. V, 1994. Castitatis pulchritudo est in luce cordis. V, 1768. Castitas corporis nil prodest sine castitate cordis. V, 2165. Castitas utraque commendatur. V, 2169. Castitatis bonum non cum justitia, sed pro justitia nonnullæ offerre volunt. II, 1106. Castitas virtutum omnium flos et ornamentum sine humilitate aret et marcescit. I, 1462. Ministris altaris pernecessaria est. V, 2296. Castitatis professione tollitur nubendi licentia. VI, 1102. Castitas conjugatis per totam Quadragesimam usque ad clausulam Paschæ et quotiens communicare quis debet, servanda. V, 2298. Alia tempora quibus pariter servanda est. V, 2300.
Castitas gravem sortita est inimicum, qui quotidie vincitur, et timetur. V, 2302. Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis; ubi quotidiana est pugna, et rara victoria. V, 2302. Castitatis propugnator, martyr est, non unam, sed plures coronas a Domino perceptarus. V, 2302. Castitas ut servetur, non plus æquo metuendus languor carnis. I, 1461. Exemplum hominis, qui carnis contemptu incontinentiam vicit. I, 1461. Castitas non servatur sine magna cordis contritione et afflictione carnis. I, 1460. Quanta fecerit ac perpessus sit monachus, ut carnem domaret, qui tamen securitatem non impetravit I, 1460. Castitatis prodiga est saturitas, amica est fames. V, 2032. Castitatis dispendium in mensa et in colloquiis timendum. I, 1459. Castitatem jugis victoriæ obtentu periculis exponere, perire velle est. V, 2301. Castitatis non servandæ prætextus refelluntur. V, 2291. Castitatis promissa. VI, 1109.
Castus diaconus. IX, 798.
Cataphryges damnant secundas nuptias. V, 2183; X, 1718, 1735.
Catechizantur infantes. X, 1768. Catechumeni plangendi, si hinc sine baptismo recesserint. VI, 1166. Catechumeni frons signatur. V, 1821. Catechumenis non explicantur baptismi mysteria nisi post baptismum. VI, 1207.
Categoriæ decem ex Aristotele decerptæ. I, 1419. Categoriis Aristoteles agit 1° de iis quæ sunt, 2° de iis quæ percipiuntur, 3° de iis quæ dicuntur. I, 1422. Aut ut Themistio placet, primum de iis quæ percipiuntur, tum de iis quæ sunt, post de iis quæ dicuntur. I, 1422.
Cathedra Petri. IX, 805. Cathedræ S. Petri natalis. V, 2100, 2101. Aliquando incidit in Quadragesimam. V, 2101. Superstitio hac die usitata. V, 2101, 2102.
Cathedra pestilentiæ. III, 2330. Cathedra vitæ. III, 2330.
Cathini colores. VI, 1110.
Catholicus quis debeat vocari, quis non debeat. IX, 830. Quid catholicum intelligant Donatistæ. IX, 830. Catholica declaratur, quæ toto orbe diffusa. IX, 780. Catholici criminosi regnum cœlorum non possidebunt. VI, 776.
Catullinus subdiac. IX, 794.
Causa prima omnium corporalium spiritaliumque motionum, voluntas Dei. X, 1864. De causis incognitis quid noverimus. X, 1873.
Celiel. VII, 815, 816.
Cellularum ornamenta vana. I, 1462. In earum oratorio sufficiat imago Crucifixi, cui hinc inde assistant Maria ac Joannes. I, 1462.
Celsus Africæ Vicarius. IX, 789, 780.
Ceram vel oleum ad luminaria noctis aliqui vovent. V, 1978.
Cerdon duo inducit principia sibi ignota. VIII, 1217.
Cerebrum tamquam cœlum corporis nostri. VI, 802. Sedes sapientiæ. VI, 1216. Cerebri tres ventriculi. VI, 795.
Cerei accensi coram sacris reliquiis. VII, 857. Cereolos ecclesiis exhibere. V, 2238.
Cerinthus. VIII, 1217. Sperat nuptiarum copulam post hanc vitam. VIII, 1218.
Certantes quomodo spectet et adjuvet Deus. V, 1813. Certaminis nostri tempus breve, præmium sine fine. V, 2135.
Cervisia. VI, 1286.
Cervi serpentibus inimici, nihil ex eorum veneno patiuntur, nisi sitim. VI, 1205.
Cervulum sive cervulos facere. V, 2001, 2005, 2004. De cervula turpitudinem exercere. V, 2239.
Chananæa terra quo jure Israelitis cesserit. V, 1811.
Characterem Christi Judæi poscunt. VII, 827. Characteres diabolici. V, 2071, 2239, 2272.
Charaxatæ tabulæ. VIII, 1135.
Chartæ publicæ. IX, 832.
Chresto Syracusanorum episcopo data epistola qua ad Synodum Arelat. pergat. IX, 786.
Chrisma, oleum quo fideles unguntur. II, 1161. Quid illius unctione doceantur. X, 1890. Chrismatis baptizatis infusi mysterium. VI, 1211. Chrismatis sacramento, Christiano in cœlestis regni mysterium diadema quoddam regalis unctionis impositum est. II, 1116. Et ut intelligat se non solum sacerdotalis et regiæ dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem. X, 1890. Chrismate communiendi parvuli qui apud hæreticos erant baptizati. VIII, 1217. *Vide* Baptismus. Chrismatis ampulla per fenestram jacta, illæsa inter saxa consedit. IX, 804.
Christus a chrismate. V, 1761, 2192. Scil. Spiritus sancti infusione. VI, 1191. Dicitur Hebraice unctus. V, 2189. Christus brachium Dei. VI, 1141. Unigenitus et primogenitus. V, 1996. Homo divinus. V, 2034. Unus ex sancta Trinitate. X, 1778. Christi mysteria Lex et Prophetæ prænuntiare non destiterunt. VI, 760, 772, 774. Prænuntiatus est in Isaac. V, 1758. In Isaac et ariete. V, 1750. In Jacob. V, 1760, 1761, 1765, 1764. In Joseph. V, 1765, 1773, 1924. In Moyse. V, 1776. In Aaron. V, 1804. In percussa petra quæ fontes eduxit. V, 1796. In serpente æneo. V, 1807. In uva e terra promissionis delata. V, 1800. In Gedeone. V, 1817. In Davide. V, 1819. In Elia. V, 1825, 1825. In Elisæo. V, 1827. Christus Tobiæ piscis. V, 2125. Umbrarum veteris legis quodammodo corpus. X, 1884. Christi nomen, veritas. V, 1783. Christus Verbum Dei non sonis solum, sed et factis loquitur. V, 1902. Ante carnis susceptionem humano generi profuit. X, 1735. Christi in mysteriis dispensationis suæ finis. V, 2043, 2044. Christus Israelitis itinera in mari præparabat. V, 1798. Christum in camino Nabuchodonosor vidit. III, 2391. Christi adventus cur tantopere dilatus. III, 2276. Ante adventum Christi quanta potestas diaboli, et quam exinde imminuta. V, 1819. Adventus Christi gratia. V, 1925.
Christi adventu completa est promissio Abrahæ facta. III, 2240. Atque hebdomades septuaginta impletæ. III, 2243.

Christi adventu facta est plenitudo veritatis. III, 2388. Christus factus ex muliere quam fecit, factus sub Lege quam dedit. VI, 772. Sexto mundi millenario venit. III, 2320. Filius Dei æternus qua ratione concipi possit temporaliter natus. VIII, 1166. Christus ad Mariam quomodo venerit. VIII, 1170. In Christi conceptione maritus sermo est, et uxor auricula. V, 1981. Christi conceptione primi hominis de rudi terra procreatio innovatur. V, 1982. Adveniens divinitas in uterum Mariæ, carnem sibi ex ipsius substantia fabricavit. V, 2199. Spiritus sanctus carnem ex virgine fecit Salvatori : virtus Altissimi, id est Christus, obumbravit eam veniens in carnem factam a Spiritu, ut in corpore et anima lateret Filii virtus. III, 2250, 2251. In Christi conceptione Spiritum sanctum fuisse pro semine quidam sceleratissime opinantur. V, 2182. Christus non de substantia, sed de potentia, jussione et benedictione Spiritus sancti conceptus. V, 2178. Christi carni unctio in utero Virginis spiritaliter data. III, 2250. Christus solus sine semine, ideoque expers delicti natus. X, 1619, 1620. Inspiramine mystico ex Virginis utero in vera natus est carne. X, 1615. Ratione conceptionis vermi se comparat. VI, 1191. Solus sine peccato est natus. V, 1997. Natura semper genita naturam nostram sine peccato suscepit. VI, 757.

Christi caro non ante concepta, quam susciperetur a Verbo. VI, 772. Christi corpore non conclusa est omnis deitatis majestas. VIII, 1189. Christi carnem implevit Pater et Spiritus sanctus, sed majestate, non susceptione. V, 2196. Christi corpus tota Trinitas fecit. III, 2251. Ipse cum Patre et Spiritu sancto corporis sui creator, solus habet personaliter in se ipso quod sit creatus. VI, 760. Hominem tota Trinitas operata est, quem sola Filii persona assumpsit. VI, 756. Variæ hæreticorum de Christo opiniones notantur, et rejiciuntur. VIII, 1213. Verbum in Christo animæ vicem supplevisse Ariani senserunt. VIII, 1167. Refelluntur. VIII, 1168. Anima mediante, sine qua possibile non erat Deum corpori misceri, Deus factus est homo. VIII, 1190. Filius Dei, quamvis in carne venerit, tamen in anima ejus habitavit. III, 2390. Anima Christi totam in se sapientiam, veritatemque et vitam recepit. VIII, 1190. Substantialiter Deo repleta est. VIII, 1191, 1192 Ut pote Verbo indissociabiliter inhærens, ac tota totum recipiens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus. VIII, 1190, 1191. Dilectionis merito. VIII, 1191. Elegit bonum prius quam sciret malum. VIII, 1189. Christi animæ libertas fuit, nec fuit peccandi possibilitas. VIII, 1189. Sicut umbra corporis motus, ita Verbi nutus indeclinabiliter suscipiebat. VIII, 1190. Christum sensit aliquando Leporius omnia quæ passionum sunt implesse sola possibilitate naturæ sine deitatis auxilio. X, 1732. Similis alia hæresis, vel etiam magis exitiosa. X, 1732. Christus in humana natura Gratia factus est. VI, 760.

Christi veritas adversus Judæos adstruitur pluribus testimoniis Legis et Prophetarum. VIII, 1123. Simeonis et Zachariæ. VIII, 1123. Virgilii, Nabuchodonosor et Sibyllæ. VIII, 1126. Elementorum. VIII, 1127. Christi deitatem tum, cum homo natus est, corpisse docuerunt Artemo, Beryllus et Marcellus. VIII, 1214. Christi divinitas Arianorum argumentis impugnata, et catholicis responsis defensa. V, 2198. Christi divinitas de natura Patris nata. VI, 758. Christus Verbum, Virtus et Sapientia Dei appellatus; ut de ipso, adeoque unus cum eo Deus crederetur. III, 2283. Christi divinitas hinc ostenditur, quod omnia quæ de Deo, periade de ipso prædicentur. III, 2291. Christi humilitas potentiæ signis relevatur. V, 1990. Christus æternus in suo, moriturus in nostro. VIII, 1166. Et humiliatur in assumptis, et glorificatur in propriis. VIII, 1167. Christus Deus probatur ex modo conceptionis. V, 1985. Et ex ordine nascendi. V, 1988, 1989 Christum nativitas hominis filium ostendit, mors prodidit Deum. V, 2037. Mors hominem, resurrectio Deum prodit. V, 2043. Christum Dei filium esse ubi dicitur, testis virtus confirmat. III, 2343. Christus multis signis divinitatem suam declaravit. V, 1927. Virtutes duplici genere operatus est. V, 1927. Christus non homo præter Deum, aut cum Deo; sed homo in Deo, et Deus in homine. VIII, 1213.

Christi non cœlestis caro, quæ per Virginis uterum transierit quasi per corpus alienum. V, 2082. Christi non imaginarium corpus, sed solidum. V, 2175. De peccatrice carne acceptum. I, 2268. Christi caro, caro Adæ. VI, 758. Eo solo corpus ejus a nostro differens fuit, quod de Spiritu sancto et virgine sit natum. VIII, 1176. Natus, passus ac mortuus est in veritate, et non per phantasiam. VIII, 1176. Christum Photinus nudum hominem vult, Apollinaris perfectum hominem negat. V, 2182. Christus unus est Deus et homo. III, 2390; V, 1925; VI, 913; VIII, 1122; X, 1890, 1892. Unus ipse et unius naturæ cum Patre, et unius naturæ cum Virgine. VI, 771. Plenus et perfectus Deus, plenus et perfectus homo. VI, 756, 771. Perfectus homo et verus Deus. V, 2180, 2185. Cui vera forma servi et vera forma Dei. V, 2084. Ipse via et patria nostra. V, 2085. Mediator ideo est, quia idem Deus atque homo verus. VI, 757.

Christi duæ substantiæ ac naturæ. V, 2003, 2081, 2176, 2182, 2185, 2198; VI, 756, 771 ; VIII, 1195. Per eæ et integræ. X, 1716, 1732. Error Orientalis, dicentium Filium Dei et filium hominis unius esse naturæ, refellitur. V, 2081 Exsecranda tamen eorum blasphemia, qui a tempore susceptæ humanitatis, omnia quæ erant divinitatis, in hominem transmigrasse, et quæ humanitatis erant, in Deum transfusa esse volunt. V, 2182. Humanæ divinæque naturæ veritatem in una persona ne aut confundas aut dividas. VI, 759. Verbum assumpsit carnem, non se convertit in carnem. VI, 756. Filius Dei sic nostram suscepit naturam, ut non permutaret suam. V, 1981. Divinitati humanitas sociata, non in humanitatem mutata divinitas. V, 2186. Christus ad nos veniens, a Patre non recessit. VIII, 1120. Suscipiens quod non erat, non amittens quod erat. VIII, 1122. Cum Deus, esset, incarnatus est ; et homo factus, mansit quod erat. VIII, 1176. Vestem quam non habebat, induit. VIII, 1107. Homo Deo accessit, non Deus a se recessit. X, 1869. Christus accessit ad nos per quod assumpsit ex nostro, et liberavit nos per id quod mansit in suo. V, 2000. Totus in cœlo, et totus in Virginis utero. VI, 1022. Divinitatem et humanitatem suam multis modis ostendit. V, 1902. Alia loquitur et agit ut homo, alia ut Deus. V, 2177, 2198.

Christi duæ sunt naturæ, non confusæ, sed unitæ et in una persona inseparabiles. V, 2198. Non duæ sunt personæ, sed una. V, 2082; VI, 756, 771 ; VIII, 1195, 1205 ; X, 1716, 1732. In Christo ex divinitate et humanitate una persona est. V, 1981. Una Filii persona. V, 2182, 2185. In eo Filius Dei et filius hominis non sunt duo filii. VIII, 1195. Ut anima et caro unus homo, ita Verbum et homo unus Christus. VIII, 1195. Dei Filius in corde Patris, hominis filius in utero matris. VIII, 1122. Verbum, anima et caro unus Christus. VIII, 1122. Christus unus, non duo; quia una ipsius persona, etsi non una substantia. VIII, 1162, 1166. Servavit singulis naturis suis propria, sed conjunxit propriis aliena. VIII, 1165. Simile quid conspicitur in homine. VIII, 1166. Christus verus Deus et verus homo, unus filius. VIII, 1213. Non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate filii nomen nascendo habet. VIII, 1213. Christus filius Dei unicus per naturam. VI, 1191. In Domino servus simul factus est ipse qui Dominus. V, 1995. Christi caro adoratur, et quare adoretur. V, 2200. Carnis Christi divina est ex ipsa sui conceptione persona. VI, 758. Humana natura ab eo in unitatem personæ assumpta. VI, 759.

Christus quatenus dicatur missus. X, 1890. Quatenus patrem et matrem reliquisse, ut adhæreret uxori. VI, 748. Cur ad nos descenderit. VI, 1318. Christum solitarium sine ulla peccati contagione vixisse, et in hunc mundum non ad redemptionem nostram, sed ad exemplum venisse, dixit hæresis incerti nominis. X, 1732. Christus carnem assumpsit, ut mundum universum a peccatis et exemplo revocaret, et patiendo redimeret. X, 1732. Non erat cur susciperet carnem, si status humanæ naturæ maneret integer. X, 1622. Christus plus præstat nobis, quam Adam consecutus erat. III, 2370. Christus venit, ut opera diaboli tolleret. X, 1624. Ea arte diabolum delusit, qua ille hominem deluserat. V, 2103. Aptavit muscipulam, ubi totam liberaret creaturam. V, 1984. Suscepit hominem mortalem, ut faceret immortalem. VIII, 1122. Elisæi instar, sese humiliando, mundo vitam reddidit. V, 1830. Homo factus est, ut obedientiam, in qua sola nostra salus, nos doceret. VIII, 1186. A nobis mercatus nasci et mori, reddidit resurgere et in æternum vivere. V, 1999. Christi humilitas, sublimitas est corporis nostri. V, 1995. Christus per omnia secundum similitudinem Adæ nasci voluit, ut omnia hominis peccata dissolveret. V, 2031. Ut carnem hominis animamque mundaret, utrumque suscepit. VI, 758. Sicque oportuit fieri, quia homo et carne et anima mortuus erat. VI, 756. Christo inest vis quædam seminis, qua et anima animas reparet, et carne omnium nostrum carnem resuscitet. VIII, 1172.

Christi duæ nativitates. V, 2176; VI, 756, VIII, 1165. Ambæ pariter incomparabiles. V, 1994. Pariter mirabiles. V, 1996. In iis qui alterutram negant, licet discrepantibus mediis, idem est initium, idem exitus erroris. VIII, 1165. Christus idcirco heri et hodie. V, 1998 Christo sola mater in terris eligenda erat, qui jam patrem habebat in cœlis. VIII, 1146. Christi generatio cur in tres partes divisa. III, 2392. Cur cum in ea sint tantum XLI. generationes, XLII. Evangelista numerasse videatur. III, 2392. Cur quatuor prætermissi. III, 2280. Christus, ordine nativitatis excepto, verus homo procreatus est. V, 1981. Christus solus de virgine natus est. VIII, 1122. Quam hoc possibile. V, 1989. Imo necessarium. V, 1990. Hic nascendi modus in Adam præmonstratus. V, 1993. Christus nascendo de Virgine sor-

tes non contraxit. VIII, 1107. Natus est clauso matris utedo. V, 2003, 2066; VIII, 1122. Christo nascenti quam contraria conveniant. V, 1998. Christi nativitatis fructus. V, 1989, 2145. Christi natalis dies crementum nostrum portendit. III, 2252.

Christum Deum esse cognoverunt Magi, quod ei astra serviebant. V, 2015. Christus per se ipsum invisibilis, visibilis in homine apparuit. VIII, 1145, 1147. Incarnatione sua Deum, in sua immensitate invisibilem, nobis visibilem præbuit. VIII, 1180. Apparuit offerens hominem videntibus, Deum servans credentibus. V, 1996. Christus in Ægyptum fugiens dicitur a latronibus deprehensus in via, et adolescentuli beneficio ereptus, qui deinde ad ipsius dexteram crucifixus paradisum meruerit. I, 1466. Christus Patri in omni conditione ministravit. VIII, 1175. Christo in terris Angelorum frequentiam ministrasse. VI, 1146.

Christus in Baptismo primum innotuit mundo. V, 2015. Christus et secundum Spiritum et secundum carnem natus est filius Dei. III, 2252. Illud autem in baptismo audit, non sibi sed nobis. III, 2252. Non sibi, sed nobis, baptizatus est. V, 2010, 2012, 2014, 2015. Baptizatus in carne baptizantem lavat in spiritu. V, 2016, 2017. Tamen dicitur consecratus in Jordane, renatus sacramentis, per mysterium genitus. V, 2011. Christi baptismus vocatur secunda nativitas. V, 2012, 2013. Et Christi regeneratio. V, 2013. Christi humilitas in baptismo. V, 2010, 2016. Quam convenienter in deserto jejunarit. V, 2031. Christi tentationes jejuniis superatæ, scriptæ non sunt. III, 2394. Diabolus eum tentans duabus ex causis torquebatur. III, 2394. Christi tentatio, eruditio est Christiani. X, 1868. Quid nobis profuerit. III, 2196.

Christus prædicavit annos tres, et menses sex. V, 1825. Verbo et exemplo nos docuit. V, 1866. In homine hominem docuit a quibus esset recedendum, quid esset perferendum, quo esset tendendum. VIII, 1146. Christi cibus, salus nostra. V, 2172. Christus transfiguratus hoc manifestavit, quod veluti latebat in corpore. III, 2322. Tum divinitas in corpore latens se conspiciendam foris videntibus pro eorum captu præbuit. III, 2197. Sunt qui dicant Filium Dei necessitate carnis fuisse mentitum, nec omnia facere potuisse quæ voluit. X, 1718, 1735. Christi voluntatem non impleri prorsus impossibile est. III, 2271.

Christus cur Lazarum fleverit. VI, 1160. Cur fleat simul et gaudeat de Lazari morte. V, 1927. Cur interroget quod non nescit. V, 1928. Vocis Christi virtus. V, 1928. Christus quanta pro nobis sustinuerit. V, 1955. Ad imitandam Christi patientiam exhortatio. V, 1956. Christus bonus medicus poculum, quod nobis daturus erat, ipse prius gustavit. V, 2031. Christi cum perito medico analogia. V, 2201, 2203. Christi passio consideratur. VI, 905, 907. Unde ei homo aliquid simile rependere queat. VI, 906. Christus hodieque fatigatur infirmitate nostra. V, 1924. Requiescit in fidelibus. V, 1924. Christi infirmitates quid nobis præstiterint. VI, 1194. Sensus veros in passione, et ante passionem suæ carnis dolores sustinuit. VIII, 1214. Quidquid infirmitatis legimus in Christo, id suscepto homini deputandum. V, 1981. Christus passus est secundum illam substantiam quæ assumpta est, non secundum illam quæ assumpsit. V, 2182. Esurivit, sitivit, doluit. V, 2175, 2186. Ut Filius Dei, passus non est; ut homo, impassibilis non fuit. V, 2175, 2186. In passione voluntarie ac virtute Dei in se non diminuta humiliatus est. III, 2314. Integra et inviolata deitate passus est, ut homines patientiam et humilitatem doceret. VIII, 1145. Ac resurrectionem futuram monstraret. VIII, 1145.

Christus quomodo faciat quod patitur, ac vice versa, ipse sibi opus et auctor operis. VIII, 1169. Cum patitur infirmus, omnipotens cum facit. VIII, 1170. Qui Domino attribuantur quæ passus est in homine, ostenditur ex anima hominis cui tribuuntur quæ sunt solius carnis. VIII, 1147. Voluntate, non necessitate passus esse ostenditur. VIII, 1146. Quod illustratur hominis in carcerem vi immissi, et viri sancti qui hunc sequitur ut ipsum consoletur. VIII, 1147. Christi sponte patientis figura Isaac. V, 1954. Christi occisores verbis Jacob ad Simeon et Levi novissimis præmonstrati. III, 2203. Christi anima turbatur ac tristis est propter discipulos. V, 2057. Tristis non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. V, 2038. Tristis usque ad mortem, non post mortem. III, 2391. Sudor sanguineus Domini quid præsagiebat. X, 1865. Christi taciturnitas in passione summam ipsius innocentiam probavit. V, 2040. Christi divinitatem passibilem factam cogitare scelus est. V, 1981. Passam asserens est maledictus. V, 2180. Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sentiebat Filius Dei Deus, et non caro cum anima, anathema. V, 2176. Vere deitas Patris nostram induta naturam crucem adscendit. VI, 905.

Christi passionis horam fato non esse adscribendam. X, 1894. Christus a Judæis, non a Pilato crucifixus. III, 2260. Quod hora tertia factum Marcus recte declarat. III, 2260. Qui hora tertia simul et sexta. VI, 758. Octavo Kal. Aprilis passus est, quo die creditur conceptus. VI, 742. Quo mysterio. III, 2252. Passus est quarta decima luna. III, 2317. Ibi crucifixus, ubi Isaac oblatus. V, 1751. Ubi Adam sepultus. V, 1751. Cur sub dio et extra civitatem immolatus. V, 2048.

Christus in cruce vermis et scarabæus. V, 2059. Christus et sine peccato, et peccatum factus. III, 2268. Divinitati sponsatur homo, et ad crucis thorum adscendendo, ibi firmavit conjugium. V, 1987. Christus commercio pietatis se pro conjuge dedit ad pœnam. V, 1987. Idem in ara crucis sacerdos et victima. V, 2047, 2066. Sacerdos et sacrificium, Deus et templum. V, 2203; VI, 760. Pro nobis victor et victima, sacerdos et sacrificium. VI, 910. Testis et judex. VI, 912. In cruce sitiit fidem incredulæ gentis. V, 2042. In cruce manus expandit, paratus in amplexus peccatorum. VI, 961. Caput inclinavit, ut oscula daret dilectis. VI, 961. Crucifixus delicta factorum et cupiditates animorum abolevit. V, 1816.

Christum in cruce quam multa Deum testentur. V, 2043. Eum valde commendat latronis subita conversio et introductio in cœlum. V, 2049. Christus latronem convertens versam vicem reddit diabolo. V, 2054. Christo patiente ita defecit sol media die, ut per tres illas horas stellæ visæ sint. III, 2190. Eum non invite aut otiose mortuum resurrectio probat. III, 2345. Botrus carnis delatus est ad torcular crucis, unde fluere cœpit mustum divinitatis. VI, 963. Christi sanguis, sanguis medici, medicamentum phrenetici. VIII, 1114. Christi divinitas mortem sensit, participatione humani affectus quem susceperat, non perdita naturæ suæ potentia. VIII, 1169. Morbi alieni participatione, non proprietate vulneris sui. VIII, 1172. Christus mortem gustavit, quia homo; mortem deglutivit, quia Deus. VI, 757.

Christus injusta morte a justo diaboli dominio nos liberavit. V, 1808. Christi mors meritum meum. VI, 961. Christi mors simpla duplam nostram solvit. VI, 1193. Christus non tantum aliorum susceptor, aliorum salvator, sed omnium susceptor et salvator. X, 1826. Recte dicitur crucifixus pro totius mundi redemptione, et pro his tantum quibus mors ipsius profuit. X, 1838, 1842, 1844. Christus mortuus pro omnibus, his utique qui crediderunt, aut crediturі sunt: mortuus etiam pro his qui credere nolunt, et quomodo pro his non mortuus. III, 2406. Pro omni genere humano, qui prædestinati sunt, sanguinem fudit. VI, 1060. Non pro sanctis tantum passus est, sed pro peccatoribus. VI, 1063. Sanguis Christi, quoad magnitudinem et potentiam pretii et ad unam generis humani causam, redemptio est totius mundi. X, 1844. Sed non medetur, si non bibitur. X, 1844. Christus totum mundum, plus dans quam valeret, redemit. V, 2042. Christi crux Angelis quomodo profuerit. VI, 1192.

Christi eodem tempore corpus in tumulo fuit, anima in inferno, divinitas in paradiso et ubique. V, 2178. Christus tres dies ac tres noctes in corde terræ qui intelligatur. VI, 758. Christi sepulcrum, vulva. V, 2204. Cur alieno in tumulo positus sit. V, 2205. In sepulcro carnem suam commoriendo non deseruit. VIII, 1169. Deus in sepulcro jacuit secundum carnem, et in infernum secundum solam animam descendit. VI, 757. Christus in sepulcro, in inferno, in cœlo. V, 2085. Christi animam in triduo mortis custodiæ apud inferos mancipatam dicere impium est. VIII, 1171. Non negatur tamen apud inferos fuisse. VIII, 1172. Christus ad inferos descendit. V, 2204. Secundum animam. VIII, 1203. Comitante secum anima. V, 2059. In anima comitante divinitatem. V, 2189. Unita suæ divinitati anima. V, 2059. Christi divinitas descendit ad inferos proprietate carnis, et caro adscendit in cœlum merito deitatis. VIII, 1166. Christi ad inferos descensus fructus. V, 2062. Christus ad inferos descendens diabolum delusit. III, 2277. Diabolum obligavit, ibique detentos liberavit. V, 2195. Inde eripuit patres qui ibi in tenebris sedebant. VI, 391. Inde liberavit qui pro solo originali peccato ibi detinebantur. VI, 1193, 1194. Infernalium ministrorum voces ad ejus descensum. V, 2060. Item justorum ad eum obsecratio. V, 2060. Christus XXXVI. horis in inferno fuit. VI, 742.

Christus primogenitus ex mortuis, partus resurrectionis et inferorum mors. V, 2064. Fœdus in morte, pulcher in resurrectione. V, 2085. Ubique pulcher. V, 1999. Christi passionis ac resurrectionis meditatio. VI, 940. Christus ipse se suscitavit. V, 2206. Vespere. III, 2322. Ipsa die qua et conceptus fuerat. V, 1994. Resurgens cur non ut sol fulserit. VI, 758. An eo resurgente resurrexerint sancti, qui tum visi sunt. III, 2199. Christi resurrectione non est exinanita humanitatis natura. V, 2182. Filius hominem assumpsit, ut sic in æternum permaneat. VI, 757. Eam carnem semper habet, qua de Virgine natus est. VI, 775. Christus januis clausis ad discipulos intravit. III, 2322. Nec hujus rei exigenda ratio. V, 2072. Per clausa ostia substantiam corporis nostri transmisit, qui prius ex

Job nullo digno nomine potest appellari. V, 1842. Job tuba ductilis. V, 1844. Ante Evangelica præcepta Evangelicus. II, 1103. Ante Legem Legis exemplar in operibus suis ostendit. III, 2361. Ejus elogium. III, 2361. Job cur

diabolo permissus. V, 1739. Ad minutorum peccatorum purgationem est afflictus. V, 1844. Job patientia laudatur. V, 1813. In stercore melior fuit, quam Adam in paradiso. V, 1844. Uxor ei Eva erat, sed ille non Adam. V, 1813, 1844. Oblivisci uxorem in filiis didicerat. V, 1841. Job periclitantibus membris auctori vulnerum pectus servat. V, 1841. Justitia incolumis eum in naufrago corpore tutatur. V, 1841. Job in prosperis et in adversis diaboli victor. V, 1842. In se ostendit et divites esse posse bonos, et pauperes beatos. V, 1842. Jobi exemplo liberi arbitrii vigorem probare conatur Cassianus. X, 1820. Quam frustra. X, 1823. Versio Latina verborum Job ex Græco Septuaginta, et alia ex Hebræo. X, 1652.

Jonas ab Hebræis traditur esse filius Sareptæ ab Elia suscitatus. III, 2181.

Jordanis Christi baptismate consecratus. V, 1812, 1833.

Joseph interpretatur augmentatio. V, 1766. Joseph figura Christi. V, 1924. Quot modis Christum figuraverit. V, 1765, 1773. Quod somnio vidit, in solo Christo est impletum. V, 1766. Quo venditus sit pretio, non conveniunt translationes. V, 1765. Venditus, servile nescivit ingenium. V, 1768. Joseph cur patri notum non fecerit quid de se actum esset. V, 1770. Joseph benignitas. V, 1769. Joseph prævidens quod eum Ægyptii adorare vellent, inde ossa sua efferri jussit. III, 2165. Tamen bovis simulacro juxta sepulcrum ejus statuto eum coluerunt. III, 2165. Ea de causa vitulum sibi in deserto filii Israel conflarunt. III, 2165.

Joseph imperite dictus est habere duos patres. III, 2252. De genere regali est, et sacerdotali. V, 2110. Turbatio ejus dum sponsam gravidam vidit explicatur. V, 2108. Joseph post Christi resurrectionem superstes. V, 1766. *Not.* (*a*).

Joseph ab Arim. non minor affectus erga Christum fuit, quam Mariæ. V, 2204. Joseph in monumento cordis Dominum collocat. V, 2205.

Josue prius Auses dicebatur. III, 2273.

Jovis dies, nec in Maio, absque sanctis festivitatibus, nulli in otio transigendus. VI, 1172.

Jovinianus virginitati nuptias coæquat. VIII, 1219. Abstinentibus a vino et carnibus nihil meriti accrescere credit. VIII, 1219. Nullam esse vult in futuro meritorum distantiam. V, 2183; X, 1718. Asserit hominem non posse peccare. V, 2183; X, 1718. Scil. post baptismum. X, 1735. Joviniani secunda quæstio, Pelagiani ingenii disciplina est. X, 1693, 1696, 1697, 1706.

Iphidamia. VIII, 1150.

Ira quid. VI, 1089. Ira sua nulli videtur injusta. X, 1887. Iræ vani prætextus. VI, 1096. Gradus. VI, 1251. Effectus. VI, 1251. Iracundia prius nocituris nocet, quam nocendis. V, 2301. Iracundiæ flammæ falsis suspicionibus succenduntur. V, 2346. Ira subitanea, palea; inveterata, trabes. V, 1872. Ira cordis oculum turbat, odium excæcat. V, 1872. Iracundiæ non satisfecerunt sancti, quando de impiis pœnas sumpserunt. V, 2262, 2263. Ira Dei, quid. X, 1872.

Irenæus sperat post hanc vitam quod ad cibum et potum pertinet. VIII, 1818.

Iris non solum a sole, sed et luna interdum fit. III, 2157. Iris incarnati Verbi typum gerit. III, 2119.

Irregularitas ad Clericatum. *Vide* Clericus.

Isaac typum gessit Dei Patris. V, 1760, 1818. Necnon Christi. V, 1758, 1818. Christi sponte patientis. V, 1954.

Isai typum gessit Dei Patris. V, 1818.

Isaiæ filius Rapsaces. III, 2187.

Isidorus Hisp. V, 2130.

Isera. X, 1792.

Isis. III, 2343.

Israelitæ quo jure terram Chanaan obtinuerint. V, 1811. Eorum erga Dei beneficia ingratus animus. V, 1797.

Itinerantium superstitiosæ observationes, quibus piæ opponuntur. V, 2001, 2002, 2269.

Juda confessio sive laus interpretatur. III, 2201. Judæ novissima benedictio convenit Christo. III, 2203.

Judam Giezi præsignavit. V, 1852. Judæ incestus tribuitur, et patri ejus ac matri sanitas miraculo reddita. VI, 1285. Judæ obduratio. V, 2036. Dominus illi corpus suum dedit. III, 2311; VI, 1285; IX, 766. Ac pedes abluit. VI, 1285. Judas severissimus sui judex. V, 1901. Spiritus sancti mustum portare non potuit, ideo crepuit. VI, 1069. Quo die vel tempore vitam finierit, improbabile est. III, 2288.

Judæi a Juda Machabæo appellati. III, 2274. Legislatorum filii vocantur. VI, 974. Judæum facit nativitas, non circumcisio. III, 2274. Judæorum pater, Cain. III, 2282, 2298. Judæi in verbis Jacob ad Ruben novissimis præmonstrati. III, 2203. Necnon in Esaü. V, 1758. Qui Christianis serviant. VI, 1758. Judæorum adversus Christum conatus Jacob lucta designati. V, 1758. Judæorum populus spinosus. V, 1779. Eorum infidelitatis et infirmitatis figuræ. V, 1750. Judæorum reprobationis et electionis Gentium figura. V, 1821. Judæorum et Christianorum egregia figura. V, 1800. Alia. V, 1801, 1814. Judæis adhæsit lepra, quando ad nos transiit gratia. V, 1853. Judæorum figura Gedeonis vellus. V, 1817, 1818. Judæorum solemnitates. III, 2276. Cur in uno tantum loco vota reddere aut sacrificare sint jussi. V, 2048. Judaismi ab initio nullus ex Gentibus veniens Legi se adjungere prohibitus est. III, 2240.

Judæi parati ad legendum, cæci ad intelligendum, duri ad credendum. V, 2008. Peccarunt in Spiritum sanctum. III, 2307. Eorum insania in Christi passione. V, 1827. Per Titum et Vespasianum puniti. V, 1827. Quot tunc perempti, quot captivi. V, 1827. Judæi per orbem dispersi, ut lucernam legis tamquam candelabra lignea Gentibus ministrent. VIII, 1128. Judæorum gens, scriniaria Christianorum. VI, 751. In Judæi armario codex noster servatur. VIII, 1113. Leges contra Judæos. IX, 815. Judæis causas agendi aut militandi aut Christianos suo servitio habendi licentiam denegat Valentianus. X, 1751. Non est aditus ad Comitum dignitatem, ad senatum, ad præfecturam, ad militiam, ad mensas divitum. VIII, 1133. In uno Minoricæ oppido impune habitare eis non licet. VII, 822. Judæi Deum unum, non etiam trinum volunt fateri. VI, 974. Multis testimoniis de Christi veritate ac divinitate convincuntur. VIII. 1123. Item de veritate Ecclesiæ. VIII, 1132, 1133. Judæorum in oppido Magonensi mira conversio. VII, 824.

Judex qui provinciæ præsidet. IX, 813. Judex principe loco Flavius tribunus in Carthaginensi collatione sedet. IX, 817, 818. Inter eos, uti fatetur, a quibus se judicari decuerat. IX, 816, 819. Judices Africani. IX, 808, 809, 810. 813.

Judices quid deceat. VI, 1297. In judice misericordia et disciplina non dissocientur. V, 2328. Hæc in judice securitas fidei est, ut de se non timeat judicari. IX, 820. Absentes et inauditos damnandos non esse. X, 1735. Criminationes testium absentium in absentes non facile excipiendæ. X, 1720, 1722. Tolerabilius est innocentem quemlibet tardius inveniri, quam cito pro nocente damnari. X, 1772. Judicium in melius retorsisse nunquam piguit. X, 1720. Optimæ mentis indicium, prava difficilius credere. X, 1720. Judiciorum sæcularium moderatio docet qualia esse debeant ecclesiastica. X. 1722. Judicibus in reum latam sententiam revocare non licet. III, 2332. Judicum latrocinia. VI, 1292, 1297. Judices injusti plurimi hic eas reddiderunt pœnas, quibus alios injuste affecerunt. VI, 1035. Judicia cur olim in porta. VI, 1231. Causas dicere vel audire in festivitatibus prohibetur. V, 2275.

Judicium aliud discretionis, aliud damnationis. V, 1925. Judicanda sunt aperta mala, non ignota aut dubia. V, 1871, 1873. Judicari debent aperta mala, sed cum caritate. V, 1871. Judicare satius est bene de malis, quam de bonis male. V, 1871. Judicare semper male de bonis naturaliter vulgo insitum. VI, 1221. Judicare temere de occultis cordis alieni peccatum est. X, 1861. Judicium temerarium non parvum, et si commune peccatum. V, 1875. Judicium vulgare vir fortis præ conscientiæ luce contemnit. X, 1863. Judiciis alienis moveri non debemus, qui de nobis non dico quid cras, sed quid hodie simus, judicare non possumus. V, 2350.

Judicia Dei quam alta. VI, 887. Semper sunt justa. X, 1885. Plerumque sunt occulta, sed nunquam injusta. V, 1771, 1788, 2262. Nobis non sunt investiganda. X, 1658, 1660, 1663. Investigabiles sunt, et misericordia qua Deus gratis liberet, et veritas qua juste judicat. X, 1887. Judicia sua non nos jubet Deus discutere, sed credere. V, 2192.

Judicis terreni ac superni discrimen. V, 2030. Ad adorandum verum judicem perducunt Angeli sanctorum animas. VI, 1061. Coram tremendo judice anima hinc exiens ab Angelis sistitur. VI, 1183. Judicantur injuste peccatores, si non libere peccarunt. VIII, 1142.

Judicii dies quia ignoratur, vocatur media nox. V, 1892. Judicii diem quomodo Christus dicat se ignorare. III, 2410. Judex vivorum et mortuorum Christus qui intelligatur. V, 1805. Judicii die qui vivi fuerint, simul cum mortuis suscitatis rapientur in nubibus obviam Christo. VI, 1161. Judicium novissimum esse, rationi consentaneum est. III, 2219. Judicium unum per aquam in diluvio, alterum erit per ignem in fine sæculi. III, 2419, 2422. Judicii ignis arbiter. V, 1772. Judicii extremi figura, clibanus ardens Abrahæ visus. V, 1746. Judicii quam justa severitas. V, 1803. Judicii nostri ratio in potestate nostra. V, 2139, 2162, 2252, 2259, 2260, 2329. Unde erit damnatio vel corona nostra. X, 1869. Judicis futuri sententia prævenienda. V, 2221. Judicii diem qui prævertere debeamus. V, 1846. Judicii dies frequenter recolenda. VI, 1169. Hanc frequenter prædicat Cæsarius. V, 2206. Lectio Matth. xxv. in qua sermo est de judicio, sola sufficit ad omne malum fugiendum, et faciendum omne bonum. V, 1897. Judicii futur

oblivio, magna peccati pœna. V, 2045. Judicii extremi quantus erit terror, quam exacta examinatio. V, 1893. Quæ erit ratio, et quam utilis sit quotidiana illius recordatio. V, 1963, 1964. Judicii novissimi consideratio. VI, 1185.

Judicium non statim ab Antichristi morte incipiet. VI, 1154. De peccatorum sorte in die judicii, Pelagii, Origenis et Hieronymi diversæ sententiæ. X, 1704. Judicandorum hominum triplex sors. V, 1949. Judicium quale erit circa impios, peccatores, et justos. III, 2332, 2333. Domini vultum sustinere non poterunt peccatores. III, 2333. Civitas Jerusalem in adventu Domini descendit de cœlo. III, 2333. Ad judicium non veniunt Pagani, nec hæretici, nec Judæi. V, 1896. Judicio subjecti non erunt fideles ad sententiam excipiendam, sed ut fidei merito laudentur. III, 2376. Gloriam eorum videbunt perfidi, sicut et ipsi perfidorum cruciatus. III, 2376. Ad Dei judicium venturi etiam parvuli. X, 1652. Judicii die quî diabolus reos sit accusaturus. VI, 1072. In judicio bona et mala opera velut in statera ponenda. VI, 1202. Peccatoribus agendum, ut in die judicii etsi coronam non merentur accipere, vel peccatorum indulgentiam consequantur. V, 1855, 2340. De judicio extremo Sermones tres. V, 2206.

Jugulos ponere, pro jugo subjicere. VII, 846.

Jugo Christi aut sæculi quisque subest. V, 1800. Jugum Christi leve. V, 2316. Jugum leve, caritas. X, 1651. Jugum grave, peccatum. X, 1650. Jugum avaritiæ durissimum et amarissimum. V, 2317.

Juliana Alexandri Senatoris uxor. VII, 819.

Juliana, ejusque elogium. X, 1738.

Julianus Præf. præt. IX, 790.

Julianus Proconsul Africæ. IX, 805, 844.

Julianus edicto viros suos dimittendi mulieribus potestatem fecit. III, 2349. In urbe Roma. III, 2349. Ubique se edictis suis apostatam est testatus. IX, 802. Ex famulo Dei minister factus inimici. IX, 802. Rogatus Donatistis permittit ab exsilio reditum. IX, 803. Imperator profanus et sacrilegus moritur. IX, 803. Rescriptum ejus per Donatistas impetratum. IX, 809.

Julianus Amartolus. X, 1790.

Julianus. X, 1681.

Julianus Campanus. X, 1857. Sanctis parentibus Memore et Juliana natus. X, 1738. Vir acer ingenio, in divinis Scripturis doctus, græca et latina Lingua scholasticus. X, 1736. Est rhetor peritissimus. X, 1740. Procacissimus. X, 1850. Vocatur a Mercatore exepiscopus Eclanensis. X, 1739. A Beda episcopus Celanensis a Romania. X, 1740. Scripsit in Cantica canticorum. X, 1740. Libellum composuit de amore. X, 1740. Item de bono constantiæ. X, 1745. Item ad Demetriadem de institutione Virginis. X, 1745. In stilo ipsius est suavitas eloquentiæ demulcentis. X, 1746. In libris esset quod multum prodesset virtutum studiosis, si gratiam flagitare in eis doceret. X, 1746.

Julianus ab Innocentio ordinatus, et in ejus communione quamdiu vixit permanens, Cœlestium et Pelagium damnavit. X, 1689. Pelagii et Cœlestii sectator factus. X, 1684, 1686. Zosimi tractoriæ subscribere recusans cum aliis deponitur. X, 1689. Monetur ut nominatim designet, quosnam recte sentire confidit. X, 1690. Multi ab eo et sociis deficiunt. X, 1691. Juliani ab Occidente expulsi apud Imperatorem expostulatio. X, 1754. Juliani depositio confirmatur. X, 1760. Hic in episcopatum et Ecclesiæ communionem irrepere molitus, a Xysto Leonis hortatu rejicitur. X, 1761. Duas sorores suis erroribus imbuit, quid una earum illi objecerit. X, 1738. Eleemosyna indigentibus tempore famis prærogata, multos hæresi sociavit. X, 1757. Pelagiana capitula defendit : unde libri Augustini adversus ipsum, et ipsius adversus Augustinum. X, 1757. Injuriis et contumeliis magis membranas, quam ulla fidei recta ratione complevit. X, 1737. Tota inepti illius laboris summa. X, 1737. Illi quoque subnotationibus respondit Marius Mercator. X, 1737. Julianus conventus ut cum universa Ecclesia Pelagium et Cœlestium damnet, detrectat. X, 1738. Et epistolam ad Zosimum mittit, quam prius curat per totam Italiam circumferri. X, 1739. Quo doloso sensu omnes in Adam mori, omnes in Christo resurgere prædicet. X, 1738, 1739. Aut quomodo dicat Adam non soli sibi, sed generi humano obfuisse. X, 1738. Quomodo intelligat infantes non in eo statu esse, in quo fuit Adam ante prævaricationem. X, 1738. Adam sive peccaret, sive non peccaret, moriturum fuisse, fatetur nulla firma ratione dici. X, 1738. Quibus sophismatis Romæ usus est ad elevandam peccati ex Adam traductionem. X, 1739. In Cilicia errores suos spargit. X, 1739. Illuc pergit ad Theodorum Mopsuestenum. X, 1739. Inde rediens libros octo adversus Augustinum scribit. X, 1740. Theodorus, quem maxime laudat, in conventu Episcoporum eum damnat. X, 1740. Juliani sententiæ a Beda ex ejus opusculis expressæ cum illarum refutatione. X, 1740. Juliano, ut videtur, auctore scriptus libellus fidei. X, 1752.

Juliani Pomerii excerpta. VI, 1030.

Julius episcopus ad Innocentium ab Africanis Conciliis destinatus. X, 1714.

Junius quare Brutus cognominatus. III, 2357.

Junius Quartus Consul. X, 1714, 1715. *V.* Palladius.

Junius exceptor. IX, 794.

Ivonis Carnutensis Sermo. V, 2200.

Jurare prohibuit Salvator. III, 2411. Jurandi formula. IX, 783. Alia. IX, 784. Rursum alia. IX, 818.

Jus animæ et carnis. V, 1916. Jure fori, non jure cœli. V, 2295.

Justificationis gratia. III, 2370. Quæ opera rejiciantur a justificatione. X, 1655. Justificari nemo potest per sola naturalis rationis subsidia, aut divinæ legis scita. X, 1745. Quomodo hinc Catholicos hæretici calumnientur. X, 1745. Justificatio per fidem Jesu Christi data est, datur, dabitur credentibus. X, 1657. Voluntatem nostram non exspectat, sed præparat Deus, ut a peccato purgemur. X, 1786. Justificat impium Deus non præventus humana voluntate. X, 1659. Justificando Deus gratis prævenit quos per justitiam glorificare disponit. VI, 765, 767. Justos veteris Testamenti per laborem proprium et Christi fidem fuisse justificatos. X, 1734.

Justitia pro juris dicendi potestate. II, 1138. Justitia a jure dicendo intra duas partes contrarias. V, 1916. Justitia hominum magistra et gubernatrix. III, 2327. Res Dei est. III, 2327. Justitia remota regna efficiuntur latrocinia. VI, 1292. Justitiæ rigore, ut de virga ferrea, corriguntur boni, confringuntur mali. III, 2421. Justitia nimia incurrit peccatum, temperata vero perfectos facit. III, 2226. Justitia Dei iniquis, sicut ægris oculis lux, odiosa. X, 1874.

Justitiæ pulchritudo. VI, 994. Justitiæ laus et quî ea tenenda. VI, 1258. Justitiæ mandatum omnibus generale est. II, 1105, 1106. Justitia sola beatificare potest animam. VI, 830. Justitia pacem, et pax gaudium parit. V, 1917. Justitia Deum semper placatum, et injustitia offensum fuisse. VI, 1037. Justitia in nobis non regnante, dominatur iniquitas. X, 1818. Justitiam esurit, qui discere optat justitiam. V, 2317. Justitia non aliud est quam non peccare. V, 1865. Justitia tota hæc est, virginitas, sacerdotium et martyrium. III, 2154. Justitia est omnis veritas. III, 2232. Justitia vera et perfecta. V, 1915. Justitia nec per naturam, nec per Legem est. X, 1887. Justitia infidelium falsa. X, 1796. Justitia Legis terrena, justitia fidei divina. III, 2412. Justitia vera non est nisi per Christum. X, 1796. Peccatum factum est relicto Deo : justitia non fit sine Deo. X, 1880. Justitia princeps Abel, et secundus post eum Enoch. III, 2154. Justitia nostra hic qualis sit. X, 1875. Justitia vera, quomodo in aliquibus perfecta et imperfecta. X, 1886. Justitia duplex munus. VI, 1050 ; X, 1867. Justitiam a pluribus amitti. X, 1834, 1836, 1848.

Justi in Scripturis unde appellati. X, 1695. Justus in alios esse nequit, qui in se ipsum est injustus. V, 1916. Justum unum plurimis peccatoribus Deo esse cariorem. VI, 1037. Justos et perfectos esse plurimos vult Pelagius. X, 1702, 1705, 1706, 1707. Quo id sensu dicere liceat. X, 1705. Justi coronant Christum, sed ab eo ornantur. V, 2058. Justus quomodo accusator sui, et tamen justus sit. III, 2252. Justi ut non sine peccatis minutis, ita indigent tribulatione purgari. V, 1771. Justorum minuta peccata tribulatione purgantur. V, 1771, 1844. Justorum afflictio non pœna est criminis, sed virtutis examen. X, 1863. Justorum præmia et labores. VI, 1065. Justorum labor magnus, mores tolerare contrarios. X, 1869.

Juvencam facere. V, 2004.

K.

Keayca. VII, 815.

Kalendæ. *Vide* Januarius.

L.

Laban diaboli, typum gessit. V, 1763.

Labor honestus est lectionis. V, 2324.

Labore manuum quo damno Monachi plus solito occupentur. V, 2334. Labor piorum est exercitatio, non damnatio. X, 1882. Labor hic nullus est comparandus spei nostræ. X, 1881. Aut laboribus Christi. X, 1882. Laboris finis non erit, nisi diligatur quod non possit auferri. X, 1870.

Lacrymæ unde falsæ. III, 2161. Lacrymas fundens ob tenui oralia, et non fundens ob peccata, culpabiliter durus est. VI, 1122. Lacrymæ amoris indices. VI, 930. Harum jugis gratia ardenter postulatur. VI, 931, 933. Lacrymæ

contemplantium quid eis præstent. VI, 1000. Lacrymæ Domini, gaudia mundi sunt. V, 1928. Lacrymæ passionis Christi vicaria. VI, 1254.

Lactantius post hanc vitam sperat quod ad cibum et potum pertinet. VIII, 1218.

Lætitia inepta unde comprimatur. VI, 1101. *Vide* Gaudium.

Lætus notarius. IX, 810.

Laïcorum excusatio, dum excitantur ad Scripturarum studium, aut ad ecclesias frequenter adeundas. VI, 1060. Laïcis, clericis, monachis æqualiter convenit fidem, spem, caritatem, humilitatem servare, ac pœnitentiam agere. VI, 1061.

Lamech non occidit Cain. VI, 2221.

Lampadius episc. IX, 787.

Lampadius Consul. X, 1792.

Lana et linum quid significent. V, 1854.

Landuleus Capuanus episcopus. VI, 817.

Lapides ex aqua. III, 2169. Lapidum acervus in testimonium planctus. VII, 815.

Lapidatus Diaconus, pro degradatus. IX, 795, 796.

Larvati. *Vide* Personati.

Lascivia semper juncta est saturitati. V, 2026.

Latro qui ad dexteram Christi in cruce pendens paradisum meruerit, dicitur ipsum Christum dum in Ægyptum fugeret, a latronibus eripuisse. I, 1466. Latro et latro. V, 2049. Latro Christum de proprio blasphemavit, et de Dei Spiritu credidit. X, 1810. Ab Adam primus paradisum intravit. V, 2044, 2049. Latronis absolutio mundi spes est et consolatio. V, 2043. Hanc ille non sine causa meruit. V, 2044. Latronis fides extollitur. V, 2044, 2046, 2049, 2054. Latro confessor et martyr. V, 2044. Doctor. V, 2049, 2050. Latronis devotio imitanda. V, 2070. Latronis exemplum ne sit remissioris vitæ occasio. V, 2046.

Latrocinia iniquorum judicum. VI, 1292.

Latronianus corrector Siciliæ. IX, 786.

Laurentius crucem Christi super cæcorum oculos faciens, eos illuminabat. V, 2551. Hippolytum custodem suum ad fidem Christi convertit. V, 2551. Grano sinapis comparatur. V, 1914. Flammas fidei calore non sentit. V, 1914. Igne ignis vim restinguit. V, 2127. Coronam martyrii tempore pacis invenit. V, 2128. Quam ob causam cruciatus. V, 2128. Laurentii passio mundum illuminavit et inflammavit universum. V, 2127.

Laus hominis vera. VI, 872. Laus vana. VI, 876. Laudis humanæ cupidi opera perdunt. V, 1893. Sicut vera laus ornat, ita falsa castigat. V, 2116. Laudem cupere, dum negatur, si cuiquam facile est; difficile est ea non delectari, cum offertur. X, 1887. Nec valde gaudere debemus quando laudamur, nec contristari quando vituperamur. V, 2550. Laudem ac meritum virtutum, si hæ a Deo donentur, auferri putant Pelagiani. X, 1825. Quam falso. X, 1825, 1827. Laudare se homini periculosum, non item Deo. X, 1895.

Laus uni Deo debetur. VI, 859. Hominis ad laudandum Deum insufficientia. VI, 872. Quis eum recte laudet. VI, 872; X, 1865. Laudandi Dei cupidus, petit unde eum digne laudet. VI, 926, 927. Laus Dei qualis esse debeat. V, 1882. Laudator Dei non est, aut qui male vivit, aut qui quasi de suo bene vivit. V, 1847. Aut qui cum hoc se a Deo accepisse sciat, sibi tantum vult divitem Deum. V, 1847. Laudis sacrificium nemo offert malus. V, 1847. Laudandus Deus vita et lingua. V, 1848. Laudandus in ultionibus ut in beneficiis illius. X, 1865. Laudes Dei cum Beatis celebrandæ. VI, 921. Non est laboriosa, sed amabilis servitus in Dei laudibus perpetuo assistere. V, 2156.

Lazarus et Neporus seu Heros episcopi Gallicani. X, 1684, 1689. Accusatores Pelagii. X, 1708. Eorum litteræ ad Afros adversus Cœlestium missæ. X, 1719. Et Carthaginem delatæ. X, 1711. Lazarus et Heros sacerdotali loco et omni communione a Zosimo submoventur. X, 1720, 1721. Eis tamen datur, ut intra secundum mensem veniant, ac præsentem Cœlestium convincant. X, 1722. Hi dicuntur inobservatis ordinationibus plebe cleroque contradicente sacerdotia vindicasse, quibus se ipsi abdicaverint. X, 1720. 1721. Vocantur turbines Ecclesiæ. X, 1721. Erubescenda factis et damnationibus nomina. X, 1722. Lazaro dicitur vetus consuetudo criminandi innocentiam, idque gestis probatur. X, 1721.

Lectio quid sit. VI, 997. Quis ejus scopus. VI, 1002. Lectionis piæ commendatio. V, 2019, 2020, 2022. Ad lectionem Scripturæ hortatorius sermo. VI, 1339. Lectionibus divinis anima pascenda. VI, 1178. Ab iis nemo excusatur, nec qui legere non novit. V, 2324, 2325. Lectionem divinam, quando noctes longiores sunt, potest quisque tribus horis legere vel audire. V, 2325. Lectionis assiduæ fructus. V, 2324. Lectio sola Matth. xxv. in qua de judicio sermo est, Christiano sufficere potest. V, 1897. Lectio sacra, etiam rerum quæ non ignorantur, nobis utilis et necessaria. III, 2364. Legentes incongrua non in culpam veniunt, sed sequentes. X, 1777. Nec vitio dari potest, nosse quad fugias. X, 1777. Lectione divina sic utendum, ut sit speculi vice. II, 1115. Ut immoderata jejunia, ita lectionis studium intemperans in reprehensionem cadit. II, 1115. Lectiones canonicæ. VII, 835. Lectiones in ecclesia stando audiebantur. V, 2319. Lectio pia refectionis tempore. IV, 2022.

Lector historiam miraculorum pronuntiat. VII, 842. Lectores habent Scripturas. IX, 794. Multi multos codices produnt. IX, 795. Coddeonis uxor prodit codices sex. IX, 795.

Lectorius Comes. VII, 830.

Ledonis et Malinæ vicissitudo. III, 2159.

Legatus Carthaginis. IX, 816.

Lemellense castellum. IX, 803.

Lene corpus quid. I, 1434.

Lenitate salva pœnas de peccatoribus a sanctis viris sumptas esse. V, 2263.

Leo episc. IX, 816, 827.

Leo Papa. VI, 990. Ferventi zelo contra Pelagianos depugnat. X, 1684. Adhuc diaconus irritos facit dolosos Juliani conatus. X, 1761. Duæ ejus epistolæ ad coercendos Pelagianos. X, 1761. Item sententia de Pelagianis conversis recipiendis. X, 1750. Leonis Sermo de Epiphania. V, 2008. Alius de Quadragesima. V, 2032.

Leo ægrotans simiam quærit, qua devorata convalescit. VI, 1338. Leonum rugitus cæteris animantibus terribilis. VI, 1253.

Leontius. IX, 800, 801, 838.

Leontius Galliarum episc. X, 1755.

Leontius monachus in causa fidei Romam directus. X, 1772, 1776.

Leporius monachus, ac postea presbyter, Pelagii in Galliis præcipuus discipulus errorem magnifice condemnat. X, 1752.

Letaniarum tres dies regulariter in toto mundo celebrat Ecclesia. V, 2076. Dies sunt animæ medicinales. V, 2076. Qualiter sint celebrandi. V, 2077, 2078.

Leucii acta. VIII, 1141. sub nomine Apostolorum scripta. VIII, 1150.

Levita interpretatur, assumptus. VI, 1216.

Lex a lectione dicta est. III, 2393. Legis tripartita intelligentia. III, 2393. Legis imago nunc est, in futuro judicio erit veritas. III, 2334. Lex quia se ipsam mollire non potest, a nobis mitiganda est ut possit prodesse. III, 2226. Lex Dei secundum naturam est. X, 1880. Qui naturaliter, nec tamen sine gratia, quæ legis sunt fiunt. X, 1880. Legis divinæ meditatio dæmonibus ad nos aditum non permittit. III, 2331, 2338. Lege Dei et lege diaboli repugnantibus medius homo est. III, 2409. Lex Dei, regalis via. VI, 1088. Sine lege esse, est esse sine Christo. VI, 1088. Lex naturalis ubi evanuit, non penitus oblitterata, sed maxima carens auctoritate, scribenda fuit. III, 2219.

Lex Moysi arbore scientiæ boni et mali significata. III, 2320. Item Elisæi baculo. V, 1999. Data est Dominico die. III, 2289. Feria quarta. III, 2289. Lex a tota Trinitate data. VI, 772. Cur data. X, 1887. Quid præstet. X, 1803. Homines ad suscipiendum Christum præparavit. III, 2334. Lex Christum non intelligentibus aqua, aliis vinum. V, 1921. Legis et nucis comparatio. V, 1803. Legis litteram aqua amara significavit. V, 1793. Sapientia lignum vitæ unde dulcescit. V, 1794. Legis littera quomodo occidat. X, 1880. Per Legem cognitio peccati, non de peccato victoria. X, 1642. Legis accessu peccatores plus fiunt rei. III, 2226. Lex manifestior plus facit reum. III, 2367. Lex quomodo sancta et bona, si iram operatur. III, 2402. Lex etsi jubendo non juvat, sua tamen sanctitate et justitia malum esse concupiscentiam ostendit. X, 1642. Lex data ut gratia quæreretur; gratia data ut lex impleretur. X, 1863. Lex vetus ad vindictam initio prompta, postea severitatem remisit: Lex nova initio clemens, postea etiam vindicavit. III, 2303. Hæc vindicavit, ne contemptui duceretur; illa ignovit, ne videretur crudelis. III, 2303. Legis novæ uberior gratia. III, 2303, 2306. Legem Evangelio exæquant Cœlestius et Pelagius. X, 1690. Legi Evangelium præferri Pelagius indigne fert. X, 1704. Legem ad regnum cœlorum sic mittere sicut Evangelium Cœlestius docuit. X, 1681, 1682, 1687, 1690. Et Pelagius. X, 1704. Legis consummator. VI, 1057. Legem mutatam esse. V, 1999. Lex fracta, Judæorum reprobationem; iterata, populi alterius electionem significavit. III, 2222. Lex usque ad Joannem, sed et postea a Christo et discipulis ex dispensatione observata. III, 2256. Quatenus cessarit. III, 2263. Lex per Christi adventum absoluta non perit, sed proficit. V, 1919.

Lex membrorum qui utilis, qui mala. V, 1944. Lex est

peccati cui omnes homines absque ulla exceptione subjiciuntur. V, 1944. Lex peccati stimulus, prohibendo et non auferendo. X, 1642.

Leges inter arma non silent. VIII, 1108.

Leges publicæ, pro ch rtis publicis. IX, 831.

Liber vitæ. VI, 1041. Tribus modis in eo quis scribitur. VI, 1041.

Liberi sacra inhonesta et furoris plena. III, 2344. Hic cum Priapo semper depictus. III, 2344.

Liberius. IX, 787.

Liberius præfectus et patricius in Arausica civitate basilicam construxit. X, 1785.

Libertas intellectualibus spiritibus cur a Deo concessa. VI, 763. Sic eis est data, ut et illam habere et perdere possent, sed non valerent resumere. VI, 763. Quod probant angeli lapsi. VI, 763. Libertas hominis. V, 1873, 1873, 1878. Evincitur ex præceptis ei datis, et ex pœnis ob jussa neglecta eidem inflictis. VIII, 1142. Item ex futuro judicio. VIII, 1142. Naturæ necessitate, non voluntate qui aliquid facit, nec laudandus est, nec culpandus. III, 2217. Liberos non solum carnis, sed et animi motus nos non habere. Apostolus et experientia docent. X, 1745. Libertate illæsa Deus omnia præscit. VI, 995. Nullam voluntati necessitatem infert Dei præscientia, adeoque nec prædestinatio. X, 1848. Possibilitatem boni non Deus peccatori, sed peccator ipse sibi aufert. X, 1848. Libertatem propriam ac nostram Adamus vendidit. V, 1944. Libertas propria per peccatum amissa. X, 1773. Libertatem, quam libertate perdidit homo, nisi Christo liberante non recipit. X, 1846. Libertas mala ex voluntatis est defectu, bona ex liberatoris auxilio. X, 1814. Libertas falsa, ut vera et Christiana fieret, indiguit liberatore. X, 1774. Nec invitos ad ingenitam libertatem revocare debuit conditor noster. V, 1945. Libertas per superbiam dejecta, instauratur per gratiam reparata. X, 1769. Libertatis pristinæ statum nobis Christus reformavit. X, 1758. Libertatis reformatæ subsequendus auctor. X, 1770. Libertas vera. VI, 732.

Liber. Bonus est liber etiamsi serviat. X, 1863. Libera semper est apud Deum servitus, cui non necessitas servit, sed caritas. X, 1869. Voluntas delectatione affecta, fide mundata, spe erecta, caritate accensa, liberalem suscipit servitutem, et servilem abjicit libertatem. X, 1828.

Liberum arbitrium quid sit, et unde dictum sit. X, 1623. Est rei sibi placitæ spontaneus appetitus. X, 1813. Liberi arbitrii facultas diversam facit Verbi Dei participationem. VIII, 1190. Liber u primi hominis arbitrium quî fabri atum. V, 2214. Quid poterat in eo ante la sum. X, 1771, 1773. Solus protoplastus ante culpam sufficiens fuit per liberum arbitrium implere quod vell t. X, 1621. Possibilitatis bonum tunc habuit. X, 1621, 1623. Sed per culpam amisit X, 1621, 1623, 1628, 1629. In primo homine patuit quid hominis arbitrium valeret ad mortem. X, 1880. Liberum arbitrium in Adam sanum, in nobis infirmum, majore gratia sublevatur. X, 1783. Liberum arbitrium primi hominis peccato lasum. X, 1813. Vitiatum est et infirmatum. X, 1786. Nobis restat vulneratum et claudum X, 1621, 1828. Quod gratiæ gratuitæ medicamento egeat. X, 1622. Quantum fuerit inclinatum et attenuatum. X, 1789. Libero arbitrio vitiato, nihil per se valet homo inci ere aut perficere quod Deo placeat. X, 1625, 1631. Homo per se labi, per se non valet resurgere X, 1622. Ad peccandum abundat propria facultate, at ad agendum bonum non sibi sufficit, nisi a Deo justificetur. X, 1869. Libero arbitrio solo carnis concupiscentias vincere homo non potest. X, 1615. Necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. X, 1757. Liberum arbitrium nunc valet ad discernenda et desideranda quæ secundum sæculum sunt, non quæ secundum Deum. X, 1623, 1772. sine gratia nullo modo idoneum est ad eligendum aut concupiscendum bonum. X, 1812. Nihil D o deserente ad virtutem potest, ad peccandum sibi sufficit. X, 1671, 1672, 1673, 1675. Frustra objicitur : Non credendus est Deus talem fecisse hominem, qui nec velit unquam nec possit bonum. X, 1813. Libero arbitrio non suppetit facultas per se recipiendi quod perdidit. X. 1840. In primo homine amissum non potest reddi, nisi a quo potuit dari. X, 1787.

Liberum arbitrium quomodo tollant Manichæus et Jovinianus. V, 2183. Quomodo confiteatur Pelagius. V, 2183. Liberi arbitrii extollentia. II, 1104. Non alia nobis causa benefaciendi difficultatem facit, quam longa consuetudo vitiorum. II, 1104. Liberum arbitrium frustra extollit Julianus. X, 1745. Qui ei subjicit omnes animi motus, sola genitali voluptate excepta. X, 1745. Cassianus libero arbitrio non solum voluntatem, sed et possibilitatem boni adscribit. X, 1815. Ac negat id ei solum adscribendum quod malum est. X, 1815. Liberi arbritii vigorem Jobi exemplo quomodo statuere conetur idem Cassianus. X, 1821. Quam inaniter. X, 1825. Liberi arbitrii sine gratia vires frustra exemplo Cornelii commendantur. X, 1796; Liberi arbitrii infirmitatem ac virtutem in quo ponat Gennadius. VI, 814; VIII, 1216, 1218.

Liberum arbitrium nihil esse aut non esse perperam dicitur. X, 1836, 1841. Liberum arbitrium quisquis negaverit, catholicus non est. X, 1631. Libero voluntatis arbitrio, et non quadam naturæ necessitate, homo agere ostenditur ex data lege. III, 2347. Ex laude bonorum et vituperatione malorum. III, 2317. Ex eorumdem mercede et pœna. III, 2318. Ex eo quod non est quisquam aut semper bonus aut semper malus. III, 2318. Item ex eo quod latibula quærit, qui contra legem agit. III, 2318. Ex voluntatis judicio, quo plurimi a vitiis ad justitiam conversi sunt. III, 2318. Ex subjectione dæmonum, et ex orationis commendatione. III, 2358. Ex iis quæ Christus fidei hominum concessit. III, 2358. Liberum arbitrium ex concupiscentiæ pugna adstruitur. III, 2409. Liberi arbitrii exemplum in Balaam. V, 1810. Libero arbitrio quisque se malo subjicit, nec ad id natura cogitur. VI, 1126. Libere quisque potest tenere gratiam, et ea retenta vitare culpam. VI, 1126. In potestate hominis est diabolo consentire. V. 2213. A dextris est præcipiens Deus, a sinistris seducens diabolus, homo in medio constitutus. V, 2213.

Liberum arbitrium manet in natura, sed qualitate et conditione per Christum mutatur. X, 1827. Quid sit ante quam illustretur ac liberetur, quid post. X, 1836. Ante gratiam in homine est, sed non bonum. X, 1780. Sic est sine gratia, sicut oculus sine lumine. X, 1780. Et sicut oculus semper indiget lumine ad videndum, ita et homo gratia ad bonum. X, 1780. Liberum arbitrium jumento, gratia sessori comparatur. X, 1632. Ita et liberum arbitrium et gratia peragit iter fidei. X, 1632. Posse habere fidem aut caritatem, naturæ est hominum; habere autem, gratiæ fidelium. X, 1887. Liberum arbitrium cohortationi vocantis obedit, cum in illo gratia Dei affectum credendi obediendique generavit. X, 1796. Cum autem acceperit Spiritum Domini, erit in eo libertas ad capessenda præcepta. X, 1630 Quomodo credentis et non credentis alia causa sit. X, 1630. Liberum arbitrium ideo dicimus bonæ voluntatis affectum fideique principium operante gratia concepisse, ut per hæc quæ illi nullo merito præeunte donata sunt, ea quæ operaturo sunt promissa mereatur; ab illo semper petens posse aliquid boni facere qui ait, *sine me nihil potestis facere*. X, 1821. Liberi arbitrii quæ opera ad justificationem probentur, quæ rejiciantur. X, 1636. In libero arbitrio ita operatur Deus, ut omnis bonæ voluntatis motus ex Deo sit. X, 1758, 1759.

Libero arbitrio per gratiam nihil relinqui inepte dicunt X, 1800. Liberum est arbitrium, etiamsi divino egeat auxilio. X, 1709, 1710. Quomodo Dei donis non auferatur. X, 1804, 1827. Quomodo ei non officiat Dei adjutorium. X, 1731. Liberum arbitrium Dei munere non aufertur, sed liberatur. X, 1759, 1776, 1797. Gratia Dei vere fit liberum. X, 1712. Non aufertur voluntas, cum Spiritu Dei formatur, regitur, ordinatur, imbuitur. X, 1809. Cur. X, 1811. Liberum arbitrium destruunt, qui eo abutuntur adversus beneficium largitoris, non qui ad eum semper recurrunt. X, 1694.

Liberi arbitrii quis rectus usus. VII, 732. Nemo eo bene utitur nisi per Christum. X, 1757. Libera voluntas nihil melius agere potest, quam ut illi se commendet, qui mala agere non potest. X, 1886. Liberum arbitrium nostrum Christi vulnere curatur ac reformatur. X, 1625. Quomodo. X, 1623. Ne quidem liberatum ipsum sibi sufficit ut in bono permanere possit. X, 1797, 1798. Necdum tam perfecta utitur sanitate, ut medici sui ope non egeat. X, 1800. Indiget ut Christi gratia agendo, spirando, auxiliando et usque in finem præeundo illud servet. X, 1801. Ne libero arbitrio videretur stare Petrus qui de se magna promiserat, permissus est periclitari. X, 1798. Voluntatis humanæ stabilimenta sunt opitulationes divinæ gratiæ. X, 1827.

Libido a libendo. X, 1640. In bono libitu libido dici non potest, sed tantum in malo. X, 1640. Libido Pelagianis est naturale bonum, et nihil in ea pudendum. X, 1639. Ipsis publice laudatur. X, 1640, 1644, 1648. Quatenus naturale malum dici et credi debeat. X, 1641. Malum esse probatur ex verbis Apostoli. X, 1646 Libido si damnetur, aiunt Pelagiani, damnabuntur et nuptiæ. X, 1644. Libido venialis est in conjugatis, malo bene utentibus. X, 1645, 1646. damnabilis est in adulteris et fornicatoribus, malo male utentibus. X, 1646. Libidinis auctor, non Deus, sed diabolus, præcedente hominis peccato. X, 1648. Homo ex homine, si non pecasset, absque libidine, per concubitum voluntarium procreatus fuisset. X, 1646. Libidinem parentes in posteros tamquam peccati sui testimonium hereditario jure transmiserunt. X, 1645. A libidine quid patiatur homo. X, 1641. Libido dici potest malleus universæ terræ. V, 2502. Quomodo hominem ad mortem trahat, nisi succurrat gratiæ antidotum. X, 1639. Libido dolorem concipit,

peccatum parturit, generat mortem. X, 1644. Libidinem spe pœnitentiæ implere quam stultum sit V. 2302.

Libidinis incentivis qui resistendum. I, 1459, 1460. Illam refrenare non valet voluntas singularis, nisi Christi gratia subvenerit. X, 1647. Contra libidinem pugnarunt omnes Sancti, de gratia confidentes, et corpus suum castigantes. X, 1641. Libido vincenda est fugiendo. V, 2301. Libidinosæ cogitationes sine mora rejiciendæ. V, 2343. Libido nihil nocere, si statim; at si post moras, non sine plaga excuti, carbonum ignis exemplo ostenditur. V, 2303. Inanis timor eorum, qui ne carnis maceratione in languorem incidant, metuunt. I, 1461. Libidinis nullum tam efficax medicamentum, quam mors Redemptoris. VI, 961.

Liburnicæ naves. III. 2197.

Libosus ducenarius. IX, 816, 827.

Libyæ centum urbes famoso terræ motu corrucrunt. III, 2194.

Licinius et Constantinus Cæsares Christianam religionem coli volunt. IX, 784.

Lidda, quæ est Diospolis. VII, 815.

Ligamina collo non appendere, etiamsi a clericis fiant, aut divinas lectiones contineant. VI, 1172.

Linea corpus non est. VI, 731.

Lingua Hebræa aut prima fuit, aut ex multis aptata. III, 2324. Rationi consentaneum fuit, ut Moyses prima lingua uteretur. III, 2324. Linguæ tot fuerunt, quot homines a constructione turris in varias regiones dispersi. III, 2324. Linguarum divisio, justa tumoris pœna. III, 2160. Per hanc Scripturarum mysterium ad maturum tempus in uno populo mansit. III, 2160. Linguas in septuaginta duas divisas esse plurimi consentiunt. III, 2160. Apostolica humilitas Spiritus sancti munere collegit, quod præsumptio dispersérat. III, 2160. Linguis omnibus modo loquitur unitas Ecclesiæ. V, 2091. Lingua dolosa est adulantis non minus quam detrahentis. VI, 1287 Linguæ refrenandæ necessitas. VI, 1239. Linguæ custodia. VI, 1032.

Lini similitudine, quomodo mores instituendi sint, declaratur. I, 1463 *Vide* Lana.

Lites in plateis vel in atriis basilicarum. V, 2279. In ecclesiis. V, 2238, 2241. In festivitatibus sanctorum. V, 2275. Litigiosus homo, pestilentia. V, 1966. Lite cedens, tempus redimit. V, 1966. Hoc pauci agunt, pauci ferunt. V, 1966.

Littera quid sit. I, 1410 Litteræ vocales, semivocales, mutæ. I, 1385.

Litteræ ecclesiasticæ communicatoriæ. IX, 787.

Livania vidua. X, 1690.

Locus quid sit. VI, 1022. Locale omne, corpus est. VI, 745. Locus non facit sanctos. VI, 1282. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es ubi eras. X, 1890. Locus Domini est, ubi apparet. III, 2333. Loca sancta VII, 805 Loca tantum duo sunt post hanc vitam, nec est tertius. V, 2308; X, 1654.

Locusta una acie ordinatum ducit exercitum. V, 1782.

Logicæ opus. VI, 808.

Longinus aperuit latus Christi. VI, 961.

Loqui quid sit. I, 1410. Loquitur Deus omni homini bene operanti. V, 1824. Qui loquuntur alieno spiritu agitati, adhuc cum loquuntur, nesciunt quid loquuntur. III, 2172. Bene loqui, et male vivere, nihil aliud est, quam sua se voce damnare. X, 1859. Locutio asinæ Balaam. III, 2172. Loquitur mula. VII, 822.

Lotio superstitiosa in festivitate S. Joannis Baptistæ. V, 2268. *Vide* Pes.

Lucernarii hora. VI, 1236.

Luciani epistolæ de Reliquiis S. Stephani duplex versio. VII, 807.

Lucianus episc. Carthag. IX, 776.

Lucianus episc. Donatista. IX, 778, 790, 805.

Lucianus diaconus. IX, 797, 798.

Luciferiani animas cum corporibus per coitum seminatas volunt. VI, 814; VIII, 1216.

Lucillæ quadringenti folles, unde conjuratio et schisma. IX, 795. Nihil inde pauperes acceperunt. IX, 798.

Lucrum injustum nemo habet sine justo damno. V, 1785.

Luctus funebris. VI, 1159. Luctus mortuorum inutilis, nec jam licitus ostenditur. VI, 1159. Præceptum eos non lugendi. VI, 1164. Luctus clericorum perstringitur. VI, 1166. Luctus ergo vestes nigras deferre alienum est a Christiano. VI, 1166. Lugentes solandi modus per crapulam. VI, 1107. Lugeri nihil justius debet, quam animarum perditio. VI, 1068.

Lucus arboris. V, 1744.

Ludis addictorum terribilia exempla. II, 1145, 1144. Ludentibus luxuriose aliquam humanitatem impendens, peccati eorum fit particeps. V, 2002, 2004.

Lumen gloriæ. VI, 895.

Luna quarta decima in principio facta est. III, 2317, 2319. Facta est mane. III, 2322. Luna sole stante sub Josue, vel revertente sub Ezechia, pariter stetit vel revertit. III, 2175, 2187. Circa unam superstisiosæ observationes. VI, 1172. Luna si quando obscuratur, clamoribus velut a maleficiis aliqui se defensare confidunt. V, 2259. Lunæ cultores. III, 2278. Lunæ dies computant, non illam excolunt Christiani. III, 2278.

Luncinaria sanctis locis exhibere. VI, 1171.

Lupercianus episc. X, 1790.

Lupus Trecensis. X, 1753.

Lux divina qui cogitanda. VI, 1012. Lux increata hic a nemine conspici valet : a quibus quodam modo cernatur. VI, 922. Lucis invisibilis præstantia et necessitas. VI, 867, 878. Ejus augmentum postulatur. VI, 893. Lux interior hominis quantum pendeat a Dei præsentia. X, 1883.

Luxuria quid. VI, 1089, Luxuriantis animæ frenum quoddam est corpus exhaustum. V, 2030.

Lysias (Rhetor). I, 1448.

M.

Macarius. IX, 800, 801, 805, 838. Adversus Donatistarum violentiam se munire cogitur. IX, 800.

Macedonius in Trinitate admittit quid extraneum aut officiate alteri. VIII, 1214.

Macedoniani. X, 1735.

Machabæorum libri in divinum canonem non recepti. III, 2192. Machabæorum II. liber Scripturis accensetur. X, 1733.

Macharius mon. VI, 1104.

Macrobius, episcopus Donatista. IX, 805.

Magistrum unum esse. VI, 1024. Magistros nostros vocat Cœlestinus Papa sanctos Patres. X, 1757. Necnon omnes episcopos. X, 1756.

Magistratus. IX, 780, 807. Magistratus suppleto anno omnes actus suos domum suam tulit. IX, 781.

Magnificare dicitur duobus modis. V, 2131. Cantici *Magnificat* expositio. VI, 1137.

Magona, Minoricæ oppidum. VII, 823. Ibi Reliquiæ S. Stephani ab Orosio collocatæ. VII, 823.

Magi majores suos in avium substantia sæcula pervolasse fabulantes. III, 2164. Magica miracula. VI, 726.

Magi primitiæ Gentium. V, 2005, 2008. De extrema Æthiopiæ parte. V, 2150. Dicuntur reges. VI, 1318. Tres reges. V, 2018. Magi astrorum cursum non malevolentia speculabantur. III 2258. Traditione a Balaam accepta regem Judæorum natum intellexerunt. III, 2258. Magos de terra sua usque Jerusalem stella duce perrexisse qui existimant, Evangelio id firmare non possunt. III, 2194. Quid hæc stella, an stella simpliciter, an Angelus, an Spiritus sanctus. III, 2194. Sidus illud novum et singulare fuit. V, 2005. Biennio ante Christum natum apparuit. V, 2006, 2007. Magi Deum esse cognoverunt cui astra serviebant. V, 2015. Magis alia revelatione indicatum est, quod sideris luce tacite signabatur. V, 2003, 2008. Magorum munera quid significent. V, 2007, 2012, 2014, 2015, 2018. Eos in muneribus imitari quomodo debeamus, V, 2007, 2013, 2014, 2015, 2018.

Majorinus conjuratione factus episcopus. IX, 795. Quis fuerit, et a quibus ordinatus. IX, 775, 776. Ordinatus est a Silvano traditore. IX, 795. Illius ordinatores fuerunt schismatis auctores. IX, 775. Majorini pars libellum duplicem criminum Cæciliani Anulino tradit. IX, 778.

Malagma. V, 1739, 1788, 2219, 2348.

Malaxatio emplastri. V, 2202, 2203.

Maledictiones in Scripturis non optantis, sed prædicentis animo proferuntur. V, 2310.

Maleficia varia carpuntur. V, 2238, 2268.

Malina et Ledo, III, 2159.

Malum non est natura aut substantia. VI, 1018; VIII, 1142; X, 1874, 1878. Sed vel peccatum, vel pœna. VIII 1142. Mali naturaliter dicimus, quia nascimur in peccato VIII, 1142. Diabolus non est natura malus. III, 2217. Nihil in opere Dei malum. III, 2215. Malum abusive dicitur venenum, etc, III, 2215. Malæ nullæ res ex natura, sed ex malo usu. V, 1757. Malum non est qui amat, nec quod amat, nec amor quo amat, sed quod male amat. VI, 815. Malum omne natura non est, sed accidens defectu boni. X, 1639. Est privatio boni. VI, 775, 868. Privatio Verbi. VI, 868. Nihil est. VI, 868. Nihil aliud est nisi prævaricatio boni, dum aut inconcessa præsumuntur, aut concessa inordinate fiunt. III, 2215. Duplex est. VI, 773. Mali auctor et inventor diabolus. VIII, 1218. Malum natura non est, nec potest esse sine bono. VI, 738. Quomodo ordinetur. VI, 1018. Mali experimento evidentior sit notitia boni. VI, 750, 752. Malum pati quid sit. VI, 1020. Quidquid hic patimur, si potest vinci, tolerabile est; si non potest, proficit præmio citius eam

sequendo. X, 1882. Malum pati, et Malum esse multum distat V, 2153. Malum cavere non sufficit, nisi fiat et bonum. VI, 1040. Mala hic superare possumus, non fugere. V, 2272 Ab omni malo liberamur, cum a diabolo et angelis ejus separamur. VI, 1070. Malum summum. X, 1872.

Mali sunt amici et mallei, flagella et satellites diaboli. V, 1775. Malorum prosperitas quam timenda. V, 2522. Malos a bonis discedere non est mirum. IX, 792 Malorum cum bonis in omni professione est permixtio. VI, 777. Quatenus illi utiliter tolerentur. VI, 777. Malorum tolerantia in Ecclesia semper usitata. IX, 825. A malis secedendum mente, non carne; operibus, non corporibus. IX, 769. Non homines, sed hominum fugienda iniquitas. X, 1868. Malorum interitum optare quam iniquum sit. V, 2251. Agit Deus ut nec mali sint inordinati. X, 1860. Hi bonis quomodo serviant. V, 1759. Certius sibi nocent quam bonis. V, 1759. Sunt velut torcularia quibus boni tamquam uvæ et olivæ premuntur. V, 2249.

Mammarius, presbyter. IX, 790.

Manchinanus. III, 2152.

Mandata Dei scrutari nisi quieta mens non potest. X, 1861. Alia sunt communia, alia specialia. VI, 1216. Alia prohibent mala, alia imperant bona. II, 1109. Mandati cujuscumque contemptus, præcipientis injuria est. II, 1109. Ut universa generaliter compleantur, non ea in se, sed in his majestas imperantis adspicienda est. II, 1109, Mandatis suis Deus ex benignitate et præmia et minas adjecit. V, 2244. Mandatum Dei si timore fit pœnæ, non amore justitiæ, serviliter fit, non liberaliter; et ideo nec fit. X, 1880. Mandata Dei facilia et possibilia quo sensu Pelagiani dicant, quo sensu Paulus. X, 1694, 1705, 1704.

Mandatum vocatur lotio pedum. VI, 1212.

Manichæus foris Ecclesiam exortus. IX, 766. Se genium Spiritus sancti esse jactitat. VIII, 1146. Ejus liber Thesauri. VIII, 1141, 1143. Thesaurus est omnium turpitudinum. VIII, 1149. Epistola fundamenti. VIII, 1141, 1147, caput est omnium vanarum fabularum. Manichæus dicit duas esse naturas, unam bonam quæ fecit mundum, alteram malam de qua mundus factus est. VIII, 1153. Inducit principem gentis tenebrarum adversarium Deo pariterque ingenitum. VIII, 1141. Si ingenitus est, natura mali in multis convenit cum Deo. VIII, 1141. Manichæus ait regna Dei non posse concuti, et tamen inducit Deum timentem ne concutiantur. VIII, 1145. Partem substantiæ suæ a Deo datam dicit, quæ per omnia corpora permixta, revocari tota nequeat. VIII, 1143, 1144. Quam turpes et infames excogitet hujus partis liberandæ modos. VIII, 1144. Hæc pars est in calamitatibus, in captivitate, in subjectione. VIII, 1144, 1147. Deus est in luctu. VIII, 1143, 1144. Ipsius Deus ex necessitate et in sua substantia devoratus atque commixtus est, ubi ex parte tenetur, et ex parte in globo semper tenebitur. VIII, 1148. Quod refellitur. VIII, 1153. Manichæus Christum in carne venisse nescit. III, 2207. Ait, si caro erat Christo, virgo non fuit; si virgo peperit, phantasma fuit. V, 2197. Refellitur. V, 2197. Dicit principem tenebrarum cum sociis suis a Judæis passum ac crucifixum esse. VIII, 1147. Dicit Christum quotidie nasci, pati, mori, in cucurbitis, in porris, etc. VIII, 1148. Sic modo passionibus dæmonum, nunc passionibus olerum vult homines a peccatis liberari. VIII, 1148. Partem Dei in fructibus et herbis terræ principium, medietatem ac finem suum nosse dicit, in carne autem esse stultam; ideoque hominibus missum esse magistrum, non melonibus. VIII, 1149. Discipuli ejus tales dicunt esse animas porcorum, quales hominum. VIII, 1149. Manichæus docuit carnem nostram ex bono et malo compactam. VIII, 1220. Damnat primas nuptias. V, 2183. Nuptiarum aditus intercludit, et promiscue convenire hortatur. III, 2266, 2267. Dicit hominem non posse peccatum vitare. V, 2183. Dicit Electos suos, nec si velint, posse peccare. X, 1693. Illius de libero arbitrio sententia rejicitur. X, 1623.

Manichæorum duo principia. X, 1735. Manichæus non potuit non fateri animas propria voluntate peccasse. VIII, 1141.

Manichæus Hibernicus. III, 2176.

Superfluum quid sit, et quod nostrum non sit. V, 2263, 2268. Necessitatibus quod superest, non nobis proprie datum est. V, 2358. Superflua multa habere probabimur, si necessaria sola retineamus. X, 1866. Superflua in ornatus filiorum aut filiarum insumentes, quo bono se privent, cui periculo se exponant. V, 2336. Superfluis tuis sibi non eget Deus, sed ea sibi vult conservare. V, 2336.

Superi pro iis qui hic degunt. III, 2315.

Superioribus tria præsertim necessaria. VI, 1082.

Superius presbyter. IX, 799.

Superius stationarius. IX, 780.

Superstitiosæ observationes. V, 2235, 2239, 2268, 2269, 2270; VI, 1172, 1174. Superstitiosa observans diabolo sacrificat. V, 2272. Ac repudiato Christo cum diabolo pactum facit. V, 2272. Ex parte paganus est. VI, 1174. Hujusmodi hominibus nihil prosunt quælibet bona opera. V, 2270. Eis perit baptismi sacramentum. V, 2239, 2269. His opus est dura ex prolixa pœnitentia. V, 2240, 2269. Cum iisdem nullum habendum consortium VI, 1174.

Supplicia in primis cogitanda, ubi homo vivet durante pœna. VI, 1219.

Surgentius. IX, 787.

Sursum corda. V, 1891, 1912. Sursum cor ad se habere, superbiæ est; ad Deum, obedientiæ. X, 1872. Sursum cor ad Dominum, refugium; non ad Dominum, superbia. V, 2083.

Susanna castitate defensa. V, 2041.

Suscepti. X, 1654.

Suspendendus a fidelium communione pœnitens nullus, cui mors timetur. VI, 1158.

Suspicionibus locum non dandum. VI, 1220. Iniquum est eum ex suspicione reprehendere, cujus non videntur opera nisi bona. X, 1861. Suspiciosus amicitiæ non est idoneus. VI, 838, 841.

Syagrius vir illustris. X, 1790.

Sylvanus Deum præsumit solitarium. VIII, 1215.

Symbolum, latine collatio. V, 2190. A sanctis Patribus institutum secundum Apostolicæ institutionis normam. V, 1959. Pro Apostolorum numero duodecim sententiis comprehensum. VI, 1189. Qua ratione institutum tradant. VI, 1190. Quam quisque Apostolus sententiam in Symbolo dixerit. V, 2188. Symbolum est simplex, breve, plenum. V, 2190. Breve verbis, quam magnum et diffusum sacramentis V, 2191; VI, 1190. Ter repetitur, ut cum mysterio conveniat Trinitatis. V, 2190, 2192. Symboli verba, verba Dei sunt. X, 1656. Symbolum initio itineris aut operis dicere. VI, 1172. Symbolum et orationem Dominicam jussus reddit mortuus mox ad vitam revocandus. VI, 838. Symboli expositiones plures. V, 2183; VI, 1189.

Synagogæ typus in rubo Moysi viso. V, 1777, 1778. Synagogæ infidelitatem adumbrat Sara mortua. V, 1754. Synagogæ Ecclesia regnum rapit. V, 2113. Synagogæ cum Ecclesia altercatio. VIII, 1131.

Synodalia gesta amplectenda, quæ Apostolicæ sedis confirmavit auctoritas. X, 1762.

Synonyma et homonyma quid distent. I, 1421.

Syracusanorum episcopus Constantini epistola ad Synodum convocatur. IX 786.

T.

T. Littera crucis mysterium exprimit. V, 1817

Tabulæ lusus. V, 2225. Ludus furiosus. V, 2021, 2030. *Not.* (*b*).

Taciturnitas habetur pro consensu, sed non semper. V, 2040.

Tædiare. V, 1910.

Tarpeiæ Romanæ factum. VI, 1327.

Tatianus Prætectus præt. IX, 806.

Taurinus Comes. IX, 800, 838. An idem qui Silvester. IX, 801. *Not.* (*c*).

Templum Dei melius est corpus nostrum, quam quod ex lapidus constructum est. III, 2381. Templis visibilibus Deo pretiosiora sunt spiritualia. V, 2169. Canes in templa introducens flagris dignus judicaretur. V, 2345.

Tempore paulo prior mundus. VI, 995. Tempus potius a creatura cœpit, quam creatura a tempore. X, 1883. Temporum conditor sine tempore habet omnia. X, 1862. Ubi sine tempore simul sunt, quæ in tempore non simul fiunt. X, 1862, 1864, 1871. In sapientia Dei habentia efficaces causas. X, 1894. Tempora non sunt modo infeliciora superioribus. V, 1963. Temporum asperitas quantum prosit bonis. V, 2249.

Tenebræ a Deo factæ. III, 2320. Earum substantia. III, 2317. Ex substantia inferna. III. 2317. Tenebras ante lucem creatas ineptum est putare. III, 2322. Tenebræ, defectus luminis. III, 2322. In ipso sole deprehenduntur. III, 2322.

Tentationes variæ hujus vitæ. V, 2033. Tentatio duplex, divina et humana, mortalis et salutaris. III, 2299. Tentatio aliquando fit ad probationem, aliquando ad subversionem. III, 2393. Diabolus plus sævit adversus eos qui ab illo ad Deum deficiunt III, 2393; VI, 1173. Tentationes graviores esse solent imminente Paschate. V, 1775. His non inquietat diabolus nisi bonos. V, 1775. Cur Christus tentatus. V, 2394. Cur nos tentet Deus. V, 1871. Tentari nos Deus permittit, quia diligit. III, 2363. Tentationes utilitas. III, 2363. Quomodo prosit Dei servis, diabolo obsit. III, 2362. Sine tentatione non evenit fidelium profectus. X, 1877. In tentationem petimus non induci, quam ferre non possimus. V, 1908. Tentatio ea unicuique datur, cui cum laude resistere cum opprobrio cedere possit. V, 2297. Tentatio inaudita cujusdam monachi. VI, 1104. Tentationes non vincuntur, nisi Dei auxilio. X, 1757. Earum victoria non ex voluntate nostra, sed ex Dei victoria. X, 1709.

Tentator etsi modo deest publicus, non deest occultus. V, 2272. Tentatoris et artium ejus descriptio. VI, 877, 878, 879.

Terminatius. IX, 787.

Terra repromissionis, Maria. V, 1799. Item, homo ante

lapsum. V, 1811. Terra viventium et terra morientium. V, 1883. Terra nostra, caro nostra. V, 1741. Per baptismum fit terra viventium, quæ ante terra erat morientium. V, 1741. Terræ motus in Africa et Thracia. III, 2174.

Tertullianus corporeum omne a Deo non rejicit. VIII, 1214. Sentit aliquid ex Trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum. VIII, 1214. Post hanc vitam sperat quod ad cibum pertinet. VIII, 1218. Tertulliani liber adversus Judæos. III, 2243.

Testamenta duo duobus viris uvam gestantibus significata. V, 1799. Qui Christus in medio utrorumque. V, 1799. Veteris et novi typus in Joannis et Christi nativitate. *V.* Joannes. Testamenta duo, duæ mamillæ, unde sancti nutriuntur. III, 2417. Testamenti veteris ac novi unus est auctor Deus. III, 2381; V, 2006; VIII, 1175. Testamento veteri figurata, in novo videmus completa. V, 1762. Testamenti veteris mutatio prædicta et completa. III, 2241. Testamento veteri novum, velut aquæ vinum successit. V, 1919, 1920, 1921. Testamenti novi præcepta summatim collecta. VIII, 1150.

Testatoris voluntati ut in omnibus pareatur, leges habent. VIII, 1108.

Tethys. III, 2167.

Tetrare. X, 1623.

Theusius legatus ex concilio Carthag. IX, 812. Episcopus fuit et cæsus. IX, 814.

Theatrorum spectacula velut inquietæ conscientiæ solatia quæruntur, sed frustra. V, 2225. Theatrici, quamdiu agunt, a communione separantur. IX, 787.

Thebestina civitas. IX, 803.

Themistius eruditus philosophus. I, 1422.

Theodorus PF. P. IX, 807, 815.

Theodorus. IX, 787.

Theodorus Mopsuestenus Nestorium decepit. X, 1739. Dicitur Mausisteni cum primis quæstionem adversus catholicam de peccato originis fidem movisse. X, 1680. Theodori Mopsuesteni dicuntur qui Pelagii discipuli. X, 1772. Ille a Juliano conventus ac laudatus est, ut qui Pelagianam doctrinam confirmaret. X, 1739. Julianum ipsum damnavit. X, 1740. Ipsius Opus Mercator latine vertit. X, 1739.

Theodorus presbyter. X, 1849.

Theodorus, (rhetor). I, 1442, 1445, 1444

Theodori Judæi præcipui mira conversio. VII, 824.

Theodosius hær. VIII, 1217.

Theodosii lex in hæreticos ordinatores et ordinatos. IX, 806, 812. Alia quæ hæreticos jure testandi aut aliquid ex hereditate capiendi privat. IX, 806. Theodosius quinquies Consul. IX, 844. Consul sexies. VII, 809. Septimum Consul. X, 1714, 1715. Octavum Consul. X, 1727. Theodosio semper Augusto oblatum Marii Commonitorium. X, 1686.

Theodotus Antiochenus. X, 1689. Quo præsidente Pelagius damnatur. X, 1689.

Theophilus Alexandrinus. X, 1683.

Theophilus a Benevento. IX, 779.

Theriaca. V, 2201, 2207.

Thesaurizantium in sæculo, et thesaurizantium in futurum egregia figura. V, 1794. Thesaurus justi fides. V, 1842.

Thesis et hypothesis quid distent. I, 1441.

Thessalonica. X, 1687.

Thipasa Cæsariensis Mauritaniæ. IX, 803.

Thomæ fides mortua. V, 2072. Thomæ inquisitio, fuit universitatis instructio. V, 2063, 2064. In eo Dominus non dubitationis vitium, sed sollicitudinis instruxit affectum. V, 2063, 2064.

Thraciæ undecim urbes terræ motu subversæ. III, 2174.

Thurificati. IX, 774, 775.

Thuscis vir egregia forma natus. III, 2356.

Timasius et Jacobus adolescentes. X, 1722. Pelagii opera a sæculo conversi. IX, 1713. Augustini opera a Pelagii erroribus discedunt. X, 1713.

Timentis et amantis convenientia et discrimen. X, 1879. Timenti Christum, sed non amanti, fides est dæmonis. VI, 1190. Timendus sic Deus est, ut ab ipso ad ipsum confugiatur. X, 1886. Timor alius filiorum, alius servorum. V, 2314. Timor Dei repellit peccata, adjicit virtutes. V, 2314. Ideoque timorem expellit gehennæ. V, 2314. Timor pœnæ mandatum Dei quomodo non impleat. X, 1880. Timore qui non peccat, reus est voluntate. X, 1869.

Timotheus presb. de Pelagio et Cœlestino. X. 1683.

Timotheani confusas in Christo naturas volunt. VIII, 1213.

Tiniarum dies. VI, 1172.

Titi et Vespasiani in Judæos expeditio. V, 1827.

Tobis et Tobias. V, 1838, 1839. Tobiæ elogium. III, 2361.

Tolerare vitam. V, 2339. Tolerandos esse in Ecclesia malos, exemplo Noe ostenditur. V, 1953. Tolerantiæ necessitas et utilitas. X, 1867, 1869. Tolerantia malorum quatenus utilis. VI, 777.

Tonitruum contra odium. V, 1975. Contra avaritiam. V, 2263.

Tonsura innuitur. V, 2208.

Topazius quos signet. VI, 1230.

Torporis verba. VI, 1098.

Torquatus. III, 2176.

Tractoria Zosimi. X, 1730. Per totum orbem missa, ac subscriptionibus roborata. X, 1689. Tractoriæ singulæ in singulis episcopis datæ. IX, 785.

Traditio majorum de terra Chanaan. V, 1811. Traditio et regula veritatis Donatistas respuit. IX, 787 Fides a traditione commendatur. IX, 806. Orandum ut sancta patrum traditio integra maneat. V, 2181.

Traditores in Ecclesia catholica a Donatistis non potuerunt ostendi. IX, 770. Illis in ipsorum parte ostenduntur. IX, 768, 775. Traditionis ut et schismatis crimen ad principes Donatistarum pertinet. IX, 777.

Traducianum peccatum. X, 1739. Traducianus. X, 1730.

Trahuntur quotquot ad Christum veniunt, et trahendi variæ rationes. X, 1809, 1810.

Trecenti in Græca T. similitudinem crucis ostendunt. V, 1817.

Tribulationis in justis et injustis quam diversus effectus. V, 1845. Tribulatis quomodo Dei adsit misericordia. X, 1878. Tribulationis utilitas. V, 2249. Tribulationis igne indigent minuta justorum peccata. V, 1771. Hæc inde purgantur. V, 1844. Tribulatio evacuat nequitia, et implet gratia. X, 1876.

Trinacria tellus. X, 1685.

Trinitas sola est quæ omnem sensum excedit. VIII, 1188. Hoc mysterium non investigandum. VI, 1259. Nec Angeli investigare valent. VI, 1260. Aut scire possunt. V, 2173. A sæculis incognitum fuit. III, 2370. Trinitas quare non ab initio prædicata. III, 2280. A principio prædicata est, sed erat quasi sub velamine intelligentia ejus. III, 2387. Trina unitas, et una Trinitas Abrahæ visa. V, 1744. Abraham hoc mysterium intellexit. V, 1748, 1819, 1910. De eodem alii ante Christum et perpauci et parum quid senserunt. VI, 974. De Trinitate periculosa disputatio. V, 2173. Sabelliana ac judaica opinio. V, 2174. De Trinitate variæ hæreses notantur et rejiciuntur. VIII, 1213. In hoc mysterio quot sint quæ homo non capiat. VI, 979. Trinitatem nobis credere sufficiat. V, 2174. Trinitatis fides paranda, ut ad baptismum perveniatur. V, 1813.

Trinitatis unitas, et unitatis trinitas exponitur et probatur. VI, 974, 976. Trinitas in baptismo Christi se manifestam facit. V, 2011. Trinitatis expressio in verbis, *Ego rogabo Patrem*, etc. V, 2088. Explicatur fides de Trinitate. V, 2175 2176, 2178, 2180, 2181; VI, 891, 892, 909, 925, 967 *usque* 984; X, 1716, 1752. Trinitas sub initium non habet. III, 2567. Trinitatis una et incorporea est natura. VIII, 1190. Trinitatis substantia una. II, 1158, 1160, 1161. Indiscreta unitas. III, 2376. Trinitatis unitas. X, 1891. Unitas individua. VIII, 1129. Trinitas unitatis, et unitas Trinitatis. V, 2017. Trinitatis unitas et inseparabilitas in personis. VI, 924. 977. Trinitatis coæterna est et inseparabilis unitas. VI, 1195. Personarum coæternitas et proprietates ignis, ex quo splendor et vapor, similitudine illustrantur. VIII, 1160. Trium divinarum personarum æqualitas probatur. VI, 1016. Christi et Spiritus sancti eadem substantia. III, 2195. Totius Trinitatis eadem voluntas. III, 2196.

Trinitatis unita deitas non ex caritate concordiæ tantum, sed magis per hanc ipsam unitam deitatem. V, 2179. Una eademque Patris et Filii natura. VIII, 1198. Qualis non potest esse in homine, in quo pater a filio separatur. VIII, 1198. In Trinitate divina tanta est substantiæ unitas, ut æqualitatem teneat, pluralitatem non recipiat. X, 1878. Trinitas unus est Deus. X, 1894. Unus Deus, non tres dii. V, 2194, 2196. Trinitatem totam unius Dei appellatione veneramur. VI, 1209. Deum unum in Trinitate et Trinitatem in unitate credamus. V, 2092. Tres in una deitate personas negare, judaici erroris est; tres Deos existimare, gentilis impietatis. V, 2188. Patrem et Filium et Spiritum sanctum Deos dicens, et non Deum propter unam divinitatem, unum regnum, unam voluntatem, anathema. V, 2176. Pater, Filius et Spiritus, tres sunt, una vita. III, 2237. Tres dies, et unus dies. V, 1791. Pater, Filius et Spiritus sanctus unus Deus credantur, tres personæ, non tres substantiæ. V, 2014.

Trinitatis unam eamdemque substantiam fatemur contra Arium, ac tres personas expressas sui proprietate distinguimus contra Sabellium. V, 2181, 2182. Tres sunt personæ, una substantia; non tres essentiæ, aut tres dii. VIII, 1194. Trinitas unus solus verus et bonus est Deus. VI, 753, 769. Nec tamem idem est Pater, qui Filius et Spiri-

tus sanctus. VI, 769. Patris et Filii et Spiritus sancti una substantia, non una persona. VI, 754. Personarum proprietate sunt distincti, sed non naturarum diversitate discreti. VI, 754. *Ubi vide plura de hoc mysterio lucutenta, necnon.* VI, 769. Trinitatis propriæ tantum personæ distinctæ sunt. V, 2179. Maledictus qui secundum tres personas, tres in his vult esse divisas substantias, aut tria principia, aut tres Deos. V, 2179. Trinitatem in personis non distinguere, aut tres Deos colere Ecclesia impium judicat. VI, 975. Trinitatis distinctio et unitas. X, 1732. Pater et Filius et Spiritus sanctus non dividuntur in divinitate, sed in personarum qualitate. V, 2174. Dividuntur proprietatibus; sed natura sociantur. V, 2174. Semper substantia de individuis in pluralitate consistentibus, persona autem de individua rationali creatura prædicatur. VI, 1014. Trinitas est in gignente, genito, procedente. VIII, 1209. Pater, Filius et Spiritus sanctus appellativa sunt ac relativa nomina. VIII, 1209. Unicuique proprium nomen est Deus. VIII, 1209. Trinitas personarum in relativis nominibus, unitas naturæ in singularitate nominis significatur. VIII. 1209. In singulis conjunguntur Pater et Deus, Filius et Deus, Spiritus sanctus et Deus. VIII, 1209. In Trinitate non nomina tantum, sed nominum proprietates, hoc est personas, vel ut Græci exprimunt ὑποστάσεις, id est, substantias confitemur. VI, 979. Personarum proprietates quæ VIII, 1171, variis nominibus designantur. VI, 981. Ingenitus id ipsum est, quod genitus, sed non is ipse qui genitus. VIII, 1158. Idem communione substantiæ, alter proprietate personæ. VIII, 1159. Si substantiam quæris, ipsa Trinitas unus est Deus; si personam, alter est Filius. VIII, 1159. Pater et Filius non duo ingenita. VIII, 1159. Nec tamen Filius umquam initium habuit. VIII. 1159. Aut si initium habuit, tempus et locus fuere ante illum. VIII, 1159. Trium personarum in unitate tres gradus. III, 2369. Christus vicarius Patris est et antistes, Spiritus sanctus similiter quasi antistes, sacerdos appellatus est Dei excelsi. III, 2529.

Trinitas unum et idem summum bonum. VI, 827, 861. Quod est singulus quisque, hoc est tota Trinitas simul. VI, 861. Trinitatis singulæ quæque personæ plenus Deus, et totæ tres simul unus Deus. V, 1748. Persona unaquæque per se plenus est Deus. VIII, 1172. In Trinitate non minus aliquid aut majus. V, 2092. Et licet solus Pater non sit de alio, non est cogitanda aliqua disparilitas. V, 1893.

Trinitas inseparabiliter operatur. VIII, 1175. Ut in operibus, ita in personis inseparabilis est dicenda. VIII, 1175. Trinitatis opera communia. VI, 770. Trinitatis operationes, quæ singulis personis attribuuntur. VIII, 1185. Omnia ut sint habent ex Patre; ut rationabilia sint, ex Verbo; ut sancta, ex Spiritu sancto. VIII, 1185. Trinitatis opera inseparabilia, etsi Patri creatio, Filio redemptio, Spiritui sancto adscribatur sanctificatio. VI, 927. Trinitas tota filium viduæ suscitat. V, 1825. Tota operata est hominem, quem non tota Trinitas, sed sola Filii persona assumpsit. VI, 1195; VIII, 1196. Quomodo. VI, 1195. Qui Pater et Filius et Spiritus sanctus unum sint, nec tamen omnes sunt incarnati. V, 2196. Sed Verbum singulariter sit inhumanatum. VI, 1015. Cur Pater non mater, cur Filius non filia dicatur. VI, 1014. Dictum, quod Christus unus sit ex sancta Trinitate. X, 1778.

Trinitatis nomina, nomina sunt pietatis. VI, 820. Trinitatis in hominem beneficia. VI, 784. Trinitatis invocatio, qua de Deo digne credere ac sentire concedatur. VI, 967. Ejusdem explicatio et invocatio. VI, 820, 925, 927, 981. Trinitatis una et individua essentia illustratur exemplo lucis. VI, 1015. Solis et ignis. VI, 1321. Rursum solis, splendoris et caloris necnon venæ, fontis fluvii. VI, 1195. Item ignis et animæ. VI, 979. Trinitatis vestigia in animæ. VI, 783, 819. In ipsa est Trinitatis imago ac similitudo. VI, 805, 827, 1025. Trinitatis unitas et personarum discretio vocabulo *Pax* explicatur. VIII, 1210.

Tristitia duplex. VI, 1097, 1159. Tristitia nimia cur mortem operetur. VI, 1160. Tristitia de rebus sæculi vetita. VI, 1232. Tristitia melior est iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis. X, 1876.

Tripolitana. IX, 785.

Tubæ sonus quam vim habeat. V, 1815.

Tuentii scripta. X, 1756.

Tullius quid. I, 1417.

Tulta a verbo *tollo*. VI, 925. 967.

Turbantius. X, 1757.

Tysedi. IX, 804.

V.

Vacarianus. IX, 1244.

Vadianus Deum sentit corporaliter effigiatum. VIII, 1214.

Vaianensis episcopus. IX, 827.

Valentina Synodus de gratia. X, 792.

Valentiniani senioris constitutio laudatur. IX, 806.

Valentiniani minoris pater Constantius. X, 730.

Valentiniani III. constitutio adversus hæreticos, Judæos et Paganos. X, 750.

Valentinus. VIII, 1217 Christi carnem δόκησιν et imaginariam tantum fuisse vult. VIII, 1214.

Valentinus Vaianensis. IX, 827.

Valentinus fictus Carthaginensis episcopus. VI, 1336, 1339.

Valerius. IX, 797.

Valerius. X, 1737.

Vanitatis quædam species. I, 162.

Varanes Consul. IX, 815, 817, 827, 828, 842.

Vectigalia quando justa vel injusta. V, 1905.

Vectura deifica. V, 1988.

Venatio prohibetur die Dominico. V, 2275. Nec probandi qui ei per Quadragesimam dediti sunt. V, 2029. Venationes periculosæ. V, 2225.

Venator et auriga. II, 1109.

Venerius Mediolanensis. IX, 808

Venerius episcopus. X, 1755.

Venerius diaconus. X, 1779.

Venetia provincia. X, 1763.

Ventris ingluvies quid suadeat. VI, 1101. Quo plene superetur. VI, 1101.

Ventus quid. VI, 1009.

Verbosari. V, 2258, 2275, 2281, 2287.

Verbum unde dictum. I, 1411. Verbum, quasi vere bonum. VI, 1015. Quid sit. VI, 812. Ipsa est cogitatio. V, 2112. Verbum tripliciter intelligitur. VI, 1015. Verba principaliter dicunt Romani, quibus loquimur : proprie dicta sunt qua per modos et tempora declinamus. I, 1418. Verbum omne sonat. I, 1410. Signum est rei, ut res esse non desinat. I, 1410.

Verbum quid sit. I, 1410. Verbi quæri potest origo, vis, declinatio, ordinatio. I, 1411. Verbi originem quærere, res nimis curiosa, et non nimis necessaria. I, 1411. Irridentur a Cicerone Stoici, quod nullum verbum putent, cujus non certa ratio explicari possit. I, 1412. Verbi vis quid sit, et quotuplex. I, 1413. Alia est ad explicandum veritatem, alia ad servandum decorem. I, 1414. Verba alia simplicia, alia conjuncta. I, 1409. Verba quatuor modis accipimus. I, 1396. Verborum quinque modi. I, 1396, 1397. Verba neutralia cur dicta. I, 1397. Quædam ex abusu sic dicta. I, 1397. Sunt quasi semineutralia. I, 1401. Verba communia. I, 1399. Verba deponentia unde sic dicta. 1400. Verbi species neutro passiva dicta. I, 1401. Verba impersonalia. I, 1401. Inchoativa, frequentativa, desiderativa. I, 1402.

Verbi æterni generatio. VI, 812. Est ineffabilis. V, 2000. Ut eam cogitemus, omnia creata necesse est transcendamus. V, 2000. Verbo suo se Pater declarat. V, 1880. Verbum qui suum et non suum. VI, 975. Ex creandi virtute Deus ostenditur. VI, 975. Verbum Angelorum cibus. V, 2035. Verbum Dei cur diversis tam diversa agat, secretum est soli Deo notum. VIII, 1188. Quorumdam conversionem quodam modo extorquet. VIII, 1187. Conservantur omnia per Verbum per quod facta sunt. VI, 869. Verbi participatio omnibus tanta præbetur, quanto ei inhærent dilectionis affectu. VIII, 1190. Verbum Dei in Christo sicut ignis in ferro, in sanctis sicut calor ex eo prodiens. VIII, 1192. In Christo sicut substantia unguenti in vase, in aliis sicut odor ex vasis propinquitate acceptus. VIII, 1192. Quid sit a Verbo separari. VI, 868. Verbum Dei qui ad nos descendit, et profundum Paterni pectoris non reliquit. V. 2112. Qui semper apud Patrem, semper de Patre, semper cum Patre, semper in Patre. VI, 975.

Verbi Dei præclara fames. V, 2317. Verbi Dei prædicationem, quasi rem sibi jure debitam exigat a sacerdote populus. V, 2317. Illud negligentes audire increpantur. V, 1755. Verbum Dei libenter audiens inaures animæ de patria paradisi transmissas suscipit. V, 2320. Verbum Dei stando audiri solitum. V, 2319. Quando lectiones sunt prolixæ, rogat Cæsarius ut qui præ infirmitate stare non possunt, sedeant. V, 2319. Ac mulieres sanas arguit, quæ id etiam usurpant, maxime quæ in terra velut in lectulo jacent. V, 2319. Verbum Dei non minus est quam corpus Christi. V, 2319. Nec minus reus est qui negligenter illud audit, quam qui corpus Christi in terram cadere permittit. V, 2319. Verbum Dei pluvia et lumen est. V, 2284. Lumen et cibus est animæ. V, 2325. Verbum Dei manna. V, 1794. Sapit cuique prout vult. V, 1795. Peccanti fit vermis. V, 1795. Verbum Dei cordis fervore fovendum. V, 1853. Verbi Dei, meditatio cogitationes inutiles et lascivas excludit. I, 1461. Verbum quid quisque faciat aut patiatur, demonstrat. I, 1419. Verba bona ex Deo, mala ex diabolo. V, 1777.

Vermes cupiditatis. V, 1795.

Veritas omnium artium lex. X, 1896. Nec verbo nec ingenio quemquam uti sinit ad fallendum. VI, 1101. Fugit mentem quam non invenerit humilem. V, 2314. Veritatis cognitio quid. VI, 962. Veritatis, sicut lucis, omnibus est communis participatio. X, 1879. Veritates quasdam Scripturis non expressas, ratio detegit. VI, 1143. Veritatis nulla probatio major, quam virtus. III, 2287. Veritatis odium qui puniatur. X, 1874. Veritas ad correptionem superet volentem : nam et ipsa invitum superabit. X, 1876. Veris vinci magis expedit, quam vincere vera per falsa. III, 2328. Verum melius falso, licet malum verum pejus sit falso. VI, 995. Vera bonis ac religiosis magis placent etiam vitiosis verbis, quam falsa politis et ornatis. VII, 833.

Verus. IX, 787.

Vespasianus. III, 2243.

Vestimenticula. V, 2024.

Vestis candida clericorum in administratione sacrificiorum. X, 1704.

Vetulas facere. V, 2001.

Via Christi decurrenda duplicis caritatis pedibus, humilitate comite. V, 1874. Via ad salutem, caput et corpus, Christus et Ecclesia. VIII, 1130. Viam vitæ inire metuentes excitantur. V, 1956. Via vitæ angusta simul et ampla. X, 1860. Viæ artæ aut latæ nobis datur optio. V, 1874, 1878. De utrisque non carnis, sed cordis oculis judicandum. V, 1874. Viæ artæ Christus, latæ diabolus præest. V, 1874. Viæ latæ dulcedo brevis ac falsa, et pœna longa; secus artæ. V, 1874, 1876, 1878. Via lata ad infernum inferiorem, arta ad paradisum ducit. V, 1875. Via lata qui incedant, qui arta. V, 1876. Via regalis, lex Dei. VII, 1088.

Vicarius Africæ. IX, 789, 790. Vicariam præfecturam agens. IX, 780, 781, 789. Vicarius Præfectorum per Africam is dicitur. IX, 784. Qui Proconsul vocatur. IX, 780. Vicarii adjutor numerorum officii. IX, 816. Vicarii exceptor. IX, 816.

Victor qui interfuit Arelat. concilio. IX, 787.

Victor episc. IX, 791.

Victor episcopus, cæsus. IX, 814.

Victor Busiccadiensis, traditor. IX, 768.

Victor Garbiensis. IX, 775, 805.

Victor episc. Africanus in Sardinia exsul. X, 1779.

Victor alter item exsul. X, 1779.

Victor presbyter. IX, 793, 794.

Victor Samsurici fossor. IX, 794, 797. Artifex. IX, 797.

Victor Aufidii. IX, 794.

Victor fullo. IX, 795, 797, 798, 799.

Victor grammaticus. IX, 793, 797, 798. Ejus interrogatio de traditione a Silvano facta. IX, 793, 797.

Victor notarius. IX, 816.

Victorianus episcopus in Sardinia exsul. X, 1779.

Victorinus episc. IX, 791.

Victorinus episcopus. X, 1751.

Victorinus lector. IX, 795.

Viduarum tria genera. VI, 1045. Qualis debeat esse vidua Christi. VI, 1046.

Victus, incurvus senex. I, 1413. Rotarum lignum. I, 1413.

Vigilantius Sanctorum Reliquias negat honorandas. VIII, 1219.

Vigilandum semper, sed amplius in pace. V, 1852.

Vigilia quid. V, 1886. Vigiliæ enormes inordinatæque intemperantiæ arguuntur. II, 1115. Vigiliæ funebres. VI, 1009. Vigiliarum Christianarum fructus. VIII, 1117. Vigilias frequentare. V, 1977, 2019, 2022, 2029. Ut ad vigilias ante lucem in ecclesiam conveniatur. V, 2275, 2280. Qui tardius veniunt, increpantur. V, 2284. Ad vigilias conveniebant viri et mulieres, ac tum concio habebatur. V, 2320. Ad vigilias cum parvulis baptizandis, mulieres Quadragesima veniebant. V, 1751. Vigiliis pauperes et artifices diebus etiam non festis interesse innuitur. V, 2284.

Vigilii Tapsensis fragmentum ex lib. VI. de Trinit. V, 2178. Liber de unitate Trinitatis contra Felicianum. VIII, 1137.

Villa Dei, et villa hominis. V, 2326.

Vincentius in variis tormentis invictus. V, 2095. A Deo sanatur, et Angelicis hymnis recreatur. V, 2097. In molli strato positus moritur. V, 2097. Corpus ejus feris objectum corvus custodit. V, 2097. Lupus veneratur. V, 2097. Tum in mare projectum littori redditur. V, 2097.

Vincentius Consul. IX, 809.

Vincentius episc. IX, 816, 827.

Vincentianæ objectiones adversus doctrinam Augustini de prædestinatione. X, 1843.

Vinculorum Petri commendatio. V, 2123.

Vindemialis episc. X, 1790.

Vindictæ cupidus coërcetur. V, 2140. Quam periculose orat. V, 2034. Vindictam in se Dei provocat. VI, 1357. Dum vincere vult hominem, ab ira vincitur. VI, 1357. Qui recte illam vincat. VI, 1357. Si quis ad tempus vindicet, non acerbe neque cum sanguine, non peccat : melius tamen dimittit judici Deo. III, 2262, 2264. Vindicta cum Deo permittitur, acrius de inimicis supplicium sumitur. IX, 792. Vindictam quomodo expetant Sancti. V, 2155. Vindictam a sanctis viris in lege veteri de peccatoribus expetitam zelo et amore divino, non carnali odio. V, 2262. Vindictam rogantes Martyres quid petant. V, 1861. Vindicta roganda ad correptionem, non ad damnationem. VI, 1252. Ulciscitur se Ecclesia de inimicis, occidendo in eis errorem, suscitando fidem. V, 2349. Vindicat quodam modo invitus Deus. V, 1895. Vindicta cessat divina, si conversio præcurrat humana. X, 1876.

Vinum et juventus duplex incendium. VI, 1348. Vini usus Romanorum mulieribus incognitus. III, 2350. Vinum ad quid utile. VI, 1106. Vinum, medicamentum; plus justo sumptum, venenum. VI, 1106. Vinum Dominico die bibere liceat, senes compellantur. VI, 1236. Vinum quid mystice significet. V, 1919.

Violentia. Sine violentia fieri non posse ut quis recte vivat. V, 2112.

Vir a virtute nomen habet. V, 2292.

Virga est Principum. V, 1805. Virga Moysi qua ratione in serpentem versa. III, 2164.

Virgilius poeta. VI, 815. Nobilissimus poetarum. VI, 743.

Virgo sola potuit vulneri nostro medicinam parere. V, 1998. Virginei partus causa et miracula. V, 1985. Virginitatem Christus de Virgine nascens consecravit. VIII, 1146. Virginitas illum gestat in mente, quem Maria portavit in ventre. V, 1988. Virginitatis laus. I, 1458. Ejus præstantia. VIII, 1219. Virginitas numquam est nuda. V, 1992. Virginitas carnis, et virginitas animæ. X, 1865, 1866. Virginitas corporis non prodest sine integritate cordis. V, 2165. Virginitatis quam pretiosum donum, et qua cura servandum. V, 1980. Virginitas aurum est, cella fornax, conflator diabolus, ignis tentatio, caro virginis vas luteum. I, 1459. Virginitatis thesaurus irrecuperabiliter amittitur. I, 1459. Virginitas absque alienæ carnis consortio plerumque violatur. I, 1459. Virginitatis votum. II, 1105. Consecratio. II, 1112.

Virginum sæcularium et Virginum Christi ornamenta. II, 1116. Virginibus quæ vitia cavenda, quæ virtutes sectandæ. V, 1895. Virginis prima cura, primumque studium. II, 1105. Quantum ei familiaris esse debeat verbi Dei meditatio. I, 1461. Virgini multa traduntur utilia præcepta. II, 1109. Virgo Dominica sacraque recte vivendi præceptis instituitur. VI, 1108. Opponitur feminis laicis. VI, 1108. Virgo et sponsa Christi qui dici possit etiam conjugata. V, 2166. Virgines in interiori homine aut per baptismum aut per pœnitentiam effici possumus. III, 2457. Ex virgine antichristum nasciturum quidam fabulantur. VI, 1131. Virgo terra. V, 1993, 2051.

Vigultum est, quod ardendo non consumitur, sed purgatius redditur. III, 2163.

Virtus principaliter Deus. X, 1818. Animus non virtus, sed virtutis habitaculum. X, 1818. Virtutes civiles, purgatoriæ, et exemplares. VI, 729. Virtutes sacramentales. VI, 794. Virtutes animæ. VI, 794.

Virtutis ac disciplinæ discrimen. I, 1433. Virtus quid sit. VI, 782. Virtutum cœlestis quadriga. V, 2289. Virtutes quatuor cardinales. VI, 731. Qui anima his instruatur contra vitia. VI, 794. Virtutibus nativa est cordis possessio. V, 1811. Virtutes habeat anima per exercitium, quarum facultates habet per naturam. VI, 782. Virtutum semina naturaliter inserta Cassianus docet. X, 1817. Quæ beneficio Creatoris inserta sunt, eversa sunt prævaricatione primi parentis. X, 1818. Virtutum catena. VI, 1031. Bona, quæ singula inveniuntur in singulis, hic omnia in omnibus posse esse, falsum est. X, 1747. Virtutes nullus in hoc sæculo omnes habet. X, 1702. Virtutes medias esse Peripatetici dixerunt. I, 1438. Virtutes cum vitiis habitare non possunt. X, 1818. Virtus cum vitium suscipit, non a vitio, sed a virtute disceditur. X, 1827. Virtutes peccato, quod non videatur oppositum, qua ratione lædantur. VI, 1125.

Virtutum species in impiis est, non veritas. X, 1818, 1819. Virtus falsa etiam in optimis moribus infidelium. X, 1868. Virtus philosophorum bonitate caruit. VI, 1256. *Vide* Gratia. Gratiæ munus est omnis vera virtus. X, 1747. Virtutes non tantum auget, sed et donat gratia. X, 1819. Virtutes a vitiis liberas postulantis oratio. VI, 1076. Virtutum et vitiorum conflictus. VI, 1092. Virtutis cognitione qui didicit quam longe sit a virtute, non parum profecit. VI, 833. Virtuti elatæ præstat apud Deum humilitas infirma. VI, 854. Virtutes tres honeste vivere proponenti amplectendæ. VI, 1105.

Visa quædam usitata et humana. VI, 797, 798. Visorum corporum imagines mira celeritate anima in se format, non

visa corpora faciunt. VI, 798. Visa ex occasione Reliquiarum S. Stephani. VII, 807, 834, 835, 836, 838, 841, 846. Alia conversionem Judæorum præmonstrantia. VII, 824. Visionum tria genera. VI, 751, 796, 1028.

Visio Dei plena hominis beatitudo. VI, 895. Multa ejus nomina. VI, 1012. Visio beata Dei, ubicumque fit, ipsa est regnum cœlorum. VI, 1113. Visionis Dei ineffabilis suavitas. VI, 994. Quid Beatis conferat. VI, 996. Qualis in eis erit. I, 1474. Visio Beatorum triplex, corporalis, spiritalis, intellectualis. VI, 997.

Vita insensibilis terræ. III, 2171. Vita animæ. X, 1873. Vitæ corporeæ plures gradus, quibus vitam spiritalem imitatur. VI, 790. Vitam utramque nostram quam misericorditer dispensarit Deus. V, 2231. Vitæ spiritalis quatuor gradus. V, 1807. Vivendi recte magna nobis indita necessitas. VI, 876. Vivendi regula duobus versibus tradita. VI, 986. Vivere recte vere novit, qui recte novit orare. V, 1849. Vitæ malæ origo. VI, 764. Studia. V, 2209. Vitæ cognitio uno Honorii Augustodun. speciali libro tractatur. VI, 1005. Hic titulus ab ipso auctore signatur. VI, 1007.

Vita vera quis potiatur. X, 1616. Vitæ præsentis falsitas. VI, 1332. Vitæ æternæ et præsentis discrimen. VIII, 1129. Utriusque comparatio. VI, 1350, 1353. Vitæ hujus miseriæ. VI, 917, 955, 981, 982. Ejus labores lenit vitæ æternæ cogitatio. II, 1119, 1120. Quam utilis sit frequens illius cogitatio. VI, 917. Vitæ futuræ gaudia et supplicia numquam non meditanda. VI, 1061. Vitæ æternæ felicitas. VI, 917, 954, 958, 981, 1184. *Vide* Beati, Cœlum, Regnum. Vita æterna non in præceptis difficilibus, sed in bona voluntate sita. V, 1915, 1920. Ad eam per fidem rectam et condigna fidei opera perveniendum. VI, 927. Vitam mutare aliud est, alliud tolerare vitam. V, 2539. Ad vitam æternam pœnitentia disponit, Christus ducit. VI, 1147. Hospes hic, ubique Deus, si exceptus sit a nobis, nos excipiet post mortem. VI, 1149.

Vitalis. IX, 787.

Vitalis presbyter. X, 1700.

Vitalis notarius. IX, 816.

Vitium esse nec in summo bono potest, nec nisi in aliquo bono. X, 1871, 1874, 1884, 1885, 1896. Vitia omnia inimica sunt Deo. V, 2083. Vitium quid et quotuplex sit, et quando culpa. VI, 1189. Vitium est contra naturam. X, 1870, 1896. Vitia nobiscum ex parte nascuntur, ac deinde nutriuntur. V, 1742. Vitium omne in voluntate ponatur. V, 1936. Vitiorum fœdera majore ligantur glutino. X, 1761. Vitiorum et virtutum conflictus. VI, 1191. Vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. X, 1863. Vitia tria timenda. VI, 1354. Tria declinanda vitam sibi honestam proponenti. VI, 1105. Vitia nostra scalam facient, et elevabunt nos, si fuerint infra nos. V, 2082.

Vitulæ nobilis feminæ pietas. VII, 843.

Uncti non sunt apud Judæos, nisi sacerdotes, prophetæ, aut reges. VI, 1033. Unctio ex benedicto oleo infirmis obtinet sanitatem corporum et remissionem peccatorum. V, 2238, 2273.

Unionem accipit Sabellius Patrem et Filium. III, 2267.

Unitio personalis animæ cum corpore et Dei cum anima, explicatur. VI, 789.

Vocationis gratuitæ beneficium. VI, 853, 943. Quomodo non omnibus indultum. X, 1835, 1841, 1842. Vocantur æque omnes, qui verbum Dei audiunt. X, 1835, 1841. Cur ex his alter credat, alter non credat, id in hoc voluntatis aversio, in illo divinæ gratiæ præstat operatio. X, 1835. Opera in causa esse cur Deus alium vocet, alium non vocet. V, 1882.

Vocius. IX, 787.

Voluntas quid sit. VI, 729. Voluntate bona nihil ditius. I, 1465. Voluntas bona quam sit dives. V, 2248. Ipsa dicitur caritas. V, 2248. Illius valor ac meritum. VI, 962. Voluntas Isaac, ut viri justi, bona; si bona, cur non in benedictione Esau impleta. III, 2223. Velle bonum aliquando dat Deus, quod prohibet exsequi. X, 1816. Voluntas perfecta faciendi reputabitur pro opere facti. V, 2025. Voluntatis bonæ omnis motus a Deo est. X, 1758, 1759. Voluntas Dei est prima et summa causa omnium corporalium spiritaliumque motionum. X, 1864.

Voluntatis humanæ arbitrium gratiæ in omnibus subjiciendum. X, 1785. Voluntas bona sic propria hominis est, ut sit Deo inspirante concepta. X, 1817, 1827. Voluntas quando nostra, quando Dei dicenda. X, 1788. Voluntas in bonis est de gratia, in malis est intelligenda sine gratia. X, 1836. Labitur humano opere, stat ex divino munere. X, 1836. An voluntas Dei sit, ut ullus eorum qui dicunt, *Fiat voluntas tua*, aliquid contra se petat. X, 1848. Voluntate Dei non fieri, ut homines excidant a salute, a sanctitate, etc. X, 1846, 1848. Aut ut faciat homo voluntatem diaboli. X, 1845. Voluntas ea faciendi quæ vetat summa et intima veritas, primum animæ vitium est. X, 1896. Voluntas mala etiam punitur, cum potestatem accipit efficiendi quod cupit. X, 1863. Voluntatem Dei qui spreverunt invitantem, sentient vindicantem. X, 1850.

Voluptates sæculi somnio hominum ad metalla damnatorum comparantur. VI, 1200. Voluptatem genitalem solam excipit Julianus, quæ ad animi nostri non moveatur arbitrium. X, 1740. *Vide* Libido.

Volusianus Urbis præfectus, Constantinopoli legatum agens a Proclo baptizatur. X, 1730. Ei capitis intentatur discrimen, nisi Pelagianos urbe pellat. X, 1750. Edictum ipsius contra Cœlestium. X, 1751.

Votum Deo debitum. X, 1860. Non prodest extra catholicam Ecclesiam. X, 1860. Recte voveret nemo, nisi a Deo acciperet quod voveret. X, 1787, 1864. Voveamus Domino : dabit ille reddendi possibilitatem. V, 1978. Vota nostra Angeli nostri custodes Deo offerunt. V, 1979. Votum virginitatis. II, 1106. Voti continentiæ obligatio. VI, 768, 777. Vovet alius pallam, alius oleum aut ceram, alius abstinentiam a vino aut carnibus. V, 1978. Votum optimum morum, conversio. V, 1978. Voti hujus fructus. V, 1979.

Vox, sonus est index cogitationis, et quasi quoddam vehiculum verbi. V, 2112, 2115.

U.

Urbanus Caris. IX, 774.

Urbanus Formensis. IX, 803.

Ursacius Donatistis contrarius. IX, 802, 838.

Ursus rationalis Africæ. IX, 777.

Ursus ducenarius. IX, 816, 828.

Vulnerum Christi quam utilis recordatio. VI, 960

Uxores ducere sacerdoti non licet nec cum eis convenire. III, 2385. Nec solum ei, sed et ministro ejus concubitus non licet. III, 2386. Aliis etiam non licet die processionis. III, 2385.

Uzali patrata miracula meritis S. Stephani. VII, 833.

X.

Xystus Juliani fraudulenti, conatibus omnem aditum excludit. X, 1761. *Vide* Sixtus.

Z.

Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, et Ecclesiam significat. III, 2204. Zabule in quinto casu. I, 1469.

Zachæus non proprio motu, sed Dei Spiritu ad Christum venit. X, 1810.

Zachariæ patris Joannis pœna mysterio congrua. III, 2191.

Zama. IX, 781.

Zelus sanctorum iracundiæ expers ostenditur. V, 2263.

Zenonis superba doctrina. X, 1692, 1696. Modicum post corpus intervallum animam mori dicit. VIII, 1216.

Zentius episcopus. IX, 791.

Ziquenses. IX, 784.

Zizania in Ecclesia qui sint. V, 1881.

Zosimo datæ Pelagii ad Innocentium litteræ. X, 1715. Zosimus quam clementer cum Cœlestio egerit. X, 1749. Epistola ad Africanos, qua eum a se absolutum significat, nisi celatores illius eum intra mensem alterum falsi convincant. X, 1719. Altera ad eosdem, qua Cœlestium ac Pelagium falso accusatos declarat. X, 1721. Zosimus a Cœlestio illusus epistolam ei dat ad Afros benignitatis plenam. X, 1687. Mox ab Afris admonitus eum perdamnat. X, 1687. Zosimi epistola ad Africanos episcopos anno CCCCXVIII. missa. X, 1725. Zosimum quomodo alloquantur africani episcopi de necessitate gratiæ. X, 1723, 1808. Ab his ille admonitus, respondet se Cœlestii causam in eo quo dudum erat statu reliquisse. X, 1726. Zosimo præsidente Pelagius et Cœlestius a Dei sacerdotibus damnati. X, 1739. Zosimus fidem catholicam de peccato originis perspicue explicat. X, 1730. Africanorum Conciliorum decretis robur attexuit. X, 1731. Latius promulgavit decretum ab Innocentio adversus Pelagium scriptum. X, 1715. Ad detruncationem impiorum gladio Petri omnium dexteras armavit antistitum. X, 1831. Zosimi tractoria per totum orbem missa. X, 1696. Laudatur, quod in ea omnia vult ad Deum referri. X, 1731, 1738, 1775. Zosimus quanto tempore Romæ sederit. X, 1715.

Zoticus a Quintiano. IX, 779.

Zumurus presbyter. VII, 838.

LECTORI
PHILAUGUSTINO.

Divi Aurelii Augustini Scripta maximo semper in pretio fuere cunctis christianæ Fidei cultoribus, si eos excipias, qui suas in illis opiniones incassum quæsivere. Ea porro post Joan. Amerbachii, Joan. Frobenii, Theologorum Lovaniensium, et Monachorum florentissimæ quondam Congregationis S. Mauri amplissimas Editiones, post Jacob. Sirmondi, Joan. Bapt. Mari, Hier. Vignerii, Godefrid. Besselii Συμβολάς, atque adeo sub ipsum sæculi XVIII. finem novis accessionibus auctum iri, haud facile quis existimasset, quod homines illi doctissimi juxta, ac solertissimi nulli operæ in lustrandis Europæ Bibliothecis pepercisse viderentur. At vero relictum mihi post uberem messem spicilegium, ut in divinis donis, ita in parte felicitatis meæ repono. Neque enim nihil me de Christi Ecclesia mereri arbitror, qui tanti Doctoris voces, quibus ante mille trecentos, et quod excurrit, annos illa personuit, ab annis facile sexcentis pressas rursus excitem. Qua ratione istud evenerit, paucis accipe.

Absoluto priore Recensionum Volumine, quod Codices theologici argumenti pene mille Bibliothecæ Palatinæ Vindobonensi ad Caroli VI. Imperatoris tempora illatos complectitur, et modo sub prelo est, dum ad alterum Volumen Codices ab illis temporibus in hodiernam diem acquisitos complexurum aggredior, offertur mihi sub exitum Novembris anni proxime elapsi Codex ordine *Decimus*, in folii majoris membranis per duas columnas sæculo XII. non eleganter minus, quam emendate scriptus; quidquid enim prima manus aliquando etiam peccasset, secunda doctior quidem, sed tamen συγχρόνος solerter plerumque correxit. Inspicienti occurrit mox ad inferiorem oram primæ paginæ isthæc Nota : *Iste Liber est Congregationis S. Justinæ de Padua : deputatus in Monasterio S. Severini de Neapoli*. Legisti fortasse *L. I. Commentar. Lambecii*, edit. *Kollar. Supplem. col.* 763. anno MDCCXVII. Codices manuscriptos haud sane paucos Carolo VI. Imp. utriusque tunc Siciliæ Regi dono fuisse oblatos a diversis cœnobiis Neapolitanis. Atque hic continuo venit mihi in mentem Cl. Bernardi Montefalconii, qui, dum Sodales ejus Parisiis in edendo Augustino desudarent, itinere litterario in Italiam suscepto, anno MDCXCVIII. Octobri mense Neapolim appulerat. Consulo ejus *Diarium Italicum* Parisiis an. MDCCII. excusum cap. XXI. p. 319. *Antequam Neapoli discederemus*, ait, *Bibliothecæ Manuscriptorum Monasterii S. Severini sequentem notam excepimus*. Recitat mox Codices, et septimo loco : *Augustini Sermones quosdam, et Retractationes in Codice XII. sæculi*. En αὐτόπτου Codicem nostrum, cui et *Retractationes* insunt. Itaque vir ille celeberrimus aut solis Monachorum Severinatium indicibus usus, aut falso persuasus, nihil jam Augustini Sermonum superesse, quod Fratres suos fugisset, ne aperto quidem Codice, et illos hoc Auctario, quod saltem *Tomo XI.* adjicere potuissent, destituit, et mihi lampada, quod aiunt, tradidit, quam lubens accepto.

Non vero tecum hoc loco inquiram, Lector, qui fieri potuerit, ut Codex hic singularis tandiu delitesceret, neque te tenebo adminiculis illis, quibus ad detegendam, et extra dubium ponendam Γνησιότητα, et Ἀνέκδοσιν eorum, quæ ex illo profero, adniti oportuit, et sedulo adnisum est. Norunt illa Eruditi. Ad rem venio. Indicem Sermonum LVI. quem Codici Librarius præposuit, primum tecum communico. Videbis in illo Sermones ineditos editis mixtos decurrere. Ad quemvis editorum locum noto, quo in operibus D. Doctoris habetur, atque hic semper de editione Mauriana *Parisina* ann. MDCLXXXIX — DCC. intelligi cupio. Ineditos ut illico discernas, singulis numerum, quo se excipient, in margine astitui; quæ vero de iis observanda duxi, ad singulorum initia distuli. Atque en indicem.

I. *Sermo de Laude Cerei*. Capitulum primum.

II. *Item Ejusdem* (nempe Augustini) *in Vigiliis Paschæ*. Cap. II. *Alius Ejusdem in Die Paschæ*. Cap. III. Tomo V. Edit. Maur. Sermo CCXXVIII.

III. *Alius de Sacramentis in eodem Die*. Cap. IV.

IV. *Item Alius de eodem Die*. Cap. V.

V. *Item Alius in eodem Dei contra Arianos et Apollinaristas, maxime vero contra futuros Nestorianos et Eutychianos*. Cap. VI. *Alius ejusdem Diei*. Cap. VII. Tomo cit. Sermo CCXXVI.

VI. *Item Alius in eodem Die de Sacramentis Altaris ad Neophytos*. Cap. VIII. Tomo cit. ejus Fragmentum instar Sermonis CCXXIX. *Alius Ejusdem in eodem Die, de eo, quod Neophytis ante baptismum ex oleo sancto aures a Sacerdotibus et nares illinantur*. Cap. IX. Tomo VI. Append. col. 288. Secuti sunt Editores Jacob. Sirmondum, qui primus protulit, et Augustino detraxit, licet in Cod. Floriac. unde protulit, Augustino ascriberentur, et ejus nomine etiam ciarentur ab Ivone Carnot. et altero Cod. vetustiss. Remigiano, et hic, et sequentes duo. Adde, quod Codex noster eos in medio Sermonum genuinorum collocet. *Ejusdem de Mysterio et sanctitate Baptismatis*. Cap. X. Tomo VI. Append. col. 289. Vide quæ mox notavi. *Item Ejusdem de Unctione capitis, et pedibus lavandis*. Cap. XI. Tomo VI. Append. col. 291. Ut duo præcedentes.

VII. *Alius Ejusdem habitus in Festivitate paschali*

Cap. XII. *Alius Ejusdem secunda Feria Paschæ.* Cap. XIII. Tomo V, Sermo CCXXXIX. *Alius Ejusdem quartæ Feriæ.* Cap. XIV. Tomo cit. Sermo CCXLVIII. *Item quintæ Feriæ.* Cap. XV. Tomo cit. Sermo CCXLV. *Item Ejusdem de eodem die ad Sacramenta Altaris.* Cap. XVI. Tomo cit. Sermo CLXXII.

VIII. *Item Sabbati die.* Cap. XVII. *Item Alius in eodem die.* Cap. XVIII. Tomo cit. Sermo CCXXX. *Item Ejusdem in die Octavarum.* Cap. XIX. Tomo cit. Sermo CCXLVII. *Sermo Ejusdem de Ascensione Domini.* Cap. XX. Tomo cit. Sermo CCLXI. *Item Ejusdem de Psalmo* Confitemini Domino. Cap. XXI. Tomo cit. Sermo XXIX.

IX. *Alius Ejusdem de versu Psalmi centesimi septimi decimi.* Confitemini Domino, quoniam bonus est. Cap. XXII. *Altus Ejusdem de duobus temporibus, id est, vitæ præsentis et futuræ.* Cap. XXIII. Maurianis hic Sermo *Enarratio* est *in Psalmum* CXLVIII. adeoque legitur Tomo IV. col. 1672. sed productior; noster enim Sermo tantum illorum numeros 1.2.4.5. complectitur, neque id quidem sine multiplici discrepantia. Fieri potuit, ut S. Pater tardius totum Psalmum enarraret, postquam peculiarem jam Sermonem in ejus v. 1. habuisset.

X. *Alius Ejusdem de Alleluia principio Psalmi centesimi quadragesimi noni :* Cantate Domino canticum novum. Laus ejus in Ecclesia sanctorum. Cap. XXIV. *Item alius de versu Psalmi :* Emendabit me Justus in misericordia, *et de eo, quod Apostoli linguis omnium gentium loquebantur. Contra Donatistas in Pentecoste.* Cap. XXV. Tomo cit. Sermo CCLXVI. *Alius Ejusdem de natali sancti Joannis Baptistæ. Contra Donatistas, et omnes rebaptizatores hæreticos.* Cap. XXVI. Tomo cit. Sermo CCXCII. *Item de eodem natali sancti Joannis, ubi disputat etiam de verbis Zachariæ non credentis, et Mariæ inquirentis,* Quomodo fiet istud? *et de originali peccato pro quo parvulis Baptismum necessarium dicit.* Cap. XXVII. Tomo cit. Sermo CCXCIII.

XI. *Sermo Ejusdem de Responsorio Psalmi centesimi tricesimi primi :* Paravi lucernam Christo meo, *ubi multum etiam de Trinitate disputat.* Cap. XXVIII. *Loquimur Charitati Vestræ.*

XII. *Sermo Ejusdem in Vigiliis Apostolorum.* (Nempe Petri et Pauli). Cap. XXIII. *Alius Ejusdem in natali Apostolorum, ubi contra memoratos hæreticos disputat de adjutorio gratiæ Dei.* Cap. XXX. Tomo cit. Sermo CCXCVII.

XIII. *Alius Ejusdem de natali sancti Laurentii, ubi per occasionem redarguit quosdam, qui seditionem commoverant a saltatu prohibiti.* Cap. XXXI. *Sermo Ejusdem habitus Carthagine ad mensam beati Martyris Cypriani, de ejus Natali.* Cap. XXXII. Tomo cit. Sermo CCCIX. *Alius Ejusdem in eodem die.* Cap. XXXIII. Tomo cit. Sermo CCCXII.

XIV. *Item Ejusdem in eodem die.* Cap. XXXIV.

XV. *Alius Ejusdem in eodem die.* Cap. XXXV.

XVI. *Alius Ejusdem in Natali sanctorum Martyrum, Scillitanorum, Sperati, et sociorum ejus.* Cap. XXXVI.

XVII. *Alius Ejusdem in Natali sanctorum Machabæorum, ubi docet, quid etiam significetur in Turre ædificanda, et sumptibus præparandis, vel in Rege, qui cum decem millibus occurrit illi, qui habet viginti millia.* Cap. XXXVII. — *Alius Ejusdem in Natali plurimorum Martyrum de eo, quod in Evangelio Dominus dicit :* Si quis vult post me venire, neget se ipsum. Cap. XXXVIII. Tomo cit. Sermo CCCXXX. — *Alius Ejusdem de versu Psalmi :* Beatus vir, quem tu erudieris, Domine, *et maxime de eo, quod dicit Apostolus :* Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent morti. *Contra Manichæos, et Pelagianos.* Cap. XXXIX. Tomo cit. Sermo CLIII. In Codice nostro folium excidit, unde abrumpitur in verbis : Quia mortuum, est dixit, absconditum latet : non ap... — *Alius Ejusdem de originale Peccato, et de lectione Apostoli :* Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, etc. *Contra Pelagianos.* Cap. XL. Tomo cit. Sermo CLIV. In Codice ob folium mox memoratum incipit ἀκεφάλως; tuorum neque nubent, neque uxores ducent. Non enim incipient mori, etc. — *Alius Ejusdem de lectione Apostoli ad Romanos ab eo loco, ubi dicit :* Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem legi peccati. *Contra Pelagianos.* Cap. XLI. Tomo cit. Sermo CLV. — *Alius Ejusdem de lectione Apostoli, ubi dicit :* Ergo, Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. *Contra Pelagianos et philosophos Stoïcos, et Epicureos.* Cap. XLII. Tomo cit. Sermo CLVI. — *Sermo Ejusdem de lectione Apostoli :* Humanus sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in mundum, etc. *Contra Pelagianos, Nestorianos, et Eutychianos.* Cap. XLIII. Tomo cit. Sermo CLXXIV.

XVIII. *Alius Ejusdem de eo, quod dicit Apostolus :* Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, etc. Cap. XLIV. — *Alius Ejusdem de lectione Apostoli ad Philippenses :* Nos sumus circumcisio, quia spiritu Dei servimus, et gloriamur in Christo Jesu, etc. *Contra Pelagianos.* Cap. XLV. Tomo cit. Sermo CLXIX.

XIX. *Sermo Ejusdem de lectione Apostoli, ubi ait :* Supereminentem viam vobis demonstro. *Contra Donatistas.* Cap. XLVI.

XX. *Alius Ejusdem de Responsorio* (Psalmi) *tricesimi octavi :* Exaudi, Deus, orationem meam, et precem meam Domine, *et de Muliere in adulterio deprehensa.* Cap. XLVII.

XXI. *Item alius de Responsorio Psalmi tricesimi secundi* Exultate, justi, in Domino. Cap. XLVIII.

XXII. *Alius Ejusdem de Responsorio Psalmi quinquagesimi primi :* Speravi in misericordia Dei in æternum. Cap. XLIX.

XXIII. *Item alius de versu Psalmi centesimi quadragesimi quinti :* Laudabo Dominum in vita mea Cap. L. — *Alius Ejusdem, ubi Domini verba ad Nicodemum loquentis exponens de originali peccato.* Cap. LI. Tomo cit. Sermo CCXCIV.

XXIV. *Item alius de Evangelio, ubi de Divite et Lazaro mendico refert.* Cap. LII. — *Alius Ejusdem de Evangelio :* Nisi manducaveritis carnem Filii hominis. *Contra Pelagianos.* Cap. LIII. Tomo cit. Sermo CXXXI. — *Item alius, unde supra.* Cap. LIV. Tomo cit. Sermo CLXIII. — *Alius Ejusdem de Evangelio, ubi dicit :* Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis. Cap. LV. Tomo cit. Sermo CXXXIV.

XXV. Sermo *quinquagesimus sextus*, et ultimus, quanquam eadem manu, qua præcedentes, exaratus, omissus est in Indice, cui subscriptum : *Expliciunt Capitula.*

Jam cætera, quæ præfari visum est, hæc sunt. Sive Sententias sacrorum Librorum expositas, sive rationum, et argumentorum momenta, sive ipsos loquenti modos spectes, multa reperies in his Sermonibus, quæ in aliis Augustini Scriptis diu notis occurrunt. Visa sunt illa nempe, S. præsuli cum primis efficacia, et opportuna, quæ auditoribus, lectoribusve suis identidem inculcaret; atque ejusmodi iterationum exempla in ipsis jam olim impressis præsto sunt, neque in tanto Operum numero ab homine uberrimi etiam ingenii prorsus caveri possunt.

Emendandi licentia etiam tum pudentissime mihi sumpta est, cum manifesta Librarii παροράματα invitabant. Optandum tamen mihi esse intelligo, ut excussis denuo Bibliothecis vetustiora Sermonum meorum reperiantur Ἀντίγραφα, e quibus vacillantia firmari, intrusa detegi, conjecturæ meæ, aut everti, aut approbari queant. Et fortasse Tomus alter, Palatino nostro geminus, alicubi cum umbris luctatur, qui selectos Sermones per reliquum anni tempus, illisque pariter ἀνεκδότους quosdam admixtos complectatur.

Insunt in Codice præter Sermones, quorum Indicem exhibui : *Enarratio Augustini in Psalmum CXVIII.* constans Proœmio, et Sermonibus XXXII. quæ habetur Edit. *Maur. T. IV. col.* 1277. item *Libri II. Retractationum* Ejusdem, ut Edit. *cit. T. I. col.* 1. quarum vero membranæ a *L. II. c.* 24. excidere; demum *Commentaria in Evangelium Marci*, olim Hieronymi credita, hic ἀκέφαλα, a Cl. Vallarsio autem in *T. XI. Opp. Hieronymi* ad *col.* 783. rejecta. Atque hæc Opera ideo enumeranda censui, quod ad perficiendum eorum contextum Codex iste a nemine hactenus, ut patet, consultus, aut adhibitus fuit.

Editionem hanc, quantum licuit, aptare *Maurianæ* conatus sum, ut S. Patris Operibus eo commodius in Bibliothecis adjungi queat.

Demum, dum *insanientis Sapientiæ Consulti* quidam Scriptis suis nihil non agunt, ut veterum Ecclesiæ christianæ Doctorum fidem, et auctoritatem elevent, ego λείψανα hæc Scriptoris, *quo*, teste Erasmo, *orbis christianus nihil habet vel magis aureum, vel augustius*, piorum et eruditorum sacræ Antiquitatis amatorum judicio commendo, meque ad repetendos, quorum in principio memini, labores in Bibliothecam Palatinam abdo.

SANCTI AURELII
AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
Sermones inediti.

SERMONES
ADMIXTIS QUIBUSDAM DUBIIS.

SERMO I.

De Cereo Paschali (a).

SYNOPSIS.

I. Attentos reddit. II. Cereus imago Justi, et Christi. III. Apis imago Justi, Favus Scripturarum. IV. Samson leonem trucidans Figura Christi.

1. Deo et Domino nostro omnipotenti, visibilium atque invisibilium creatori honorem deferens orationibus vestris juvandum me credo, ut, quod in laudem

(a) In Codice *fol.* 1. *p.* 2. inscriptus : *Sermo sancti Augusti ep. In Sabbato Sancto.* Videant Eruditi. Ego minus fidenter Augustino tribuo, motus concisis illis comparatiunculis, ipsoque stylo, quamvis non obstaret temporum ratio; veteres enim Liturgi divulgati hujus Ritus Zosimum Papam anno 418. defunctum auctorem faciunt, secuti, ut videtur, Librum Pontificalem, in quo legis : *Per Parochias concessit licentium benedicendi Cereum paschalem.* Addit Amalarius *L. I. de eccl. Offic. c.* 18 *Romanis ita agentibus, nobis quoque præceptum est a Papa Zosimo benedicere Cereum.* Potuit igitur præceptum istud Ecclesiæ Gallicanæ datum

et gloriam indulgentissimi creatoris dicere suscepi, non tam meis viribus, quam ipsius Domini misericordia adjuvante explicare sufficiam. Adeste itaque nunc intenti, dilectissimi fratres, ut primo de cordibus vestris carnalibus cogitationibus, quasi nocturnis tenebris, discussis, et in cubiculis conscientiarum Christi lumine accenso ea, quæ vobis Dominus per nostrum famulatum ministrare dignabitur, non solum aure percipere, verum etiam mente possitis.

II. Cereus nocturnum lumen est, et homo justus tenebrosi hujus mundi lumen est. Dicit Dominus ad eos, quos ipse justificat : *Vos estis lumen mundi* (*Matth.* v. 14). Tria conspiciuntur in Cereo : Cera, Papyrus (*a*) et Flamma. Et in homine justo tria sunt : Caro, Anima et Sapientia. Flamma illuminat, papyrus accenditur, ceræ tenacitas solvitur. Sapientiæ doctrina animum tenet, carnis duritia superatur. Flamma urit, papyrus uritur, guttas cera distillat. Sapientia docet, anima dolet, caro lacrymas fundit. Flamma fulget superius, papyrus commutatur interius, cera currit exterius. Sapientia sublimiter prædicatur, anima latenter convertitur, caro visibiliter cooperatur. Cerei laudatur pulchritudo per diem, honoratur claritudo per noctem. Sic ostendit nobis columnæ illius imaginem, qua duce populus Israel ambulans per desertum non permittebatur errare. Apparebat enim eis nubis columna per diem, ignis columna per noctem (*Exod.* XIII, 21. *et Num* XIV, 14). Dies significat securitatem in hoc sæculo, et nox tribulationem in hoc sæculo. Hic est dies, de quo Propheta cantat et dicit: *Per diem mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte declaravit* (*Psal.* XLI, 9). In hac carnali vita Dominus Christus veniens non ostendit claritatem suam, sed mortali carne velatus, tanquam nubis columna, in eremo apparuit. Cum autem finis sæculi venerit, quo omnium visibilium gaudia subtrahentur, tunc ipse Dominus sine mortalitatis aliquo velamento clarus et splendidus, tanquam ignis columna, fulgebit. Columna ignis ardet, et lucet. Quod ardet, potestatis est : quod lucet, honoris. Quod ardet, judicat ; quod lucet, illuminat. Quod ardet, pœna est impiorum ; quod lucet, beatitudo justorum.

III. Sed nos proprie Cerei nomen oportet edicere, quod ad sacramentum tantæ hujus celebritatis pertinet. Manu gerimus, oculis intuemur, corde conspicimus, ore laudamus. Ceræ artifex apis est, de qua Scriptura sic dicit (*a*) : Vade ad apem, o piger, et disce, quam operatrix sit. Opus autem quam sanctum habet, cujus labores reges et mediocres ad sanitatem assumunt sibi. Grata est illa omnibus, et gloriosa, et, cum sit viribus infirma, sapientiam honorans provecta est. Quid nos (*b*), Christe, memoras ? Quid in ape jubes intueri ? breve animal est, et volatile. Quia humilitas exaltatur. Duabus lucidissimis pennis volat. Et quid luminosius charitate ? Et duo sunt præcepta charitatis, ut diligamus Dominum, diligamus et proximum, per quæ, veluti duas alas, ad cœlum justus attollitur. Operatur illa dulcedinem, habet justus in ore veritatem, quoniam clamat Dominus *Ego sum via, et veritas, et vita* (*Joan.* XIV, 6). Clamat et Propheta : *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (*Psal.* XXXIII, 9). Amant apes regem suum, amant justi Christum suum. Apes fabricant favos justi operantur Ecclesias. De floribus illæ colligunt divitias suas, sic omnes justi pulchritudines Scripturarum, per quas intelligitur et honoratur Deus ; ipsa sunt florentia prata justorum. Sine libidine apes generant filios, generant et justi casta Evangelii prædicatione Christianos. Paulus enim filios suos alloquebatur, cum diceret : *Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres ; nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui* (1 *Cor.* IV, 15). In favo tria sunt : Cera, Mel, et Pullus. Et in Ecclesia tria sunt : Scriptura, Intellectus, Auditus. Sicut mel cera concludit, sic intellectum Scriptura custodit. Sicut pulli nidus in cera est, sic in Scriptura pectus auditoris. Sicut foramina favorum, qui adhuc pullos habent, mel nondum habent, sic secreta Scripturarum, prius quam intelligantur, fidem continent parvulorum. Sicut apis pullus, posteaquam volaverit, melle implet receptacula ceræ, in quibus nutritus est, sic fideles parvuli, cum in fide creverunt, et pennis charitatis se regere cœperint, munimenta Scripturarum, quarum veneratione custoditi sunt, pleniora efficiunt, et majori veneratione custodiunt. Sicut, favi dum exprimuntur, mella fluunt, vasa suscipiunt, sic Legis et Prophetarum scripta passio Domini expressit, cognitio manavit, corda spiritualium susceperunt. Sicut post mellis expressionem signis imprimendis aptior est cera sine sapore gustantis, sic populi Judaici regentes in lege et prophetis Sabbata et Circumcisionem, Neomenias et Azyma, et cætera horum similia, velut amissa legis dulcedine, sola signorum vestigia, tanquam ceram sine melle tenuerunt.

IV. Sed favus multo evidentior (*c*), cera, mel et examen Ecclesiæ sacramenta, fœcunditatisque bona opera significant. Quapropter admonet me Scriptura, ex libro Judicum, aliquid etiam de illo favo dicere, qui in ore leonis mortui inventus est. Cum enim Samso

(*a*) Lapsus videtur memoria Auctor apem formicæ, *Prov.* VI, 6. substituens. Paulo infra tamen ad *Eccli.* XI, 3. alludit.
(*b*) Error Librarii pro *Nobis*.
(*c*) Lege *evidentius*.

etiam ad Africanam permanasse, cum Canon Concilii Tolet. IV. celebrati anno 633. Ritum hunc *per multa terrarum loca* in usu esse asserat. Accedit, quod Cerei Benedictio : *Exultet jam angelica turba*, etc. in Sacramentario Gothico et Gallicano Augustino tribuatur, *cum adhuc diaconus esset*, et ipse S. Doctor *L. XV de Civ. Dei cap.* 22. versiculos citet a se *in laude quadam Cerei* compositos. Verum an his paschalis ? Certius est, *Epistolam ad præsidium* de Cereo paschali olim Hieronymo tributam, et a Vallario in *T. XI. p.* 151. rejectam Augustini tempora propius contingere, cui deinceps Ennodii Ticin. *Benedictiones Cerei II.* Flori Drepanii *Hymnus*, et alia successere monumenta, quæ Ritus hujus antiquitatem confirmant. Vide, quæ in hanc rem *t. II. vet. Liturg. Alem. Disq. VI. c.* 1. congessit cels. Mart. Gerbertus S. Blasii Abbas Princeps, quem honoris, doctrinæ, et amicitiæ causa nomino, cuique *Appendicem* hanc *Augustinianam* imprimis cupio commendatam. Si qui pro Augustino pronuntiaverint, Sermonem hunc Editioni *Maur.* post *Sermonem CCXXIII.* inserere poterunt.
(*b*) Pro facis seu candelæ ellychnio. Confer Gloss. Ducangii v. *Papyrus*.

ille fortissimus ad desponsandam iret uxorem, catulus leonis obviam illi factus est in itinere, quem tanquam hœdum arreptum necavit, et in nihilum facta est in manibus ejus tantæ bestiæ fortitudo (*Judic.* XIV). Perrexit quo intenderat, desponsavit uxorem, discessit. Rediens divertit cadaver leonis inspicere. Tunc invenit congregatas apes favum mellis in ore leonis mortui fabricasse. Sacramentum hoc magnum est ; res autem breviter a nobis huc usque narrata pro qualitate temporis suffecerit. Jam nunc, fratres, quantum potestis, attendite. Quid Samson, quid leo, quid favus ille significat? Quantum Dominus suggesserit, explicabo. Ipse namque Dominus Jesus Christus pulchritudine mirabilis, fortitudine potentissimus Ecclesiam scilicet ex gentibus convocatam tanquam alienigenarum filiam, venit, ut desponsaret uxorem. Cui Ecclesiæ loquebatur Apostolus, cum diceret : *Desponsavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (2 *Cor.* XI, 2). Catulus leonis hic mundus est, dilectores hujus sæculi, filius diaboli, populus impiorum, cujus furor ausus est obviam ire, et resistere Domino, quoad salutem credentium, evangelicam prædicationem præpediret. Fremebat enim gentilis furor per reges, et potentes hujus sæculi, et veluti a patre diabolo inflammatus contra Evangelium Dei, quasi catulus leonis, ardebat, sed tam diu fremuit, donec ad manus viri fortis veniret. Perseverans autem Martyrum fides totam sævitiam gentium, et acerrimos persecutionis impetus fregit. Talibus enim vere fortissimis membris Dominus Christus sæculum vicit, cujus immanem superbiam cum per omnem orbem terrarum nunc videamus extinctam, quis non lætus aspiciat jacere super terram catulum leonis occisum ?

SERMO II.

In Sabbato sancto (*a*).

SYNOPSIS.

I. Deus creavit omnia per Filium. II. Manifestatio Filii per incarnationem. III. Trinitatis Mysterium. IV. Mentis humanæ existentia demonstrat existentiam Dei. V. Genuina Dei notio, et in ea spes immortalitatis nostræ.

I. Multas divinas lectiones audivimus, quarum profunditati parem sermonem nec nos valemus (*b*), nec vos capitis, si valeamus. Quantum ergo Dominus donat, loqui volumus Charitati Vestræ de ipso capite Scripturarum, ubi cum legeretur, audivimus, quia *In principio fecit Deus cœlum et terram* (*Gen.* I. 1). Attendite et cogitate, quis fecerit ; sed scio non posse vos cogitare, quis fecerit. Cogitate, quid fecerit, et laudate, qui fecit. *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Ecce, quæ facta sunt, in promptu sunt, cernuntur, delectant. Opus patet, Artifex latet, quia et, unde videtur, patet, et unde amatur, latet. Quando ergo mundum videmus, et Deum amamus, melius est utique, unde amamus, quam unde videmus. Oculis videmus, mente amamus. Ergo mentem oculis præponamus, quia et melior est, quem de occulto amamus, quam opus ejus, quod de aperto videmus. Quæramus ergo, si placet, quando Deus tantam molem fecit, quibus machinis fecit ? Machina facientis verbum est jubentis. Quid miraris ? Opus est Omnipotentio. Si ergo quæris, qui fecit ? Deus fecit. Si quæris, quid fecit ? Cœlum et terram fecit. Si quæris, per quid fecit ? Per verbum fecit, quod non fecit. Verbum, per quod factum est cœlum et terra, ipsum verbum non est factum. Si enim factum est, per quid factum est ? *Omnia per ipsum facta sunt* (*Joan.* I, 3). Si quæcumque facta sunt, per Verbum facta sunt, procul dubio Verbum factum non est, per quod omnia facta sunt. Denique narrator operum famulus Dei Moyses : *In principio*, inquit, *fecit Deus cœlum et terram.* Per quid fecit ? Per verbum. Numquid et verbum fecit ? Non. Sed quid ? *In principio erat Verbum* (*Ibid.* 1). Jam erat, per quod fecit; ideo, quod non erat, fecit. Possumus intelligere, et recte intelligimus in ipso unigenito Verbo factum esse cœlum et terram. Per quod enim facta sunt, in ipso facta sunt. Potest hoc esse et intelligi principium, in quo fecit Deus cœlum et terram. Ipsum enim verbum est et sapientia Dei, cui dicitur : *Omnia in sapientia fecisti* (*Psal.* CIII, 24). Si in sapientia Deus fecit omnia, et unigenitus ejus Filius procul dubio est Dei sapientia, non dubitemus in Filio facta esse, quæ per Filium facta esse didicimus. Nam ipse Filius est profecto principium. Interrogantibus quippe Judæis, et dicentibus : *Tu quis es ?* Respondit : *Principium* (*Joan.* VIII 25). Ecce *In principio fecit Deus cœlum et terram.*

II. Jam vero cætera, sive cum digeruntur et disponuntur, sive cum ornantur, sive cum ea, quæ facta non erant in cœlo et in terra, creantur, dicit Deus et fiunt. *Et dixit Deus : Fiat, et factum est* (*Gen.* I, *sæpius*). Et sic per singula opera : *Dixit et factum est ; Ipse dixit et facta sunt* (*Psal.* XXXII, 9). Qua lingua dixit? Ut quis audiret, dixit? Non semper lacte nutriamur. Erigite nobiscum mentes ad solidum cibum. Nemo Deum cogitet sicut corpus, nemo Deum cogitet sicut hominem, nemo Deum cogitet sicut Angelum, quamvis patribus sic apparere dignatus sit, non per ipsam substantiam suam, sed per subjectam sibi creaturam suam : non enim aliter humanis visibus invisibilis appareret. Quæramus, quid in nobis est melius, et inde conemur attingere, quod est melius omnibus. Quod est in nobis melius, mens est. Quod est omnibus melius, Deus est. Rem meliorem quid quæris re deteriore? In te corpus inferius est, quam mens; in rebus nihil melius, quam Deus. Erige, quod est in te melius, ut attingas, si potueris, ad eum, qui est omnibus melius. Nam et ego, cum loquor, mentibus loquor. Visibiles quidem facies et ipse corpore visibilis cerno; sed per id,

(*a*) In Codice *Fol.* 2. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. in Vigiliis Paschæ.* Sublimis, et auctore suo dignissimus, Mundi creationem, Incarnationis et Trinitatis Mysterium, Existentiam et Naturam Dei, nostræque immortalitatis spem exequitur. Locandus in Editione post *Sermonem CCXVIII.*

(*b*) Supplendum fortasse : *exhibere, proferre.*

quod video, alloquor, quod non video. Gero intus verbum corde conceptum, et volo in auribus tuis parere. Quod corde concepi, volo tibi dicere, quod intus est, proferre ad te. Quod latet, quæro, quomodo pervenire ad mentem tuam possit. Convenio primum, quasi januam mentis tuæ, aures tuas, et quoniam invisibile verbum, quod corde concepi, trahere ad te non possum, provideo illi, quasi vehiculum, sonum. Ecce verbum latet, sonus patet. Impono latentem super patentem, et pervenio ad audientem, ac sic verbum exit a me, venit ad te, et non recessit a me. Si ergo licet magnis exigua comparare, infima summis, humana divinis, fecit hoc et Deus. Verbum latebat apud Patrem. Ut veniret ad nos, assumpsit quasi vehiculum, carnem suscepit, ad nos processit, et a Patre non recessit, sed ante incarnationem suam, ante ipsum Adam patrem generis humani, ante cœlum et terram, et omnia, quæ in eis sunt, *In principio erat Verbum, et in principio fecit Deus cœlum et terram.*

III. Terram autem fecit Deus adhuc antequam ornaretur, antequam ejus species nudaretur. *Invisibilis erat, et incomposita, et tenebræ erant super abyssum.* Tenebræ erant, ubi lex non erat; nondum enim lux facta erat. *Spiritus Dei superferebatur super aquas* (*Gen.* I, 2), et ipse opifex, nec a Patre et unigenito Verbo sejunctus. Nam ecce, diligenter attendamus, Trinitas nobis insinuatur. Ubi enim dicitur : *In principio fecit*, Usia (*a*) intelligitur Patris et Filii, in principio Filio Deus Pater. Restat Spiritus, ut Trinitas impleatur. *Spiritus Dei superferebatur super aquas. Et dixit Deus.* Cui dixit Deus? Antequam creatura fieret, erat, qui audiret? Erat, inquit. Quæro, quis? Ipse Filius. Filio ergo dixit Deus. Quo verbo locutus est Verbo? Si enim jam erat Filius, ut dubitat nemo Christianus, utique hoc etiam erat. Filius Verbum erat, et Verbo Pater dicebat. Ergo inter Deum et Verbum verba currebant? Absit! Impedimenta, fratres, carnalis cogitationis auferte, invisibilia invisibiliter cogitate, non vobis versentur ante oculos mentis similitudines corporis. Transi, quidquid in te cernitur. Transcende, quidquid in te etiam non cernitur; corpus enim cernitur, anima non cernitur, sed tamen mutatur. Modo vult, modo non vult; modo scit, modo nescit; modo meminit, modo obliviscitur; modo proficit, modo deficit. Non est hoc Deus, non est Deus ista natura, non est anima portio de substantia Dei. Quidquid enim Deus est, immutabile Bonum est, incorruptibile Bonum est. Etsi invisibilis Deus, invisibilis anima, sed tamen mutabilis anima, immutabilis Deus. Transcende ergo non solum, quod cernitur in te, sed etiam illud, quod mutatur in te. Totum transcende, te ipsum transcende.

IV. Amator quidam invisibilis bonitatis, amator quidam invisibilis æternitatis ait in suspiriis suis, et gemitibus amoris sui : *Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panis die et nocte, dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus* (*Psal.* XLI, 4). Quomodo non fiant vere gemitus amanti lacrymæ suæ panis, ut eis quodam modo tanquam ex cibi voluptate vescatur, et libenter ploret, quandiu non videt quod amat, cum dicitur ei quotidie : *Ubi est Deus tuus?* Si dixero Pagano : « *Ubi est Deus tuus?* ostendet mihi idola. Si fregero idolum, ostendet montem, ostendet arborem, ostendet vilem de flumine lapidem. Quod enim de multis lapidibus tulerit, et in loco honoratiore collocaverit, et incurvatus adoraverit, hoc est Deus ipsius. Ecce, inquit digitum intendens : Ecce Deus meus. Cum irrisero lapidem, cum abstulero, cum fregero, cum projecero, cum contempsero, intendit digitum ad solem, ad lunam, intendit ad quamlibet stellam. Illam vocat Saturnum, illam Mercurium, illam Jovem, illam Venerem. Quæro, quid voluerit, quocumque digitum intenderit. Respondet mihi : Ecce est Deus meus. Et quia video solem, et frangere non possum, sidera non possum dejicere, cœlum non possum evertere, quasi superior sibi videtur visibilia demonstrando, et digitum extendendo, ad quod voluerit, et dicendo : Ecce est Deus meus, et ad me se convertit dicens : *Ubi est Deus tuus?* Cum audio : *Ubi est Deus tuus?* quid oculis ostendam, non habeo, mentes oblatrantes cæcas invenio. Oculis, quos habet, unde videat, ego non habeo, quod ostendam. Cum vere habeo, quem ostendam, ille non habet oculos, unde videat. Libet flere, tanquam in lacrymis pane vesci! Invisibilis est enim Deus meus, ille, qui mihi loquitur, visibilia requirit, cum dicit : *Ubi est Deus tuus?* Ego autem, ut pervenirem ad Deum meum, sicut dicit in ipso Psalmo : *Hæc meditatus sum, et effudi super me animam meam* (*Psal.* XLI, 5). Deus meus non est infra animam meam, sed est supra animam meam. Unde attingo ad id, quod est supra animam meam, nisi effundam super me animam meam? Et tamen huic protervo, visibilia requirenti, visibilia demonstranti, de visibilibus exultanti utcumque adjuvante Deo meo respondere conabor. Hoc certe mihi dicis : *Ubi est Deus tuus?* Respondeo tibi : Ubi es ipse tu? Respondeo, inquam; puto, quia non importune. Tu quæsisti, ubi sit Deus (*a*); ego vero, ubi sit ipse interrogator meus. Dicturus est : Ecce, ubi sum. Vides me, tibi loquor. Et ego illi; Interrogatorem meum quæro. Faciem ejus video, corpus ejus video, vocem ejus audio, linguam ejus inspicio. Ipsum quæro, qui in me oculos intendit, qui linguam movet, qui vocem emittit, qui interrogando scire desiderat. Hoc totum, de quo loquor, anima est. Non ergo tecum diutius agam. Tu dicis : Ostende mihi Deum tuum. Ego dico : Ostende mihi animum tuum. Laboras, fatigaris, figeris, cum dico : Ostende mihi animum tuum. Scio, quia non potes. Quare non potes? Quia invisibilis est animus tuus. Et tamen melior est in te, quam corpus tuum. Deus autem meus melior est, quam animus tuus. Quomodo ergo ostendam Deum

(*a*) οὐσία. Essentia.

(*a*) Fortasse addendum *meus*.

meum, cum mihi non ostendas animum tuum, quo meliorem ostendo Deum meum? Ecce, si dicis mihi, ex opere agnosce animum meum. Quia oculos intendo ad videndum, aures ad audiendum, linguam moveo ad loquendum, vocem promo ad sonandum, ex hoc intelligo et cognosce animum meum. Vides, quia ipsum non potes ostendere, sed me jubes eum ex operibus nosse. Ecce, et ego ex operibus ostendam tibi Deum meum. Nec pergo longius, nec mitto forte infidelitatem tuam ad ea, quæ non capis. Opera Dei mei non sic commemoro : Fecit invisibilia, fecit visibilia, id est, Cœlum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt. Non te mitto per multa. Ad te ipsum redeo. Tu certe vivis. Habes corpus, habes animum. Visibile est corpus, invisibilis est animus. Corpus habitaculum, animus habitator. Corpus vehiculum, animus utens vehiculo, corpus, quasi vehiculum, quod regatur, animus auriga corporis tui. Ecce manifesti sunt sensus tui, tanquam januæ in corpore tuo, per quas nuntietur aliquid interius habitanti animo tuo : oculi, aures, olfactus, gustus, tactus, membra disposita. Quid illud intus, unde cogitas, unde ista vivificas? Hoc totum, quod miraris in te, qui hoc fecit, ipse est Deus meus.

V. Ergo, fratres mei, si mentes vestras, si interiores animos vestros aliqua, ut potui, congrua collocutione conveni, si ad eos, qui intus morantur in domibus luteis, id est, ad animos vestros habitantes in corporibus vestris loquendo perveni, nolite de eis, quæ nostis, Divina conjicere. Superat omnia Deus, cœlum et terram. Nolite vobis ante oculos ponere quasi fabrum aliquem magnum aliquid componentem, disponentem, machinantem, tornantem, vertentem, aut certe tanquam Imperatorem in sella regia, lucida, ornata sedentem, et jubendo creantem. Frangite idola in cordibus vestris. Attendite, quod dictum est ad Moysen, cum Dei nomen inquireret. *Ego sum, qui sum* (*Exod.* III, 14). Quære, quid aliud *Est*. Illius comparatione nec *Est*. Nescit ulla ex parte mutari, quod veraciter *Est*. Omne, quidquid mutatur et fluitat, et quodam tempore mutari non cessat, fuit, et erit. Non in eo comprehendis *Est*. Deus autem non habet fuit, et erit. Quod autem fuit, jam non est. Quod erit, nondum est. Et quod sic venit, ut transeat, ideo erit, ut non sit. Cogitate, si potestis : *Ego sum, qui sum*. Nolite voluntatibus volvi, nolite voluntariis et temporalibus cogitationibus agitari. State ad *Est*. State ad ipsum *Est*. Quo itis? State, ut et vos esse possitis. Sed quando tenemus volaticam cogitationem, et ad id, quod manet, affigere quando possumus? Ergo misertus est Deus, et ille, qui *Est*, et ille, qui dixit : *Hoc dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos*, dicto nomine substantiæ suæ, dicit postea nomen misericordiæ suæ. Quod nomen substantiæ ejus? *Ego sum, qui sum, dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos* (*Ibid.*). Sed Moyses homo erat, et in his, quæ in illius comparatione non sunt, erat. In terra erat, in carne erat, et in ipsa carne anima erat, natura mutabilis erat, sub sarcina fragilitatis humanæ erat. Nam illud, quod dictum est : *Ego sum, qui sum*, quando capiebat? Etenim per id, quod videbatur oculis ejus, ad eum loquebatur, qui non videbatur, et illo, qui videbatur, tanquam instrumento latens Deus utebatur. Non enim, quod videbat Moyses, hoc erat totum Deus : quia nec tu (*a*), quod a me ipso, quod homo sim, sonat, hoc est totum verbum. Habeo in corde verbum, quod non sonat. Sonus transit, verbum manet. Ergo cum diceret Deus ad hominem invisibilis, per id, quod apparere dignatus est, visibilis, loqueretur æternus temporalia, incommutabilis fragilia, cum diceret : *Ego sum, qui sum*, et *Dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos*, tanquam illo non valente comprehendere, quid sit : *Ego sum, qui sum*, et : *Qui est, misit me ad vos*, aut forte, si ipse comprehendebat, nobis legendum erat, qui comprehendere non valemus, continuo post nomen substantiæ dixit nomen misericordiæ. Tanquam diceret Moysi : Quod dixi : *Ego sum, qui sum*, non capis, non stat cor tuum, non es immutabilis mecum, nec incommutabilis mens tua. Audisti, quod sum. Audi, quod capias; audi, quod speres. Dixit iterum Deus ad Moysen : *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob*. Non potes capere nomen substantiæ meæ, cape nomen misericordiæ meæ. *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob* (*Ibid.* 6). Sed quod sum, æternum est. Abraham, Isaac et Jacob quidem æterni, imo non dico æterni, sed ab illo facti æterni. Denique sic etiam calumniantes Sadducæos Dominus ipse convincit, qui cum resurrectionem negarent, hinc ille dedit testimonium sanctæ Scripturæ. *Legite quod dixit Dominus in rubo ad Moysen : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed vivorum* (*Matth.* XXII, 32; *et Marc.* XII, 26, 27); omnes enim illi vivunt. Proinde et hic non addidit Deus, cum dixisset : *Ego sum, qui sum, Hoc mihi nomen est in æternum* (*Exod.* III, 15). Hic enim nemo dubitat; quia id, quod est, ideo est, quia æternum est. Sed ubi ait : *Ego sum, Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob*, ibi addidit : *Hoc mihi nomen est in æternum*. Tanquam diceret : Quid times de mortalitate generis humani? Quid fortasse trepidas, ne, cum mortuus fueris, ultra non sis? *Hoc mihi nomen est in æternum*. Æternum nomen esse non posset *Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob*, nisi in æternum viverent Abraham, Isaac et Jacob. Conversi ad Dominum, etc. (*b*).

SERMO III.

De Sacramento altaris ad infantes (*c*).

SYNOPSIS.

I. Sacrificii novæ Legis Commendatio. II. Sacrificium istud Christus est. III. Vere et realiter in Eucharistia

(*a*) Vocula *tu* redundat.

(*b*) Formulam hanc Augustino familiarem, pluribus Sermonibus subjunctam semel indicasse sufficiat. Integram exhibet Sirmondus in *not. ad XL. Sermones* Opp. suor. T. I. *col.* 337.

(*c*) In Codice *fol.* 4. p. 2. inscriptus : *Incipit alius de sa-*

præsens. IV. Eucharistiæ Effectus. V. Conditiones dignæ Sumptionis.

I. Reddendi sermonis officium, et cura, qua vos parturivimus, ut Christus formaretur in vobis, compellit nos admonere infantiam vestram, qui ex aqua et Spiritu nunc renati cibum et potum istum super hanc dominicam mensam nova luce conspicitis, et novella pietate percipitis, quid sibi velit tam magnum, divinumque Sacramentum, tam clarum et nobile medicamentum, tam mundum et facile sacrificium, quod nec in una civitate terrena Jerusalem, nec in tabernaculo illo quod per Moysen, nec in templo illo, quod per Salomonem fabricatum est, quæ fuerunt umbræ futurorum, sed a solis ortu usque ad occasum, sicut a Prophetis prædictum est, immolatur, et secundum Novi Testamenti gratiam Deo victima laudis offertur. Non adhuc de gregibus pecorum hostia cruenta conquiritur, non nunc ovis aut hircus divinis altaribus admovetur, sed sacrificium jam nostri temporis Corpus et Sanguis est ipsius Sacerdotis. De illo quippe tanto ante prædictum est in Psalmis : *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* (1 Psal. cix,4). Quod autem panem et vinum Melchisedech sacerdos Dei excelsi protulerit, quando patrem nostrum Abraham benedixit, in libro Genesis legimus et tenemus (*Gen.* xiv, 18).

II. Christus ergo Dominus noster, qui obtulit patiendo pro nobis, quod nascendo accepit ex nobis, princeps Sacerdotum factus in æternum sacrificandi dedit ordinem, quem videtis, Corporis utique et Sanguinis sui. Nam percussum lancea Corpus ejus aquam et sanguinem emisit, quo peccata nostra dimisit. Hujus gratiæ memores, vestram ipsorum salutem operantes, quoniam Deus est, qui operatur in vobis, cum timore et tremore ad participationem hujus altaris accedite. Hoc agnoscite in pane, quod pependit in cruce ; hoc in calice, quod manavit ex latere. Nam et illa vetera sacrificia populi Dei hoc unum venturum multiplici varietate figurabant. Ipse enim Christus et ovis est propter innocentiam simplicis animi, et hircus propter similitudinem carnis peccati. Et quidquid aliud multis et diversis modis in sacrificiis Testamenti Veteris prænunciatum est, ad hoc unum pertinet, quod novo Testamento revelatum est.

III. Accipite itaque, et edite Corpus Christi, etiam ipsi in Corpore Christi facti jam membra Christi. Accipite, et potate Sanguinem Christi. Ne dissolvamini, manducate vinculum vestrum. Ne vobis viles videamini, bibite pretium vestrum. Sicut hoc in vos convertitur, cum id manducatis et bibitis, sic et vos in Corpus Christi convertimini, cum obedienter et pie vivitis. Ipse namque sua jam propinquante passione, cum Pascha faceret cum Discipulis suis, acceptum panem benedixit, et ait : *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur* (*Luc.* xxii, 19). Similiter benedictum calicem dedit dicens : *Hic est Sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum* (*Matth.* xxvi, 28). Hoc in Evangelio vel legebatis, vel audiebatis, sed hanc Eucharistiam esse Filium nesciebatis. Nunc vero aspersi (*a*) corde in conscientia pura, et loti corpore aqua munda *Accedite ad eum, et illuminamini, et vultus vestri non erubescent* (*Psal.* xxxiii, 6). Hoc enim si digne accipitis, quod pertinet ad Testamentum Novum, per quod æternam hæreditatem speratis, tenentes mandatum novum, ut vos invicem diligatis, habetis in vobis vitam. Illam enim carnem sumitis, de qua dicit ipsa Vita : *Panis, quem ego dedero, caro mea est pro sæculi vita*, et : *Nisi quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam* (*Joan.* vi, 52-54).

IV. Habentes ergo vitam in illo in carne una eritis cum illo. Neque enim hoc Sacramentum Christi corpus ita commendat, ut nos inde sejungat. Hoc namque Apostolus in Scriptura sancta prædictum esse commemorat : *Erunt Duo in carne una. Sacramentum hoc, inquit, magnum est ; ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (*Ephes.* v, 32). Et alio loco de hac ipsa Eucharistia dicit : *Unus panis, unum corpus multi sumus* (*1 Cor.* x, 17). Accipere ergo incipitis, quod et esse cœpistis, si non indigne accipiatis, ne judicium vobis manducetis, et bibatis. Sic enim dicit : *Quicumque manducaverit panem aut biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis et Sanguinis Domini. Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* (*1 Cor.* xi, 27-29).

V. Digne autem accipitis, si a malæ doctrinæ fermento caveatis, ut sitis *Azymi sinceritatis, et veritatis* (*Id.* v. 8). Aut si fermentum illud charitatis teneatis, *Quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus, donec fermentaretur totum* (*Matth.* xiii, 33). Hæc enim mulier est sapientia Dei, facta per Virginem in carne mortali, quæ in toto orbe terrarum, quem de tribus Noë filiis post diluvium reparavit, tanquam in mensuris tribus suum disseminat Evangelium, *Donec fermentaretur totum.* Hoc est illud *Totum*, quod græce dicitur *Holon* (*b*), ubi custodientes vinculum pacis eritis secundum totum, quod *Catholon* vocatur, et unde Catholica nominatur (*c*).

SERMO IV.

De Paschate (*d*).

SYNOPSIS.

Christus agnus et Leo.

Sicut veritas per Apostolos sonuit, et *In omnem terram exivit sonus eorum, atque in fines orbis terræ verba*

cramentis in eodem die. Sermonem hunc illum puto, de quo Augustinus Edit. *Maur. T. V. Serm. CCXXVIII. Sermonem ad altare Dei debemus hodie Infantibus* (novellis Christianis) *de Sacramento Altaris.* Et fortassis ille est, quem Possidius in *Indiculo Opp. Augustini T. X. cap.* 10. notavit : *De Eucharistia.* Pulchra est ad S. Communionem Præparatio, locanda in Edit. post *Serm. CCXXVIII.*

(*a*) Lego *abstersi.*
(*b*) Ὅλον. Κάθολον.
(*c*) Videtur excidisse : *Ecclesia.*
(*d*) In Codice *fol*, 5. inscriptus : *Incipit alius de eodem die Sermo sancti Augustini ep.* Fortassis extemporalis, et e

corum (*Psal.* XVIII, 5); *Pascha nostrum immolatus est Christus* (*Rom.* x, 18). De quo ante Propheta prædixerat : *Sicut ovis ad immolandum ductus est, et ut agnus coram, qui se tonderet, fuit sine voce, sic non aperuit os suum* (*Isai.* LIII, 7). Quis est iste? Nempe ille, de quo sequitur, et dicit : *In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ipsius quis enarrabit* (*Isai. Ibid.* 7). Video exemplum tantæ humilitatis in Rege tantæ potestatis. Nam iste sicut agnus coram tondente non aperiens os suum ipse est *Leo de tribu Juda* (*Apoc.* v, 5). Quis est iste agnus et leo? Mortem pertulit, ut agnus; consumpsit, ut leo. Quis est iste agnus et leo? Mitis et fortis, amabilis et terribilis, innocens et potens, tacens judicatus, fremens judicaturus. Quis est iste agnus et leo? In passione agnus in resurrectione leo, an potius et in passione agnus, et leo, et in resurrectione agnus et leo? Agnum in passione videamus. Modo jam dictus est. *Sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, sic non aperuit os suum.* Leonem in passione videamus. Jacob dixit : *Ascendisti recumbens, dormisti sicut leo* (*Gen.* XLIX, 9). Agnum in resurrectione videamus. Apocalypsis, cum de gloria sempiterna virginum loqueretur : *Sequuntur, inquit, Agnum, quocumque ierit* (*Apoc.* XIV, 4). Leonem in resurrectione videamus. Eadem Apocalypsis dicit, quod supra jam posui. *Vicit leo de tribu Juda aperire librum* (*Ibid.* 5). Quare agnus in passione? Quia mortem sine iniquitate suscepit. Quare leo in passione? Quia mortem occisus occidit. Quare agnus in resurrectione? Quia sempiterna est illi innocentia. Quare leo in resurrectione? Quia sempiterna est illi potentia. Quis est iste agnus et leo? Quomodo quæris, quisnam sit? Si autem, quid erat? *In principio erat Verbum.* Si, ubi erat? *Et verbum erat apud Deum.* Si, quale Verbum erat? *Et Deus erat Verbum.* » Si, quantæ patientiæ sit? *Omnia per ipsum facta sunt.* Si, et ipse quid factus est? *Et Verbum caro factum est* (*Joan.* I, 1, 2 *et* 14). Si, quemadmodum vel de patre sine matre, vel de matre sine patre natus sit? *Generationem ejus quis enarrabit?* Ab altero genitus, gignenti, coæternus. Verbum permanens caro factum est. Omnium temporum creator, opportuno tempore creatus. Præda mortis, prædator mortis. Deformis positione præ filiis hominum, infirmitatem sciens ferre, excelsus facere humilia, humilis excelsa. Deus homo, et homo Deus. Et primogenitus, et creator primogenitorum. Unicus, et frater cunctorum. De substantia patris natus, et particeps factus adoptatorum. Et Dominus omnium, et servus plurimorum. Hic est agnus, *Qui tollit peccata mundi* (*Ibid.* 29), hic est leo, qui vincit regna mundi. Quærebam, quis est iste. Quæramus, qui sunt, pro quibus mortuus est iste. Forte pro justis et sanctis? Non hoc dicit Apostolus, sed potius, quia *Christus pro impiis mortuus est* (*Rom.* v, 6). Non utique, ut impii permanerent, sed ut morte justi impius justificaretur, et effuso sanguine sine peccato peccati chirographum deleretur.

repentinis, quales S. Doctorem subinde habuisse narrat Possidius *Vitæ cap.* 7. sed dignus ejus ingenio. Editioni inferendus post *Sermonem CCXXIX.*

SERMO V

Iterum de Paschate (a).

SYNOPSIS.

I. Mors Christi Spes nostra. II. Mors Christi voluntaria. III. Quomodo Christus tristis in morte. IV. Necessitas Incarnationis, ut redimeremur. V. Redemptoris ad Redemptos Verba. VI. Quomodo intelligatur Christus pro nobis mortuus. VII. Errores Apollinaris et Arii refutantur. VIII. Adhortatio.

I. Audivimus Evangelium. Lecta est Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. Resurrexit Christus, ergo mortuus est Christus. Resurrectio testis est mortis; mors autem Christi peremptio timoris. Non timeamus mori. Mortuus est Christus pro nobis. Cum spe vitæ æternæ moriamur. Resurrexit Christus, ut resurgamus. Habemus in morte et resurrectione ejus opus indictum, præmium promissum. Opus indictum passio, præmium promissum resurrectio. Opus hoc Martyres impleverunt; non impleamus pietate, si non possumus passione. Non enim omnibus contingit pati pro Christo, et mori pro Christo. Tamen ipsum mori omnibus contingit. Felices, quibus pro Christo factum est, quod necesse erat, ut fieret! Necessitas enim erat mori, sed non erat necessitas pro Christo mori. Omnibus ventura est mors, sed non omnibus pro Christo mors. Quibus contigit pro Christo mori, quodam modo illud, quod eis erogatum fuerat, reddiderunt. Erogaverat eis Dominus, ut morerentur pro illis; reddiderunt illi moriendo pro illo. Sed unde redderet miser egenus, si non dedisset felix Dominus? Itaque quod erogaverat Martyribus Christus, dedit eis, unde redderent Christo. Vox enim Martyrum est : *Nisi quia Dominus erat in nobis, fortasse vivos absorbuissent nos* (*Psal.* CXXIII, 1, 2). Persecutores, inquit, *Fortasse vivos absorbuissent nos.* Quid est, *Vivos?* Scientes, quia male faceremus, si Christum negaremus, tamen tam magnum malum *Vivi*, id est, scientes faceremus, et sic *Absorbuissent nos vivos*, non mortuos. Quid est, *Vivos?* Scientes, non nescientes. Et qua virtute non fecerunt, quod a persecutoribus facere cogebantur? Ipsi interrogentur, ipsi dicant. Ecce respondent : *Nisi quia dominus erat in nobis.* Ergo ipse dedit, quod ei redderetur. Gratias illi. Dives est. Et quod de illo scriptum est : *Pauper factus est, ut nos divites faceret* (2 *Cor.* VIII, 9), paupertate ejus ditati, vulneribus ejus sanati, humilitate ejus exaltati, morte ejus vivificati (*b*).

II. Dicebat Martyr : *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi* (*Psal.* CXV, 12)? Audite, quod sequitur. Attendit enim et quæsivit, quid retribueret Domino. Et quid ait? *Calicem salutaris accipiam* (*Ibid.* 13). Hoc retribuam Domino : *Calicem salutaris*, calicem martyrii, calicem passionis, calicem

(*a*) In Codice *fol.* 5. *p.* 2. inscriptus : *Item alius Sermo sancti Augustini ep. in eodem die.* Præstans et ad motum comparatus, de Passione et morte Servatoris, collocandus in editione post *Sermonem CCXXX.*

(*b*) Supple *sumus.*

Christi. Hoc est : *Calicem salutaris*, quia salutare nostrum Christus. Ergo, inquit, accipiam calicem ejus, et retribuam illi. De ipso calice dixit et ipse Patri ante passionem : *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste* (*Matth.* XXVI, 39). Pati venerat, mori venerat, in potestate habebat mortem, aut, si mentior, ipsum audite. *Potestatem*, inquit, *habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me, et iterum sumo eam* (*Joan.* X, 18). Audistis potestatem? *Nemo tollit*, Sine causa gloriantur Judæi. Peccatum inde habent, non potentiam. Christus, quia voluit, mortuus est. Ipse dicit in Psalmo : *Ego dormivi, et somnum cœpi* (*Psal.* III, 6). Clamaverunt : *Crucifige, crucifige* (*Luc.* XXIII. 21; *et Joan.* XIX, 6), tenuerunt, suspenderunt. Sic illi juvant, quia aliquid potuerunt. *Ego dormivi.* Et quid postea? *Et somnum cœpi.* Vere somnus erat triduanus. Quid ergo postea? *Et resurrexi, quoniam Dominus suscepit me.* Secundum formam servi loquitur : *Dominus suscepit me* (*Psal.* III, 6). Sicut et alio loco : *Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat* (*Id.* XI. 9)? Gloriantur Judæi, quasi vicerint me. *Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?* Illi, ut occiderent, suspenderunt, sed *Ego dormivi*, quia quando volui, animam posui, et quando volui, surrexi.

III. Ergo ipse est calix, quem volebat transire, ad quem bibendum venerat. Quid est ergo, Domine, quod dixisti : *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Dixisti discipulis passurus et moriturus : *Tristis est anima mea usque ad mortem* (*Matth.* XXVI, 38). Quæro ergo in his verbis verba illa tua : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Unde audio : *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Nemo tollit eam. Quare tristis est? Potestatem habès ponendi animam tuam. Quare dicis : *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Respondet interroganti et dicit tibi : Homo, in carne mea te suscepi. Numquid ergo, si in carne mea te suscepi, in voce mea non te suscepi? Quando dico : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam*, sicut factor, me loquor. Quando dico : *Tristis est anima mea usque ad mortem*, sicut factura, te loquor. Gaude de me in me, agnosce te in me. Quando dico : *Potestatem habeo ponendi animam meam*, adjutorium tuum sum. Quando dico : *Tristis est anima mea usque ad mortem*, speculum tuum sum.

IV. Non legistis, quia mortuus est? Numquid negamus? Si negaverimus mortem, negamus et resurrectionem. Inde mortuus est, unde homo esse dignatus est. Inde resurrexit, unde homo esse dignatus est, quia et nos homines et morituri sumus, et resurrecturi sumus. Numquid Verbum in illo mortuum est? Numquid pati aliquid potuit, quod *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1, 2.)? Quid potest pati tale Verbum? Et oportebat tamen, ut moreretur pro nobis Verbum, et mori non poterat, et, ut moreretur, oportebat. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Ubi sanguis? Ubi mors? Numquid mors in Verbo? Numquid sanguis in Verbo? Si nec mors in Verbo, nec sanguis in Verbo, ubi pretium nostrum? Annon pretium nostrum sanguis est ejus? Unde ergo daret hoc pretium, si maneret solum Verbum? nisi carnem assumeret Verbum; carnem autem de anima humana viventem, ut, quoniam Verbum occidi non poterat, occideretur sola caro, quæ de sua anima vivebat? Neque enim vel anima occidi poterat, quæ anima Divinitati adhærendo unus spiritus erat, ipso Domino duntaxat eam (*a*) se induente, non ipsa in illo credente, sicut de nobis scriptum est : *Qui adjungit se Domino, unus spiritus est* (1. *Cor.* VI, 17). Nos enim, cum infideles essemus, indigni eramus, et a Deo alieni; credendo autem adhæsimus Deo. Illa autem anima adhæsione Dei digna creata est, cum in personæ divinæ unitatem nova, rudisque assumpta est. Qua unitate hac singularitate duorum spirituum inæqualium discedente caro mortua est, quæ de ipsa duorum spirituum unitate novo modo, novoque genere vivens, id est, geminam et admirabilem vitam habens, parvo tantummodo tempore derelicta est. Deus enim spiritus, et imago ejus, humanus spiritus immortales sunt.

V. Sic ergo nos alloquitur quodam modo Dominus noster, Salvator noster dicens : O Homines! feci hominem rectum, et fecit se ipse perversum. A me recessistis, in vobis peristis. Ego autem quæsiturus sum, quod perierat. A me recessistis, inquit, vitam perdidistis. *Et vita erat lux hominum* (*Joan.* 1, 4). Ecce quod reliquistis, quando in Adam omnes peristis *Vita erat lux hominum.* Quæ vita? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Ibid.* 1). Vita erat, vos in morte vestra jacebatis. Verbum, unde morerer, non habebam; Homo, unde viveres, non habebas. (Quia dignatur Dominus Christus, suscepi verba ejus. Si ipse mea, quanto magis ego ejus). Quodam modo in silentio, rebus ipsis loquens Dominus noster Christus dicit : Unde morerer, non habebam : Homo, unde viveres, non habebas. Assumpsi de te, unde morerer pro te. Assume de me, unde vivas mecum. Commercia celebremus. Do tibi, da mihi. Accipio a te mortem, accipe a me vitam. Expergiscere, vide quid dem, quid accipiam. Excelsus in cœlo accepi a te super terram humilitatem. Dominus tuus accepi a te formam servi. Sanitas tua accepi a te vulnera. Vita tua accepi a te mortem. Verbum caro factum sum, ut mori possem. Carnem apud patrem non habebam, de massa tua sumpsi, unde tibi erogarem. (Virgo Maria de massa nostra erat; ibi assumpsit Christus carnem a nobis, id est, a genere humano). Accepi a te carnem, unde morerer pro te, accipe a me Spiritum vivificatorem, unde vivas mecum. Postremo mortuus sum de tuo, vive de meo.

(*a*) Lege *ea.*

VI. Ergo, fratres, quando auditis : Natus est de Spiritu ex Virgine Maria, passus est, vapulavit, alapas accepit, quando auditis : Passus est hæc Christus, nolite putare *Verbum illud in principio apud Deum* in sua natura, atque in sua substantia aliquid tale potuisse. Sed numquid possumus dicere, quia Verbum Dei, Deus unigenitus non est passus pro nobis ? Passus est, sed secundum animam et carnem suam passibilem. Accepit enim formam servi, ut tanquam homo pateretur. Habebat enim et animam et carnem, quia totum hominem liberare venerat, non amittendo vitam, sed donando vitam. Ut autem similitudinem demus, unde celerius, quod dicimus, advertatis ; sicut verbi gratia quando Stephanus martyr, et Phocas (*a*), vel aliquis alius passus est, et occisus, et sepultus, caro eorum sola occisa et sepulta est ; animæ autem eorum neque occidi, neque sepeliri potuere, et tamen rectissime dicimus : Mortuus est Stephanus, vel Phocas, vel quicumque alius pro nomine Christi, ita, quando passus, et occisus, et sepultus est Dei Unigenitus, caro utique ejus sola occisa et sepulta est ; anima autem, et multo magis Divinitas ejus occidi non potuit, et ideo securi dicimus, mortuum pro nobis esse et sepultum unicum Dei Filium, id est, Deum Dei unigenitum. Unde utique veraciter, non mendaciter dixit ipse Christus Dominus, qui est sine mendacio veritas : *Sic enim dilexit Deus mundum, ut Unigenitum suum daret, ut omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam* (*Joan.* III, 16). Et Apostolus similiter de Deo Patre dicit : *Qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum* (*Rom.* VIII, 32). Vultis autem noscere, quid est Christus? Nolite attendere carnem solam, quæ jacuit in sepulcro, nolite attendere animam solam, de qua dixit : *Tristis est anima mea usque ad mortem*, nolite attendere Verbum solum, quia, *Deus erat Verbum*, sed attendite, quia Christus totus Verbum, et anima, et caro est.

VII. Nihil autem animæ Christi subtrahatis. Hæretici enim Apollinaristæ dixerunt, quia mentem non habuit, id est, intelligentiam non habuit anima illa, sed Verbum illi pro mente, et pro intelligentia erat. Hoc ait Apollinaris. Ariani autem dicunt : Nec qualemcumque animam habuit. Vos ergo fideliter tenete, quia prorsus Verbum, et anima, et caro est totus Christus. Et quando auditis : *Tristis est anima mea*, animam humanam intelligite, non belluinam. Anima enim sine intellectu anima pecoris est, non anima humana. Si non venit liberare mentem, non habuit mentem. Ergo unus Christus, Verbum, et anima, et caro. Quid homo? Anima et caro. Quid Christus ? Verbum et homo, ac per hoc, Verbum, et anima, et caro, Christus unus. Hominem quando cædis pugnis, quid ejus percutis ? Animam, an carnem? Confiteris, quia carnem. Et tamen clamat anima : quid me percutis, quid me cædis? Numquid, si dicas animæ : Quis te tetigit ? Ego carnem ferio, non te ; nonne, quicumque te audierint hæc dicentem, irridebunt, et insipientem vel insanum te judicabunt ? Sic ergo, qui carnem Verbi Dei flagellaverunt, vel alapis cæciderunt, non possunt dicere : nos carnem flagellavimus, vel exalapavimus (*a*), non Verbum, vel animam Christi. Totum enim Christum, id est, Verbum, et animam, et carnem flagellaverunt, vel alapis cæciderunt. Et cum utique neque animam, neque ipsam Divinitatem ejus, quæ vera vita est, in cruce occidere potuerunt, totum tamen Christum in corde suo, et in mala voluntate sua inficere delectati sunt. Quicumque enim persequitur aliquem, ut eum occidat, sic eum vult extingui totum, sicut extinguitur totum lumen lucernæ in terram collisæ, ut penitus non luceat, cum eam sibi quisque malefactor viderit impedire (*b*). Quod in homine fieri nullo modo potest, id est, ut totus extinguatur, qui unam utique substantiam habet mortalem, alteram immortalem. Nulla enim in illo mortalis est, nisi caro. Unigenitus autem Dei Christus multo magis totus extingui non potuit, cum eum se Judæi extinguere putaverunt, qui in tribus substantiis suis, id est, una, æterna, atque divina, et in duabus temporalibus, id est, humanis unam solam habuit mortalem, id est, carnem suam. Animam autem et maxime Divinitatem suam sine dubio immortalem habuit. Et ideo sua parvi temporis morte nos de nostra morte æterna redimere solus potuit, qui non tantummodo caro, et anima humana fuit, sed Deus et anima, et caro, unus Dei Unigenitus fuit. Qui enim *Descendit usque in inferiores partes terræ, ipse est, et qui ascendit super omnes cælos* (*Ephes.* IV, 10), quod homo solus facere non posset.

VIII. Securi ergo exultemus, et lætemur, charissimi fratres, quia ille nos sua morte redemit, qui etiam occisus de hostibus triumphavit. Occisus enim mortem occidit, et in æternum nos de manu ejus liberavit, *Ascendensque in altum captivam duxit captivitatem* (*Ibid.*), atque hominibus misso Spiritu sancto dona sua dedit, qui etiam jacens in sepulcro credentem latronem in paradisum introducere potuit.

(*a*) Difficile dictu sit, quem e tribus Phocis, Antiocheno videlicet et duobus Sinopensibus, hic innuat Augustinus. Egere de iis, ut solent, accurate Hagiographi Belgæ ad diem 14. *Julii*. Neminem tamen eorum in Africa notum, aut cultum e Monumentis ibi allatis liquet. Interim Phocæ τοῦ θαλασσόθαυματουργοῦ notitia ab Nautis Africæ littora frequentantibus proficisci potuit, atque hunc Olitorem Sinopensem fusse, ex Encomio Asterii Amaseæ Ep. a Fr. Combefisio *Paris*. 1648. c. aliis edito discimus.

SERMO VI.

Item de Sacramento altaris ad infantes (*c*).

SYNOPSIS.

I. Corpus dominicum et in altari est, et nos illud sumus. II. Eucharistia symbolum unitatis III. Liturgiæ eucharisticæ expositio.

I. Hoc, quod videtis, charissimi, in mensa Domini,

(*a*) Ita apud Martene *Anecd. T. III, Col.* 1646. in pass. Cypriani et Justinæ : *Exalapari jussit.*

(*b*) Lego : *cum ea se quisque malefactor viderit impediri.*

(*c*) In Codice *fol.* 7. inscriptus : *De Sacramentis Altaris. Sermo sancti Augustini ep. in eodem die.* Brevis institutio ad sacram Synaxin primum accedentium, quadis supra

panis est, et vinum ; sed iste panis, et hoc vinum accedente verbo fit corpus, et sanguis Verbi. Ille enim Dominus, qui *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* I, 1), propter misericordiam suam, qua non contempsit, quod creavit ad imaginem suam, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Ibid.* 14), sicut scitis, quia et ipsum Verbum assumpsit hominem, id est, animam et carnem hominis, et homo factus est, manens Deus. Propter hoc, (*a*) quia et passus est pro nobis, commendavit nobis in isto Sacramento corpus, et sanguinem suum, quod etiam fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus, et per misericordiam ipsius, quod accipimus, nos sumus (*b*). Recordamini, quod fuit aliquando creatura ista in agro, quomodo eam terra peperit, pluvia nutrivit, ad spicam perduxit, deinde labor humanus ad aream comportavit, trituravit, ventilavit, recondidit, protulit, moluit, conspersit, coxit, et vix aliquando ad panem perduxit. Recordamini et vos (*c*). Non fuistis, et creati estis, ad aream dominicam comportati estis, laboribus boum, id est, annuntiantium Evangelium, triturati estis. Quando Catechumeni differebamini, in horreo servabamini. Nomina vestra dedistis, cœpistis moli jejuniis (*d*), exorcismis. Postea ad aquam venistis, et conspersi estis, et unum facti estis. Accedente fervore Spiritus sancti cocti estis, et panis dominicus facti estis.

II. Ecce, quod accepistis. Quomodo ergo unum videtis esse, quod factum est, sic unum estote et vos (*e*), diligendo vos, tenendo unam fidem, unam spem, individuam charitatem. Hæretici quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt, quia illi quærunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic et vinum in multis acinis (*f*) fuit, et modo in unum est. Unum est in suavitate calicis, sed (*g*) post pressuram torcularis. Et vos post illa jejunia, post labores, post humilitatem, et contritionem jam in nomine Christi tanquam ad calicem Domini venistis, et ibi vos estis ad mensam (*h*), ibi vos estis in calice. Nobiscum hoc (*i*) estis ; simul enim hoc sumus (*j*), simul bibimus, quia simul vivimus (*k*). Audituri estis, quod etiam hesterno die audistis, sed hodie vobis exponitur, quod audistis, et quod respondistis, aut forte, cum responderetur, tacuistis, sed, quid respondendum esset, hodie didicistis.

III. Post salutationem, quam nostis, id est : *Dominus vobiscum*, audistis : *Sursum cor.* Tota vita Christianorum verorum sursum cor, non Christianorum nomine solo, sed Christianorum re ipsa, et veritate tota vita sursum cor. Quid est *Sursum cor ?* Spes in Deo, non in te. Tu enim deorsum, Deus sursum est. Si spem habes in te, cor deorsum est, non est sursum. Ideo, cum audieritis (*a*) a Sacerdote : *Sursum cor !* respondetis : *Habemus ad Dominum.* Laborate, ut verum respondeatis. Quia apud acta (*b*) Dei respondetis, sic sit, quomodo dicitis. Non lingua sonet, et conscientia neget, et, quia hoc ipsum, ut sursum habeatis cor, Deus vobis donat, non vires vestræ, ideo sequitur, cum dixeritis, habere vos sursum cor ad Dominum, sequitur Sacerdos et dicit : *Domino Deo nostro gratias agamus.* Unde gratias agamus ? Quia sursum cor habemus, et nisi ille illud levasset, in terra jaceremus. Et inde jam (*c*), quæ aguntur in precibus sanctis, quas audituri estis, ut accedente verbo fiat corpus et sanguis Christi. Nam tolle verbum, panis est, et vinum. Adde verbum, et jam aliud est. Et ipsum aliud quid est ? Corpus Christi et sanguis Christi. Tolle ergo verbum, panis est, et vinum. Adde verbum, et fiet Sacramentum. Ad hoc dicitis : *Amen.* Amen dicere subscribere est. Amen latine interpretatur Verum. Deinde dicitur dominica Oratio, quam jam accepistis, et reddidistis (*d*). Quare ante dicitur, quam accipiatur Corpus et Sanguis Christi ? Quia, sicut est humana fragilitas, si forte aliquid, quod non decebat, cogitatio nostra concepit ; si aliquid lingua, quod non oportebat, effudit ; si aliquid oculus, quod non decebat, aspexit ; si aliquid auris blandius, quod non oportebat, audivit ; si forte aliqua talia contracta sunt de hujus mundi tentatione, et vitæ humanæ fragilitate, tergitur dominica Oratione, ubi dicitur : *Dimitte nobis debita nostra* (*Matth.* VI, 12) ; ut securi accedamus, ne, quod accipimus, in judicium nobis manducemus, et bibamus. Post hoc dicitur : *Pax vobiscum.* Magnum sacramentum osculum pacis. Sic osculare, ut diligas. Ne sis Judas. Judas traditor Christum ore osculabatur, corde insidiabatur. Sed forte inimicum animum habet contra te aliquis, et non potes eum convincere, cogeris tolerare. Noli ei malum pro malo in corde tuo reddere. Ille odit, tu ama, et securus oscularis. Audistis pauca, sed magna. Non vilescant paucitate, sed chara sint pondere. Simul etiam onerandi non estis, ut ea, quæ dicta sunt, teneatis.

Sermo noster III. et in Editis CCXXVII et CCLXXII. Fragmentum ejus e *Bedæ* et *Flori* Collectione *Sermonis CCXXIX.* loco edidere Mauriani. Hic integrum damus.

(*a*) Hic incipit *Fragmentum* editum, de quo supra.

(*b*) Sequens περικοπή usque ad verba : *Recordamini et vos, etc.* deest in *Fragmento* edito.

(*c*) *To vos* in accusandi casu. Itaque male interpunctum in *Fragm.* edito.

(*d*) *Fragmentum* editum interponit : *et*

(*e*) *Fragm.* edit. *estote vos.*

(*f*) Id. *racemis.*

(*g*) Id. omittunt : *sed.*

(*h*) Id. *in mensa, et.*

(*i*) Id. *vos* pro *hoc.*

(*j*) Id. rectius : *sumimus.*

(*k*) Finit hic *Fragmentum* editum *T. V. Col.* 976.

SERMO VII.

De Paschate.

SYNOPSIS.

I. Quis agat Pascha, et quomodo agendum. II. alleluia

(*a*) Aut hic legendum censeo : *auditis*, aut mox : *respondebitis* pro *respondetis.*

(*b*) Alias in *Actione.* Συνωνύμον Canonis, Secretorum Sacrificii Missæ, ut mox infra : *quæ aguntur.*

(*c*) Supple : *succedunt, sequuntur*, vel quid simile.

(*d*) Id est : Sacerdoti memoriter recitastis. Itaque non Symbolum solum *reddebant.* Vide Nostri *Sermonem LVIII. T. V. col.* 337.

(*e*) In Codice *fol.* 10. *p.* 2. inscriptus: *Item Sermo sancti*

divitum, pauperum, afflictorum. III. Deus agit, ut Pater; Diabolus, ut Mango.

I. Dies Paschæ nos celebrare omnibus notum est, quibus diebus Alleluia cantamus. Quapropter, fratres, sollicite attendendum est, ut, quod visibiliter celebramus, in animo teneamus. Pascha enim nos celebrare dicimus. *Pascha* hebræus sermo est, quod interpretatur Transitus; græce autem *Paschin* pati (*a*), latine *Pascha* pascere, ut dici solet: *Pascam amicos.* Pascha qui celebrant, nisi qui a morte peccatorum suorum transeunt ad vitam justorum? Sicut Apostolus dicit: *Transivimus de morte ad vitam, quia diligimus fratres* (1 *Joan.* III, 14). Pascha quis agit, nisi qui credit Christo passo in terra, ut cum illo regnet in cœlo? Pascha quis agit, nisi qui pascit in pauperibus Christum? Ipse enim de pauperibus ait: *Quicumque uni ex minimis meis aliquid boni fecerit, mihi fecit* (*Matth.* xxv, 40). Christus sedet in cœlo, et indiget in terra. Patrem interpellat pro nobis, et hic panem petit a nobis. Ergo, Domini fratres, si volumus agere Pascha salubriter, transeamus, patiamur, pascamus. Transeamus a peccatis ad justitiam, patiamur pro Christo, pascamus in pauperibus Christum. Convivia honeste celebremus, ut cum Abraham in regno Dei cœlesti convivio perfruamur. Cantemus ergo Deo alleluia, quod latine sonat: *Laudemus* (*b*) *eum, qui est.* Laudemus eum et in prosperis, et in adversis. In prosperitatibus divitiarum non extollamur, et in flagello damnorum non infirmemur. Dicamus alleluia cum Job, qui dixit: *Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, sic et factum est. Sit nomen Domini benedictum* (*Job* I, 21). Benedicamus ergo Dominum in omni tempore. Semper alleluia cantamus, si ad sonum linguæ nostræ moventur ad operationem justitiæ membra nostra, si hoc, quod sonat in ore cantantis, lucet in moribus viventis.

II. Audite, quomodo cantare jussi sunt alleluia divites et pauperes. *Præcipe*, ait Apostolus, *divitibus hujus sæculi, non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui dat nobis omnia abundanter ad fruendum. Divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi in futurum, ut apprehendant veram vitam* (1 *Tim.* VI, 17, 18). Quod pauperes cantent, Tobias docet: *Fili, ne timeas, quoniam pauperem vitam gerimus. Exuberabunt tibi multa bona, si timueris Dominum Deum tuum, et, quæ placent in conspectu ejus, feceris* (*Tob.* IV, 3). Dilectissima membra Corporis Christi, expectemus Caput nostrum venturum de cœlo, cui cohærentes immobiles permanebimus, ut, cujus passionem celebramus in terra, cum ipso regnemus in cœlo. Disciplinam ejus sustineamus, ut corrigamur, quia, sicut filios, ita nos aggreditur Deus. *Quis est enim*, ait Apostolus, *cui non det disciplinam pater ejus* (*Hebr.* XII, 7). Si separatis vos a disciplina Dei, ergo nothi, et non filii estis. Toleremus flagellum patris, ne incurramus severitatem judicis.

III. Deus et diabolus pater et mango (*a*). Deus ut, pater, flagellat, et corrigit, et assumit; mango blanditur, seducit, et vendit. Pater fert flagellum, et mango fert saccellum (*b*). Si concurreris sub alas flagellantis, liberaberis ab iniquitate vendentis. Vide, a quo, ubi reponaris, in regno cœlorum, an in saccello gehennarum. Si regnum Dei concupiscis, in solutione libertatis lætaberis; si vero saccellum, colligationem servitutis accipies, et ligatus manibus pedibusque dicetur de te: *Tollite et mittite illum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium* (*Matth.* XXII, 13). Clamatur ad nos fortiter. *Qui habet aures audiendi, audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis* (*Apoc.* III, 22).

SERMO VIII.

In octava Paschatis ad infantes (*c*).

SYNOPSIS.

I. Vis, et effectus Baptismi, et Spes in eo reposita.
II. Baptismus extra unitatem Ecclesiæ non prodest.
III. Contra Schismaticos Baptismo gloriantes.
IV. Cohortatio ad recens baptizatos.

I. Sermo mihi est ad vos, modo nati Infantes, parvuli in Christo, nova proles Ecclesiæ, gratia Patris, fœcunditas Matris, germen pium, examen novellum, flos nostri honoris, et fructus laboris, gaudium et corona mea, omnes, qui statis in Domino, Apostolicis verbis vos alloquor. *Ecce nox præcessit; dies autem appropinquavit. Abjicite opera tenebrarum, et induite vos arma lucis. Sicut in die, honeste ambulate. Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione, sed induite Dominum Jesum Christum, et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis* (*Rom.* XIII, 12-14), ut et vitam induatis, quam Sacramento induistis, (*d*). *Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, et Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, aut fœmina; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu* (*Galat.* III, 27, 28). Hoc habet ipsa vis Sacramenti. Sacramentum enim est vitæ novæ, quæ in hoc tempore incipit a remissione præteritorum omnium peccatorum, perficietur autem in resurrectione mortuorum. *Consepulti enim estis Christo per baptismum in morte, ut, quomodo surrexit Christus a mortuis, sic et vos in novitate vitæ ambuletis* (*Rom.* VI, 4). Ambulatis autem nunc per

Augustini ep. De Festivitate paschali. Sed mihi Augustinum non sapit, saltem integer. Expendant, qui S. Doctori me familiariores sunt. Ego enim ei subtrahere mallem, quam supponere. In Editione locum haberet post *Serm. CCLVI.*

(*a*) פסח, πάσχειν. Frivola hæc intrusa videntur.

(*b*) Imo: *Laudate* הללו.

(*a*) Similia infra *Serm. XXI. n.* 4.

(*b*) Pro *Sacculo.* Etiam Petronio, Celso, etc. Nullibi tamen in impressis Augustini. Recurret infra *Serm. XX. n.* 12.

(*c*) In Codice *fol.* 14. inscriptus: *Sermo sancti Augustini episcopi Sabbato Paschæ.* Dignus Auctore de Sacramento Baptismi egregie pertractat. Quædam N. 1. Incisa leguntur *T. V. Append. Serm. CLXXII. col.* 296. male consarcinato. Noster inserendus est post *Sermonem CCLX.* qui fortasse his verbis eum innuit: *Regeneratis in baptismo, qui hodie miscendi sunt populo, brevis, sed gravis Sermo reddendus est.*

(*d*) Lego: *vita induatis, quem sacramento induistis,* nempe Christum.

fidem, quandiu in hoc mortali corpore peregrinamini a Domino, sed via vobis certa ipse, ad quem tenditis, factus est Christus Jesus secundum hominem, quod pro nobis fieri dignatus est. Servavit enim multam dulcedinem timentibus se, aperturus et perfecturus eam sperantibus in se, cum id, quod nunc in spe accepimus etiam in re acceperimus. *Filii enim Dei sumus, et nondum apparuit, quod erimus. Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* (1 *Joan.* III, 2). Hoc etiam in Evangelio ipse promisit. *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea custodit. Et qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam illum, et ostendam me ipsum illi* (*Joan.* XIV, 21). Utique videbant eum, quibus loquebatur, sed in forma servi, qua major est Pater, non in forma Dei, qua æqualis est Patri. Hanc ostendebat timentibus, illam servabat sperantibus. In hac peregrinantibus apparebat, ad illam cohabitaturos vocabat. Hanc eis ambulantibus substernebat, illam pervenientibus promittebat.

II. *Has ergo promissiones habentes, charissimi, mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, et spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei* (2 *Cor.* VII, 1). *Obsecro vos, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate animi, et mansuetudine, sufferentes invicem in dilectione, studentes observare unitatem spiritus in vinculo pacis* (*Ephes.* IV, 1-3). Qualis enim res est, unde tale pignus accepimus. Sed sunt quidam, qui Christum solo Sacramento induerunt, quo in fide vel moribus nudi sunt. Nam et multi hæretici ipsum habent Sacramentum baptismatis, sed non ipsum fructum salutis, nec vinculum pacis : *Habentes*, sicut ait Apostolus, *formam pietatis, virtutem autem ejus negantes* (2 *Tim.* III, 5), vel signati a desertoribus, vel ipsi etiam desertores signum boni regis in damnabili carne portantes, qui nobis dicunt : Si fideles non sumus, baptismum nobis quare non datis? Si autem jam fideles sumus, quid nos quæritis? Quasi non legant, Simonem magum et accepisse baptismum, et tamen a Petro audisse : *Non est tibi pars neque sors in hac fide* (*Act.* VIII, 21). Ecce quia fieri potest, ut aliquis habeat baptismum Christi, et non habeat fidem, vel dilectionem Christi; habeat sanctitatis Sacramentum, nec computetur in sorte sanctorum. Neque interest, quantum ad ipsum solum pertinet Sacramentum, si ibi quisque accipiat baptismum Christi, ubi non est unitas Christi. Nam et baptizatus in Ecclesia, si fuerit desertor Ecclesiæ, sanctitate vitæ carebit, Sacramenti signaculo non carebit. Nam utique exeuntem non potuisse amittere demonstratur, quod redeunti non redditur. Sicut desertor militiæ caret legitima societate, non caret regio charactere. Qui, si et alterum eodem signo ipse signaverit, non faciet consortem vitæ, sed comitem pœnæ. Si autem ad legitimam ordinatamque militiam et ille redeat, et ille veniat, placata regia severitate et illi ignoscitur, quod recessit, et ipse suscipitur, qui accessit. In ambobus culpa corrigitur, ambobus pœna remittitur, ambobus pax datur, in nullo, quod signatum est, iteratur.

III. Jam ergo nobis non dicant : Quid nobis dabitis, si jam baptismum habemus? Sic enim nesciunt, quid loquantur, ut nec saltem legere velint, quod sancta Scriptura testatur, in ipsa intus Ecclesia, hoc est, in communione membrorum Christi, multos in Samaria baptizatos non accepisse Spiritum sanctum, sed in solo baptismo fuisse, donec ad eos de Jerusalem venirent Apostoli (*Act.* VIII); contra autem Cornelium, et eos, qui cum illo erant, meruisse accipere Spiritum sanctum, antequam acciperent baptismi Sacramentum (*Id.* X). Ita Deus docuit, aliud esse signum salutis, aliud ipsam salutem, aliud formam pietatis, aliud virtutem pietatis. Quid nobis, inquiunt, dabitis, si jam baptismum habemus? O sacrilegam vanitatem, ita nihil putare esse Christi Ecclesiam, quam non habent, ut nihil se accipere arbitrentur, si ejus communioni socientur! Dicat eis Amos propheta : *Væ eis, qui nihil faciunt Sion* (*a*) (*Amos.* VI, 1)! Quid accepturus sum, inquit, si jam baptismum habeo? Accepturus es Ecclesiam, quam non habes; accepturus es unitatem, quam non habes; accepturus es pacem, quam non habes. Aut si ista nihil tibi videntur, pugna, desertor, contra Imperatorem tuum dicentem : *Qui mecum non colligit, spargit* (*Luc.* XI, 23). Pugna contra Apostolum ejus, imovero et ibi contra ipsum, qui per eum loquebatur, dicentem : *Sustinentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (*Ephes.* IV, 3). Numera, quæ dixit : Sustinentiam, dilectionem, unitatem, spiritum, pacem. Spiritus illic operator omnium, qui nominatus est, quem tu non habes. Numquid sustinuisti, qui de Ecclesia recessisti? Quem dilexisti, quando membra Christi deseruisti? Quæ tibi est unitas in sacrilega præcisione? Quæ pax in nefaria dissensione? Absit a nobis, ut nihil sint ista, sed nihil es tu ipse sine istis. Hæc si accipere in Ecclesia contemnis, baptismum quidem potes habere, sed ad majus supplicium habes, quidquid non cum istis habes. Bapismus enim Christi, qui cum istis suffragator esset salutis tuæ, sine istis testis est iniquitatis tuæ.

IV. Vos autem, filii sancti, membra catholica, baptismum non alium, sed aliud accepistis. Accepistis enim non ad pœnam, sed ad vitam, non ad perniciem, sed ad salutem, non ad damnationem, sed ad honorem. Simul enim accepistis et unitatem spiritus in vinculo pacis, si tamen et vos, quod opto, quod spero, quod exhortor ac deprecor, et, quod accepistis, integrum custodiatis, et proficiendo ad majora veniatis. Hodie dies octavus est nativitatis vestræ. Hodie completur in vobis signaculum fidei, quod apud antiquos patres in circumcisione carnis fiebat octavo die carnalis nativitatis. Figurabatur enim expoliatio mortalitatis in eo membro humano, per quod moriturus nascitur homo. Unde et ipse

(*a*) Τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιών. Cum LXX. Vulg. habet : *Qui opulenti estis in Sion.*

Dominus mortalitate carnis resurgendo se expolians, et non quidem aliud, sed tamen ultra non morituram corpus exsuscitans dominicum diem in sua resurrectione signavit, qui post diem passionis ejus tertius, in numero autem dierum post sabbatum octavus est, idemque primus. Unde et vos nondum re, sed certa jam spe, quia et hujus rei sacramentum habebitis, et pignus Spiritus accepistis, *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria* (*Coloss.* III, 1-4).

SERMO IX.

De Psalmi CXVII. *vers.* 1. Confitemini Domino, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Quid sit confiterì Domino. II. Quomodo, et quare confitendum Bonitati divinæ. III. Quantum differat Confessio facienda Homini Judici, et facienda Deo. IV. Exhortatio ad confitenda Deo peccata.

I. *Confitemini Domino quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus* (*Psal.* CXVII, 1). Quod nos voce Psalmi Spiritus sanctus hortatus est, cui ore uno, et corde uno respondebamus : Alleluia, quod latine interpretatur : *Laudate Dominum*, hoc vos et per nostram vocem idem Spiritus sanctus exhortatur. *Confitemini*, inquit, *Domino, quoniam bonus est; quoniam in sæculum misericordia ejus.* Sive dona illius laudando cantetis, sive peccata vestra gemendo fundatis, *Confitemini Domino, quoniam bonus est; quoniam in sæculum misericordia ejus.* Neque enim sola commemoratio peccatorum nostrorum, sed etiam Domini nostri laudatio confessio dicitur, quia et si unum horum faciamus, non sine altero facimus. Nam et iniquitatem nostram cum spe misericordiæ ipsius accusamus, et ipsius misericordiam cum iniquitatis nostræ recordatione laudamus. Confiteamur ergo Domino, *Quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Videtur nonnullis mala esse quædam creatura, quia imperitorum sensus offendit, sed falsum est. Fecit enim Deus omnia bona valde, *Quoniam bonus est.* Videtur nonnullis injustus Deus, quia plerumque fideles ejus multa dura et aspera in hac temporali vita patiuntur; sed, quibus hoc videtur, falluntur. *Flagellat enim omnem filium*, non quem rejicit, sed *Quem recipit, quoniam in sæculum misericordia ejus* (*Hebr.* XII, 6).

II. Confiteamur ergo Domino, *Quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Dicamus Domino Deo nostro : *Admiranda sunt opera tua; omnia enim in sapientia fecisti* (*Psal.* CIII, 24). *Justa sunt judicia tua; propter iniquitatem enim erudisti hominem* (*Tob.* III, 2). *Priusquam humiliarer, ego deliqui* (*Psal.* CXVIII, 67). Dicamus hæc in confessione, quia, si quædam supplicio nostræ mortalitatis adversa sunt, ille tamen bonum facit, *Quoniam bonus est.* Et si temporalibus doloribus et laboribus emendamur, *Non in finem irascetur, neque in æternum indignabitur, quoniam in sæculum misericordia ejus* (*Psal.* CII, 9). Quid tam bonum, quam Deus noster? Blasphemant homines, nec solum non humiliantur, sed etiam superbiunt in sceleribus suis, et *Facit ille solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super justos et injustos* (*Matth.* V, 45). Quid tam misericors, quam Deus noster? Perseverant homines in flagitiis et facinoribus suis, et ille eos ad conversionem vocare non cessat. Quid tam bonum, quam Deus noster, a quo et in pressura solatia tanta percipimus? Quid tam misericors quam Deus noster, cujus et futuram sententiam mutati mutamus? Confiteamur Domino, *Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Non omnium rerum laudes confessiones sunt, sed laudes Domini Dei nostri. Si enim verissime dictum est : *Quam bonus Deus Israel rectis corde* (*Psal.* LXXII, 1), malus utique videtur perversis corde. Quis autem hominum nisi ex perverso fit rectus, ut tanquam convictus laudare incipiat, quod antea reprehendebat, et mirarì, quod antea contemnebat, confitens Domino, quoniam sibi jam recto bonus est, qui perverso videbatur malus? Et quoniam sua malitia perversus erat, ipsius autem gratia correctus est, simul oportet confiteatur, *Quoniam in sæculum misericordia ejus.* Nos mali, bonus ille. Nos ab ipso boni, a nobis mali. Bonus ille nobis bonis, bonus ille nobis malis. Nos sævientes in nos, ille misericors erga nos. Vocat, ut convertamur; expectat, donec convertamur; ignoscit, si convertamur; coronat, si non avertamur.

III. Confiteamur ergo Domino, *Quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Confessio etiam peccatorum timenda semper hominibus visa est, sed apud hominem judicem. Non sæpissime flagellis et quibusdam verberibus, ungulis quoque et ignibus agitur, ut eruatur ore confessio, et aliquando prius cedunt membra tormentis, ut corporis compago solvatur, quam doloribus animus, ut secretum facinoris propaletur. Instant carnifices, crebrescunt omnia genera tormentorum; sed frustra laniando puniuntur viscera, cum clauditur negando conscientia. Cur autem in tantis cruciatibus homo metuit confiteri, nisi quia confessi solent puniri? Qui confessus fuerit homini, punitur. Deo qui confessus fuerit, liberatur. Nec mirum. Quærit homo ab homine, quod ille, qui quærit, ignorat; Deus autem, qui monet ut confiteamur, novit quod confiteri nolebamus, nec tunc discit, quando confessi fuerimus. Quanto ergo magis confitentes a sempiterna morte liberat, qui nostris iniquitatibus, quas et antequam confiteremur, noverat, a temporali morte parcebat.

IV. Dicis fortasse : Quid a me quærit Deus, ut confitear, quod ipse jam novit? Nam homo, ab homine cum hoc quærit, ignorat. Quid putas, nisi quia Deus vult, a te ut peccatum tuum cognoscendo pu-

(*a*) In Codice *fol.* 17. p.2. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep.* Agit de peccatorum Confessione, et memoratur a Possidio in *Indiculo opp.* c. 9. Inserendus post *Sermonem XXIV.*

niatur, et ab illo ignoscendo solvatur? Nam quomodo illum cupis ignoscere, quod tu non vis agnoscere? Audi Psalmum, et, si evigilas, adverte vocem tuam, ubi est. *Peccatum*, inquit, *meum cognovi, et facinus meum non operui. Dixi: Proloquar adversum me delictum meum Domino, et tu dimisisti impietatem cordis mei* (*Psal.* XXXI, 5). Audi in alio Psalmo: *Quoniam iniquitatem meum ego agnosco, et delictum meum ante me est semper* (*Id.* I, 5). Non itaque hujusmodi impudenter dicebat Deo: *Averte faciem tuam a peccatis meis* (*Ibid.* 11). Tunc enim ab hominis peccato faciem Deus dignatur avertere, cum homo ipse a peccato suo faciem suam minime curat avertere, ut in Dei auribus dicat: *Peccatum meum ante me est semper*. Nec ideo dicitur Deo: *Averte faciem tuam*, quia non cognoscit, sed quia ignoscit. Si ergo propterea times, homo, confiteri homini judici, quia malus est, aut quia severitatem legis implere compellitur, securus confitere Domino, *Quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

SERMO X.

De Psalmi CXLIX. *vers.* 1. Cantate Domino canticum novum, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Canticum duplex: vetus et novum. II. Quæ sanctorum Ecclesia in terris. III. Quæ vera Sion, et quæ ejus conditio. IV. In Christo fides et spes felicitatis nostræ.

I. VENERUNT dies, ut cantemus *Alleluia*. Adeste animo, fratres, ad percipiendum quæ Dominus suggerit ad exhortationem nostram, et nutriendam charitatem, qua nobis inhærere Deo bonum est. Adeste animo, Cantatores boni, filii laudis et gloriæ sempiternæ veri et incorrupti Dei; adeste intenti, et laudate Deum; hoc est enim Alleluia (*b*). Sed laudate Deum non solum in voce, sed et in intellectu, et in opere bono, et sicut nos exhortatus est Psalmus, cantemus Domino canticum novum. Sic enim cœpit: *Cantate Domino canticum novum* (*Psal.* CXLIX, 1). Vetus homo vetus canticum. Novus homo novum canticum. Vetus Testamentum vetus canticum. Novum Testamentum novum canticum. In Veteri Testamento promissiones sunt terrenæ, in Novo Testamento promissiones sunt cœlestes. Quisquis terrena diligit, et terrenis incubat delectationibus, vetus canticum cantat. Qui vult cantare canticum novum, diligat æterna. Ipsa dilectio nova est, quia nunquam veterascit, et innovat amantem. Itaque, fratres, commendamus vobis, ut Deum diligatis; imo ipse commendat omnibus nobis. Bono enim nostro illum diligimus, non bono ipsius, quia malo nostro cum non diligimus, non malo ipsius. Non enim minus habebit Deus Divinitatem, si homo in illo (*a*) non habuerit Charitatem. Nos crescimus ex Deo, non ille ex nobis, et tamen tantum nos dilexit prior, antequam eum diligeremus, ut Filium suum unicum mitteret mori pro nobis. Qui fecit nos, factus est inter nos. Quomodo nos ipse fecit? *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (*Joan.* I, 3). Quomodo factus est inter nos? *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Psal.* CXLIX. 14).

II. Ergo, fratres, si ante amare pigebat, saltem nunc redamare non pigeat. Fœdos nos amavit, quia peccatores amavit. *Etenim Christus*, ait Apostolus, *pro impiis mortuus est* (*Rom.* V, 16). Qui donavit impiis mortem suam, quid servat justis, nisi vitam suam? Videte denique, ubi, vel a quibus canticum istud novum Domino cantetur. Cum diceret enim: *Cantate Domino canticum novum*, subnexuit, et ait: *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum* (*Psal.* CXLIX, 1), et potest esse in terra Ecclesia Sanctorum? Dicit enim Propheta: Quia contaminata est terra in sanguine, et adulteria, et homicidia effusa sunt super terram (*Ezech.* IX; *et Osee.* IV, 2). Quomodo ergo videbitur Ecclesia Sanctorum haberi posse in terris? Apostolus docet dicens, quia in terris ambulantes conversationem habemus in cœlis (*Philipp.* III, 20). Sic ergo efficitur, ut in terris positi cœlestem Ecclesiam faciant Sancti. *Lætetur*, inquit, *Israel in eo, qui fecit eum* (*Psal.* CXLIX, 2). Israel, id est, justi et sancti lætentur in Domino, injusti autem lætentur in sæculo. Finito sæculo finitur injustorum exultatio, quia permanente Domino permanebit justorum exultatio. Ergo si pertinemus ad Israel, et si volumus esse Israel, non lætemur in his, quæ facta sunt, sed in eo, qui fecit. Sit spes nostra Deus noster. Qui fecit hæc omnia, melior est omnibus. Quid est Israel? *Videns Deum* (*b*). Quomodo sumus Israel, si nondum videmus? Est quædam visio hujus temporis, erit alia visio futuri temporis. Visio, quæ modo est, per fidem est; visio, quæ futura est, per speciem erit. Si credimus, videmus; si amamus, videmus. Quid videmus? Deum. Ubi est ipse Deus? Interroga apostolum Joannem. *Deus*, inquit, *charitas est* (1. *Joan.* IV, 8 *et* 16). Quisquis habet charitatem, ut quid illum mittimus longe, ut videat Deum? Conscientiam suam attendat, et ibi videt Deum. Si charitas ibi non habitat, non ibi habitat Deus. Si autem charitas ibi inhabitat, Deus ibi inhabitat. Vult illum videre sedentem in cœlo, habeat charitatem, et in illo habitat.

III. Sed *Et filii Sion exultent in Rege suo* (*Psal.* CXLIX, 2). Qui illi sint, operæ pretium est noscere. Sion Specula interpretatur (*c*); specula vero est locus excelsus et editus, de quo longe prospicitur, quod venturum est. Si ergo et nos vitam nostram

(*a*) In Codice *fol.* 19. inscriptus: *Sermo sancti Augustini ep.* Ad Tempus paschale pertinet, amorem et desiderium futurorum bonorum inspirans, et Editioni post *Sermonem XXXIV.* inserendus.

(*b*) A loco sequenti usque ad verba: *quia nunquam veterascit*, pene κατὰ λέξιν se repetit Augustinus in *Enarrat.*, dicti Psalmi Edit. T. IV. *col.* 1683.

(*a*) Fortassis: *in illum.*

(*b*) Rectius Hieronymus *Quæst. Hebr.* ad *Genes.* c. 32. v. 28 interpretatur: *Princeps*, seu prævalens *cum Deo* ad hebraïcam fidem. Quo loco vide annon Nostrum etiam oblique notet.

(*c*) Etiam Hieronymo in *Nominibus Hebr.* et aliis, licet ἴτυμον potius *locum aridum* innuat.

altius a terra, et longe sublimius ab humanis vitiis collocaverimus per virtutem fidei, recte Sion Filii appellabimur. Rex autem Sion sine dubio ille est, qui dicit : *Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus* (*Psal.* II, 6). Quæ Sion, ipsa et Jerusalem, sed Sion vera, et Jerusalem vera, non illa quæ bello cecidit, quæ nobis in mysterio posita est, sed illa, quæ est in cœlis : *Jerusalem, quæ est mater nostra* (*Galat.* IV, 26). Ipsa nos genuit, ipsa nos nutrivit, ex parte peregrina in sæculo, ex magna parte commanens in cœlo. Ex parte, qua commanet in cœlo, beatitudo est Angelorum; ex parte, qua peregrinatur in hoc sæculo, spes est justorum. De illa dictum est : *Gloria in excelsis Deo;* de hac dictum est : *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis* (*Luc.* II, 14). Qui ergo in hac vita gemunt, et desiderant illam patriam, currant, non pedibus corporis, sed affectibus cordis. Non quærant naves, sed pennas charitatis apprehendant. Quæ sunt duæ alæ charitatis? Dilectio Dei, et dilectio proximi. Peregrinamur enim, dicit Apostolus : *Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino* (2 *Cor.* V, 6). Sed venerunt ad nos litteræ de patria nostra admonentes reversionem nostram. Ipsæ nobis leguntur, cum divinæ Scripturæ nobis recitantur. Beati, qui ibi sunt! Nullis jam cupiditatibus sauciantur, nullis iniquitatibus vel propriis, vel alienis cruciantur, quorum non est negotium, nisi laudare Deum. Non arant, non seminant. Opera enim sunt ista necessitatis; ibi necessitas non est. Non furantur, non deprædantur. Opera enim sunt ista iniquitatis; ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt peregrinum, non sepeliunt mortuum. Opera enim sunt ista misericordiæ; ibi nulla miseria est, in qua fiat misericordia.

IV. O beati! Putamus, erimus et nos sic? Eia suspiremus, de suspirio gemamus, et quid sumus, et illud, ubi sumus. Et ubi sumus? In sæculo vano et transitorio. Et quid sumus? Mortales, projecti, abjecti, et sicut quidam dixit Sanctus : *Terra et cinis* (*Gen.* XVIII, 27). Sed qui promisit nobis immortalitatem, et æternitatem, omnipotens est. Si ad nos attendamus, quid sumus? Si ad illum, Deus est, omnipotens est. Non est facturus Angelum ex homine, qui fecit hominem ex nihilo? Aut vere pro minimo habet Deus hominem, propter quem mori voluit Unicum suum? Attendamus indicium dilectionis, et promissionis, unde tales arrhas accepimus. Tenemus mortem Christi, tenemus sanguinem Christi. Erigat se ergo et humana fragilitas, non desperet, non se avertat. Qui promisit, Deus est, et venit, ut promitteret. Apparuit hominibus, venit suscipere mortem nostram, promittere vitam suam. Ita enim voluit Deus infirmitatem humanam de sua promissione esse securam, ut non solum diceret, sed et scriberet. Credentibus dixit, dubitantibus cavit, et ecce omnia tenentur in quodam Chirographo, in sancta Scriptura. Venit ergo ad regionem peregrinationis nostræ accipere, quod hic abundat : opprobria, flagella, contumelias, spineam coronam, crucem, mortem. Hæc abundant in regione nostra. Attulit commercia, venit, attulit nobis de illa regione bona, et in regione nostra pertulit mala. Promisit nobis tamen, quod ibi futuri sumus, unde venit, et ait : *Pater, volo, ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* (*Joan.* XVII, 24). Tanta præcessit dilectio, quia, ubi nos eramus, fuit nobiscum; ubi ipse est, erimus cum illo. Tenete ergo Christum, fratres, tenete fidem, tenete viam. Ipsa vos perducet ad id, quod videre modo non potestis. In illo enim capite apparuit, quod speretur in membris. In illo fundamento demonstratum est, quod in nostra ædificetur fide, ut postea perficiatur in spe.

SERMO XI.

In Natali Joannis Baptistæ (*a*).

SYNOPSIS.

I. Quis, et cui, et quam lucernam paraverit. II. Joannis Baptistæ modestia. III. Joannis Baptistæ dignitas. IV. Mysterium Trinitatis, et Patris, Filiique coæternitas. V. In Christi Baptismo manifestata Trinitas. VI. Quinam sint occulti inimici Christi. VII. Quinam sint aperti inimici Christi. VIII. Anacephalæosis et Adhortatio.

I. Loquimur Charitati Vestræ in domo Dei, quod præsens Psalmus admonuit (*b*). Quis est, qui dicat : *Paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione; super ipsum autem florebit sanctificatio mea* (*Psal.* CXXXI, 17, 18); et quæ illa lucerna sit, quam paravit Christo suo, et qui sint inimici Christi ejus, quos per illam lucernam induit confusione, et quæ sanctificatio ejus, qui paravit lucernam Christo suo, quæ florebit super Christum ejus. In his enim omnibus verbis illud tantum videtur planum, et apertum, quod hic ait : *Christo meo*. Non enim aliud intelligendum est, quam Christus Dominus et Salvator noster. Perscrutantes itaque, quantum largitur Deus, altitudinem sensus hujus, invenimus hoc Deum Patrem dicere. Deus ergo Pater, id est, persona Dei Patris per Prophetam loquitur : *Paravi lucernam Christo meo*. Filium autem Dei eumdem esse et Christum Dei, non est exponendum Christianis. Inventa itaque loquentis persona videamus, quæ sit lucerna a Deo Patre Christo Filio præparata. Dominus ipse dicit de Joanne Baptista : *Ille erat lucerna ardens et lucens, et vos voluistis exultare ad horam in lumine ejus* (*Joan.* V, 35). Lucernam ergo dixit Joannem accensam de fonte luminis, ut testimonium perhiberet veritati. In hac enim cæcitate jacebant homines, et in hac oculi interioris infirmitate, ut Sol justitiæ per lucernam quæreretur. Nam si quis haberet mundum oculum cordis, eum ipsum prius intueretur, nec ad ejus testimonium lucernam quæreret. Cum enim de illa

(*a*) In Cod. *fol.* 26. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. De Festo beati Joannis Bapt.* Præstans et sublimis etiam de Trinitatis mysterio Tractatus, notatus a Possidio in *Indiculo Opp.* c. 8. *De responsorio Psalmi centesimi trigesimi primi :* Paravi lucernam Christo meo, etc. Locandus post *Sermonem CCXCIII.*

(*b*) Nempe mox citandus. v. 5. *Introibimus in tabernaculum ejus, etc.*

lucerna dixisset : *Voluistis exultare ad horam in lumine ejus ; ego autem*, inquit, *habeo testimonium majus quam Joannem* (*Joan.* v, 36). Lucerna ergo infirmis in nocte accensa est. Et quomodo illam accendit? Pater Christo Filio suo de Joanne dicit : *Ecce mitto Angelum meum ante te, qui præparabit viam ante faciem tuam* (*Malach.* III, 1, *et Matth.* XI, 10). Paravit lucernam Christo suo (*Psal.* CXXXI, 17).

II. Quomodo inimicos ejus per ipsam lucernam induit confusione ? Ac prius videte, quod diximus, de fonte luminis accensam lucernam. Ipse Joannes testatur : *Nos autem*, inquit, *de plenitudine ejus accepimus* (*Joan.* I, 16). Erat autem Joannes tanta excellentia præcellens, ut non ante Christum missus, sed ipse Christus putaretur. Ille autem, si lucerna esset extincta, et nidore superbiæ fumida, quando ad eum missum est a Judæis, dictumque illi : *Tu quis es* (*Ibid.* 19)? Tu es Christus ? An Elias? An Propheta ? diceret : Ego sum. Invenerat enim occasionem jactantiæ suæ, ultro honorem falsum errore hominum deferente. Numquid hoc persuadere laborabat, quod priores dicebant, qui interrogabant? Sed missus est humilis ad parandam viam excelso. Inde amicus Sponsi, quia servus cognitor Domini. Et ait : *Ego sum vox clamantis in eremo : Parate viam Domino. Rectas facite semitas ejus* (*Matth.* III, 3). Ego non sum Christus, nec Elias, nec Propheta. Et illi : *Quis ergo es ?* Et quid dixit? *Ego sum vox clamantis in deserto : Parate viam Domino*. Jam enim ista prædixerat Isaias (*Isai.* XL, 3). De quo autem prædixerit, ibi intelligitur. Legistis, inquit, hoc in Isaia, et forte lectum ignorastis, unde sit dictum. Ego sum, de quo est dictum. Quantum autem se abjicit, qui tantum erigebatur, ut Christus putaretur, quantum se abjicit, videte. *Ego quidem*, inquit, *baptizo vos in aqua ; qui autem post me venit, major me est* (*Luc.* III, 16). Et aliquanto posset me major dici (*a*). Majorem se illum dicit. Dic, quanto majorem? *Cujus non sum*, inquit, *dignus corrigiam calceamenti solvere* (*Ibid.*).

III. Jam hinc intelligite dispensationem, quare Joannes ante Christum præmissus est. Videtis, quanto sit minor, quantoque illum fateatur esse majorem, ut dicat indignum se solvere corrigiam calceamenti ejus. Quantus est iste, qui se dicit indignum solvere corrigiam calceamenti hujus? Quantus est ? Ubi quærimus? Si ab ipso Joanne quæramus, quantus sit Joannes, non invenimus ; humiliat enim se, et nihil de se, vel veraciter, jactanter loquitur. Quantus ergo sit Joannes, qui non est dignus corrigiam calceamenti solvere ejus, qui homo putabatur, a quo audituri sumus? Ipsum Dominum interrogemus, et dicamus ei : Domine, perhibuit de te Joannes magnum testimonium, et cum ejus magna excellentia inter homines appareret, ut Christus esse putaretur, quæsitumque ab eo esset, quis esset, dixit non se esse Christum, dixit venturum esse majorem se, et tanto majorem, ut non sit dignus corrigiam solvere calceamenti ejus. Tanquam lucerna fidelis locuta est de excellenti lumine tuo. Hoc de te Joannes. Videamus, quis sit, qui de te ista, quantus sit ille, qui se ita humiliavit tibi, teque tanto ampliorem se confessus est. Quis est? Ille de te ista. Tu de illo dic nobis aliquid. Audi vocem Domini de Joanne. *In natis mulierum nemo exurrexit major Joanne Baptista* (*Matth.* XI, 11). Sed quid ait? *Qui autem minor est, in regno cœlorum major est illo* (*a*). Se ipsum dicit; non enim arrogans est Deus, cum commendat magnitudinem suam. Quid est : *Qui minor est ?* Qui posterior ætate, major majestate. Posterior enim natus Joanne est Dominus Christus, sed in eo, quod factus est propter nos, non in eo, per quod facti sumus. Ille, qui post Joannem natus est, audi a Patre : non ante Joannem, non ante David, non ante Abraham, sed *Ante luciferum genui te* (*Psal.* CIX, 3). Si ergo accommodatum est aliquid infirmitati nostræ, ut diem lucerna præcederet, et creditum est lucernæ de die, quanto magis credendum est diei de lucerna, quia *In natis mulierum nemo exurrexit major Joanne Baptista.* Homo igitur, quo nemo major natus erat, cum dicit se indignum solvere corrigiam calceamenti cujusdam, quid est ille, cujus non est dignus solvere corrigiam calceamenti homo, quo nemo major erat? Si jam Joannes tantus homo, ut amplior non possit esse homo, quidquid illo majus, amplius est, quam homo. Si jam Joannes tantus homo, ut major illo nullus sit homo, qui major illo est, amplius est, quam homo. Et qui amplius est, quam homo, tamen propter hominem homo, merito super eum floret sanctificatio Patris.

IV. Super eum enim Spiritus sanctus in specie columbæ descendit. Flos sanctitatis in specie columbæ, in forma simplici atque innocenti tunc demonstratus est plenius ipsi Joanni, ut impleretur : *Et super ipsum florebit sanctificatio mea. Ego*, inquit, *non noveram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, et manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego*, inquit, *quod vidi, testimonium perhibeo, quia ipse est electus Dei* (*Joan.* I, 33. 34). De quo testimonium perhibet? Super quem vidit florere sanctificationem Patris. Unde vidit descendentem Spiritum sanctum ? Non enim a Filio aliquando recessit Spiritus sanctus, aut aliquando Filius a Spiritu, aut aliquando Filius a Patre, aut Pater a Filio, aut Spiritus a Filio et Patre. Sed aliter ista intelliguntur mente purgata, aliter oculis demonstrantur. Nullo tempore præcedit Pater Filium, nullo tempore sequitur Filius Patrem, nullo tempore, quia ibi nullum tempus. Pater et Filius et Spiritus sanctus, creator temporum, unus Deus. Ibi ergo non est, ut dicas : Prior est Pater, posterior Filius. Ex quo Pater, ex illo Filius. Quære : Ex quo

(*a*) Vacillat hic sensus, nec medelam video.

(*a*) Rectius, si quid video, interpungit S. Pater, quam plurima Exemplaria græca et latina, quæ hic, et *Luc.* VII, 28. legunt : *Qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo*. Quis enim esset ille *minor in regno cœlorum*, qui Joanne *major* foret?

Pater? Superas cogitatione terram, cælum, Angelos, visibilia, invisibilia, universam creaturam, et quæris: Ex quo cœpit Pater? Non sic quæruntur æterna. Noli quærere ex quo, nisi quod incipit. Noli quærere ex quo, a quo incipit, quidquid cœpit, et quod a nullo incipit, quia non incipit. Sicut autem non incipit Pater, non incipit Filius, sed est Filius splendor Patris. Sic splendor ignis, ex quo ignis, et splendor Patris, ex quo Pater. Ex quo autem Pater? Ab æterno in æternum. Ergo et splendor Patris ab æterno in æternum, et tamen, quia splendor illius, Filius illius, et sic non cœpit tempore, ut genitus sit a Patre? Quis hoc videat? Lima cor, excute pulverem, dilue maculam. Quidquid interiorem perturbat intuitum, curetur, et sanetur, et apparebit, quod dicitur, et creditur, antequam videatur.

V. Modo tamen credimus, fratres. Quid credimus? Patrem et Filium et Spiritum sanctum nullo tempore se præcedere. Cum ergo Pater et Filius et Spiritus sanctus nullo tempore se præcedant, non tamen potui nominare Patrem et Filium et Spiritum sanctum, nisi ista nomina tempora tenerent, et temporibus suis tenerentur. Non est prior Pater, et posterior Filius, et tamen ego non potui dicere, nisi unum prius, et alium posterius, et sua tempora omnes syllabæ tenuerunt, et secunda syllaba in verbis meis sonare non potuit, nisi cum prima transisset. Peracta sunt tempora in syllabis meis, cum ea dicerem, quæ non habent tempora. Sic ergo, fratres mei, cum illa Trinitas sensibiliter ostenderetur huic carni, in fluvio apparuit omnis Trinitas, ubi baptizatus est Dominus a Joanne. Baptizatus est enim, ascendit a baptismo, descendit columba, et sonuit vox de cælo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui* (*Matth.* III, 17). Filius in homine, Spiritus in columba, Pater in voce. Res indiscreta discrete monstrata est; si tamen dicenda est res, sed potius rerum omnium causa, si tamen causa. Quid enim dicimus, cum de Deo dicimus? Et tamen dicimus, et dici se sinit, qui non est, velut cogitatur; dici autem non potest, nec quo modo cogitatur. Sed quantum ad homines, fratres, ecce per columbam apparuit, et impletum est: *Super ipsum autem florebit sanctificatio mea. Florebit* enim dictum est: clare apparebit. Nihil enim in arbore flore clarius, nihil lucidius. Age jam. Pervenimus ad ultima verba Hypopsalmatis (a): *Super ipsum autem florebit sanctificatio mea* (*Psal.* CXXXI, 18). Recordor me prætermisisse, qui sint inimici, qui confusi sunt per lucernam.

VI. *Paravi lucernam Christo meo*, Pater dixit de Filio suo. Quam lucernam? Joannem. Interroga ipsum Filium. *Ille erat lucerna ardens et lucens. Inimicos ejus induam confusione.* Inimici Christi aperti qui, nisi Judæi? Habet enim occultos inimicos Christus. Omnes inique atque impie viventes inimici sunt Christi, etsi signentur nomine ejus, etsi vocentur Christiani. Quibus enim dicturus est: *Non novi vos*, et dicunt illi: *Domine, in nomine tuo manducavimus et bibimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus* (*Luc.* XIII, 26, *et Matth.* VII, 22, 23). Quid manducavimus, et bibimus in nomine tuo? Non enim escas suas pro magno jactabant, et inde se ad Christum pertinere dicebant. Est esca quædam, quæ manducatur et bibitur, et Christus est. Et ab inimicis Christus manducatur et bibitur. Norunt Fideles Agnum immaculatum, quo vescuntur, atque utinam sic vescantur, ut non sint pœnæ debitores! Sicut enim dicit Apostolus: *Quicumque manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* (1 *Cor.* XI, 29). Ergo inimici Christi sunt, qui malunt inique vivere, quam illi obtemperare, et cum dicitur venturus judicare vivos et mortuos, timent ne veniat. Si illis liceret, facerent ne veniret. Quia non potuerunt facere ut non veniret, facerent ne rediret. Jam Judæi hoc voluerunt facere, ne rediret. Missus est enim filius ad malos illos colonos, ad malos conductores nolentes reddere mercedem, et lapidantes servos missos ad se. Tunc dixit paterfamilias, dominus vineæ: *Mittam filium meum* (*Luc.* XX, 13). Forsitan vel ipsum reverebuntur. Illi autem cogitaverunt dicentes: *Hic est hæres. Venite, occidamus eum, et nostra erit hæreditas* (*Ibid.* 14)! Non potuerunt facere, ne veniret a patre, et conati sunt facere, ne rediret ad patrem. Sed cui hoc? Videbant quidem et contemnebant mortalem, sed in eo non potuerunt occidere nisi mortem. In morte Christi mors mortua est. Ille resurgens ascendit ad Patrem et venturus est. Quid timetis? Amate, et securi eritis. Nonne nos oramus: *Adveniat regnum tuum* (*Matth.* VI, 10). Ergo, fratres, oramus, et timemus, ne exaudiamur?

VII. Sed isti, ut dicere cœperam, occulti sunt inimici. De illis apertis loquamur, qui aperte inviderunt, sævierunt, tenuerunt, flagellaverunt, illuserunt, crucifixerunt, occiderunt, sepultum custodierunt. Videamus, quomodo induti sunt confusione per illam lucernam. Cum miracula viderent in Domino iidem inimici: *Dic nobis*, inquiunt, *in qua potestate ista facis* (*Luc.* 20, 2)? Inimico animo interrogaverunt, ut, si ille fateretur potestatem suam, quasi blasphemandi reum tenerent. Sed, quomodo ille fecit de nummo, quando volebant calumniari ei, si diceret: Reddatur tributum Cæsari, quasi maledixisset genti Judæorum, quam fecisset subditam et tributariam; si autem dixisset: Non reddatur, criminarentur eum apud Cæsaris amicos et ministros, quod prohiberet reddi; ille autem: *Ostendite*, ait, *mihi nummum; cujus habet imaginem, et superscriptionem?* Responderunt: *Cæsaris. Reddite ergo Cæsari, quæ Cæsaris sunt, et quæ Dei sunt, Deo* (*Matth.* XXII, 19-21). Hoc est dicere: Si Cæsar quærit imaginem suam in nummo, Deus non quærit imaginem suam in homine? Sic et hic inimici calumniatores *In corde et corde locuti sunt mala* (*Psal.* XI, 3). Semel enim dixissent in corde, nisi, qui talia loquerentur, duplex cor haberent, et, unde paulo

(a) Hac voce Augustinus etiam L. I. *Retract.* c. 20. utitur ad significandam Psalmi particulam, quæ a succinentibus frequentius repetitur.

ante dictum est, cor combinatum, non simplex. Videte enim, quantum interest. De servis Dei multis dictum est, qui habebant unum cor : *Erat*, inquit, *illis anima una, et cor unum* (*Act.* IV, 32) in Deum. Multi simplices habent unum cor, unus dolosus duo corda. Ergo, quia illi loquebantur in corde et corde : *Dic nobis, in qua potestate ista facis?* id est, si dixeris, honoramus; si dixeris, veneramur; si dixeris, exoramus, videtur hoc sonare de alio corde; de alio autem (nam duplex ibi erat) si dixeris, calumniamur; si dixeris, inveniemus, quod teneamus; si dixeris, inveniemus, quod accusemus. Tales inimici. Sed confundantur de lucerna. Modo illos videbitis confundi. Et bene, quia tempus agimus lucernarium (*a*), confundantur inimici Christi per lucernam, quam paravit Christo suo Pater. *Ille enim lucerna erat ardens*, ipse Dominus ait. Quid ergo istis respondit dicentibus : *Dic nobis, in qua potestate ista facis? interrogabo et ego unum sermonem. Dicite mihi : Joannis baptismus unde est? De cœlo, an ex hominibus? Illi autem perturbati apud se : Si dixerimus : De cœlo, dicturus est nobis : Quare non credidistis ei?* Id est, ut quid me interrogatis, in qua potestate ista facio, quando de me ille perhibuit testimonium, quem vos interrogastis? *Ergo si dixerimus : De cœlo, dicet nobis : Quare non credidistis ei? Si dixerimus : Ex hominibus, timemus populum; omnes enim Joannem tanquam prophetam habebant* (*Matth.* XXI, 24-27), hac timentes populum, hac timentes veritatem, hinc timidi, hinc invidi, ubique cæci responderunt : *Nescimus*. Prolata est lucerna, fugerunt tenebræ. Etenim, quamvis præsentes essent corpore, fugerunt corde dicendo se nescire quod sciebant. Indicium fugæ cordis timor. Timebant a populo lapidari, si dicerent ex hominibus baptismum Joannis; timebant a Christo convinci, si dicerent de cœlo baptismum Joannis. Fugerunt confusi. Nominato ergo Joanne timuerunt, conturbati tacuerunt. Et ille : *Nec ego dicam vobis, in qua potestate ista facio.*

VIII. Parata est ergo lucerna Christo Domino nostro Joannes Baptista. Inimici ejus calumniosi interrogatores prolato lucernæ lumine confusi recesserunt. Impletum est : *Inimicos ejus induam confusione*. Nos autem, fratres, et per Joannem Baptistam præcursorem agnoscentes Dominum, imo et per ipsius Domini testimonium, de quo ait : *Habeo testimonium majus Joanne*, credentes in Christum efficiamur corpus capitis ipsius, ut unus Christus sit caput et corpus, et in omnibus nobis unum factis implebitur : *Super ipsum autem florebit sanctificatio mea.*

SERMO XII.

In vigiliis Apostolorum Petri et Pauli (*b*).

SYNOPSIS.

I. Petrus a Domino de dilectione ter interrogatus. II. Contra eos, qui gregem Domini dividunt. III. Contra Donatistas gregem Domini Africa coucludentes. IV. Donatistæ magis cæci quam Judæi. V. Dehortatio a Schismate.

I. Omnia, quæ modo leguntur de sancto Evangelio, post resurrectionem Domini gesta et dicta sunt. Audivimus ergo Dominum Jesum Christum interrogantem Apostolum Petrum, interrogantem autem utrum diligeret eum (*Joan.* XXI). Interrogabat ergo Dominus servum, magister discipulum, creator hominem, redemptor liberatum, firmitas trepidum, præscius ignarum, et ubi se faciebat interrogantem, ibi ostendebat docentem. Non enim aliquid Christus nesciret, quod Petrus in corde gestaret. Interrogat semel. Respondet ille; nec sufficit. Interrogat iterum; nec aliud, sed hoc, quod interrogaverat, hoc idem etiam ille respondet. Tertio repetitur interrogatio, tertio respondet dilectio. Ille enim ter interrogabatur propter amorem, qui ter negaverat per timorem. Cum Dominus moreretur, timuit, timuit, et negavit; resurgens autem Dominus amorem inseruit, timorem fugavit. Quid enim jam timeret Petrus? Nam, quando negavit, utique ideo negavit, quia mori timuit. Resurgente Domino quid timeret, in quo mortem mortuam reperiret? Certe ille nempe ipse interrogabat vivus, qui sepultus est mortuus. Ille aderat, qui in ligno pependerat. Quando judicabatur Dominus noster Jesus Christus a Judæis, tunc Petrus interrogatus, et, quod pejus est, a muliere, et, quod est dedecorosius, ab ancilla, timuit, et negavit. Sub ancilla trepidavit, sub Domino fortiter stetit. Confitenti autem amorem suum semel, et iterum, et tertio oves suas commendavit. *Diligis me?* inquit. *Domine, tu scis quia amo te.* Et ille : *Pasce agnos meos* (*Ibid.* 16). Hoc semel, hoc iterum, hoc tertio; tanquam non esset, ubi ostenderet Petrus amorem suum in Christum, nisi esset pastor fidelis sub Principe omnium pastorum. *Amas me? Amo* (*Ibid.* 17). Et quid mihi præstiturus es amans me? Quid mihi collaturus es homo creatori tuo? Quid collaturus es de amore tuo redemptus redemptori tuo, ut multum, miles regi tuo? Quid es collaturus? Hoc solum exigo. *Pasce oves meas* (*Ibid.*).

II. Videte tamen, fratres, propter homines servos malos, qui de grege Domini peculia sibi fecerunt, et quod non emerant, diviserunt. Extiterunt enim quidam servi infideles, diviserunt gregem Christi, et de grege ipsius quodam modo furtis suis peculia sibi fecerunt, et audis eos dicere : Oves meæ sunt illæ. Quid quæris ad oves meas? Non te inveniam ad oves meas. Si et nos dicamus meas, et illi dicant suas, perdidit Christus oves suas. Ponite vobis ante oculos Principem pastorum, Dominum gregis sui stantem, et discernentem, et dijudicantem inter servos suos. Tu quid dicis? Oves meæ sunt istæ. Et tu quid dicis? Istæ sunt oves meæ. Quas ego emi, ubi sunt? Servi mali! oves vestras dicitis, et, quod emi, vobis vindicatis, cum vos, si non emerem, periretis? Nos, absit ut dicamus vos oves nostras! Non est ista vox

(*a*) Hinc Sermo videtur habitus sub vesperam. Confer. *Ducang. Gloss.* v. *Lucernarium.*

(*b*) In Codice *fol.* 28. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. In Vigiliis Apostolorum.* Elegans et gravis contra schisma Donatistarum. Inserendus Editioni post *Sermonem CCXCIV.*

catholica, non est germana, non est Petri, quia est contra Petram. Oves estis, sed illius, qui emit et nos, et vos. Unum Dominum habemus. Pastor est, sed non conductus. Suas pascit, et, quod nemo facit de ovibus, et pretium dedit, et instrumentum confecit. Quære pretium. Sanguis ipsius est. Quære instrumentum. Evangelium est, quod modo, cum recitaretur, audistis. Quid dixit Petro? *Amas me? Amo. Pasce oves meas.* Numquid tuas? Vultis noscere, cui dicat tuas? Audite in Libro sancto, qui vocatur Canticum Canticorum. Leguntur ibi sancta Amatoria: Sponsus et Sponsa, Christus et Ecclesia. Et ille totus Liber quasi Carmen est Nuptiarum, quomodo dicunt Epithalamium, sed cubilis sancti, cubilis casti. *In sole enim posuit tabernaculum suum*, hoc est, in luce, in publico, ubi pateret, et non lateret, *Et ipse tanquam sponsus processit de thalamo suo* (*Psal.* XVIII, 6). Accepit enim conjugem, humanam carnem. Thalamus ejus erat uterus virginalis. Illic sibi conjunxit Ecclesiam, ut impleretur, quod ante prædictum est: *Et erunt duo in carne una* (*Gen.* II; 24, *et Matth.* XIX, 5).

III. Loquebantur ergo inter se amantes isti, Christus et Ecclesia. Ait illi Ecclesia: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Quare volo, et annunties mihi, *Ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum.* Ideo, inquit, volo, ut annunties mihi, *Ubi pascis, ubi cubas in meridie*, ut quando ad te venio, non errem, *Ne forte quasi operta fiam super greges soladium tuorum* (*Cant.* I. 6), id est, irruam in greges non tuos, sed sodalium tuorum, *Velut operta*. Quid est aliud *Operta* (*a*), nisi quasi latens et ignorata? Solent Donatistæ in his verbis dicere sensum suum, non sensum Scripturarum. Hoc enim solent dicere: Africa meridies est, meridies mundi Africa est; ideo Ecclesia interrogat Dominum, *Ubi pascis, ubi cubas?* et respondet ille, *In meridie;* quasi: Noli me quærere, nisi in Africa. Lege, et intellige, Mens hæretica, Speculum tibi proponitur modo. Hic te inveni. Intellige, quia adhuc Sponsa interrogat. Quare facis jam respondentem Sponsum? Vel fœmininum genus agnosce. *Ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ne forte fiam sicut operta. Operta*, puto, fœmina est, non masculus. Ergo, o Domine, sit meridies Africa. Sic intelligatur, quomodo ipsi intelligunt. Africa est meridies. Hic facta est pars Donatistæ (*b*). Hic magna divisio, et serra dissensionis ducta est per gregem Christi. Ideo interrogat velut Ecclesia transmarina, ubi non est facta ista divisio: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Audio enim ibi dici partem Donati, alios Catholicos, alios Donatistas. Mihi annuntia, ubi pascis, ne veniam, et errem ibi. Quæro nuntium, ubi timeo incertum. *Annuntia mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie?* Quare volo ut annunties mihi? *Ne forte fiam sicut operta*, quia parti Donati quasi operta sum, quasi ignorata sum. Ibi prædicor, et illos latet.

IV. Hæc dicunt Scripturæ: *Erit in novissimis temporibus manifestus mons Domini paratus in cacumine montium, et exaltabitur super colles, et venient ad eum universæ gentes* (*Isai.* II, 2). Mons dicitur, et parti Donati opertus est mons. Qui offendit in lapidem, ignoscendum est illi. Qui offendit in montem, quales oculos habet? Fratres mei! Excusabiliores sunt Judæi. Judæi enim in lapidem offenderunt. Hæretici in montem offendunt. Quomodo offenderunt Judæi in lapidem? Quia adhuc Christus, quando patiebatur, parvulus erat, et dictum est: *Offenderunt in lapidem offensionis* (*Rom.* IX, 32). Daniel autem sanctus vidit visum, et scripsit, quod vidit, et ait vidisse se lapidem præcisum *De monte sine manibus* (*Dan.* II, 34). Christus est de gente Judæorum veniens. Erat enim et ille (*a*) mons, quia regnum habet. Quid est *Sine manibus?* Sine opere humano lapis præcisus, quia masculinum opus non accessit ad Virginem, ut nasceretur sine opere humano. Lapis præcisus *De monte sine manibus*, et confregit statuam, in qua significabantur regna terrarum. Et quid dictum est? Iste est lapis, in quem offenderunt Judæi, *Offenderunt in lapidem offensionis.* Quis est mons, in quem offenderunt hæretici? Audi ipsum Danielem. *Et crevit lapis ille*, ait, *et factus est mons magnus, ita ut impleret universam faciem terræ* (*Ibid.* 35). Merito Psalmus Christo Domino resurgenti ait: *Exaltare super cælos, Deus, et super omnem terram gloria tua.* Quid est *Super omnem terram gloria tua?* Super omnem terram Ecclesia tua, super omnem terram sponsa tua. Et tamen dicit: *Annuntia mihi, quem dilexit anima mea!* Jam ubique sum, jam omnes terras teneo, et Afris *Operta sum. Ergo annuntia mihi, ne forte fiam sicut operta super greges, non ovium tuarum, sed sodalium tuorum.* Sodales enim fecerunt schismata. Qui sunt sodales? Qui ad mensam Domini accesserunt, de quibus dicit alio loco Psalmus: *Qui edebat panes meos* (*Psal.* CVII, 6); de quibus dicit: *Si inimicus exprobrasset mihi, sustinuissem utique, et, si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo* (*Id.* XL, 10). *Tu vero, homo unanimis, dux meus, et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Domini ambulavimus cum consensu* (*Id.* LIV, 13-15). Aliquando cum consensu, modo cum dissensu, quia sine sensu. Hi sunt sodales, quos timebat illa, ne in illos incideret. Timeo, inquit, ne errem; timeo, ne quasi *Operta* irruam in greges sodalium tuorum, ne errando peream; ne baptismum, quem accepi, iterando totum perdam.

V. Audistis sollicitudinem Sponsæ, audite responsum Sponsi. Cum hoc dictum esset a Sponsa, continuo Sponsus: *Nisi cognoveris temetipsam, o pulchra inter mulieres* (*Cant.* I, 7). Catholica, pulchra inter hæreses! *Nisi cognoveris temetipsam*, nisi attenderis ibi te nosse, ubi me didicisti, nisi Scripturas meas præposueris humanis rumoribus, nisi te cognoveris,

(*a*) Ita Hebr. עטיה, Græc. Περιβαλλομένη. Vulg. vero *vagans*, quasi נטיה.

(*b*) Ita membranæ; sed puto, *Donati*.

(*a*) Lego, *illa*, nempe Judæa gens.

quia ubique es; nisi te cognoveris, quia tu designata es, ubi dictum est : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* (*Psal.* II, 8); *nisi ergo cognoveris temetipsam*, quid? *Exi tu! Nisi cognoveris, exi!* Malum verbum, luctuosum verbum : *Exi!* Avertat Deus a nobis! Videte, de quibus dictum est : *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis* (1 *Joan.* II, 19). Malo servo dicitur : Exi, quia *Servus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum* (*Joan.* VIII, 35). Vultis videre, quia malo servo dicitur : Exi? Bono servo quid dicitur? *Intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* XXV, 21). Ergo unusquisque, qui audit, unusquisque, qui membrum est Sponsæ ejus, timeat quod dicitur : *Nisi cognoveris temetipsam, o pulchra inter mulieres, exi tu in vestigiis gregum* (*Cant.* I, 7). Quid est *In vestigiis gregum*. Per errores hominum, non in voce Pastoris. Nos, fratres, non exeamus *In vestigiis gregum?* Habemus vestigia Pastoris, quæ sequendo non erramus. *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus* (1 *Petr.* II, 21). *Ergo, nisi cognoveris temetipsam, exi tu in vestigiis gregum, et pasce hædos tuos* (*Cant.* I, 7). *Et Hædos, et tuos.* Nostis oves ad dexteram, hœdos ad sinistram. *Et pasce hædos tuos.* Quare *Hædos tuos?* Quia exis, pascis, sicut Donatus, *Hædos tuos*. Si autem non exis, pascis, sicut Petrus, *Oves meas* (*Joan.* XXI, 17).

SERMO XIII.

In Natali Laurentii martyris (a).

SYNOPSIS.

I. Laus S. Laurentii, et quomodo agenda Festa martyrum. II. Martyrum exemplum stimulus ad bene vivendum, et vigilandum contra diabolum. III. Nos potius Abrahæ filii, quam Judæi. IV. Contra eos, qui Martyrum Memorias intemperantia profanant. V. Afflictis Pauli exemplum proponitur. VI. Charitas materna in Paulo, et magis in divina Sapientia. VII. Bona opera parit necessitas. VIII. Vita isthæc perpetua pugna est cum morte. IX. Bona vitæ æternæ captum nostrum excedunt. X. Mutuum Orationis suffragium commendatur.

I. Propter fastidium auditoris sermo subtrahendus fuit, sed propter obsequium Martyris exhibendus. Ita ergo adjuvante Domino moderabitur, ut nec onerosus sit, nec forte diminutus, (*b*) quantum sufficientiæ satis est. Illuxit dies Romæ solemnissimus, qui magna frequentia populi celebratur. Adjungimur nos, quamvis absentes corpore, præsentes tamen spiritu fratribus nostris in uno corpore sub uno capite. Neque enim, ubi sepulcrum corporis ejus est, ibi tantum memoria meriti ejus. Devotio ubique debetur. Caro uno loco ponitur, sed spiritus victor cum illo est, qui ubique est. Erat beatus Laurentius in corpore, sicut accepimus, adolescens, vir gravis in animo, quem multum commendabat ætas viridior, corona immarcescibilior. Erat autem diaconus, officio inferior episcopo, corona æquatus Apostolo. Hæc autem solemnitas omnium Martyrum gloriosorum ad hoc instituta est in Ecclesia, ut ad imitationem, qui non viderunt patientes, adducantur fide, commemorentur (*a*) solemnitate. Exciderat enim fortasse de cordibus hominum, quod non anniversarius ordo repeteret. Et non omnium martyrum ubique possunt esse ferventes solemnitates, nam quotidie non deessent. Non enim vel unus dies inveniri in anni cursu potest, quo non per diversa Martyres coronati sunt. Sed ferventiores solemnitates, si continuæ essent, afferrent fastidium; intervalla autem renovant affectum. Nos tantum audiamus quod jussum est, attendamus quod promissum est. In cujuslibet Martyris solemnitate ita præparemus cor nostrum festivitati ejus, ut non separemur ab imitatione ejus.

II. Homo enim erat, et nos homines sumus. A quo ille factus est, ab ipso et nos. Quo pretio emptus est, ipso et nos. Non debet itaque homo Christianus dicere : Quare ergo? Imo non debet dicere : Ego non. Sed : Quare et ego non? Audistis beatum Cyprianum martyrum et exemplum et tubam : *In persecutione*, inquit, *militia, in pace conscientia coronatur* (*b*). Nemo ergo sibi putet deesse tempus. Non semper adest tempus passionis, semper autem est devotionis. Nec se quisquam infirmum putet, ubi Deus vires operatur, ne, cum sibi timet, de ipso operatore desperet. Propterea id exemplis Martyrum omnes ætates Deus esse voluit, et utrumque sexum. Coronati sunt senes, coronati sunt juvenes, coronati adolescentes, coronati pueri, coronati viri, coronatæ fœminæ. Et in fœminis omnis ætas coronata est, nec dixit fœmina : Impar sum sexu ad devincendum diabolum. Attendit magis hostem dejiciendum, a quo dejecta est, et expugnandum fide, cui consenserat seductione. Numquid et fœminæ de suis viribus præsumpserunt? Omni enim homini dictum est: *Quid enim habes, quod non accepisti* (1 *Cor.* IV, 7)? Gloria ergo Martyrum gloria Christi præcedentis Martyres, implentis Martyres, coronantis Martyres. Verumtamen, quamvis alio sit tempore pax, alio persecutio, deest alicui tempori occulta? Numquam deest. Leo ille draco, nec semper sævit, nec semper insidiatur, sed semper persequitur. Quando sævitia est aperta, non sunt occultæ insidiæ. Quando occultæ sunt insidiæ, non est aperta sævitia. Id est, quando ut leo rugit, non ut draco serpit. Quando ut draco serpit, non ut leo rugit; tamen, quia aut leo est, aut draco, semper persequitur. Quando tacet fremitus, insidias cave. Quando insidiæ produntur, in fremitu leonem devita. Et leo autem, et draco devitatur, si semper cor in Christo servetur. Quidquid in hac vita metuendum est, transiturum est. In alia vero vita, et

(*a*) In Codice *fol.* 31. *pag.* 2. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. in Natali sancti Laurentii.* Initium innuit, turbatum aliquid fuisse a quibusdam, qui Martyrum festos dies inter opestivis tripudiis profanabant, quo etiam infra *n.* 4. pertinet. Cætera varii argumenti. Serno in Editione collocandus post *Sermonem CCCV*.

(*b*) Excidit fortasse : *sed*.

(*a*) Putem *commoneantur*.

(*b*) Ita sanctus Pugil terminat Tractatum suum *de Exhortatione Martyrii*, qui in Africæ Ecclesiis publice legi solitus ex hoc loco Augustini videtur.

quod amandum est, non transit, et quod timendum est, non transit.

III Certe modo in Evangelio Dominus alloquebatur Judæos, et dicebat eis : *Væ vobis, Scribæ, et Pharisæi! quia extruitis monumenta Prophetarum, et dicitis : Si essemus tempore patrum nostrorum, non consentiremus eis in necem Prophetarum. Certe testimonium perhibetis, quia filii estis eorum, qui occiderunt Prophetas. Et vos implebitis mensuram patrum vestrorum.* Cum enim dixissent : *Si essemus tempore patrum nostrorum, non consentiremus eis in necem Prophetarum* (*Matth.* XXIII, 29 32), confirmaverunt se filios esse illorum. Nos autem, si rectum iter tenemus, non dicimus patres nostros, qui occiderunt Prophetas, sed patres nostros dicimus, qui occisi sunt a patribus illorum. Sicut enim degenerat quisque moribus, sic filius fit moribus. Quia utique, fratres, filii Abrahæ dicti sumus, Abrahæ nec faciem novimus, nec de genere ejus stirpem carnis ducimus. Quomodo ergo ejus filii? Non in carne, sed in fide. *Credidit enim Abraham Deo, et deputatum est illi ad justitiam* (*Gen.* XV, 6). Si ergo justus Abraham, quia credidit, omnes post Abraham imitantes fidem Abraham facti sunt filii Abraham. Judæi ex carne nati degeneraverunt, nos ex alienigenis orti imitando assecuti sumus, quod illi degenerando perdiderunt. Absit ergo, ut pater illorum Abraham, quamvis de carne venerunt Abraham. Patres illorum illi fuerunt, de quibus et ipsi confessi sunt. *Si essemus*, inquiunt, *tempore patrum nostrorum, non eis consentiremus in necem Prophetarum.* Quomodo dicis, te non fuisse consensurum eis, quos patres tuos dicis? Si patres erant, filius es. Si filius es, consensurus eras. Si autem consensurus non eras, filius non es. Si filius non es, non sunt illi patres. Dominus ergo ex hoc eos convincit facturos, quod illi fecerunt, quia patres suos eos esse nominaverunt. *Certe*, inquit, *testimonium ipsi perhibetis vobis, quia filii estis eorum, qui occiderunt Prophetas*, quia dixistis eos patres vestros. *Et vos implebitis mensuram patrum vestrorum.*

IV. Et nunc consideremus, qui sint filii occisorum, et qui sint filii occidentium. Et videtis multos currere ad Memorias Martyrum, benedicere calices suos de Memoriis Martyrum, redire saturatos de Memoriis Martyrum, et tamen discute illos, et invenies inter persecutores Martyrum. Per ipsos enim tumultus, seditiones, saltationes omnis luxuriæ, quas odit Deus, et modo, quia illos jam coronatos lapidibus non possunt, calicibus persequuntur. Qui erant, et quorum filii erant, quorum saltationes recenti, et prope hesterna Memoria de loco sancti Martyris Cypriani prohibitæ sunt (*a*)? Certe saltabant ibi, et gaudebant ibi, et solemnitatem ipsam, quasi gauderent, magnis votis expectabant, et ad eum diem semper venire cupiebant. Inter quos numerandi sunt? Inter persecutores Martyrum, an inter filios Martyrum? Apparuerunt, quando prohibiti in seditionem tumuerunt. Filii laudant, persecutores saltant. Filii hymnos dicunt, illi convivia producunt. Non ergo interest, quomodo honorare videantur. Tales enim sunt, qui honorant, quales illi fuerunt, qui dixerunt : Si essemus illis temporibus, non consentiremus patribus nostris in necem Martyrum, aut in necem Prophetarum. Consentite modo fidei Martyrum, et credimus, qui non eratis consensuri interfectoribus Martyrum. Martyres unde coronati sunt? Credo, viam Dei ambulando, tolerando, inimicos etiam suos diligendo, pro eis obsecrando. Hæc est corona Martyrum, hoc meritum Martyrum. Amas, imitaris, laudas, filius es Martyris. Vitam fers contrariam, referes et tunc manum contrariam (*a*).

V. Proinde, dilectissimi, quoniam persecutio, sicut dixi, nunquam deest, et diabolus aut insidiatur, aut sævit, semper parati esse debemus corde fixo in Domino, et, quantum possumus, inter istas molestias, tribulationes, tentationes orare nos fortitudinem a Domino, quoniam per nos ipsi parvi et nulli sumus. Quid de nobis dicamus? Paulum Apostolum, cum legeretur, audistis. *Sicut abundant*, inquit, *passiones Christi in nobis, sic abundat per Christum et consolatio nostra* (2 *Cor.* I, 5). Sicut in Psalmo dicitur : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ, Domine, jucundaverunt animam meam* (*Psal.* XCIII, 19). Quomodo hoc dictum est in Psalmo : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, ita exhortationes tuæ jucundant animam meam*, sic dictum est ab Apostolo : *Sicut abundant passiones Christi in nobis, sic abundat per Christum consolatio nostra.* Deficeremus, cum adesset persecutio, si deesset consolator. Et quia vires ipsæ vel tolerandi, vel quædam relaxatio vivendi ad tempus propter necessarium ministerium non erant ab ipsis, videte quid dixerit. *Notum vobis facio, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quia supra modum et ultra vires gravati sumus* (1 *Cor.* I, 8). Tribulatio illa transcendit vires humanas, numquid et auxilia divina? *Supra modum*, inquit, *et ultra vires gravati sumus.* Quantum ultra vires? Vide, quia de animi viribus dicit : *Ita, ut tæderet nos etiam vivere.* Quomodo affectus erat Apostolus multitudine pressuram, ut, quem charitas vivere instigabat, tædium a vita prohiberet! Quomodo eum charitas vivere cogebat, charitas illa, de qua alio loco dicit : *Permanere autem in carne necessarium propter vos* (*Philipp.* I, 24). Ecce tanta increverat persecutio, et tanta tribulatio, ut tæderet eum etiam vivere. Ecce timor et tremor venerunt super eum, et contexerunt eum tenebræ; sicut audistis, cum diceretur in Psalmo. Vox enim corporis Christi est, vox membrorum Christi. Vis ibi agnoscere vocem tuam? Esto membrum Christi. *Timor*, inquit, *et tremor cecidit super me, et contexerunt me tenebræ. Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam* (*Psal.* LIV, 6, 7)! Nonne hoc videtur dixisse Apostolus, cum ait : *Ita, ut tæderet nos etiam vivere?*

(*a*) Confer. *Serm. CCCXI. in Nat. Cypriani* Edit. *Maur.* T. V. *col.* 1252. *n.* 5. ubi *Pestem illam* ope episcopi sublatam ait.

(*a*) *Sinistram* puto in extremo Judicio.

Quodam modo tædium passus est a visco carnis, quando volare volebat ad Christum. Abundantia tribulationum infestabat viam, sed non intercludebat. Tædebat vivere, sed hoc non in illa æterna vita, de qua dicit : *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* (*Philipp.* I, 21). Sed quia ex charitate hic tenebatur, quid sequitur? *Si autem vivere in carne hic mihi fructus operis est, et quid eligam, ignoro. Compellor autem e duobus concupiscentiam habens dissolvi, et cum Christo esse. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Manere autem in carne necessarium propter vos* (*Ibid.* 22-24). Cesserat susurrantibus pullis suis, tegebat passis alis, fovebat pullos, sicut ipse ait : *Factus sum parvulus in medio vestrum, tanquam nutrix fovens filios suos* (1 *Thess.* II, 7).

VI. Et videte, fratres; modo lectum est in Evangelio : *Quoties volui congregare filios tuos, tanquam gallina pullos suos, et noluisti* (*Matth.* XXIII, 37). Attendite gallinam, attendite et alias aves, quæ in nostris oculis nidificant. Ova fovent, pullos nutriunt. Nullam videbitis infirmari cum filiis. Videte gallinæ habitum, quando pullos alit, quemadmodum mutatur vox ejus, et in quamdam raucedinem frangitur. Pennæ ipsæ non collectæ et alacres, sed hispidæ et languidæ, ita ut si videas avem aliam, cujus nidum ignores, non agnoscas, an ova habeat, vel pullos. Gallinam autem cum videris, etiamsi ova ejus non videas, nec pullos ejus videas, ex ipsa voce, et habitu corporis intelligas matrem. Quid ergo fecit mater nostra Sapientia? In carne infirmata est, ut pullos colligeret, ut generaret, ut foveret; sed infirmum Dei fortius est hominibus. Sub has alas infirmitatis carnis suæ, sed sub occultam potentiam Divinitatis suæ colligere volebat filios Jerusalem. Hoc Apostolum suum docuerat, quia hoc in illo ipse faciebat. Hoc enim ait ipse Apostolus : *Vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur, Christi* (2 *Cor.* XIII, 3)? Et passiones Christi dicit in se abundasse, non passiones suas, sed passiones Christi. Erat enim in corpore Christi, et erat membrum Christi, et quidquid cum pullis fovendis agebatur in Apostolo, et in membro suo, caput agebat. Hic ergo Apostolus attendens infirmitatem pullorum suorum affectu et desiderio, ut columba, volare cupiebat, sed charitate filiorum, ut gallina, remanebat. *Ipsi*, inquit, *in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non fidentes in nobis simus, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis mortibus eruit nos, et eruet, in quem speramus, quoniam et adhuc eruet* (*Id.* I, 9, 10). *Eruit, et eruet* quid ait? Servat vitam istam nostram vobis. De multis enim mortibus eruit, ne opprimeretur a persecutoribus, ne citius quam pullis opus erat, coronaretur, secundum illud, quod ait : *Manere autem in carne necessarium propter vos. Sed hoc confidens, novi, quia manebo, et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, et gaudium fidei* (*Philipp.* I. 24, 25). Cupiditas ad alium rapiebat, necessitas alibi retinebat. *Dissolvi*, inquit, *et esse cum Christo multo magis optimum* (*Ibid.* 23). Istud non dixit *Necessarium, sed optimum*. Quod est enim optimum, per se appetitur, quod necessarium, ex necessitate assumitur; inde necessarium nominatur.

VII. Necessariæ rei necessitas nomen imposuit. Proinde nunc nobis necessarius cibus est iste, quo utimur; ad sustentandam temporalem vitam necessarius cibus est; ille autem optimus cibus virtutis, et sapientiæ, panis vivus, semper efficiens, nunquam deficiens (*a*). Ille optimus est, iste necessarius est. Proinde cum transierit ista necessitas famis, et sustentandi mortalis corporis, non erit iste cibus jam necessarius. Quid enim ait Apostolus? *Esca ventri, et venter escis; Deus autem et hunc et has evacuabit* (1 *Cor.* VI, 13). Quando autem evacuabit? Quando corpus hoc animale resurgens fit spirituale. Ibi enim nulla erit indigentia, et non ibi erunt opera necessitatis. Omnia enim ista, fratres, et bona, quæ hic dicuntur, opera, et ea ipsa opera, quæ monemur ut faciamus quotidie, necessitatis opera sunt. Quid tam bonum, quid tam præclarum, quid tam laudabile Christiano, quam frangere panem esurienti? Egenum sine tecto inducere in domum? Videre nudum, et vestire? Videre mortuum, et sepelire? Videre litigantem, et concordare? Videre infirmum, et visitare, aut curare? Omnia hæc laudabilia opera sunt. Attendite et videte, quia necessitas ea peperit. Frangis enim panem, quia vides esurientem. Si nemo esuriret, cui frangeres panem? Tolle necessitatem alterius miseriæ, non erit opus tua misericordia. Sed tamen per hæc opera, quæ necessitas genuit, pervenimus ad illam vitam ubi necessitas non erit, quomodo per navem ad patriam. In patria semper mansuro, nunquam peregrinaturo navis opus non erit; sed illa navis, quæ ibi opus non erit, illuc ipsa perducit. Cum perventum fuerit, ista non erunt, sed nisi hic adimpleantur, illuc perveniri non potest. Estote itaque alacres in bonis operibus necessitatis, ut sitis beati in perfruitione illius æternitatis, ubi jam necessitas moritur, quia mater omnium necessitatum mors ipsa morietur. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem*. Quando dicetur morti : *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus* (1 *Cor.* XV, 53-55)? absumptæ morti, et devictæ dicetur : *Quia novissima inimica destruetur mors* (*Ibid.* 26).

VIII. Modo autem omnibus necessitatis operibus cum morte pugnatur. Defectus enim omnis ad mortem trahit, et sustentatio omnis a morte revocat, et ita mutabile est corpus, ut quodam modo aliæ mortes aliis mortibus pellantur. Quidquid assumitur, ubi diu perseverari non potest, quodam modo inchoatio mortis est. Jam videte istam vitam. Si quidquid assumitur, ubi permaneri diutius non potest; ubi, si diutius permanseris, moreris, inchoatio mortis est, et tamen, nisi assumatur, alia mors non pellitur. Verbi gratia, non manducat. Si manducaverit, et digerit, reficitur. Cum non manducat, assumit jejunium, ut mortem, quam factura erat crapula, repellat a se. Nisi

(*a*) Isthæc περικοπὴ fortasse paulo aliter interpungenda foret.

assumpserit abstinentiam et jejunium, non a se illud repellet. Rursus in hoc jejunio, quod assumpsit, ut mortem crapulæ repelleret, si perseverare in illo voluerit, aliam mortem famis timebit. Sicut ergo assumpsit jejunium, ut mortem crapulæ devitaret, sic assumpturus est cibum, ut mortem jejunii devitet. Quidquid enim horum assumpseris, si in eo perseveras, deficies. Ambulando fatigatus eras, si permanseris in ambulando, fatigatione ipsa deficies, et morieris. Ut ergo non deficias ambulando, requiescis sedendo. Perdura in sedendo, et inde morieris. Somnus te gravis oppresserat; evigilandum est, ne moriaris. Vigilando morieris, nisi rursus dormieris. Da mihi, quod assumas in adjutorium in malum, quod gravabat, pellendum, ubi securus ita sis, ut in eo perseverare velis. Quidquid assumpseris, hoc ipsum timendum erit. Ergo in omni mobilitate et mutabilitate defectionum, et adjutoriorum cum morte pugnatur. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, dicetur morti : *Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* Videbimus, laudabimus, permanebimus. Nulla erit ibi indigentia, nullum adjutorium requiretur. Non invenis mendicum, cui panem frangas; aut peregrinum, quem in domum recipias. Non invenis sitientem, cui calicem porrigas; nec nudum, quem cooperias; nec ægrotum, quem visites; nec litigantem, quem concordes; nec mortuum, quem sepelias. Omnes cibo justitiæ et potu sapientiæ saginantur, omnes immortalitate vestiti sunt, omnes in patria sua æterna vivunt. Omnium sanitas ipsa æternitas est, æterna sanitas, æterna concordia. Nemo litigat, nemo judicem quærit, nemo arbitrum compositionis, nemo sententiam ultionis. Nulla ægritudo, nulla mors.

IX. Hæc dicere potuimus, quæ ibi non erunt; quæ vero ibi erunt, quis dicat? *Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (1 *Cor.* II, 9). Recte ergo Apostolus : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad superventuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* (*Rom.* VIII, 18). Quidquid passus fueris, o Christiane, scito nihil esse ad id, quod accepturus es. Certe hoc fide retinemus, de corde tuo hoc non recedat. Non potes hoc capere, et videre, quid eris, quale ergo erit quod ab eo, qui capturus est, capi non potest? Utique nos erimus, quod erimus, et capere non possumus, quod erimus. Supergreditur omnem infirmitatem nostram, supergreditur omnem cogitationem nostram, supergreditur omnem intellectum nostrum, et tamen nos erimus. *Dilectissimi*, ait Joannes, *filii Dei sumus;* utique jam adoptione, fide, pignore. Pignus accepimus, fratres, Spiritum sanctum. Quando fallit, qui tale pignus dedit? *Filii Dei*, inquit, *sumus, et nondum apparuit, quid erimus. Scimus*, inquit, *quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Dixit : *Nondum apparuit*, et id, quod *Nondum apparuit*, non dixit. *Nondum apparuit, quod erimus.* Diceret : Illud erimus, et tales erimus! Quidquid diceret, cui diceret? Non audeo dicere : Quis diceret? sed certe : Cui diceret? Et forte enim erat, qui diceret, quia ipse est, qui in Christi pectore recumbebat, et de ejus pectore in illo convivio sapientiam bibebat, qua sapientia saginatus eructavit : *In principio erat Verbum* (*Joan.* I, 1). Ergo hoc dixit : *Scimus, quia, cum apparuerit, quod erimus, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* Cui similes? Utique ei, cujus filii sumus. *Dilectissimi*, ait, *filii Dei sumus, et nondum apparuit, quod erimus. Scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus*, cujus filii sumus, *Quoniam videbimus eum, sicuti est* (1 *Joan.* III, 2). Jam modo, si vis esse, cui similis eris, si vis nosse, cui similis eris, attende ipsum, si potes. Nondum potes. Ergo nescis, cui similis eris, propterea nescis, quantum similis eris. Nesciendo ergo adhuc, quod est ille, nescis, quod eris et tu.

X. Hoc ergo meditantes, charissimi, semper expectemus gaudium nostrum sempiternum, et semper oremus fortitudinem in laboribus et tentationibus temporalibus, sive nos pro vobis, sive vos pro nobis. Ne putetis enim, fratres, nostras orationes esse vobis necessarias, et vestras orationes nobis non esse necessarias. Invicem nobis necessariæ sunt orationes pro invicem, quia ipsæ orationes pro invicem charitate conflantur, et hoc sacrificium tanquam de ara pietatis suavissime fragrat Domino. Si enim Apostoli dicebant, ut oraretur pro illis, quanto magis nos longe impares, sed utcumque vestigia eorum sequi cupientes, et quantum assequamur, nec scire valentes, nec dicere audentes. Illi ergo tales Viri orari pro se volebant ab Ecclesia, et dicebant : *Quia gloria vestra sumus, sicut et vos nostra in diem Domini nostri Jesu Christi* (II *Cor.* I. 14). Invicem pro se orabant ante diem Domini nostri Jesu Christi, gloria in die, infirmitas ante diem. Oretur in infirmitate, ut gaudeatur in gloria. Etenim diversis temporibus illuc tamen uno tempore omnes perventuri sumus. Hinc exeundi diversa sunt tempora; illic accipiendi unum tempus est. Semel enim et simul congregabimur, ut accipiamus, quod diversis temporibus et credidimus, et desideramus. Quemadmodum operarii illi in vinea alii ducti sunt hora prima, alii hora tertia, alii sexta, alii nona, alii decima (*Matth.* XX). Diversis temporibus vocati sunt, sed uno tempore merces omnibus persolvitur. Conversi ad Dominum, etc.

SERMO XIV.

In Natali Cypriani Martyris (*a*).

SYNOPSIS.

I. S. Cypriani Laus in Domino. II. Quibuscum confligendum Christiano. III. Contra Spectacula Paganorum. IV. Contra Superbiam. V. Cypriani laus repetita.

I. SANCTA solemnitas beatissimi Martyris, quæ nos in nomine Domini congregavit, de meritis et gloria tanti Martyris exigit aliquid digne dici. Virtutibus enim ejus

(*b*) In Codice *fol.* 36. *p.* 2. inscriptus : *Item sermo sancti Augustini ep.* De triplici Christianorum pugna, et graviter contra Paganorum Spectacula. Editioni inserendus post *sermonem CCCXIII.*

et gloriæ posset forte humana lingua sufficere, si se voluisset ipse laudare. Verumtamen et nos devotione magis quam facultate laudemus eum, imo Dominum laudemus in eo, Dominum in illo, et illum in Domino. Quid enim esset in Domino, vox Martyrum de Psalmo modo, cum legeretur, audita est : *Auxilium nostrum in nomine Domini* (*Psal.* CXXIII, 8). Si auxilium omnium nostrum in nomine Domini, quanto magis Martyrum. Ubi major pugna, ibi majus auxilium necessarium est. Duo sunt enim, quæ faciunt Christianorum angustam viam : voluptatis abjectio, et tolerantia passionis. Vincis, quicumque confligis, si viceris, quod libet, et terret. Vincis, inquam, Christiane, quicumque confligis, si viceris, quod libet, et terret. Aliud, quod libet ; aliud, quod terret. Sed nunc de Martyrum agitur gloria. Facile est Martyrum solemnia celebrare ; difficile est Martyrum passiones imitari.

II. Angustam, ut dicere cœperam, et arctam Christianorum viam duæ res faciunt : contemptus voluptatis, et tolerantia passionis. Quisquis ergo confligit, sciat se cum toto mundo confligere, et confligens cum toto mundo, hæc duo vincat, et vincit mundum. Vincat, quidquid blanditur ; vincat, quidquid minatur. Voluptas enim falsa est, pœna transitoria. Si vis intrare per angustam portam, claude portas cupiditatis et timoris. His enim tentat ille tentator ad evertendam animam. Janua cupiditatis promittendo tentat ; janua timoris minando tentat. Est, quod cupias, ut ista non cupias. Est, quod timeas, ut ista non timeas. Non auferatur cupiditas, sed mutetur. Timor non extinguatur, sed in aliud transferatur. Quid cupiebas ? Quid mundo blandienti cedebas ? Quid cupiebas ? Voluptatem carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem sæculi. Nescio, quis istorum trium capitum est carnis infernus. Sed audi apostolum Joannem, qui super pectus Domini discumbebat, et hoc in Evangelio eructabat, quod in convivio Christi bibebat, audi eum dicentem : *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo, quoniam omnia, quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi* (1 *Joan.* II, 15, 16). Dicitur ergo mundus hoc cœlum et terra. Non ipsum mundum vituperat, qui dicit : *Nolite diligere mundum.* Qui enim istum vituperat, artificem mundi vituperat. Audiat mundum bis uno loco nominatum sub diversis significationibus. De Domino Christo dictum est : *In hoc mundo erat, et mundus per eum factus est, et mundus eum non cognovit. Mundus per eum factus est* (*Joan.* I, 10). *Auxilium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram* (*Psal.* CXXIII, 8). *Mundus per eum factus est. Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi* (*Id.* CXX, 1, 2). *Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.* Iste mundus a Deo factus est : *Et mundus eum non cognovit.* Dilector mundi, amator operis, contemptor artificis, amor tuus migret. Rumpe funes a creatura, alliga ad creatorem. Muta amorem, muta timorem. Non enim faciunt bonos et malos mores, nisi boni vel mali amores. Magnus iste vir, dicet aliquis, bonus est, magnus est. Unde ? quæso. Multa novit. Quid diligat quæro, non quid sciat. *Nolite ergo diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, non est charitas Patris in illo, quoniam omnia, quæ in mundo sunt*, (utique in dilectoribus mundi ; ea, quæ sunt in dilectoribus mundi) *concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio sæculi.* In concupiscentia carnis voluptas est. In concupiscentia oculorum curiositas est. In ambitione sæculi superbia est. Qui tria ista vincit, non ei remanet omnino in cupiditate, quod vincat. Multi rami, sed triplex radix. Quanta mala habet, quanta mala facit carnalis voluptatis appetitio ! Inde adulteria, fornicationes, inde luxuria, inde ebrietas. Quidquid titillat sensus illicite, et mentem penetrat suavitate pestifera, addicit carni mentem, deturbat exercitatorem, subit servienti imperantem. Et quid poterit homo facere rectum in se ipso perversus ?

III. Quæ mala facit turpis curiositas, concupiscentia vana oculorum, aviditas nugacium spectaculorum, insania stadiorum, nullo præmio consequente conflictus certaminum ! Certant aurigæ aliquo præmio, litigant pro aurigis populi aliquo præmio (*a*). Sed delectat auriga, delectat venator, delectat scenicus. Itane honestum delectat turpitudo ? Muta etiam cupiditatem spectaculorum. Exhibet Ecclesia menti tuæ honorabiliora et veneranda spectacula. Modo legebatur Passio beati Cypriani. Aure audiebamus, mente spectabamus, certantem videbamus, periclitanti quodam modo timebamus, sed Dei adjutorium sperabamus. Denique vultis nosse cito, quid interest inter spectacula nostra et theatrica ? Nos, quantum in nobis viget sana mens, Martyres, quos spectamus, cupimus imitari. Nos, inquam, sanctos Martyres, quos certantes spectamus, cupimus imitari. Honeste spectator ! in theatris cum spectas, insanis, si audes imitari quem diligis. Ecce ego specto Cyprianum, amo Cyprianum. Si irascaris, maledic mihi, et dic : Talis sis ! specto, delector, quantum valeo, lacertis mentis amplector. Video certatorem, audio victorem. Irascere, ut dixi, et dic mihi : Talis sis ! Vide, si non amplector ; vide, si non opto ; vide, si non cupio ; vide, si non indignum me possum dicere ; refugere tamen avertique non possum. Specta tu, delectare tu, ama tu. Noli irasci, si dixero : Talis sis ! Sed parco, non dico. Agnosce amicum. Spectacula muta mecum. Tales amemus, quos imitari, quantum valemus, optemus. Sed infamis est ille, qui spectatur ; qui spectat, honestus est. Cesset cupiditas emptoris, et nulla erit turpitudo venalis. Infamiam spectando confirmas. Quid provocas, quod accusas ? Miror, si amati tui non te aspergit infamia. Sed non te aspergat, immaculata maneat honestas, si potest, spectatrix libidinum, emptrix turpium voluptatum. Audeo prohibere spectacula ? Audeo prohibere ? Audeo plane. Dat mihi fidu-

(*a*) De ejusmodi contentionibus varia in Martialis Epigram. et in Scriptoribus Hist. Aug.

eiam locus iste, et qui me constituit in isto loco. Potuit sanctus Martyr sævientes sustinere Paganos, ego non audeam audientes instruere Christianos? Ego metuam tacitas offensiones, cum ille contempserit apertos furores? Dicam prorsus. Certe redarguar in cordibus audientium, si falsa dico. Optime facit, omnino optime facit antiqua disciplina Romana, quæ omne genus Histrionum infami loco deputavit. Non illis ullus honor in Curia, non saltem in plebeia (a) tribuitur. Undique ab honestis remoti, et honesti venales (b) præpositi. Quid a te propter dignitatem Decurii (c) removisti, et propter voluptatem tibi in theatro posuisti? Consonet dignitati tuæ voluptas tua. Et ipsi miseri addicti sunt spectantium cupiditatibus, spectantium insanientibus voluptatibus. Remove ista omnia, et liberantur. Misericordiam in illos facit, qui spectare noluerit.

IV. Dicta sint hæc de concupiscentia oculorum. Ambitio sæculi quantum mali habet! Ibi omnis superbia. Et quid est pejus superbia? Sententiam Domini audi. *Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam* (*Jacobi* IV, 6). Ergo et ambitio sæculi maligna est. Dicet aliquis: Sine illa non possunt esse sæculi Potestates. Prorsus possunt. Nescio, quis auctor ipsorum ait: Suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt (d). Prorsus possunt. Rector est in potestate constitutus. Erigat, et rexit. Sed humana mens pergit in elationem. Frenetur elatio. Hominem se esse cognoscat, qui de homine judicat. Dispar est dignitas, sed communis est ipsa fragilitas. Hoc qui pie, sancteque cogitat, et habet potestatem, et non pergit in elationem. Vicit ista omnia Cyprianus. Quid enim non vicit, qui vitam ipsam omnibus tentationibus redundantem contempsit. Mortem illi minatus est judex; ille confessus est Christum, paratus mori pro Christo. Ubi mors venerit, nulla remanebit ambitio, nulla curiositas oculorum, nulla appetitio sordidarum et carnalium voluptatum. Una vita contempta omnia superantur.

V. Beatus ergo Cyprianus laudetur in Domino, quia omnia ista vicit. Quando hoc posset, si non adjuvisset Dominus? Quando vinceret, si non spectator, qui coronam parabat vincenti, subministraret vires laboranti? Gaudet plane et ipse, gaudet pro nobis, non pro se, quando in Domino laudatur. Mitis enim est valde, et scriptum est: In Domino laudabitur anima mea. Audiant mites, *et lætentur* (*Psal.* XXXI, 3). Mitis erat. In Domino vult animam suam laudari. *In Domino laudetur anima ejus. Honoretur etiam corpus ejus.* Quia *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus* (*Id.* LXXII, 1). Sancte celebretur, tanquam a Christianis celebretur. Non enim aram constituimus, tanquam Deo, Cypriano, sed Deo vero aram fecimus Cyprianum (a).

(a) In Conventu plebis aliquo.
(b) Lego: *Vernales*, i. e. Servi domi, et in familia nati.
(c) Seu Decurionatus, quod munus in Coloniis et Municipiis Senatorii instar erat.
(d) An Seneca *epist.* 50 ad Lucil. *ut intelligas tua vitia esse, quæ putas rerum?*

SERMO XV.

Item in Natali Cypriani Martyris (b).

SYNOPSIS.

1. Gaudium de religiosa populi frequentia, et victoria Martyrum. II. Delusa Persecutorum a Martyribus consilia. III. Ecclesia Persecutorum victrix. IV. Persecutorum, ut Christi, ita Cypriani multi conversi.

I. Psalmum cantavimus: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum* (*Psal.* CXXIII, 6). Donis Dei debita gratulatio. *Benedictus Dominus, qui non dedit in venationem dentibus eorum.* Vox est certe gratulationis, et digna gratulatio. Et quando tantis donis divinis humana sufficit gratulatio? Quando in isto loco beatissimus Martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Iterum dico; delectat enim me, populum videre in domo Domini religiosissime in hunc locum convenientem, et tempora temporibus comparare. Unde iterum dico, et repeto, et vestris sensibus, quanta possum, devotione commendo: Quando in isto loco beatissimus Martyr sacrum sanguinem fudit, nescio utrum tanta hic fuerit turba furentium, quanta nunc est multitudo laudantium. Sed, etsi fuit, fuit *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* » Quando occidebant, se vicisse credebant. Vincebantur a morientibus, et gaudebant, si vincebantur. Utique furebant. Abscessit ergo turba furentium, successit multitudo laudantium: Dicat, dicat multitudo laudantium: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Dentibus quorum? Dentibus inimicorum, dentibus impiorum, dentibus persecutorum Jerusalem, dentibus Babyloniæ, dentibus civitatis inimicæ, dentibus turbæ in sceleribus insanientis, dentibus turbæ Dominum persequentis, creatorem deserentis, ad creaturam se convertentis, manu facta colentis, eum a quo facta est, contemnentis. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.*

II. Vox Martyrum est. Eorum profecto vox est, qui pro Christi nomine occidi, quam negando Christum vivere maluerunt. Si ergo illi occidere voluerunt, isti occisi sunt, fecerunt, quod voluerunt illi, passi sunt isti, quomodo: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum?* Qualis gratulatio est: *Benedictus Dominus, qui non dedit*

(a) Confer finem *Sermonem CCCXIII.* et *Serm. CCCX. n.* 2. T. V. *edit. Maur.*
(b) In Codice *fol.* 37. *p.* 2. inscriptus: *Item Sermo sancti Augustini ep.* De Martyrum, et Ecclesiæ in illis victoria. Sermo fortasse notatus a Possidio in *Indiculo Opp. c.* 8. *De Venatoribus Dei et Sæculi.* Psalmi enim versiculus, qui supra citatur, exponitur de dentibus persecutorum, et de dentibus Ecclesiæ, ut in decursu liquet. Locandus in Editione post præcedentem XIII.

nos in venationem dentibus eorum? Quia persecutores non occidere, sed devorare voluerunt, id est, in corpus suum transferre. Pagani erant, impii erant, dæmonum et idolorum cultores erant. Hoc nos facere volebant, quando devorare cupiebant. Intendite, quid cibo faciamus, quando manducamus. Quid utique facimus, nisi in corpus nostrum transferimus? Erat corpus impiorum, devoraverunt eos, qui eis ad impia consenserunt. In eorum corpus procul dubio transierunt. Martyres ergo illi instantibus, ut Christus negaretur, et idolum adoraretur, restiterunt constanter, idolum spreverunt, Christum confessi sunt, in corpus eorum consentiendo non transierunt. Dicant, dicant, gloriose dicant, feliciter dicant, veraciter dicant : *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Retia perfidia est, retia impietas est, retia Christi negatio est. Extenta sunt retia. Audis venantes. Si vis cavere venantes, contemne terrentes. Nostis, quid faciunt venatores. Ex alia parte tendunt retia, ab alia parte terrent feras, quas cogunt in retia. Malum times, quo terreris? Pejus est, quo fugis. Ergo Martyres sancti videntes, ubi venatores tetenderunt retia (ad hoc enim mortem persecutor minabatur, ut Salvator negaretur) passi sunt, sed patiendo non sunt capti. Quali sagina prædæ, quali pinguedine venationis Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo Dominus negaretur. Quali sagina, quali venatione, quam optima præda Babylon impia pasceretur, si a Cypriano episcopo, doctore gentium, frustratore idolorum, proditore dæmoniorum, lucratore Paganorum, confirmatore Christianorum, inflammatore Martyrum. Si ergo a tali et tanto Viro Dominus negaretur, quali venatione Babylon impia lætaretur! « *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Sævierunt, persecuti fuerunt, torserunt, incluserunt, alligaverunt, percusserunt, incenderunt, bestiis subrepserunt (*a*). Non est Christus negatus, Confessor Domini est coronatus. Illi sævitiam perdiderunt, gloriam Martyres invenerunt. *Benedictus Dominus*, dicat populus christianus, dicat omnino, decet, ut dicat : *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Modo, dicat, hic locus impletur populo confitentium, impletur populo unum verum Deum adorantium. Dicat : hic locus ; tunc enim seges ista seminabatur, quando ille locus sanguine Martyris rigabatur. Noli mirari, Terra, fertilitatem tuam, si rigata es, ut hoc pullulares.

III. Ergo *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Quibus enim viribus nos erepti sumus de dentibus impiorum? Nihil nobis arrogamus, non hoc nostræ potestati tribuimus. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum.* Quid enim eramus, quando terrebamur infirmi a fortibus, humiles a sublimibus, egentes a divitibus, indigentes ab abundantibus? Quid eramus, nisi *Auxilium nostrum esset in nomine Domini ejus, qui fecit cælum et terram* (*Psal.* CXXIII, 8)? Exulta, exulta, Jerusalem, exulta et tu non data in dentes venantium. Exulta et tu. Habes et tu dentes. *Dentes tui, sicut grex detonsarum.* Habes et tu dentes, o sancta Jerusalem, Civitas Dei, Ecclesia Christi, habes et tu dentes. Tibi dicitur in Cantico Canticorum : *Dentes tui, sicut grex detonsarum ascendens de lavacro, quæ omnes geminos creant, et sterilis non est in illis* (*Cant.* IV, 2, *et* VI, 5). Bene, bene, quod non timuisti dentes Babyloniæ. Dentes Babyloniæ potestates sæculi fuerunt, dentes Babyloniæ doctores illicitorum sacrorum fuerunt. His dentibus data non es. Agnosce dentes tuos. Fac tu, quod illi facere voluerunt. Converte te. Et tu habes dentes. « *Dentes tui, sicut grex detonsorum.* Quid est *Detonsarum?* Sarcinas sæculares ponentium. Quid est *Detonsarum?* Ponentium vellera, tanquam onera sarcinæ sæcularis. Illi erant dentes tui, de quibus scriptum est in Actibus Apostolorum, quia vendiderunt omnia sua, et pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum posuerunt, ut distribueretur unicuique, sicut opus erat (*Act.* IV, 35). Percepisti vellera detonsarum tuarum. Ascendit grex ille de lavacro Baptismatis sancti. Omnes pepererunt, quia duo præcepta charitatis impleverunt. Meministis, recordati estis, tanquam instructi acclamastis, cum duo præcepta charitatis commemorarem; quæ autem essent, non dixi, et tamen indicium cordis vestri voce suscepi. Agnovistis. Dicam tamen propter eos, qui ad Ecclesiam rarius accedunt. Dominus dicit, Magister veracissimus dicit, Princeps Martyrum dicit : *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua, et diliges proximum tuum tanquam te ipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet et Prophetæ* (*Matth.* XXII, 37 - 40). Dentes ergo tui in Deo vicerunt, quia tales geminos pepererunt. Tibi dicitur habenti tales dentes, tibi dicitur, o Ecclesia, in figura beatissimi Petri : *Surge, macta et manduca* (*Act.* X, 13). *Surge.* Petro dictum est, quando vas submissum de cœlo in figura animalium omnis generis portabat esurienti Petro, id est, avidæ Ecclesiæ, *Surge*, quid esuris? *Surge*, cibus tibi paratus est. Dentes habes ; *Macta et manduca.* Occide, quod sunt ; fac, quod es. Occide quod sunt, verte in quod es. Bene audisti tales dentes habens, bene mactasti, bene manducasti. Ipsos judices, quos non timuisti, ad te attraxisti ; ipsas sæculi potestates, quas non timuisti, in te convertisti ; sævientes sprevisti ; honorantes fecisti. Impletum est, quod Domino tuo promissum est : *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient illi* (*Psal.* LXXI, 11).

IV. Hæc persecutores non credebant, quando sæviebant. Quam multi ex ipsis persecutoribus, qui viderunt beatissimum Cyprianum fundentem sanguinem, genua flectentem, cervicem percussori præbentem, hic viderunt, hic spectaverunt, hic de tanto spectaculo exultaverunt, hic, hic morienti insultave-

(*a*) Ita membranæ. Fortasse : *subjecerunt, substraverunt.*

runt. Quam multi ex eis, quod non dubito, postea crediderunt. Non dubitandum, sine dubitatione credendum est. Judæi Christi interfectores, qui pendente illo caput agitaverunt insultantes, et in illo verba, quæ voluerunt, dixerunt exultantes, postea in ipsum Dominum, quem crucifixerunt, crediderunt. Hæc enim poterat vacare vox Medici in cruce pendentis, et medicamentum sanitatis phreniticis de suo sanguine facientis? Non poterat ergo vacare, et inanis esse vox illa : *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (*Luc.* XXIII. 34). Non plane vacavit. Erat ibi multitudo eorum, propter quos hæc vox de ore resonuit Veritatis. Nam postea facto miraculo, adveniente de cœlo Spiritu sancto, cum linguis omnium gentium Apostoli loquerentur, stupentes repentinum miraculum, subito compuncti, ad eum, quem occiderunt, conversi sanguinem, quem sævientes fuderunt, credentes biberunt. Hoc plane et de beato Cypriano Christi sancto Martyre nullo modo est dubitandum, quod plurimi eorum, qui occisum impie spectaverunt, in ejus Dominum crediderunt, et forte etiam ipsi imitando pro Christi nomine sanguinem funderunt. Postremo de illis incertum sit. De illis, qui tunc huic loco affuerunt, qui percussum in isto loco sanctum Cyprianum viderunt, incertum sit, utrum crediderint. Certe isti omnes, aut pene omnes, quorum voces audio exultantium, filii sunt insultantium.

SERMO XVI.

In Natali Martyrum Scillitanorum (*a*).

SYNOPSIS.

I. Exemplo Martyrum Christus nec propter superflua, nec propter necessaria mundi bona negandus. II. Amor proximi unde, et qualis. III. Salus et Amicus, duo necessaria, quomodo respicienda. IV. Certamen Martyris cum Persecutore de superfluis. V. Certamen Martyris cum Persecutore de necessariis. VI. Quibus modis negetur Christus. VII. Constantiæ merces in cælo.

I. Martyres sancti, testes Dei, ne vivendo morerentur, moriendo vivere maluerunt, ne timendo mortem negarent vitam, amando vitam contempserunt vitam. Ut negaretur Christus, vitam promittebat inimicus, sed non qualem Christus. Credentes ergo, quod a Salvatore promittebatur, riserunt, quod persecutor comminabatur. Fratres, quando Solemnia Martyrum celebramus, exempla nobis proposita noverimus, quæ imitando assequamur. Non enim istam faciendo frequentiam, augemus Martyrum gloriam. Illorum corona populis nota est Angelorum. Nos, quod passi sunt, cum legeretur, audire potuimus. Quod autem acceperunt, *Nec oculus vidit, nec auris audivit* (*1 Cor.* II, 9). Bona mundi hujus alia sunt superflua, alia necessaria. Hinc paululum, ut loquamur, attendite, et distinguamus, si possumus, quæ sint bona hujus mundi superflua, quæ necessaria, ut videatis, non esse negandum Christum nec propter superflua, nec propter necessaria. Superflua mundi hujus quis enumerat? Si ea commemorare voluerimus, magnas moras faciemus. Dicamus ergo necessaria. Quæcumque alia erunt, hæc erunt superflua. Necessaria sunt in hoc mundo duo ista; Salus et Amicus. Ista sunt, quæ magni pendere, quæ non debemus contemnere. Salus, et Amicus naturalia bona sunt. Fecit Deus hominem, ut esset et viveret. Salus est. Sed, ne solus esset, Amicitia quæsita est. Incipit ergo Amicitia a conjuge et filiis, et progreditur usque ad alienos. Sed, si consideremus, unum nos habuisse patrem, et unam matrem, quis erit alienus? Omni homini proximus est omnis homo. Interroga naturam. Ignotus est? Homo est. Inimicus est? Homo est. Hostis est? Homo est. Amicus est? Maneat amicus. Inimicus est? Fiat amicus.

II. Ad hæc duo in hoc mundo necessaria, Salutem, et Amicum, venit peregrina sapientia. Invenit omnes stultos, errantes, superflua colentes, temporalia diligentes, æterna nescientes. Hæc Sapientia stultis amica non fuit. Cum ergo stultis amica non esset, et a stultis longe esset; assumpsit proximum nostrum, et facta est proxima nostra. Hoc mysterium Christi est. Quid tam longe, quam stultitia a sapientia? Quid tam proximum, quam homo, et homo? Quid tam longinquum, inquam, quam a stultitia sapientia? Ergo suscepit hominem sapientia, et facta est homini proxima per id, quod erat proximum. Et ecce, quoniam dixit homini ipsa sapientia : Ecce pietas est sapientia; ad sapientiam vero hominis pertinet colere Deum, quia hoc est pietas, data sunt nobis duo præcepta : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua.* Alterum : *Diliges proximum tuum tanquam te ipsum* (*Luc.* X, 27). Et ille, qui hoc audivit, ait : *Et quis est mihi proximus* (*Ibid.* 29). Putabat dicturum Dominum : Pater tuus, et mater tua, conjux tua, filii tui, fratres tui, sorores tuæ. Non hoc respondit, sed qui volebat commendare omnem hominem omni homini proximum, instituit narrationem. *Homo*, inquit, *quidam*. Quis quidam? Tamen homo. *Homo quidam*. Quis ergo homo? Quidam, sed tamen homo. *Descendebat de Jerusalem in Jericho, et incidit in*

(*a*) In Codice *fol.* 39. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. in Natali sanctorum Martyrum Scillitanorum.* Passi sunt hi Carthagine circa A. C. 200. numero, ut videtur, duodecim, oriundi ex oppido Scilla, aut Scillite Provinciæ Proconsularis Africæ. Acta eorum alia extant apud Baronium ad A. C. 202. alia e Bibliotheca Eccl. Tolet. apud Bollandistas *T. IV. Julii ad diem XVII.* quo illorum memoria agitur. In illorum Basilica Carthagine Augustinus *sermonem* habuit in Editione CLV. Cum vero Possidius in *Indiculo Opp. c.* 9. *Tractatus duos* notet, de altero ita Guil. Cuperus in *Act. SS. T. cit. p.* 206. *Cum is Sermo nusquam inter Augustini Opera ne quidem novissime edita compareat, existimo eum aut excidisse, aut etiamnum alicubi cum pulvere luctari.* En jam non amplius indecoro pulvere sordidum Martyrum ipsorum cultus, et Reliquiæ Hispaniam, Galliam et Italiam pervaserunt, partimque Romæ in SS. Joannis et Pauli Æde in monte Cœlio quiescunt, quem Titulum, dum hæc commentarer, ornabat Joseph Card. Garampius, vir pietate, doctrina, hominum litteratorum amore, sacraque dignitate vere eminentissimus, mihique ab illo jam tempore, quo summi Pontificis ad Aulam Cæsaream legatione fungebatur, faventissimus, qui has Mentis Augustinianæ Reliquias avidissime præstolabatur. Verum, antequam typis absolverentur, ipsius, ut pie speramus, Augustini consortio propius admotus est Romæ IV. Non. Majas. — Sermo hic porro in Editione post præcedentem XIII, collocari posset.

latrones (*Luc.* x, 30). Ipsi dicuntur in latrones, qui et insequuntur nos. Vulneratus, spoliatus, semivivus, in via relictus a transeuntibus, a sacerdote, a levita contemptus est, a Samaritano autem transeunte animadversus est. Accessum est ad eum, inspecta cura, levatus est in jumentum, perductus ad stabulum; jussum est curam ei adhiberi, sumptus impensus est. Interrogatur, qui interrogaverat : Quis erat huic semivivo proximus? Quia duo contempserant, et contempserant proximi, accessit extraneus Iste enim homo Jerosolymitanus proximos habebat sacerdotes. et levitas, Samaritanos alienigenas. Transierunt proximi, et extraneus factus est proximus. Quis ergo erat huic homini proximus? Dic tu, qui interrogaveras dicens : *Quis est mihi proximus?* Jam respondc, quod verum est. Interrogaverat superbia. Loquatur natura. Quid ergo ait? *Credo, qui cum illo fecit misericordiam.* Et Dominus ad illum : *Vade, et tu fac similiter* (*Ibid.* 37).

III. Redeamus ad causam. Jam tria videmus : Salutem, Amicum, Sapientiam. Sed Salus et Amicus etiam de hoc mundo; aliunde Sapientia. Propter Salutem victus et tegumentum, et, si mala valetudo occurrerit, medicina. Salvis autem salvus loquens Apostolus ait : *Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, sed neque auferre aliquid possumus. Victum et tegumentum habentes his contenti simus.* Ista sunt necessaria propter salutem. Quæ autem propter superflua *Nam qui volunt*, inquit, *divites fieri* (*propter superflua utique*) *incidunt in tentationem, et laqueum, et desideria multa stulta et noxia, quæ mergunt hominem in interitum et perditionem.* Ubi ergo Salus? Ergo propter Salutem *Victum, et tegumentum habentes his contenti simus* (1 *Tim.* VI. 6, 9). Propter Amicum quid? Quid tibi amplius potuit dici, quam : *Diliges proximum tuum tanquam te ipsum?* Ergo Salus tibi, Salus sit et amico tuo. Propter tegumentum amici : *Qui habet duas tunicas communicet cum non habente.* Propter victum amici : *Et, qui habet escas, similiter faciat* (*Luc.* III, 11). Pasceris, pascis; vestiris, vestis. Ista de hoc mundo; aliunde autem, quod est sapientia, discis et doces.

IV. Constituite jam vobis ante oculos agonem Martyrum. Venit inimicus, cogit Christum negare. Sed adhuc blandientem inducamus, non sævientem. Promittit divitias et honores. Superflua sunt. Qui talibus donis tentantur, ut Christum negent, nondum accesserunt ad agonem, nondum certamen invenerunt (*a*), nondum hostem antiquissimum vera pugna provocaverunt. Contempsit autem, cui talia promittebantur, Vir fidelis, et ait : Ego propter divitias negabo Christum? Ego propter divitias negabo divitias? Ego propter aurum negabo thesaurum? Nempe ille est : *Qui propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut ejus paupertate nos ditaremur* (2 *Cor.* VIII, 9)? Nempe ille est, de quo item ait Apostolus : *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* (*Coloss.* II, 3)? Attendis, quod promittis, quia non potes videre, quod tollere conaris. Ego fide video, quod mihi vis auferre, tu oculis carnis, quod vis dare. Meliora sunt, quæ cordis oculos intuetur, quam quæ oculus carnis videt. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. Contemno ergo dona tua, inquit fidelis anima, quia temporalia sunt, superflua sunt, caduca sunt, volatica sunt, plena sunt periculis, plena tentationibus. Nemo hæc habet, quando vult, perdit et quando non vult. Contemptus est promissor; accedit alius, id est, persecutor. Contemptus est blandiens; esse incipit sæviens. Contemptus est coluber; in leonem conversus est. Non vis, inquit, accipere a me divitias ampliores? Si Christum non negaveris, auferam, quas habes. Adhuc in superflua mea sævis. *Sicut novacula acuta fecisti dolum* (*Psal.* LI, 4). Capillos radis, cutem non præcidis. Aufer etiam ista mihi. Imo; quoniam videbas, quod pauperibus exinde dabam, hospites suscipiebam, quod monuerat Paulus, faciebam. *Præcipe*, inquit, *divitibus hujus sæculi, præcipe, non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Bene faciant, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam* (1 *Tim.* VI, 17-19). Hæc mihi auferens, ista opera facturus non sum. Numquid apud Deum ideo minor ero, quia volo, et non possum? An usque adeo surdus sum adversus vocem Angelorum : *Pax in terra hominibus bonæ voluntatis* (*Luc.* II, 14)? Tolle ergo superflua mea. *Nihil intulimus in hunc mundum, sed neque auferre aliquid possumus. Victum et tegumentum habentes eo contenti simus* (1 *Tim.* VI, 8).

V. Sed ait persecutor : Tollo victum, tollo tegumentum. Accessum est ad certamen. Ferventius sæviebat inimicus. Transita sunt superflua, perventum est ad necessaria. *Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est* (*Psal.* XXI, 11, 12)! Nihil tam proximum animæ suæ, quam caro sua. Fames, et sites, et æstus in carne sentis. Ibi te volo videre, Martyr bone! Testis Dei! Vide, inquit, vide! *Quis nos separabit a charitate Christi?* Quid est, quod minaris? Tollo victum, tollo tegumentum. *Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas* (*Rom.* VIII, 35)? Minetur ex altera parte : Tollo amicum, occido charissimos tuos ante oculos tuos, conjugem et filios trucidabo! Occidis, occidis? Non negent, et non occidis. Quid est, quia non me terres de me, terres me de meis? Si non negaverint, meos non occidis; si negaverint, alienos occidis. Adhuc addat persecutor, et sæviat, et dicat : Si tuos non curas, te ipsum huic luci auferam. Huic luci? Numquid æternæ luci? Cui luci me auferes? Quam communem habeo et tecum? Non est magna, quam vides et tu. Ego pro hoc lumine non negabo lumen. *Erat lumen verum* (*Joan.* 1, 9). Novi, cui dicam : *Quoniam apud te fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen*

(*a*) Malo : *inierunt*.

(*Psal.* xxxv, 10). Tolle vitam, tolle lumen. Habebo vitam, habebo lumen. Habebo vitam, ubi te non patiar interfectorem, habebo lumen, quod mihi, non dicam tu, sed nec ulla nox possit auferre. Vicit Martyr, an aliquid aliud est, ubi majus certamen spectare debeamus? Non minatur mortem; sævit in salutem, exarat ungulis, excruciat tormentis, urit flammis, admovet bestias; et hic vincitur. Quare vincitur? *Quia in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit nos* (*Rom.* VIII, 37).

VI. Ergo, fratres mei, non negetur Christus propter superflua, non negetur propter necessaria. Nullus ipso est magis necessarius. Necessaria dicebam : Salutem et Amicum. Peccas propter Salutem, et negas Christum. Amando Salutem non habebis Salutem. Peccas propter Amicum tuum, et, ne illum offendas, negas Christum. Heu me miserum! Aliquando erubescendo negatur. Non sævit persecutor, non expoliat deprædator, non incumbit tortor; tantum ne displiceas amico tuo, negas Dominum tuum. Video, quid tibi abstulerit amicus, ostende, quid dabit. Quid dabit? Ipsas amicitias, per quas pecces, per quas involvaris, per quas inimicus Dei efficiaris. Iste tibi amicus non esset, si tu tibi esses. Sed quoniam ipse inimicus es tibi, amicum putas inimicum tibi. Unde autem ipse inimicus es tibi? Quia amas iniquitatem. *Qui autem amat iniquitatem, odit animam suam* (*Psal.* x, 6). Sed non negatur Christus ut amico impio et perverso placeatur, non negatur, sed ab impio vituperatur, ab impio accusatur, et a fideli erubescendo non defenditur, deseritur, tacetur, non prædicatur. Sævit lingua blasphemantis, et nulla est laudantis. Quanta mala committuntur quasi pro necessariis, pro victu, pro tegumento, pro salute, pro amico, et omnia ista, quæ appetuntur, magis pereunt! Si vero præsentia contempseris, dabit tibi Deus æterna. Contemne salutem, habebis immortalitatem. Contemne mortem, habebis vitam. Contemne honorem, habebis coronam. Contemne amicum hominem, habebis amicum Deum. Sed illic, ubi amicum habebis Deum, sine amico proximo non eris. Ibi tecum amici erunt, quorum facta et confessiones paulo ante legebantur (*a*).

VII. Audivimus Viros fortiter agentes, viriliter confitentes. Audivimus et Fœminas (*b*) non tanquam fœminas tenentes Christum, oblitas sexum. Ibi erit cum istis illa amicitia, ubi nulla erit carnis concupiscentia, et sola erit cum amicis ad fruendum sapientia. Ecce quid perdimus, si ea hic amaverimus, et Christum negaverimus! Proximus ibi nos non terret, si moriatur. Nullus ibi luctus, ubi æterna vita erit, nec illud necessarium est; *Victum et tegumentum habentes his contenti simus.* Vestis nostra immortalitas erit, cibus iste charitas erit, vita æterna erit, nec opera ibi bona, quæ ab his appellantur, faciemus. Ad ea non perveniemus, si hic ea non fecerimus. Non tibi dicetur : *Frange esurienti panem tuum* (*Isai.* LVIII, 7), ubi fames non erit. Non tibi dicetur : Suscipe hospitio, ubi nullum invenies peregrinum. Non tibi dicetur : Libera oppressum, ubi nullus inimicus erit. Non tibi dicetur : Concorda litigiosum, ubi pax æterna erit. Videte, fratres mei, quomodo hic toleretur quærendo. Ibi eam habebimus, ubi perire non possumus. Salutem quæris? Contemne, et habebis. Negas Christum timendo offendere amicitias hominum. Confitere Christum, et amica tibi erit civitas Angelorum, civitas Patriarcharum, civitas Prophetarum, civitas Apostolorum, civitas omnium Martyrum, civitas omnium bonorum Fidelium. Christus ipse *Fundavit eam in æternum* (*Psal.* XLVII, 9).

(*a*) Martyrum nempe Scillitanorum.
(*b*) In utrisque *Actis supra cit.* loquentes inducuntur.

SERMO XVII.

In solemnitate SS. Machabæorum (*a*).

SYNOPSIS.

I. Effata Evangelica ad omnes ætates pertinent. II. Expositio Parabolæ de Turris fabrica, et de duobus Regibus. III. Adolescens dives cum Christo congressus. IV. Post Apostolos et Judæi conversi, et deinceps multi Christiani rebus suis renuntiarunt. V. Quomodo probanda Christo fides vel in quotidianis. VI. Ad probandam fidem excitare debent Promissa. VII. Machabæorum. Certamen collatum profanis Spectaculis. VIII. Dehortatio a profanis Spectaculis. IX. Dehortatio continuata.

I. Evangelium, et verbum Dei vivum, medullas animæ penetrans, et cardinem cordis inquirens salubriter profertur omnibus nobis, nec quemquam palpat, si se homo non palpet. Ecce propositum est nobis velut speculum, in quo nos omnes aspiciamus, et, si quid de facie nostra forsitan maculosum occurrerit aspectibus nostris, cura sollicita detergamus, ne rursus inspecto speculo erubescamus. Turba enim Dominum sequebatur, sicut, Evangelium cum legeretur, audivimus, et conversus locutus est ad eos, qui cum sequebantur. Nam, si ea, quæ dixit, solis illis duodecim Apostolis loqueretur, poterat unusquisque nostram dicere : Illis dixit, non nobis. Aliud videtur pertinere ad pastores, aliud ad greges. Sequentibus turbis dixit, ergo et nobis omnibus, et vobis omnibus dixit. Non, quia tunc nondum eramus, ideo nobis non esse dictum putare debemus. In illum enim et nos credimus, quem illi viderunt, illum nos fide tenemus, quem illi oculis conspexerunt. Neque enim oculis carnalibus videre Christum, magnum fuit. Si hoc magnum fuisset, Judæorum gens prima salutem invenisset. Certe enim et illi viderunt, et ta-

(*a*) In Codice *fol.* 40, *p.* 2. inscriptus *Sermo sancti Augustini ep. In Natale sanctorum Machabæorum.* Illustris Sermo post commentationem in *Luc.* XIV, 28, et *Matth.* XIX, 16. animatisque ad perseverantiam Fidelibus in profana Spectacula invehitur. Habitus est ab Augustino Bullæ Regiæ rogatu Episcopi Civitatis. Prædicabat enim Noster, ut ait Possidius *Vitæ* c. 8. *non in una tantum regione, sed ubicumque rogatus venisset.* Inserendus Editioni post *Sermonem CCCI.*

men contempserunt, et tamen visum et contemptum insuper occiderunt. Nos autem certe non vidimus, et tamen credimus, et tamen, quem oculis non conspeximus, corde suscepimus. Unde dixit cuidam suo, qui tunc erat inter duodecim : *Quia vidisti, credidisti. Beati, qui non vident, et credunt* (*Joan.* xx, 29). Si enim modo præsens esset in carne Dominus et Salvator noster Jesus Christus, et stans taceret, quid nobis prodesset ? Si autem loquendo profuit, et modo loquitur, cum Evangelium recitatur. Verumtamen et præsentia sua multa præstat, ut Deus. Ubi autem non est Deus, aut quando absens est Deus ? Tu noli esse absens a Deo, et tecum est Deus. Maxime, quia ipse promisit, et promissum ejus conscriptum quodam modo chirographum detinemus. *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem sæculi* (*Matth.* xxvii, 20). Sed nos prævidebat, nobis promittebat.

II. Redeamus ergo, et audiamus quid dixit, et, sicut dixi, inspicianus nos, et, quidquid nobis deesse invenerimus, ad formam pulchritudinis, quæ placet oculis ejus, tota diligentia excolamus. Et, quia nos non sufficimus, illum in adjutorium invocemus. Reformet, qui formavit, recreet, qui creavit, ut perfectos recondat, qui condidit. Hoc ergo dixit : *Quis est homo, qui vult turrim ædificare, et non sedens primum computat, si habet sumptus, unde perficiat ? Ne forte incipiat ædificare, et non impleat, et transeuntes homines dicant : Ecce homo, qui cœpit ædificare, et non potuit perficere. Aut quis est iterum Rex, qui vadit gerere contra alium Regem bellum, et non prius considerat, utrum sit idoneus cum decem millibus occurrere illi, qui habet viginti millia ? Alioquin, cum adhuc ille longe est, mittit legatos quærens pacem.* Et ad istas duas similitudines conclusit ita : *Sic, qui non renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, non potest esse meus discipulus* (*Luc.* xiv, 28-33). Si soli illi Discipuli vocarentur, nobis non esset dictum. Quia vero, sicut Scriptura testatur, omnes Christiani discipuli Christi sunt : *Unus est enim*, inquit, *vester magister Christus* (*Matth.* xxiii, 10), ille solus Christi se neget esse discipulum, qui Christum negat magistrum. Neque enim, quia de superiore isto loco loquimur vobis, ideo magistri vestri sumus. Ille est enim omnium magister, cujus cathedra est super omnes cœlos, sub illo in unam scholam convenimus, et vos et nos condiscipuli sumus; sed monemus vos, quomodo solent majores scholæ. Turris, et sumptus, fides, et patientia. Turris fides, patientia sumptus sunt. Si quis impatiens fuerit ad toleranda mala mundi hujus, defecit sumptibus. Rex malus cum viginti millibus diabolus est, rex cum decem millibus Christianus est. Simplum contra duplum, veritas contra falsitatem, quia simplicitas contra duplicitatem. Esto simplici corde. Noli esse hypocrita, aliud ostentans, aliud agens, et vincis eum duplicem, qui transfigurat se velut Angelum lucis. Unde isti, ubi illi sumptus ? Ubi perfecta illa simplicitas, et omnino stabilis, atque inconcussissime perseverans ? In eo, quod sequitur, quod durum videtur. Hoc est, quod dixi, quia sermo Dei neminem palpat. *Sic, inquit, qui non renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, non potest meus esse discipulus.* Multi hoc fecerunt, et se ipsos examinaverunt (*a*), antequam tempus persecutionis urgeret, et renuntiaverunt omnibus, quæ sunt mundi, et secuti sunt Christum. Inde fuerunt Apostoli, qui dixerunt : *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te* (*Luc.* xviii, 28). Nec ipsi magnum aliquid dimiserunt, quia omnes pauperes fuerunt, sed magnas prorsus dimisisse judicantur facultates, qui vicerunt omnes cupiditates.

III. Denique Discipuli tunc dixerunt hoc Domino, qnando dives ille tristis abscessit, qni consilium vitæ æternæ, sicut petierat a Magistro veracissimo, audivit. Ipse enim venit ad Dominum dives quidam adolescens, et ait illi : *Magister bone. Quid boni faciam, ut vitam æternam consequar* (*Matth.* xix, 16) ? Credo inter delicias affluentissimas divitiarum suarum pungebatur stimulo futuræ mortis, et contabescebat, et, quia nihil eorum, quæ possidebat, ad inferos secum portare poterat, sciebat, et inter magnas carnis copias inops anima gemebat. Dicebat, ut existimandum est, apud semetipsum circumfusus affluentia divitiarum suarum : Bona sunt, pulchra sunt, deliciosa sunt, dulcia sunt ; sed una hora illa novissima quando venerit, cuncta relinquenda sunt. Nihil eorum hinc auferendum est. Restat vita et sola conscientia, restat post corpus animæ vita, et sola conscientia. Quæ, si erit (*b*), non jam vita, sed mors altera, pejorque dicenda est. Nihil enim pejus illa morte, ubi mors non moritur. Hoc ille quia inter suas delicias cogitabat, habens tanta bona venit ad Dominum. Dicebat enim sibi : Post ista tanta bona si habuero et vitam æternam, quid me felicius ? Unde ergo sollicitus erat, interrogavit, et ait : *Magister bone, quid faciam, ut vitam æternam consequar ?* Respondit ei Dominus primo : *Quid me interrogas de bono ? Nemo bonus, nisi unus Deus* (*Matth.* xix, 17). Hoc est dicere : Non te facit beatum, nisi unus Deus. Quæ habent divites, bona sunt enim ; sed illa bona non faciunt bonos. Nam, si illa bona fecissent bonos, tanto esset quisque melior, quanto esset his abundantior. Cum vero videamus multos quanto copiosiores, tanto pejores, sine dubio alia sunt quærenda bona, quæ faciunt bonos. Ipsa enim sunt, quæ non possunt haberi a malis : justitia, pietas, temperantia, religio, charitas, Dei cultus, ipse postremo Deus. Ad illum bonum concurrere debemus. Illum, nisi his contemptis, non assequemur.

IV. Ego vos palpem, quando Evangelium nec vos, nec nos palpat ? Exhortor ergo Charitatem Vestram, fratres, sicut dicit Apostolus : *Tempus breve est. Reliquum est*, inquit, *ut, et qui habent uxores, tanquam non habentes sint, et, qui flent, tanquam non flentes, et, qui gaudent, tanquam non gaudentes, et, qui emunt, tanquam non ementes, et, qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes* (1 *Cor.* vii, 29-31). Dimiserunt ergo Apostoli tunc ea, quæ habebant, et ideo Petrus dixit :

(*a*) Ut puto, Librarii lapsus pro : *exinaniverunt.*
(*b*) Omissum videtur : *mala.*

Ecce nos dimisimus omnia. Quid dimisisti, Petre? Unam naviculam, et unum rete? Responderet mihi : Totum mundum dimisi, qui mihi nihil dimisi. Omnium paupertas, id est, omnium pauperum, parvas habet facultates, sed magnas habet cupiditates. Non attendit Deus, quid habeat, sed quid velit. Voluntas judicatur, quæ ab illo, qui non videtur, invisibiliter perscrutatur. Ergo omnia dimiserunt, et prorsus totum mundum dimiserunt, quia quidquid sperabant in hoc mundo amputaverunt, et cum, a quo factus est mundus, secuti sunt, ejus promissis crediderunt, et postea multi hoc fecerunt. Et mirum est, fratres mei, qui hoc fecit? Ipsi hoc fecerunt, qui Dominum occiderunt. Ibi in Jerusalem, cum Dominus ascendisset in cœlum, et post decem dies misso Spiritu sancto impleret promissum, impleti Spiritu sancto Discipuli linguis omnium gentium locuti sunt (*Act.* II). Tunc audientes multi Judæi, qui erant in Jerosolymis, et expavescentes donum gratiæ Salvatoris, cum mirarentur, et stupentes ambigerent inter se, unde illud esset, acceperunt responsum ab Apostolis, quod ille hoc præstiterit Spiritu suo, quem ipsi occiderunt, et consilium salutis quæsierunt. Desperaverant enim et non arbitrabantur posse sibi donari tantum scelus, qui Dominum universæ creaturæ occiderunt. Et acceperunt consolationem ab Apostolis. Promissa venia, promissa impunitate crediderunt, et omnia, quæ habebant, vendentes, pretia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt, quanto plus territi, tanto magis boni. Major timor extorsit delicias. Fecerunt hoc illi, qui Dominum occiderunt; fecerunt postea multi, et faciunt multi. Novimus, exempla conspicimus, in multis consolamur, in multis delectamur, quia verbum Dei non vacat in eis, qui fideliter audiunt. Sed aliqui non fecerunt, et veniente persecutione probati sunt? Quia utebantur mundo *Tanquam non utentes.* Non plebeii solum, non quicumque opifices, non pauperes, non egeni, non mediocres, sed multi etiam magni divites, senatores, clarissimæ etiam fœminæ veniente persecutione omnibus suis renuntiaverunt, ut turrim perficerent, et simplicitate fortitudinis atque pietatis duplicem ac fallacem diabolum vincerent.

V. Exhortans ergo ad martyrium Dominus Christus omnibus dixit : *Sic, qui non renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, non potest esse meus discipulus.* Interrogo ergo te, o anima christiana! Si tibi dicam, quod dictum est diviti : *Vade, vende et tu omnia tua, et habebis thesaurum in cælo, et veni, sequere* Christum (*Matth.* XIX, 2), forte et tu tristis abscedes? Sic enim et ille juvenis tristis abscessit. Tamen ista verba non potest audire nisi Christianus. Numquid, quando lectum est Evangelium, potuisti tibi contra salutem tuam aures claudere? Audisti : *Qui non renuntiat omnibus, quæ sunt ejus, non potest meus esse discipulus.* Cogita apud te ipsum : Fidelis factus es, baptizatus es, credidisti. Facultates tuas non dimisisti, sed fidem tuam interrogo. Quomodo credidisti? Ecce venit periculum fidei. Dicitur tibi : Si persistis, tollo, quod habes. Animum tuum interrogo. Si dicis in animo tuo : Tollat, quod habeo, fidem non dimitto! et tenes, et renuntiasti. Quia tenes, non teneris. Non est enim malum tenere. Teneri est malum. Sed deest persecutio, et non est, quomodo probes, quod Domino promisisti? Negotia quotidiana probant homines. Quid si enim aliquando, nescio, quis te ad falsum testimonium vocet, et sit potens, qui possit timeri pro tempore, et, si fuerit comminatus, pro tempore possit nocere, et persuadeat tibi dicere falsum testimonium? Non tibi dicit : Nega Christum; ad hoc te enim tu præparabas. Alio modo subrepsit duplex ille, ad quod non meditabaris, quod tibi non proponebas. Dic, inquit, falsum testimonium. Si non dixeris, faciam hoc, et illud. Minatur proscriptionem, minatur mortem. Ibi te proba, ibi te attende. Dicis falsum testimonium? Dimisisti Christum, quia ipse dixit : *Ego sum veritas* (*Joan.* XIV, 6). Falsum testimonium dixisti, contra veritatem fecisti, ergo Christum dimisisti. Et quid tibi ille facturus erat minando proscriptionem? Inopem redditurum? Quid tibi deesset, cum quo Deus esset? Sed plus minabatur. Quid est ipsum plus? Occisurum te minabatur. Carnem. Numquid animam? Quid ille minabatur, attendis. Quid tu facias, non attendis? Ille carnem occidere comminatur. *Os autem, quod mentitur, occidit animam* (*Sap.* I, 11). Duo estis, inimicus, et tu; tamen et ille homo, ut tu. Ambo corruptibiles secundum carnem, ambo immortales secundum animam, ambo pro tempore transituri, et in hac terra hospites et peregrini. Minatur ille mortem, nesciens, utrum ante moriatur, quam impleat, quod minatur: sed tamen puta, quia et, quod minatur, impleat; discutio vos, videamus, quis sit tibi pejor inimicus, utrum ille, an tu. Profert ille machæram ad occidendam carnem tuam, profers tu falsam linguam ad trucidandam animam tuam. Quis gladius (*a*) percussit? Quis pejus occidit? Quis interius penetravit? Ille usque ad ossa, ille usque ad viscera, tu usque ad cor. Nihil tibi integrum dimisisti, quando cor tuum perdidisti. *Os, quod mentitur, occidit*, dixit, non carnem, sed *Animam.*

VI. Talia sunt quotidiana tentamenta hominum. Quando ventum fuerit ad iniquitatem, ut aut facias iniquitatem, aut patiaris ea, quæ voluerit Deus pati pro tempore, ibi jam attende duplicem illum, ibi jam attende sumptus turris illius. Sed cogitando deficis. Invoca eum, qui jussit. Adjuvet jussa sua in te, et reddet tibi promissa sua ex se. Quid enim nobis promittit Deus? Fratres mei! Quid dicam, ut desideremus illud? Quid dicam? Aurum est? Argentum est? Prædia sunt? Honores sunt? Quidquid novimus in terra, est? Vile est. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se* (1 *Cor.* II, 9). Breviter dico, non promissa sua, sed se. Major est omnibus, qui fecit omnia. Pulchrior est omnibus, qui formavit

(*a*) Videtur excidisse : *fortius.*

omnia. Potentior est omnibus, qui virtutem dedit omnibus. Quidquid ergo amamus in terra, in comparatione Dei nihil est. Parum est : Nihil est, quod amamus, et nos ipsi nihil sumus. Ipse amator in comparatione rei, quæ amanda est, vilescere sibi debet. Ipsa est illa charitas, quæ jubetur, *Ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mente.* Sed adjunxit, et ait : *Diliges proximum tuum, tanquam te ipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet et Prophetæ* (*Matth.* XXII, 37-40), ut, cum tu dilexeris Dominum, scias quia tunc te diligis, si diligis Dominum. Si vero Deum non diligis, nec te ipsum diligis. Cum ergo te didiceris diligere diligendo Deum, rape proximum ad Deum, ut simul fruaris bono, et tanto bono, quod Deus est.

VII. Modo spectavimus magnum certamen septem Fratrum et Matris illorum. Quale certamen, fratres mei, si noverunt mentes nostræ spectare? Comparate huic sancto spectaculo voluptates et delicias theatrorum. Ibi oculi inquinantur ; hic corda mundantur. Hic laudabilis est spectator, si fuerit imitator ; ibi autem et spectator turpis est, et imitator infamis. Denique amo Martyres, specto Martyres. Quando leguntur Passiones Martyrum, specto. Dic mihi : Talis sis, et laudasti. Tu specta Mimum, specta Pantomimum ; dicam tibi : Talis sis, et noli irasci. Si autem dico tibi : Talis sis, et irasceris, faciunt te reum non verba mea, sed iracundia tua. Irascendo judicas de te ipso. Ecce quod amas, quod esse formidas. Opportune de spectaculo sanctorum Machabæorum, quorum victoriæ memoriam hodie celebramus, de spectaculis theatricis admonenda visa est Charitas Vestra. O fratres Bullenses (*a*), circumquaque prope omnibus civitatibus vicinis vestri lascivia pietas obmutuit. Non erubescitis, quia apud vos solos remansit turpitudo venalis? An delectat vos, inter frumentum, vinum, oleum, animalia, pecora, et quæcumque in Romanis (*b*), vel nundinis venundantur, etiam turpitudinem emere, et vendere? Et fortassis ad talia commercia huc veniant peregrini, et dicitur : Quid quæris? Mimos, Meretrices? Bullæ habes. Gloriam putatis? Nescio, an sit major infamia. Omnino, fratres mei, ex dolore dico, vicinitas aliarum civitatum condemnat vos in conspectu hominum, et in judicio Dei. Quisquis vult malum imitari, vos proponit. Ad Hipponem nostram, ubi jam talia pene defecerunt, turpes istæ Personæ de vestra Civitate ducuntur. Sed forte dicitis : Nos Carthagini similes sumus. Quomodo apud Carthaginem est plebs sancta et religiosa, sic tanta turba est in magna civitate, ut se excusent omnes de aliis. Pagani faciunt, Judæi faciunt : potest dici Carthagine. Hic, quicumque faciunt, Christiani faciunt. Cum magno dolore vobis hæc dicimus. Utinam aliquando vestra correctione vulnus cordis nostri sanetur! Dicimus Charitati Vestræ : Novimus in nomine Dei Civitatem et vestram, et vicinas vobis, quanta est hic multitudo, quantus populus. Potestis nisi noti (*a*) omnes ei, qui vobis dispensator est constitutus Verbi, et Sacramenti? Quis excusat ab hac turpitudine? Ecce Ludi sunt. Non eant Christiani, et videamus, si non tanta erit solitudo, ut sibi erubescat ipsa turpitudo. Videamus, si non ipsæ personæ turpes aut ad Dominum convertentur, et liberabuntur, aut, si in sua turpitudine permanebunt, de ista Civitate migrabunt. Hoc vobis præstate vos, Christiani. Theatra nolite intrare.

VIII. Sed paucos vos video. Ecce veniet dies Passionis Christi, ecce veniet Pascha, et ista spatia multitudinem vestram non capient. Ergo ipsi hæc loca implebunt, qui modo Theatra implestis? Vel comparate loca, et contundite pectora? Dicitis fortasse : Bene vos ab istis abstinetis, qui Clerici estis, qui Episcopi estis, non autem nos Laici. Itane vero hæc vox justa vobis videtur? Quid enim sumus nos, si peritis vos? Aliud est, quod sumus propter nos; aliud, quod sumus propter vos. Christiani sumus propter nos, Clerici et Episcopi non nisi propter vos. Apostolus non Clericis, non Episcopis et Presbyteris loquebatur, quando dicebat : *Vos autem estis membra Christi.* Plebibus dicebat, Fidelibus dicebat, Christianis dicebat : *Vos autem estis membra Christi.* Attendite, in quo corpore membra estis ; attendite, sub quo capite in una corporis compage vivatis. Videte unum Spiritum, quem ab illo accepistis. Ipsa replico verba Apostoli : *Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis* (1 *Cor.* VI, 15)? Et Christiani nostri non solum diligunt, sed etiam instituunt meretrices? Non solum diligunt eas, quæ erant, sed instituunt eas, quæ non erant, quasi non et ipsæ animas habeant, quasi non et pro ipsis effusus est sanguis Christi, quasi non dictum sit : *Meretrices et Publicani præcedunt vos in regnum cœlorum* (*Matth.* XXI, 31)? Cum ergo debeamus ipsas lucrari, cum illis perire eligitur, et hoc a Christianis fit! Nolo dicere, et a Fidelibus. Catechumenus forte contemnit se. Catechumenus, inquit, sum. Catechumenus es? Catechumenus. Alia frons tua accepit Christi signum, et aliam tollis ad Theatrum? Ire vis? Muta frontem, et vade? Ergo frontem, quam non potes mutare, noli perdere? Nomen Dei super te invocatur, Christus super te invocatur, Deus super te invocatur, signum crucis Christi tibi in fronte depingitur, atque fingitur. Omnes exhortor, omnes alloquor. Videbitis, quam honestiores eritis in nomine Domini nostri Jesu Christi.

IX. Audeo dicere : Vicinam civitatem vestram imitamini? Vicinam civitatem Simittu (*b*) imitamini? Nihil aliud vobis dico. Apertius vobis dico in nomine

(*a*) Bulla dicta *Regia* urbs Africæ inter Hipponem, et Carthaginem, Plin. L. V. c. 3. Ptolemæo Βουλλάρια, *Augustino* memorata L. VII. *de Bapt. contra Donat.* c. 24. et in Conc. Carthag. II, an. 390 et III, an. 397, et in *Notit. Provinc. et civit. Afr.* a quibusdam Victori Vit. tributa T. I. *Opp. Sirmondi.* et T. VIII. *Bibl. PP. Lugd* Putatur hodie urbs dicta Bejie inter Tunetum et Constantinam. Confer *Baudrand Lexicon geogr.* et *Itiner. Antonini* edit. *Wesseling*, p. 43.

(*b*) An excidit : *foris ?*

(*a*) Fortasse supplendum : *esse.*

(*b*) Simittuense oppidum *Plinio.* L. V. c. 4. *Ptolemæo* Σιμιθοῦς 6. mill. pass. a Bulla Regia. Inter Episcoporum Nomina apud *Vict. Vit. supra cit.* occurrit Deuterius *Simminensis*, et Florentius *Seminensis*, quorum alterutrum huc pertinere arbitror. Confer Baluz. *Collect. conc.* in notis ad *Collat. Carthag.* et *Baudrandi Lex. geogr.* et *Antonini Itiner.* supra cit.

Domini Jesu Christi. Nemo ibi intrat in Theatrum. Nullus ibi turpis remansit. Legatus ibi voluit agere hujusmodi turpitudines. Nullus principalis, nullus plebeius intravit. Nullus Judæus intravit. Ipsi honesti non sunt? Illa Civitas non est? Illa Colonia non est tanto honestior, quanto istis rebus inanior? Hæc vobis non diceremus, si bona de vobis audiremus. Si autem tacuerimus, timeo, ne pariter judicemur. Voluit ergo Deus, fratres mei, ut transirem hac. Frater meus (*a*) tenuit me, jussit, rogavit, compulit, ut verbum vobis facerem. Unde facerem, nisi unde plus timeo? Unde facerem, nisi unde plus doleo? Nescitis me et nos omnes gravissimam rationem reddituros Deo de laudibus vestris (*b*)? Putatis, quod istæ laudes honorent nos? Onerant, non honorant. Valde gravis de illis laudibus ratio redditur. Valde timeo, ne dicat nobis Christus in judicio suo : Mali servi, laudes populi mei libenter accipiebatis, et mortem ipsorum eis tacebatis. Præstabit autem Dominus Deus noster, ut de cætero bona de vobis audiamus, et in illius miseratione consolemur de vestra correptione. Tanto enim erit majus gaudium, quanto magna modo tristitia.

SERMO XVIII.

In Natali Quadrati Martyris (*a*).

SYNOPSIS.

I. Triplex ambulantium ad Deum genus. II. Pauli exemplum ambulantibus propositum. III. Aliud perfectus viator, aliud perfectus perventor, in Exemplo S. Quadrati. IV. Justitiæ nunc saltem tantum dandum, quantum antea immunditiæ. V. Imo plus dandum justitiæ, quam immunditiæ. VI. Idque deposito omni respectu humano. VII. Et præcipue erga Paganos Christianis insultantes.

I. Præstitit Dominus Deus noster, cui gratias simul agimus, ut videremus vos, et videremur a vobis, Et si hoc est, unde *Impletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione* (*Psal.* CXXV, 2), quia vidimus invicem in carne mortali, quale erit gaudium nostrum, quando ibi nos videbimus, ubi nihil de nobis invicem timeamus? Apostolus dicit : *Spe gaudentes* (*Rom.* XII, 12) Gaudium ergo nostrum, quod nunc est, in spe est, nondum in re. *Spes autem, quæ videtur, non est*, ait *spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem, quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus* (*Rom.* VIII, 24, 25) Si autem peregrinantes comites ad invicem gaudent in via, quale gaudium consequentur in patria? In hac via Martyres certaverunt, et certando ambulaverunt, ambulando non haeserunt. Ambulant enim, qui amant. Non enim ad Deum passibus, sed affectibus currimus. Via ergo nostra ambulantes quærit (*a*). Tria sunt hominum genera, quæ odit Deus : Remanentem, retro redeuntem, aberrantem. Ab his tribus generibus malis Domino adjuvante vindicetur, et defendatur gressus noster. Jam vero, cum ambulantes sumus, alius tardius ambulat, alius celerius; ambo tamen ambulant. Excitandi sunt ergo remanentes, retro redeuntes revocandi sunt, errantes in viam ducendi, tardi exhortandi, celeres imitandi. Qui non proficit, remansit in via. Qui forte a meliore proposito declinat ad id, quod deterius reliquerat, reversus est retro. Qui fidem deserit, a via aberravit. Cum tardis sit nobis, sed a celerioribus ratio, cum ambulantibus tamen.

II. Quis est, qui non proficit? Qui se putaverit esse sapientem, qui dixerit : Sufficit mihi, quod sum; qui non attendit eum, qui dixit : *Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Jesu* (*Philipp.* III, 13, 14). Currentem se dixit; sequentem se dixit. Non remansit, non retro respexit, absit ut erraverit, qui viam ipsam docebat, qui et tenebat, et ostendebat. Celeritatem autem ejus ut imitaremur, ait : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1 *Cor.* IV, 6). Arbitramur ergo nos, fratres charissimi, in via vobiscum ambulare. Si tardi sumus, prævenite nos. Non invidemus, quærimus quos sequamur. Si autem nos existimatis celeriter ingredi, currite nobiscum. Unum est ad quod omnes festinamus, et qui tardius, et qui celerius ambulamus. Hoc ait ipse Apostolus. *Unum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Ordo verborum est : *Unum autem sequor.* Ut autem hoc diceret, supra quid dixit? *Fratres, ego me ipsum non arbitror apprehendisse* (*Philipp.* III, 13). Ecce, qui non remanet, qui non se arbitratur apprehendisse. Ecce, qui non vult (*b*) peregrinari; ecce, qui non hæret in via, ecce, qui gaudebit in patria. *Ego*, inquit, *Quis ego? Qui plus omnibus illis laboravi* (1 *Cor.* XV, 10); Et tamen, ubi ait : *Plus omnibus illis laboravi*, non dixit : *Ego me non arbitror apprehendisse.* Bene ibi *Ego*, ubi humilitatis locus est, non elationis. *Ego*, inquit, *quantum ad me attinet, non me arbitror apprehendisse.* Hoc ipse. Ubi autem ait : *Plus omnibus illis laboravi*, sequitur : *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Numquid Dei gratia non apprehendit? Merito ibi *Ego*. Non apprehendere enim nostræ infirmitatis est, apprehendere adjutorii est gratiæ divinæ, non infirmitatis humanæ. Quis ergo est, qui ostendat nobis? quis est, qui doceat nos? quis est, qui digne insinuet nobis, quomodo verum sit, quod tamen sine dubitatione verum est, non esse in nobis nostrum, nisi peccatum? Hoc noverit pietas, hoc in se accuset infirmitas, hoc sanari appetit charitas! *Non, quia*

(*a*) Loci Episcopus.

(*b*) Quibus Augustinum advenientem excepisse videntur.

(*c*) In Codice *fol.* 57. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep.* De emendatione vitæ, et profectu ad Deum, cum laude S. Quadrati Mart. Ex ipso ingressu patet, hunc etiam Sermonem non Hippone, sed peregre habitum fuisse, ubi vero Quadrati Memoria posita fuerit, ego saltem dicere non possum. Sermonis meminit Possidius in *Indiculo Opp.* c. 9. qui Editioni post præcedentem inseri possit.

(*a*) Sequens Sententia ad verbum legitur *Cod.* Bibl. Palat. *theol.* XIX inter Sermones spurios *ad Fratres in Eremo* Serm. 19 a Maurinis non edito. Itaque Sermo præsens notus fuit Impostori, qui spurios illos consarcinavit.

(*b*) Excidit fortasse : *lente*, aut *diu*.

jam acceperim, ait, aut jam perfectus sim (*Philipp.* III, 12). Et tunc subjecit : *Fratres, ego me ipsum non arbitror apprehendisse, et cum exhortaretur ad currendum,* et, *Ad ea, quæ ante sunt*, cor extendendum, *Quotquot autem perfecti*, ait, *hoc sapiamus* (*Philipp.* III, 15). Supra dixerat : *Non quia jam acceperim, aut jam perfectus sim;* et postea dicit : *Quotquot autem perfecti, hoc sapiamus.* Et ipsum tam magnum Apostolum dixeras esse imperfectum; modo jam plures perfectos invenis, et dicis : *Quotquot autem perfecti, hoc sapiamus.* Est ergo perfectio et perfectio.

III. Est perfectus viator, qui nondum perfectus est perventor. Perfectus viator bene accedit, bene ambulat, viam tenet, sed tamen viator, nondum apprehendit. Nam utique, si ambulat, et in via ambulat, alioque ambulat, et ad aliquid pervenire conatur. Quo ergo pervenire conabatur Apostolus, nondum apprehenderat. Et hortatur perfectos, ut sciant se nondum esse perfectos, scirent imperfectionem suam. Perfectio viatoris est, scire nondum se pervenisse ad id, quo tendit. Novit enim, quantum transgressus est, quantum illi remaneat. Sciamus ergo nos non esse perfectos, quotquot sumus perfecti, ne remaneamus imperfecti. Quid dicemus, fratres? Nonne perfectus Martyr Quadratus (*a*)? Quid quadrato perfectius? Paria sunt latera, undique æqualis est forma, quacumque verterit, statio est, non ruina. O nomen pulchrum demonstrans figuram, et indicans rem futuram. Jam Quadratus et antea vocabatur, et nondum coronabatur. Nondum in tentatione apparuerat, per quam esset ille quadratus, et tamen, quando vocabatur, prænuntiabatur prædestinatus ante mundi constitutionem, et ut hoc vocaretur, hoc in illo compatitur, ut impleretur, et tamen ambulabat, et tamen adhuc in via erat, et quandiu erat in hoc corpore, totum timebatur, et ne remaneret, et ne retro rediret, et ne exorbitaret. Nunc vero cucurrit, viam finivit, in solido stetit, coædificatus est ab artifice arcæ dominicæ, quæ in figura jussa est ædificari de lignis quadratis (*Exod.* XXVII, 1). Modo jam nullam tentationem timet. Audivit vocatorem, audivit illum et ille invocatorem, secutus est salvatorem, portat habitatorem (*b*). Contempsit mundum blandientem, vicit terrentem, evasit furentem. Magna est, fratres, Martyrum gloria, prima in Ecclesia. Quæcumque sunt aliæ, sequentes sunt. Non enim frustra dictum est quibusdam : *Nondum usque ad sanguinem adversus peccatum certastis* (*Hebr.* XII, 4). Quando tolerat, quando sustinet mundum sævientem, qui spernere non potest blandientem?

IV. Ait idem Apostolus : *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra deservire immunditiæ ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra vestra deservire justitiæ in sanctificationem* (*Rom.* VI, 19). Magnum est valde, quod videtur hortatus. Metiatur se unusquisque in his verbis Apostoli. Non adulatorie palpet se, appendat se, et dicat sibi verum. Quid a me expectat audire? Ipse sibi dicat. Ego disposui speculum proponere, ubi se quisque attendat. Non sum ego speculi fulgor, qui faciem suam intuenti renuntiet. Facies enim illas dico modo, quas habemus intus. Ipsas per aurem convenire possum, videre non possum. Speculum sane propono. Attendat se unusquisque, et renuntiet sibi. Ipsa verba Apostoli, quæ commemoravi, indicem speculi accipite. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra deservire immunditiæ ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra vestra deservire justitiæ in sanctificationem.* Quid est *Sic?* Sicut illud, ita et istud. Quando exhibebas membra tua arma iniquitatis peccato ad immunditiam, delectabat te? Interrogo. Attende, responde. Delectabat te? Audio respondentem, etiam tacentem. Non enim faceres, nisi delectaret. Sicut ergo exhibuisti membra tua deservire immunditiæ ad iniquitatem, et cum delectatione ista fecisti, ita delectet te aliquando justitia. Nolo, timore facias, dicit tibi Deus. Numquid enim illud timore faciebas? *Sic,* inquit, *sic. Sicut exhibuistis membra vestra deservire immunditiæ ad iniquitatem, sic nunc exhibete membra vestra deservire justitiæ ad sanctificationem.* Ad justitiam timore compelleris, ad immunditiam amore currebas. Quid pulchrius sapientia? Rogo vos. Digna est vel sic amari, quomodo amata est immunditia. Quando currebas ad immunditiam, prohibebaris, et ibas. Patrem offendebas, et currebas. Paratus eras exhæredari, et ab illius pravitate non separari. Quid dicturus es? Hoc a te exigit justitia, quod de te habuit immunditia. Audistis Evangelium : *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* (*Matth.* X, 34). Dixit se separaturum filios a parentibus. Ergo attende illam machæram. Forte vis Deo servire, et pater prohibet? Quando immunditiam diligebas, etiam patre prohibente currebas. Modo te prohibet justitia amatorem suum. Invenisti et hic patrem prohibentem. Exere libertatem tuam, qui exeruisti tunc cupiditatem tuam. Paratus eras tunc exhæredari, et ab illius immunditiæ pravitate non separari. Paratus esto exhæredari, et a justitiæ pulchritudine non separari. Magnum est, sed justum est. Quis est, qui audeat dicere : Sed plus debuit amari immunditia, quam justitia? Interim justitia gradum tibi facit. Certe, inquit, dissimilis sum; certe plurimum distat inter illius immunditiæ tenebras, et lucem meam, inter illam pravitatem et pulchritudinem meam, inter illius decus et decus meum. Certe plurimum distat. Interim gradum pono. Sic volo. Nam plus debeo, plus omnino debeo. Quantum disto, tantum debeo. Sed *Humanum dico,* humanum differo, quare divinum differo? *Humanum dico propter*

(*a*) *S. Quadrati Memoria,* verba sunt God. Henschenii Act. SS. T. VI. Maii ad diem 26. p 369. *post Usuardum Adonem, Notkerum, aliosque recentiores ita inserta est Martyrologio Romano :* In Africa S. Quadrati Martyris, in cujus solemnitate S. Augustinus sermonem habuit. *Addit Baronius ejus Sermonis mentionem fieri in* Indiculo Possidii. *Utinam hic prodeat aliquando!* Et en impletum optimi Senis votum.

(*b*) A Græcis acceptum, quibus varii Sancti, Piique Θεοφόροι, Χριστοφόροι. Vide Cotelerii *notas ad Epist. S. Ignatii martyris.*

infirmitatem carnis vestræ. Ideo *Sic;* quia parco adhuc infirmitati. Ideo *Sicut exhibuistis membra vestra deservire immunditiæ ad iniquitatem*, sic nunc plus quidem debetis, sed saltem sic ambulate, ad hoc pervenite, sed et hinc transite. Interim *Humanum dico*, sed sicut illud, ita et hoc.

V. Numquid Quadratus sic? Non plane sic, sed plus, et digne plus. Attendite enim illas immunditias, et videte, quid de vobis plus exigat pietas et charitas, et justitiæ pulchritudo, et sanctificationis dulcedo. Quid de vobis plus exigat, attendite. Amator immunditiæ facta sua mala sciri non vult; timet, ne inde damnetur, timet inde carcerem, timet judicem, timet carnificem. Uxoris alienæ pudicitiam appetit, maritum fallit, tenebras quærit, conscium perhorrescit, judicem metuit, timet sciri, quia timet inde puniri. Jam vero illud, quod sibi exigit plus pulchritudo justitiæ quod interim distulit Apostolus, cum diceret : *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ*, audi hoc a Domino : *Quod dico vobis in tenebris*, hoc est, in occulto : *Dicite in luce, et quod in aure auditis, super tecta prædicate* (*Matth.* x, 27). Numquid prædicat super tectum adulter flagitium suum? Sed quare ille non solum non prædicat super tectum, sed quærit occultari tecto? Quare hoc ille? Quia tunc (*a*) usque potuit amor immunditiæ; timet enim detegi, timet puniri. Ili vero amatores illius invisibilis pulchritudinis, amatores illius decoris, ubi est ille *Speciosus forma præ filiis hominum* (*Psal.* XLIV, 3), amatores ergo illius pulchritudinis unde non timent prædicare super tecta, quod in aure audierunt? Quære, unde timeat ille, ne cognoscatur et puniatur; quære, unde iste non timeat. Ipse Dominus secutus adjunxit. Cum enim dixisset : *Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, super tecta prædicate. Nolite*, inquit, *timere eos, qui corpus occidunt* (*Matth.* x, 28). *Ut, quæ auditis in tenebris, in lumine dicatis; ut, quod in aure auditis, super tecta prædicetis : Nolite timere eos, qui corpus occidunt.* Timeat adulter eos, qui corpus occidunt. Cum enim adulter ille perdiderit corpus, voluptatum perdit officinam. Ille timeat perdere corpus, qui vivit ex corpore. Totum enim, quod concupiscit, per corpus operatur; ideo in illo voluptas (*b*) non sufficit, inardescit cupiditate, quoadusque perveniat ad corporis immundissimam voluptatem. Tu autem, Homo Dei! si habes oculos cordis, unde videas pulchritudinem charitatis, unde videas pulchritudinem pietatis; si habes oculos cordis, vide, unde fruaris amata tua. Ut enim ea fruaris, non membra corporis quæris. Timeat perimi corpus amator sordidæ voluptatis, sed *Pax in terra in hominibus bonæ voluntatis* (*Luc.* II, 14)!

VI. Quam longe es ab hoc amore, o Christiane! Utinam usque ad illum humanum pervenias, et cum delectatione bene facias, sicut ante cum delectatione peccabas. Si enim cum delectatione bene facis, si cum delectatione in Christum credis, si cum delectatione sapientia ejus pro tua capacite perfruaris, si cum delectatione præceptum audis et facis, cœpit in te esse illud *Humanum propter infirmitatem tuam.* Jam cœpisti habere bonum datum, sed necdum implesti Quadratum. Sed sicut dixi, si pervenisti, accede; adhuc via est. Noli remanere. Est adhuc, quod facias. Noli timere, et abscondere facta tua bona timendo. Reprehensores, exagitatores quid tibi dicunt? Magnus tu Apostolus! de cœlo tibi pendent pedes. Unde venis? Et times dicere : De Ecclesia; ne dicatur tibi : Non te pudet, Barbate, ire, quo eunt viduæ, et aniculæ? Ne audias, times dicere : In Ecclesia fui. Quomodo ferres persecutorem, qui horrescis insultatorem? Et certe tempus est pacis; illi erubescere debuerunt. Erubescunt tam multi, qui accesserunt, et non erubescunt tam pauci, qui remanserunt. Et hi accesserunt, quo? Illi autem remanserunt, ubi? Accesserunt hi ad lucem pacis; remanserunt illi in tenebris confusionis. Non erubescitis glorianda erubescere? Non erubescunt illi pudenda, et vos erubescitis glorianda? Et ubi est, quod audistis : *Accedite ad eum, et illuminamini, et vultus vestri non erubescent* (*Psal.* XXXIII, 6).

VII. Hæc dixi, fratres mei, quoniam scio, et plurimum doleo, timeri linguas paucorum paganorum non sævientium, sed tantum insultantium, et teneri animos credere volentium, cum non acquiescunt in exhortationibus Christianorum. Et quid plura? Aut quid ego dicturus sum? Vides exagitari, nescio, quem paganum, ne fiat Christianus, et tu Christianus taces, pro magno habes, quia tibi parcit, id est, quia tibi non insultat. Quando illum deterret, dicis in corde tuo : Deo gratias! Nihil mihi dixit. Fugis non carne, sed mente. Ibi stas, et fugis. Times, ne in te lingua maledica convertatur, et non subvenis ei, quem debes Christo lucrifacere. Non subvenis, taces, ut dixi, non carne, sed mente fugis, mercenarius es, vides lupum venientem, et fugis (*Joan.* x, 12) Et quid plus ego dicturus sum? Modo audivimus omnes. Dominus terreat. Qui amandus est, ipse metuendus. *Qui me*, inquit, *confessus fuerit coram hominibus.* (Et videte, quando ista dicebat? Quando mundus non credebat, sed fremebat). *Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundam eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Qui autem me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum et ego coram Patre meo, qui in cœlis est* (*Matth.* x, 32, 33). Vis negari a Christo, an vis confiteri a Christo? Longe habebis insultatorem, quando tui Christum inveneris negatorem. Veniet, quod pollicetur. Qui tanta exhibuit, de solo die judicii fallax invenietur? Absit. Habeant illi perfidiam suam, imo vero et ipsi careant perfidia sua, sed proponite vos illis ad confessionem imitandos, non ad silentium superandos. Illi enim, si invenerint Christianos fortiores infirmorum defensores assertione fidei, libertate confitendi, prudentia docendi, charitate instruendi, silebunt, credite. Quod enim dicant,

(*a*) Fortasse : *huc.*
(*b*) Putem : *voluntas.*

non habent. Vox inanis est. *Cymbalum tinniens* (1 *Cor.* XIII, 1), quod destitit in templis ipsorum, remansit in ore ipsorum.

SERMO XIX.

De verbis Apostoli I *Cor.* XII, *vers.* 31. Supereminentem vobis viam demonstro, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Charitas major omnibus donis, quæ etiam haberi possunt absque ea. II. Prophetia sine Charitate in Saül, et ejus Satellitio. III. Prophetia sine Charitate in Caïpha. IV. Fides sine Charitate in dæmonibus. V. Charitatis mutuæ exemplum in membris corporis humani. VI. In membris dignitas diversa, sed magis respicienda sanitas. VII. Donatistæ, membra ægra, præcisi. VIII. Damnatio Crispini, et anterior Donatistarum in causa Cæciliani et Majorini. IX. Ab Ecclesia præcisis patet reditus. X. Ecclesia toto orbe diffusa catholica est, vera est. XI. Donum linguarum primis credentibus datum significabat, Ecclesiam futuram παντάγλωσσον. *XII. Hortatur Donatistas ad reditum.*

1. Bonum est loqui de Charitate eis, qui diligunt eam, qua bene diligitur, quidquid diligitur. Est enim secundum Apostolum in Charitate supereminentissima via. Modo legebatur. Audivimus. *Supereminentem*, inquit, *vobis viam demonstro* (1 *Cor.* XII, 31). Deinde narravit multa dona, et ea quidem præclara, nec parvi facienda; nihil tamen ea dixit prodesse hominibus, qui non habuerint Charitatem. In quibus donis commemoravit: Linguis loqui hominum et Angelorum, habere omnem Prophetiam, omnem scientiam, omnem fidem, ita ut montes transferat, distribuere omnia sua pauperibus, tradere corpus suum, ut ardeat (1 *Cor.* XIII, 1-3). Hæc omnia magna atque divina sunt; sed si in fundamento Charitatis collocentur, et de radice Charitatis exurgant. Fuisse autem ex his donis multa in multis, qui non habuerunt Charitatem, non auderemus dicere, nisi doceremur exemplis non quorumlibet hominum, et undecumque petitorum, sed de ipsis sanctis Scripturis, quibus quisquis non habuerit fidem, non potest habere Charitatem. Sed inter præcipua, quæ dicta sunt, magnum ibi apparet vel Prophetia, vel Fides. Quid ergo de cæteris? Si Prophetiam quisquis habens nihil ei prodest, si non habuerit Charitatem, et Fidem quisquis habens non potest pervenire ad regnum Dei, nisi habuerit Charitatem, quid de cæteris loquamur? Vel linguis loqui, quid est ad Prophetiam, et Fidem? Vel distribuere omnia sua pauperibus, quid est ad Prophetiam, et tradere corpus suum, ut ardeat? Plerumque hoc faciunt temerarii præcipites. Ergo illa ibi duo magna sunt, de quibus vere miran-

(*a*) In Codice *fol.* 64. inscriptus: *Sermo sancti Augustini ep. De Charitate.* Tractatus egregius præcipue directus contra schismaticos Donatistas, cujus pars posterior historica est. Memorat Possidius in *Indiculo Opp. c.* 9. *De Charitate Tractatus duos.* Præsens Editioni inserendus post *Sermonem CLXII.*

dum est, si invenire potuerimus aliquem hominem habere Prophetiam, et non habere Charitatem, aut habere Fidem, et non habere Charitatem.

II. De Prophetia exemplum nobis dat Regnorum liber. Saül persecutor erat sancti David (1 *Reg.* XIX). Cum eum persequeretur, et mitteret satellites, qui eum arriperent ad pœnas, illi, qui missi erant, ut adducerent David occidendum, invenerunt eum inter Prophetas, ubi erat et Samuel sanctus Annæ sterilis filius, quem concipiendum a Domino petierat, a Domino acceperat, et natum Domino dederat. Eo ergo tempore erat Samuel, quo tempore erat David, præstantissimus ille Prophetarum, nam ab ipso unctus est David. Cum itaque persecutionem a Saüle pateretur, confugit ad Samuëlem, sicut modo verbi gratia, qui forte foris aliquam persecutionem patitur, confugit ad Ecclesiam. Ergo eo confugerat, ubi erat non solus Samuel præstantissimus omnium Prophetarum, sed etiam multi cæteri Prophetæ. Inter illos, cum essent prophetantes, venerunt missi a Saüle, qui eum, sicut dixi, ad mortem arriperent. Insiluit in illos Spiritus Dei, et cœperunt prophetare, qui venerant hominem sanctum et justum Dei ad gladium adducere, et eruere de medio Prophetarum. Repente impleti Spiritu Dei Prophetæ facti sunt. Fuerit hoc fortasse istorum innocentia; non enim sponte ad illum arripiendum venerant, sed a Rege suo missi erant. Et forte venerant quidem ad eum locum, ubi erat David, sed non erant facturi, quod jusserat Saül. Forte et ipsi remansuri erant. Nam et hodie contingunt hæc. Mittitur aliquando apparitor a magna Potestate rapere aliquem de Ecclesia. Non audet facere contra Deum, et ne et ipse incurrat gladium, remanet ibi, ubi missus erat, ut raperet. Dixerit ergo aliquis admirans, quod Prophetæ isti repente facti sunt, quia innocentes fuerunt, testimonium illis innocentiæ ipsa Prophetia perhibuit. Venerunt missi, sed facturi non erant, quod jusserat malus ille. Credamus hoc de istis. Missi sunt alii. Et in ipsos insiluit Spiritus Dei, et ipsi prophetare cœperunt. Et hos cum illis innocentiæ merito numeremus. Missi sunt tertii. Hoc et ipsis factum est. Fuerint omnes innocentes. Cum tardarent, et non fieret, quod Saül præceperat, venit et ipse. Numquid et ipse innocens? Numquid et ipse missus ab aliqua potestate, et non perversus propria voluntate? Et in illo (*a*) tamen insiluit Spiritus Dei, et prophetare cœpit. Ecce Saül prophetat habens Prophetiam, sed non habens Charitatem. Factum est Vas quoddam, quod ab Spiritu tangeretur, non quod ab Spiritu mundaretur.

III. Tangit enim aliqua corda ad prophetandum Spiritus Dei, nec tamen mundat. Et si tangit, et non mundat, forte inquinatur ipse Spiritus? Divinæ enim substantiæ est, omnia contingere, nusquam inquinari. Nec miremini, si lux ista, quæ de cœlo funditur, omnia ubique sparsa immunda contingit, nusquam de immundo fuscatur. Nec ista sola, quæ de cœlo, sed

(*a*) Lego: *illum*, ut paulo ante: *in ipsos.*

etiam illa, quæ de lucerna mittitur, contingit, quacumque duxeris lumen, et fortasse, quisquis per cloacam transeat, ipse, si tetigerit, polluitur; si autem fert lucernam, splendor lucernæ supra omnia transit, nusquam maculam contrahit. Si hoc potuit Deus donare corporalibus luminibus, ipse lumen verum, et æternum, et incommutabile potest alicubi coinquinari? Aut potest alicubi deesse lux Dei, de qua dictum est : *Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter* (1 *Sap.* VIII, 1)? Tangit ergo quod vult, et mundat quod vult. Non quodcumque tetigerit, mundat, sed, quod mundaverit, tangit. Saülem itaque persecutorem Dei Spiritus non mundavit, sed tamen ad prophetandum tetigit. Caïphas princeps Sacerdotum Christi persecutor erat, et tamen Prophetiam locutus est, quando ait : *Expedit ut unus homo moriatur, et non tota gens pereat* (*Joan.* XI, 50). Secutus Evangelista exposuit Prophetiam, et ait : *Hoc autem non a se dixit, sed, cum esset Pontifex, prophetavit* (*Ibid.* 51). Prophetavit Caïphas, prophetavit Saül. Habebant Prophetiam, sed Charitatem non habebant. Numquid Charitatem habuit Caïphas, qui persequebatur Filium Dei, quem ad nos Charitas duxit? Numquid Charitatem habebat Saül, qui persequebatur eum, per cujus manum fuerat ab hostibus liberatus? Non solum invidus, sed et ingratus. Ergo probavimus posse esse in aliquo Prophetiam, et non esse Charitatem. Istis autem Prophetia prodesse non potest, secundum Apostolum. *Si Charitatem*, inquit, *non habeam, nihil sum* (1 *Cor.* XIII, 2). Non ait : Nihil est Prophetia, aut nihil est Fides ; sed nihil sum ego, si non habuero Charitatem. Habens magna nihil est, quamvis magna habeat, nihil est. Ipsa enim magna, quæ habet, non habet ad adjutorium, sed habet ad judicium. Non magna habere magnum est, sed bene uti magnis magnum est. Non autem utitur bene, qui non habet Charitatem. Etenim non utitur bene aliqua re, nisi voluntas bona. Voluntas bona esse non potest, ubi Charitas non est.

IV. Quid de Fide? Invenimus aliquem habere et Fidem, et non habere Charitatem? Multi sunt, qui credunt, et non amant. Nec enumerandi sunt homines. Dæmones invenimus credidisse quod credimus, et non amare quod amamus. Nam, cum argueret apostolus Jacobus eos, qui sibi putabant sufficere, ut crederent, et nolebant bene vivere, quod non fit, nisi de Charitate ; bona enim vita ad Charitatem pertinet, nec potest habens Charitatem male vivere, quia hoc ipsum bene vivere nihil est aliud, quam impleri Charitate. Cum ergo quidam jactarent se, quod credidissent in Deum, et nollent bene vivere, atque congruenter tantæ Fidei, quam perceperant, dæmonibus eos comparavit dicens : *Tu*, inquit, *dicis, quia unus est Deus. Bene credis; sed et dæmones credunt et contremiscunt* (*Jacob.* II, 19). Si ergo tantummodo credis, et non diligis, adhuc cum dæmonibus tibi commune est. Petrus dixit : *Tu es Filius Dei; et dictum est illi : Beatus es, Simon Bar-Jona, quia non revelavit tibi caro et sanguis, sed Pater meus, qui in cœlis est* (*Matth.* XVI, 16, 17). Invenimus et dæmones dixisse : *Quid nobis et tibi est, Fili Dei* (*Id.* VIII, 29)! Filium Dei confitentur Apostoli, Filium Dei confitentur et dæmones. Confessio videtur par, dilectio dispar. Illi credunt, et amant, illi credunt et timent. Amor expectat præmium, timor pœnam. Ergo invenimus posse quemquam habere etiam Fidem, et non habere Charitatem. Nemo ergo se jactet de quocumque Ecclesiæ dono, si forte eminet in Ecclesia aliquo attributo sibi dono, sed videat utrum habeat Charitatem. Nam locutus est idem apostolus Paulus, et enumeravit multa dona Dei (1 *Cor.* XII), in membris Christi, quæ est Ecclesia, et ait dona propria quibusque Membris esse attributa, nec posse fieri ut omnes habeant unum donum. Nec quisquam tamen sine dono remanebit. Apostolus ait Prophetas, Doctores, Interpretatores, linguis locutores, habentes virtutes sanitatum, habentes adjutoria, gubernationes, genera linguarum. Dicta sunt hæc, et alia videmus in aliis, alia in aliis. Non ergo doleat aliquis, non sibi esse concessum quod videt alii concessum. Habeat Charitatem, non invideat habenti, et cum illo habet, quod non habet. Quidquid enim habuerit frater meus, si non invidero, et amavero, meum est. In me non habeo, sed in illo habeo. Non esset meum, si in uno corpore, et sub uno Capite non essemus.

V. Sinistra manus verbi gratia in corpore habet annulum, et dextra non habet. Numquid illa sine ornamento remansit? Respice singulas manus, et videbis unam habere, aliam non habere. Respice compagem corporis, cui hærent ambæ manus, et vide eam, quæ non habet, in illa habere, quæ habet. Oculi vident, qua eatur ; pedes eunt, quo oculi prospiciunt. Nec pedes possunt videre, nec oculi ambulare. Sed respondet tibi pes : Habeo et ego lumen, sed non in me, sed in oculo. Non enim oculus sibi videt, et mihi non videt. Dicunt et oculi : Et nos ambulamus, non in nobis, sed in pedibus. Non enim pedes se ipsos portant, et nos non portant. Singula ergo membra singulis et propriis officiis distributa peragunt, quod imperat animus. Omnia tamen in uno corpore constituta et unitatem tenentia nec arrogant sibi, quod altera membra habent, si forte illa membra non habent, nec putant esse a se alienum, quod in uno corpore similiter habent. Denique, fratres, si alicui membro corporis molestiarum aliquid accidat, quæ membra suum auxilium denegabunt? Quid tam extremum videtur in homine, quam pes? Et in ipso pede quid tam extremum, quam planta? Et in ipsa planta quid tam extremum, quam ipsa cutis, unde terra calcatur? Ita tamen hoc extremum universi corporis compage detinetur, ut, si in ipso loco spina calcetur, ad auxilium spinæ eruendæ omnia membra concurrant. Continuo complicantur poplites, curvatur spina, non illa, quæ hæsit, sed quæ totum dorsum continet, sedetur, ut spina eruatur; jam sedere, ut hoc fiat, totius corporis est. Quam exiguus locus in molestia est! Tantillus locus est, quantum spina pungere potuit, et tamen illius extremi, et exigui loci molestia a

toto corpore non relinquitur. Cætera membra nihil dolent, et in illo uno loco omnia dolent. Ipse inde Apostolus dedit Charitatis exemplum, exhortans nos, ut ita nos diligamus invicem, quemadmodum se in corpore diligunt membra. *Si patiatur*, inquit, *unum membrum, compatiuntur et alia membra, et si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos estis corpus Christi et membra* (1 *Cor.* XII, 26). Si se diligunt membra, quæ habent caput in terra, quomodo se debent membra diligere, quorum caput in cœlo est. Certe nec ipsa se diligunt, si a suo capite deseruntur. Cum vero illud caput ita sit caput, et ita exaltatum sit, et ita in cœlo ad dextram Patris collocatum, ut tamen laboret in terra, non in se, sed in membris suis, ita ut dicat in fine : *Esurivi, sitivi, hospes fui;* quando ei dicetur : *Quando te vidimus esurientem, et sitientem?* et tanquam respondeat : Ego caput in cœlo eram, sed in terra membra sitiebant, denique ait : *Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*, rursusque non facientibus : *Cum uni ex minimis meis non fecistis, neque mihi fecistis* (*Matth.* XXV, 35-45), huic capiti non nisi per Charitatem connectimur.

VI. Sic enim, fratres, singula membra in officiis suis videmus agere opus proprium, ut oculus videat, non autem operetur; manus autem operetur, non tamen videat; auris audiat, nec videat, nec operetur; lingua loquatur, nec audiat, nec videat, et cum sint singula suis officiis distincta atque discreta, una tamen compage corporis colligata habent aliquid commune in omnibus. Officia diversa sunt, sanitas una est. Hoc est ergo in membris Christi Charitas, quod est in membris corporis sanitas. Meliori loco positus est oculus, in eminenti, et tanquam ad consilium in arce constitutus, unde prospiciat, unde videat, unde ostendat. Honor magnus in oculis, et loco, et sensu ardentiore, et agilitate, et vi quadam, quam cætera membra non habent. Proinde plerumque homines per oculos suos jurant, quam per quodlibet alterum membrum. Nemo alicui dixit : Sic te diligo quomodo aures meas, et est aurium sensus oculis suppar, et proximus. Quid de cæteris dicam? Quotidie dicunt homines : Sic te diligo tanquam oculos meos. Et Apostolus significans majorem in oculis habere (*a*) dilectionem, quam in cæteris membris, cum se dilectum ab Ecclesia Dei diceret, ait : *Testimonium enim vobis perhibeo, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi* (*Galat.* IV, 15). Nihil ergo in corpore sublimius oculis et honoratius, et nihil in corpore extremius fortasse, quam digitus minimus pedis. Cum ita sint, expedit tamen in corpore digitum esse, et sanum esse, quam oculum esse, et in perturbatione lippire. Sanitas enim, quæ communis est omnibus membris, pretiosior est officiis singulorum. Ita vides in Ecclesia hominem parvum aliquod donum habentem, et tamen habentem Charitatem; alterum eminentem forte in Ecclesia aliquo majore dono, et tamen non habentem Charitatem. Ille sit extremus digitus, ille sit oculus. Ille magis pertinet ad corporis compaginem (*a*), qui potuit obtinere sanitatem. Denique molestum est corpori cætero, quidquid ægrotarit in corpore, et datur quidem ab omnibus membris opera, ut sanetur, quod ægrotum est, et plerumque sanatur. Si autem sanatum non fuerit, et tantam putredinem conceperit, quæ sanari non possit, ita consulitur omnibus membris, ut de corporis compage perdatur.

VII. Fuerit ergo, nescio quis, Donatus, quasi oculus in corpore, fuerit; ita non scimus, qualis fuerit, sed prorsus talis fuerit, qualis dicitur, quid illi profuit excellentia honoris et gloriæ? Tenere non potuit sanitatem, quia non habuit Charitatem. Denique ita isti putrefacti sunt, ut necessario præciderentur, et quod se habere aliquos dicunt, vermes putredinis sunt. Præcisi vermes sunt, nec sanitatem possunt admittere. Etenim tandiu membrum admittit sanitatem, quandiu est de corpore non præcisum. De cæteris enim sanis manat sanitas ad vulneris locum; cum autem fuerit præcisum membrum, ubi vulnus est, qua, et unde ad illud sanitas veniat, non invenitur. Ideo et sarmentis præcisis comparantur, et concurrit cum apostolica lectione evangelica lectio. Et ibi enim Dominus, ut maneamus in illo, non nobis maxime commendavit nisi Charitatem : *Ego sum*, inquit, *vitis, vos estis sarmenta, Pater meus est agricola. Sarmentum omne, quod in me dat fructum, purgat illud, ut magis fructum afferat; quod autem in me non dat fructum, præcidet illud* (*Joan.* XV, 1, 2). Fructus de ipsa Charitate, quia non venit fructus nisi de radice. Dicit autem Apostolus : *Ut in Charitate radicati et fundati* (*Ephes.* III, 17). Ibi est ergo radix, unde omnis fructus exurgit. Qui cœpit dissentire a radice, quamvis videatur aliquantum manere, aut præcisus est latenter, aut aperte etiam præcidendus; fructum enim afferre nullo pacto potest. Illi erant aliquando in unitate. Præcisi sunt. Unde præcisi sunt? Ab unitate. Sed vos estis, inquiunt, præcisi. Quid facimus? Ego dico : Vos estis præcisi. Vos dicitis : Vos estis præcisi. Judicet Deus. Distulimus itaque quæstionem, et ad judicium Dei misimus? Non plane. In multis rebus facimus hoc, ubi nondum apparet sententia Dei. Ubi autem apparet, utamur, non differamus. Scripturam profero, et video, quis unde præcisus sit. Si enim Scriptura testimonium perhibuit Parti Donati, alicui Ecclesiæ in terrarum aliqua parte constitutæ, sicut in parte Africæ constituta est Pars Donati, dicant nos præcisos, et dicant se esse radicatos. Si autem Scriptura testimonium non perhibet nisi Ecclesiæ, toto orbe diffusæ, quid quærimus litis nostræ judicem hominem? Deum habemus. Nondum præsidet in judicio, jam præsidet in Evangelio.

VIII. Judicatus est modo Crispinus hæreticus (*b*). Sed quid ait? Numquid evangelica sententia superatus sum? Inde se asserens victum non esse, quia

(*a*) Melius : *haberi*.

(*a*) Pro *compagem*, ut Ovid. Cels. Seneca, Plin. etc.
(*b*) Anno 404. Vide Augustini *vitæ* L. V. c. 11. T. XI, edit. *Maur. col.* 259. ipsumque Augustinum variis locis.

Proconsul contra illum judicavit, non Christus. Si ergo judicium hominis parvi pendit, quare a Proconsule ad Imperatorem appellavit? Ipsius Proconsulis judicium ipse flagitavit, ipse dixit : Audi me. Non sum hæreticus. Cujus judicium flagitasti ejus judicium displicet tibi? Quare? Quia contra te judicavit? Si pro te judicaret, bene judicaret. Quia contra te judicavit, male judicavit. Antequam judicaret, bonus judex erat, cui dixisti : Non sum hæreticus. Audi me. Sed judicavit Proconsul, inquit, secundum leges Imperatorum, non secundum leges Evangelii. Ita fecerit, secundum leges Imperatorum Proconsul judicaverit. Si ergo male contra te judicant Imperatores, quare a Proconsule ad eorum judicium provocasti? Jam erant leges Imperatorum contra te, an nondum erant? Si nondum erant, non secundum ipsas Proconsul judicavit. Si jam erant, numquid pro te Imperatores contra leges suas judicaturi sunt? Deinde quæro abs te : Ipsæ leges Imperatorum quæ sunt contra te? Quid factum est? doce me! Manifestum est enim, et non negatur, multas Imperatorum leges esse adversus ipsos. Unde hoc contigit? Unde hoc factum est? Nos forte persecuti sumus, et multa mala Imperatoribus de vobis diximus? Hoc quidem dicunt his, quos miseros decipiunt imperitos. Causam enim, quemadmodum illo tempore gesta est, penitus occultant eis, quos decipere volunt. Sed, quantumlibet occultent, eruitur, patescit, publicatur, in notitiam profertur etiam invitorum, et recusantium. Claudentes oculos, ac nolentes lucem videre ipsa lux feriat. Non eis liceat dissimulare manifesta! Non eis liceat averti a patentibus! Non eis liceat aperta operire! Urgeam eos manifesta veritate. Vos Imperatoris judicium flagitastis. Mentimini! inquit. Extant chartæ publicæ (*a*). Ipsi Donatistæ de Parte Majorini, qui prior ordinatus est, contra Cæcilianum adierunt Proconsulem tunc Anullinum (*b*), et detulerunt libellos accusatorios de nomine Cæciliani, et in aluta (*c*) signatos, dicentes, sed adversus Cæcilianum crimina (*d*) quæ illo libello scripsissent, et rogantes, ut ipsam accusationem eorum mitteret ad comitatum (*e*) Imperatori. Extat relatio Anullini Proconsulis scribentis ad Imperatorem Constantinum : quod homines de Parte Majorini venerint ad illum cum libellis de accusatione Cæciliani, rogantes ut eosdem libellos mitteret Imperatori, et se dicit fecisse, quod illi rogaverunt. Scripsit Imperator ad Meltiadem (*f*) episcopum et Marcum, transferens ad illos causam ecclesiasticam, et removens a se. In eisdem litteris scribit Imperator : misisse se chartas missas ab Anullino, et in ipsis litteris ignorat (*a*), quæ illæ chartæ sint, sed in relatione Anullini cognoscitur, quæ hodie publicis codicibus continentur. Deinde scribit idem Constantinus ad Anullinum, ut partes Romam dirigat ad episcopale judicium. Refert etiam Anullinus in extremo : misisse se partes. Vos ergo istis ad Imperatorem, vos causam Ecclesiæ ad humanam potestatem detulistis. Ille melior, quam vos. Vos enim ad Imperatorem deferebatis, ille ad Episcopos. Dicta est causa in episcopali judicio illis primo accusantibus. Prolata est sententia pro Cæciliano. Illi non contenti judicio ecclesiastico murmurare cœperunt, rursus eumdem Imperatorem adierunt, post episcopale judicium quærentes imperiale judicium. Dedit alterum ecclesiasticum apud Arelatum (*b*). Ab ipso etiam judicio illi ad ipsum Imperatorem appellaverunt. Victus importunitate eorum voluit et ipse causam suscipere, atque cognoscere. Suscepit, cognovit, Cæcilianum innocentissimum judicavit, etiam omnes jussiones Imperatorum contra illos. Quid mirum? Cujus judicium flagitasti, ejus sententiam recusare audes? Quare ad illum voluisti deferre judicium? Habebas Ecclesiam in Africa, non habebas in toto orbe terrarum? Sed quo ibant, unde se jam ipsi præciderant? Illi jam in Ecclesia non hærebant, sed Imperator ibi hærebat, ad quem judicium referebatur. Proinde ille mansuetissime Episcopos voluit judicare, et illis postea cessit, ut etiam ipse judicaret. Inde sunt leges adversus vos ; videte, si non contra vos. Primo vos ipsi fuistis, vos primi accusatores, vos extremi appellatores, vos novissimi murmuratores. Numquid tamen, inquit, ex Evangelio superatus sum? Ex eo judicio superatus es, quod tu ipse delegisti.

IX. Sed non recusamus evangelicam sententiam. Plane, etsi non diceret, nos legeremus, nos eueremus, nos ostenderemus. Recitetur Evangelium? Videamus, ubi esse dicit Ecclesiam Dominus Jesus Christus. Illi certe et aures nostræ, et corda patere debent. Ipsum audiamus. Dicat nobis, Ecclesia ubi sit. Si in Africa esse dixerit Ecclesiam suam, omnes confluamus in Partem Donati. Si in toto terrarum orbe dixerit Ecclesiam suam, redeant ad corpus membra præcisa, non enim sic fracti sunt rami, ut denuo inseri non possint. Habes apostolum Paulum dicentem. *Sed dicis : Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt; tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Nam, si Deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet* (*Rom.* XI, 19-21). Fracti enim erant Judæi, tanquam rami naturales, et insertæ erant Gentes, tanquam oleaster in olivam. Ex his insertis ramis, et ex hoc inserto oleastro omnes sumus participes olivæ. Sed, sicut minatus erat Apostolus superbientibus ramis oleastri,

(*a*) Anterioris videlicet causæ sub Constantino M. inter Majorinum et Cæcilianum. Vide *Epist. Cleri Hippon.* inter Augustinianas LXXXVIII. edit. *Maur.* T. II. *col.* 213. ipsumque S. Patrem non uno loco.

(*b*) *Anulinum* scribunt Mauriani, et rectius fortasse, quamvis in Aut. Pagii *Dissert. Hypat.* ad an. Chr. 190. P. Corn. *Anulinum*, ad an. vero 216. sex. Corn. *Anullinum* habeamus Coss.

(*c*) Tenuior pellicula, membranæ instar, ut videtur, qua obvolvebantur Libelli supplices. Occurrit etiam in *Epistola Cleri supracit.*

(*d*) Videtur omissum : *habere.*

(*e*) Id est, ad *Palatium.* Adi *Ducang. Gloss.* h. v.

(*f*) Melchiadem, Miltiadem Pont. Rom. Quis vero *Marcus* additus? An ille qui deinceps a Melchiade secundus Pontificatum gessit? An unus e tribus Episcopis Gallicis judicio illi adjunctis?

(*a*) Putem : *ignoratur*, et paulo post : *continetur.*

(*b*) Anno 314. altero post damnationem Romanam.

tales isti facti sunt superbiendo, ut cum illis naturalibus ante amputatis, et ipsi superbia præcidi mererentur. Sed quid ait Apostolus? *Et illi*, inquit, *si non permanserint in infidelitate, inserentur* (*Rom.* XI. 23), et tu, si non permanseris in fide, excideris. Nemo ergo in vite superbiat, nemo præter vitem desperet. Si superbis in vite, observa, ne præcidaris. Si præter vitem positi sunt, non desperent, audeant inseri. Non enim manu sua inserendi sunt. Ait enim: *Potens est Deus iterum inserere illos* (*Ibid.*). Non dicant: Unde fieri potest, res præcisa, ramus fractus ut denuo inseratur? Recte dicis fieri non posse, si interroges humanam facultatem, non, si interroges divinam majestatem. Quid enim? Quod jam factum est a Domino, facere potest aliquis agricolarum? Oleastrum tulit, et in olivam inseruit, et oleaster in olivam insertus non baccas amaras, sed olivam dedit. Faciat hoc modo aliquis; inserat oleastrum in olivam, videbit nihil procedere, nisi baccas oleastri. Potens ergo fuit Deus non olivam in oleastro, sed oleastrum inserere in oliva, et oleastrum facere participem pinguedinis olivæ, ut exuta amaritudine pinguedine indueretur, et non erit potens te præcisum per superbiam inserere per humilitatem? Bene, inquit, hortaris me, sed prius meo ostende præcisum, ne forte te ipsum hortari debeas, ut ad me venias, non me, ut in te inserar. Audeo dicere: Audi me, et tamen timeo dicere: Audi me. Timeo enim, ne contemnat hominem. Imo hortor, ut contemnat hominem. Si enim contemneret hominem, non esset de Parte Donati. Homo enim fuit Donatus. Ergo, si nostra verba dicimus, contemnamur; si Christi verba dicimus, ille audiatur, qui non gratis auditur, et non gratis contemnitur. Auditur enim ad præmium, non auditur ad supplicium. Ipsum audiamus. Ipse Dominus dicat nobis.

X. Ecclesiam innumerabilibus locis ostendit, sed tamen commemorem unum aliquod. Post resurrectionem, nostis, fratres, ostendit se Discipulis suis, cicatrices demonstravit, palpandum præbuit, non solum videndum. Illi autem tenentes, et palpantes, et agnoscentes, adhuc tamen præ gaudio hæsitabant, sicut Evangelium nos docet, cui oportet credere, cui nefas est non credere. Dominus autem adhuc hæsitantibus præ gaudio, et dubitantibus intulit firmitatem de Scripturis, et ait: *Hæc dicebam vobis, cum adhuc essem vobiscum, quia oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege, et Prophetis, et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit eis: Quia sic oportebat Christum pati, et resurgere tertia die, et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Jerusalem* (*Luc.* XXIV. 44-47) Ibi tu non es. Ibi ego sum. Quid expectas hominem, qui de te judicet de tribunali? Audi Christum de Evangelio. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Jerusalem*. Tu ibi es? Communicas omnibus gentibus? Communicas ei Ecclesiæ, quæ diffusa est per omnes gentes incipiens ab Jerusalem? Si communicas, ibi es, in vite es, præcisus non es. Ipsa est enim vitis, quæ crevit, et implevit totum orbem terrarum, corpus Christi, Ecclesia Christi, cujus caput in cælo. Si autem non communicas, nisi Afris, et de Africa, quo potueris, clanculo mittis, qui consolentur peregrinos, non te invenis in Parte remansisse, a Toto præcisum esse? Quid dixisti in judicio Proconsulis? Catholicus sum. Vox est ipsius. De Gestis recitatur. Catholicus Totum tene. *Holon* (*a*) *enim Totum est, et inde appellata est Ecclesia catholica, quia per Totum est. Numquid Catamerica dicta est, et non Catholica? Meros* enim pars est, *Holon* totum est. De græco verbo dicta est Catholica, secundum totum. Ergo communicas Universo? Non, inquit. Ergo in parte es, quomodo Catholicus es? Multum interest inter Totum, et Partem. Unde accipit nomen Catholica? Tu enim accepisti nomen de Parte Donati, Catholica nomen accepit ab universo orbe terrarum. Sed nos dicimus in universo esse, et Deus forte non dicit? Evangelium commemoravi, ex Evangelio recitavi. *Per omnes gentes*, inquit, *incipientibus ab Jerusalem*. Non inde venit ad Africam? Si enim cœpit ab Jerusalem, implendo omnia venit ad te, non siccando. Quis est, qui dicat: Ductus est rivus de fonte, ut veniret ad me, siccavit (*b*) in via, et pervenit ad me? Si in via siccavit, ad te qua pervenit? Utique implendo omnia pervenit ad te. Ingrate rive, quare fontem blasphemas? Nisi manaret, non implereris. Sed timeo, ne tu siccaveris. Etenim omnis rivus a fonte præcisus siccet, necesse est. De siccitate aspera loquuntur adversus Ecclesiam; lenia loquerentur, si rigarentur. Catholicus sum. Quid est Catholicus? Homo de Numidia? Interroga saltem Græcos. Non est utique Catholicus verbum Punicum, sed verbum Græcum. Interpretem quære. Merito erras in lingua, qui non consentis omnibus linguis.

XI. Spiritus quando venit de cœlo, et implevit eos, qui in Christum crediderant, omnibus linguis locuti sunt, et hoc erat signum illo tempore accepisse Spiritum sanctum, si quis linguis omnium loqueretur (*Act.* II, X *et* XIX). Numquid modo fidelibus non datur Spiritus sanctus? Absit ut hoc credamus, alioquin spem non habebimus. Et illi utique fatentur dari fidelibus Spiritum sanctum, et nos hoc dicimus, hoc credimus, hoc maxime, et in sola Ecclesia catholica fieri assequamur (*c*). Sed illi sint Catholici, illic datur Spiritus sanctus. Nos simus Catholici, hic datur Spiritus sanctus; modo, quid intersit, non quæramus, qui sint Catholici; manifestum est, quia datur Spiritus sanctus. Quare modo linguis omnium non loquuntur, qui Spiritum sanctum accipiunt, nisi, quia tunc in paucis figurabatur, quod postea in omnibus ostenderetur? Quid enim pronuntiavit Spiritus sanctus commonens (*d*) corda eorum, quos tunc impleverat, et docens eos linguas omnes? Vix discit homo duas aut tres, aut per magistros, aut per regiones, in quibus

(*a*) ὅλον. Et mox. Μέρος. Inde, ut Καθολική, formatum Καταμερική.

(*b*) Neutrum verbum, ut apud Caton. de Re rust. *Ubi pluerit, et siccaverit.*

(*c*) Ita membranæ, sed rescribo: *attestamur.*

(*d*) Puto: *comnovens.*

versatur aliqua consuetudine, ut multum tres, aut quatuor linguas. Omnibus linguis loquebantur, qui impleti a sancto Spiritu erant, verum et locuti repente, non paulatim discentes. Quid ergo tunc ostendebat Spiritus? Dic mihi, quare modo hoc non facit, nisi quia aliquid significando faciebat? Quid significabat, nisi Evangelium per omnes linguas futurum? Audeo dicere. Et modo loquitur Ecclesia omnibus linguis. In omnibus enim linguis clamat Evangelium, et quod modo dicebam de membris, hoc dico et de linguis. Et quomodo dicit oculus : Mihi ambulat pes, sic et pes dicit : Mihi videt oculus, sic et ego dico : Lingua mea est græca, lingua mea est hebræa, lingua mea est syra. Omnes enim una fides tenet, omnes enim una charitatis compago concludit. Quod per Dominum demonstratum est, hoc per Prophetas ante prædictum est. *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Psal.* XVIII, 5). Ecce quousque crevit Ecclesia, quæ appellatur a Toto, Catholica. Et vide, quia omnes linguæ ierunt per omnes terras. *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* (*Ibid.* 4).

XII. Hanc ergo Ecclesiam teneo, tu illam non tenes. Si ergo præcisus es, agnosce, unde præcisus es. Redi, et inserere, ne arescas, et in ignem mittaris. Loquuntur Prophetæ, loquuntur Apostoli, loquitur Dominus de Ecclesia toto orbe diffusa. Contra te dicunt omnes isti sententiam. A Proconsule ad imperiale judicium. Ab Evangelio quo? An forte ad Donatum? Donatus judicabit contra Christum? An Donatum judicat Christus? Quid tibi dicturus est Donatus? Ego Christum meum prædicavi de Africa. Quid ducturus? An : Me pro Christo opposui, et : Ego Christo successi? Hoc restat, ut dicat, quia a corpore præcidere ausus est homines, quia Christo successit. Ecce Christi sententia, ecce Evangelia. *Per omnes gentes*, inquit, *incipiens ab Jerusalem*. Cœpit ab Jerusalem. Ibi venit Spiritus sanctus, ibi erant Apostoli, quando in illos supervenit, inde cœpit Evangelium prædicari, inde diffundi per omnes gentes, inde postea venit in Africam. Quo postea venit? Ipsos deseruit? Imo non deseruit, si nolint. Nam et nos Afri sumus. Utique Evangelium, quod venit in Africam, manet hic in Catholicis Afris, quo modo in omnibus gentibus manet. Nam et per omnes gentes sicut Hæretici, alii ibi, alii hic, et non sunt nati (*a*) Afri, qui sunt in illis gentibus. De vite præcisi sunt. Catholica enim novit omnes, ipsi se non noverunt. Etenim vitis, unde sarmenta præcisa sunt, novit omnia sarmenta, et, quæ in se manent, et quæ de se præcisa sunt. Etenim ubique diffusa est Ecclesia catholica. Illa sarmenta, ubi præcisa sunt, ibi remanserunt, ad alias partes, et alias partes pervenire non potuerunt. Illa autem ubique diffusa ubique tenet suos, ubique plangit præcisos. Clamat ad omnes, ut revertantur, et inserantur. Clamor ejus non auditur, sed tamen ubera Charitatis manare exhortatione non quiescunt. Sollicita est pro præcisis, clamat in Africa ad Donatistas, clamat in Oriente adversus Arianos, adversus Photinianos, adversus alios, atque alios. Quia enim ubique diffusa est, ubique invenit, contra quos clamet, quia in illa erant, et de illa præcisa sunt. Sarmenta cœperunt infructuosa esse, et præcisa sunt. Si non permaneant in infidelitate rursus inserentur. Hæc audite, fratres, cum timore, ne superbiatis; cum Charitate, ut etiam pro illis oretis. Conversi ad Dominum, etc.

(*a*) Membranæ prave : *noti*. Fortasse, quia sequitur : *novit, noverunt*.

SERMO XX.

De verbis Psalmi XXXVIII, *vers.* 1-5. Dixi : Custodiam vias meas, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Sollicitudo de profectu quotidiano, et inde divini auxilii imploratio. II. Usus Linguæ tam necessarius, quam periculosus. III. Lingua regitur ab animo. IV. Lingua dolosa Judæorum confusa. V. Linguæ bonus usus in muliere adultera. VI. Adulteræ confessio nobis instructio. VII. Quomodo agendum cum conviciatore. VIII. Conviciatoribus ignoscendum, et pro eis orandum. IX. Inquiritur in finem hominis. X. Finis hominis Christus est. XI. Fide et operibus hic finis attingitur. XII. Scopus tentationum, et quomodo in iis versandum. XIII. Dictorum repetitio.

I. Christianorum est, quotidie in Deum proficere, et de Deo, vel de donis ejus semper gaudere. Peregrinationis enim nostræ tempus brevissimum est, et patria nostra sine tempore est. Inter æternitatem enim et tempus multum distat. Hic conquiritur pietas, illic requiescitur. Inde quotidianis diebus, quasi boni negotiatores, noverimus, quid profecerimus. Non tantum enim studiosi esse debemus in audiendo, sed vigilantes in operando. Hæc schola, in qua Deus solus magister est, bonos quærit discipulos, non fugitivos, sed studiosos. Apostolus dicit : *Studio non pigri, spiritu ferventes, spe gaudentes* (*Rom.* XII, 11). In hac ergo schola, fratres, quotidie discimus. Aliud discimus in præceptis, aliud in exemplis, aliud in sacramentis. Sunt ista medicamenta vulnerum nostrorum, et fomenta studiorum nostrorum. Modo respondimus : *Exaudi orationem meam, et precem meam, Domine! Inaurire* (*b*), hoc est : *Auribus percipe lacrymas meas* (*Psal.* XXXVIII, 13). Quid putas, iste petiturus est, qui primo sibimet Deum cupit propitium esse? Quid ab illo expetiturus est? Videamus, discamus. Forte divitias petiturus, forte in hac vita aliquam felicitatem? Dicat ergo nobis, quid petiturus est, qui primo Deum deprecatur. Vidit enim, quod

(*a*) In Codice *fol.* 68. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep.* Agit præcipue de usu Linguæ, et de fine Hominis. Ut nihil dissimulem, quædam mihi minus cohærere videntur, quædam esse infra Augustini dignitatem, verba etiam *Psalmi* non semel inopportune repeti, et intrudi, atque adeo interpolatorem suspicor. Expendant, qui lectioni D. Doctoris me magis innutriti sunt. Locus in Editione esset post *Sermonem XVI*.

(*b*) Insolens fictio verbi *Inaurior* ad græc. ἐνωτίζομαι, quod LXX, hoc loco.

ex se habere non potuit, sed a Deo habere potuit. Audierat enim : *Petite, et accipietis* (*Joan.* XVI, 24). Noverat ergo, quid esset petiturus, qui primo Deum rogavit. Ergo *Exaudi, Deus, orationem meam!* Et quasi interrogatus : Quid vis, quid pulsas, quid clamas, quid interpellas? Audiam. Quid vis? Quid volo? ait. Audi voluntatem meam, et perfice opera tua. Quæ est voluntas mea? *Dixi; Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea* (*Psal.* XXXVIII, 1). Arduam rem iste disponit, sed non dubitat, quoniam primo Dominum deprecatus est. Noverat enim magisterium Pauli : *Non ego, sed gratia Dei mecum* (1 *Cor.* XV, 10).

II. *Dixi ergo : Custodiam vias meas.* Quas vias? Terrenas. Numquid per linguam ambulamus in terra? Aut pedibus nostris in terra ambulamus, aut pedibus alienis. Aut animalibus vehimur, aut pedibus nostris imus. Quid est ergo? Quam iste viam quærit? Ne delinquat in lingua sua. Magna doctrina, videte, fratres. Numquid enim, quemadmodum una hora possumus cibum accipere, et refecti recedere, sic possumus momento uno loqui etiam, et silere? Quemadmodum enim habemus oculos ad vivendum, aures ad audiendum, cæterosque sensus ad percipiendum, sic iterum linguam ad loquendum. Est nobis magna necessitas linguæ. Aut aliquid auditurus es, ut respondeas, aut aliquid dicturus es, ut doceas. Numquid oculo dicturus, et non lingua? Et si aure auditurus es, lingua responsurus es. Quid facimus de tam utili membro? Inde Deum rogamus, inde satisfacimus, inde laudes dicimus, inde una voce concinentes Deo cantamus, inde quotidianis diebus aut misericordes efficimur, cum aliis loquimur, aut consilia damus. Quid facimus nunc? Ipsa lingua nostra vobis ministerium exhibet. Quid facimus, ut non delinquamus in lingua, maxime cum dictum sit : *Mors et vita in manibus linguæ* (*Prov.* XVIII, 21). Et iterum dictum sit : *Multos vidi cadentes per casum gladii, sed non sic, quomodo qui ceciderunt per linguam* (*Eccli.* XXVIII, 22)? Iterum dictum est : *Et lingua in membris nostris constituitur, quæ maculat totum corpus nostrum* (*Jacob.* III, 6). Inde iterum idem Dominus : *Docuerunt linguam suam loqui mendacium* (*Jerem.* IX, 5). *O docuerunt!* Facit enim consuetudinem loqui mendacium. Etiam, si non vis, illa loquitur mendacium. Quemadmodum enim, si rotam volvas semel (*Jacob.* III, 6), jam, ut manu impuleris, illa ipsa figura et rotunditate, vel ipso instabili, et quasi naturali cursu currit, sic et lingua nostra, opus est (*a*) ut non doceatur loqui mendacium ; jam enim ultro sponte currit ad id, ad quod facilius potest moveri. Aliud habes in corde, aliud illa aliquando volvit ex more. Quid facturus es? Quæ, videtis, fratres! quæ statera cordis facienda est, ut lingua aliquid proferat! Neque enim sponte movetur. Intus est, qui movet.

III. Est enim quædam vis, quæ se, et cætera ministeria sua movet. Opus est, ut bonus sit ille, qui regit, et quamlibet malam consuetudinem adjutus per gratiam vincit. Bonus sit minister, et quiescit ministerium. Miles habet arma, sed si non ferierit (*a*), nihil faciunt arma. Sic et lingua in membris nostris arma animæ nostræ sunt. De ipsa dictum est : *Inquietum malum* (*Jacob.* III. 8). *O inquietum!* Quis fecit istud malum, nisi inquietus? Tu noli esse inquietus, et non est hoc malum. Tu noli agitare (*b*), et non est, quæ se agitet. Neque enim animus est, ut moveatur; Corpus est enim. Jacet. Noli movere, et non movetur. Vide autem, quomodo moves (*c*). Ipsa est illa, de qua multi fraudibus studentes, et avaritiæ servientes, cum cœperint de negotiis aliquid agere, ejiciunt membrum factum ad laudem Dei, et ibi blasphemant Deum, et dicunt : Per Christum! tantum emi, tantum vendo. Quando (*d*) interrogavi te : Jura mihi, quantum vendis? Ego te interrogavi : quantum vendis? Decem follibus vendo, viginti follibus (*e*). Per Christum juras? Per oculos tuos jura, per filios tuos jura, et ipsa hora contremiscit conscientia. O impietas linguæ! Creatorem contempsisti, creaturam custodisti. *O inquietum malum, plena veneni mortiferi! In ipsa benedicimus Deum, et Patrem.* Deum propter naturam, Patrem propter gratiam. *Et in ipsa maledicimus hominem, qui factus est ad imaginem Dei* (*Jacob.* III, 8, 9). Attendite, fratres, quid portetis! Ecce dico, quid portemus. Et ego enim vobiscum homo sum. Sed recurramus.

IV. *Exaudi, Deus, orationem meam.* Inde sunt illi Judæi, quos modo in Evangelio legimus. Utique lingua illos perduxit ad mortem. Modo enim in Evangelio audivimus. Adduxerunt, inquit, Judæi quamdam mulierem licet meretricem ad Dominum, tentantes illum, et dicentes : *Magister, hæc mulier modo comprehensa est in adulterio* (*Joan.* VIII, 4). In lege Moysis scriptum est, ut quæcumque fuerit in adulterio comprehensa, lapidetur. *Tu quid dicis?* Hoc lingua dicebat, sed creatorem non agnoscebat. Nolebant isti orare, ut dicerent : *Eripe animam meam a lingua dolosa* (*Psal.* CXIX, 2). Dolose enim accesserant, hoc enim volebant agere. Venerat enim Dominus : *Non legem solvere, sed implere* (*Matth.* V, 17), et peccata dimittere. Dixerunt ergo apud se Judæi : Si dixerit : Lapidetur! dicemus ei : Ubi est, quod peccata dimittis? Non tu es, qui dicis : *Donata sunt tibi peccata tua* (*Id.* IX, 5; *Marc.* II, 5-9; *Luc.* V, 23)? Si dixerit : Dimittatur! dicemus : Ubi est, quod legem venisti adimplere, non solvere? Videte linguam dolosam ad Deum. Ille, qui venerat redemptor, non damnator (venerat enim *redimere, quod perierat* (*Matth.* XIII, 11) aversus est ab ipsis, quasi conspicere eos nolens. Non vacat aversio ista ab ipsis. Intelligitur aliquid

(*a*) Trajecit voces Librarius. Lege : *Opus non est, ut doceatur*, etc.

(*a*) Ita scripti pro : *fecerit*, quod habent membranæ.
(*b*) Rectius fortasse : *agitari*.
(*c*) Videtur excidisse : *linguam*.
(*d*) Codex habet : *Quare*.
(*e*) Aut pro Marsupiis certam pecuniæ summam continentibus, ut est apud *Juvenal.* et *Veget.* aut pro ipsa quadam Nummorum specie, de qua vide *Sirmondum in not. ad Sermones August. Opp.* T. I. *Paris.* 1696. *col.* 344. Ipse S. Doctor *Folles* memorat T. V. *col.* 219. et 1499.

in hac aversione. Quasi diceret : Peccatricem mihi adducitis, Peccatores! Si putatis, quia damnare debeo peccata, a vobis incipio. Et ipse, qui venerat donare peccata, ait : *Qui se scit vestrum sine peccato esse, prior in illam lapidem mittat* (*Joan.* VIII, 7). O responsio, vel propositio! Si mittere voluissent lapidem in peccatricem, ipsa hora iterum recitaretur : *In quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis* (*Matth.* VII, 2). Damnastis, damnabimini. Illi tamen, etsi creatorem non agnoscebant, conscientiam suam sciebant. Ponentes invicem faciem post faciem, ut nec ipsi se propter confusionem videre vellent, a senioribus (hoc dixit Evangelista) usque ad minores omnes egressi sunt. Dixerat enim Spiritus sanctus : *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum* (*Psal.* XIII, 3).

V. Et exierunt omnes. Remansit solus, et sola. Remansit creator, et creatura; remansit misera (*a*), et misericordia; remansit, qui suum reatum agnoscebat, et qui peccatum dimittebat. Nam ipsum est, quod conversus scribebat in terra. Scripsit enim in terra. Quando enim peccavit homo, dictum est ei : *Terra es* (*Gen.* III, 19). Peccatrici ergo cum daret indulgentiam, dans scribebat in terra. Indulgentiam dabat, sed, cum daret indulgentiam, erigens faciem suam ad illam : *Nemo, ait, te condemnavit* (*b*)? Et illa non dixit : Quare? quid feci? Domine! Numquid enim rea sum? Non hoc dicit; sed ait : *Nemo, Domine!* Semetipsam accusavit. Probare illi non potuerunt, subduxerunt se. Sed illa confessa est cujus Dominus non reatum nesciebat, sed ejus fidem atque confessionem quærebat. *Nemo te condemnavit?* At illa : *Nemo, Domine!* Et *Nemo* propter confessionem peccatorum, et *Domine!* propter indulgentiam meritorum. *Nemo Domine!* Utrumque agnosco. Qui sis, novi. Quæ sim, novi. Tibi enim confiteor. Audivi enim : *Confitemini Domino, quoniam bonus est* (*Psal.* CV, 1). Novi confessionem meam, novi misericordiam tuam. Ista dixit : *Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Illi deliquerunt dolose agendo, ista magis se absolvit confitendo. *Nemo te condemnavit?* Illa inquit : *Nemo.* Et tacens ille iterum scribit. Bis scripsit. Hoc audiamus! Bis scripsit : semel indulgentiam dando, iterum præcepta renovando. Utrumque enim fit, cum indulgentiam accipimus. Subscripsit Imperator. Cum iterum Forma (*c*) procedit, quasi iterum alia præcepta dantur. Ipsa sunt, per quæ primo in Apostolo audivimus charitatem illam imperatam (*d*). Primo enim ipsam lectionem audivimus; inde hoc ipse Dominus dixit : *Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, et de tota anima tua, et de tota virtute tua, et diliges proximum tibi tanquam te ipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet, et Prophetæ* (*Matth.* XXII, 37-40).

VI. Ne aliquis nostrum laboraret, duo quædam sunt dicta : Deus et Proximus, qui te fecit, et, cum quo te fecit. Nemo tibi dixit : Dilige solem, dilige lunam, dilige terram, et quæcumque facta sunt. In his laudandus est Deus, benedicendus est Factor. *Quam magnificata sunt opera tua!* dicimus. *Omnia in sapientia fecisti* (*Psal.* CIII, 24). Tua sunt. Tu fecisti omnia. Gratias tibi! Sed nos fecisti super omnia. Gratias tibi! Sumus enim imago et similitudo tua. Gratias tibi! Peccavimus. Quæsiti sumus! Gratias tibi! Negleximus. Non sumus neglecti. Gratias tibi! Cum nos te contemneremus, non sumus contempti. Ne Divinitatem tuam obliti fuissemus, et te amitteremus, tu etiam nostram humanitatem suscepisti. Gratias tibi! Ubi non gratias? *Dixi ergo : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Illa enim mulier, cum offerretur causa adulterii, accepit indulgentiam, liberata est, onerosum nobis est, quoniam per baptismum, per confessionem, per gratiam accipiunt omnes omnium peccatorum suorum indulgentiam? Sed nemo nunc dicat : Illa accepit indulgentiam; ego adhuc Catechumenus sum. Faciam adulteria, quoniam accepturus sum indulgentiam. Pone et me unum esse, quemadmodum illa mulier (*a*) confessa est, et liberata est. Deus noster bonus est, et, si peccavero, confiteor illi, et dimittet mihi. Bonitatem ipsius attendis, sed justitiam ejus considera. Quomodo bonitatem ad indulgentiam, sic justitiam ad pœnam. *Dixi ergo : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Vellem scire, si in hoc tempore, quo sermonem Vestræ Charitati ministramus, nemo delinquat in lingua sua. In hoc tempore, quo hic sumus, forte nemo nostrum aliquid locutus est mali, sed forte cogitavit aliquid mali. Attendite. *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Dic vere : *Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversus me* (*Psal.* XXXVIII, 2).

VII. Attendite. *Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversus me* Stat adversus te aliquis improbus, conviciatur tibi, dicit, quæ neseis. Tu pone ori tuo custodiam. *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Dicat ille, tu audi, et tace. Duæ enim res sunt, aut verum dicit, aut falsum. Si verum dicit, tu fecisti, ut diceret, et forte hoc misericordia est. Cum enim tu non vis audire, quod fecisti, Deus, qui curam tui gerit, per aliquem tibi dicit, quod fecisti, ut vel ipso pudore confusus aliquando ad medicinam recurras. Noli ergo rependere malum pro malo; nescis enim, qui tibi per ipsum loquatur. Ergo, si aliquid dicit, quod fecisti, agnosce te misericordiam consecutum, ut aut oblitum te putes, aut ad confusionem tuam hoc dictum esse judices. Si non fecisti, libera est conscientia. Quid quæris? Quid irasceris de eo, quod non fecisti? Quid enim ait tibi : Fur! Ebriose? Cito tu re-

(*a*) Numquid rectius : *miseria?*

(*b*) Ridiculo hic, et his infra pro *condemnavit* Librarius scripsit : *lapidavit.*

(*c*) Id est, Rescriptum, Decretum Principis, unde etiam *Formulæ*, *Litteræ Formatæ.*

(*d*) Lecta fuerit ante Sermonem *Epistola Jacobi* C. H. ubi v. 8. Legem Charitatis appellat Νομον βασιλικον, quo alludit ad *imperatam*, et tota de Imperatore similitudo.

(*a*) Hic intersero : *quæ.*

curre intus ad secreta conscientiæ. Vide te intus. Judex esto, discussor tui esto. Quære ibi. Ubi putas, posui peccata mea, quæ feci? Aut, si non sunt, dic : Non feci. Si : Non feci, dicit tibi conscientia tua, dic : *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ* (2 *Cor.* I, 12). Dixit tibi hæc conscientia tua, ta e, dole illum dicentem tibi. Dic etiam tu Deo : Pater, ignosce illi, quia nescit quid dicat. Roga pro illo Deum. *Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversus me.* Noli enim putare, quia tunc videris sanctus, si nemo te tentet. Tunc es sanctus, quando aliquo convicio non movearis, quando doles dicentem, quando non curas quod pateris, sed tamen doles eum, a quo pateris. Ibi est omnis misericordia. Doles, quoniam et ille frater tuus est, membrum tuum est. Insanit adversum te, phreneticus est, ægrotat. Dole illum. Noli gaudere ; tantummodo de conscientiæ tuæ securitate gaude ; inde dole. Homo es enim ; vide, ne et tu tenteris. Dictum est enim : *Onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi* (*Galat.* VI, 2). Modo, cum dicit, tace ; postea, cum quieverit, dic ei : Frater, per salutem tuam, quare mihi dixisti, quod non feci ? Peccasti in me, rogo Deum pro te. Ego tibi quidem veniam do, et rogo pro te Deum meum, cui fecisti injuriam, cum in me peccasti. Noli ulterius facere, noli superbire ! Non dico : Redde illi, Deus, qui dixit mihi, quod non feci. Nolo hoc dicere. *Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversus me.*

VIII. *Obsurdui et humiliatus sum* (hoc sequitur) *et tacui a bonis* (*Psal.* XXXVIII, 3). *Obsurdui.* Non illum audivi dicentem. Iste animus quantum profecit, qui etiam intus in fratris errore, et conscientiæ suæ securitate gaudens, quod foris latretur, nescit ! Qualis ista anima est, quam secura, quam gaudens ! Ista est, quæ dicit Deo : *Ambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus tuæ* (*a*) (*Id.* C, 2). Fores effractores pulsabant, sed idonea erat domus. *Obsurdui et humiliatus sum,* non adversus illum superbus extiti. *Et humiliatus silui a bonis ;* nec enim temporis erat, ut aliquid boni dixissem. Tempus est enim, ut taceas modo, posteaquam ille sinceraverit (*b*), loquere, tunc intelliget. Plerumque filii ægrotantes patres suos cæciderunt, tamen illi propter infirmitatem filiorum et vapulabant, et plorabant. Quem affectum adhibent filiis homines, ne moriantur, expectantes salutem filiorum ! Sed : Non est filius meus, ais ? Sed est opus Dei, imago Dei, filius Dei. Si contemnis, quia non est filius tuus, noli contemnere, quia filius Dei est, frater tuus est. Ergo *Obsurdui, et humiliatus sum :* Non superbivi, sed *Silui a bonis, et dolor meus renovatus est,* non de me, sed de ipso, quia non feci, quod dixit. Habui dolorem, sed, quia ita dixit, habui dolorem. Fratris enim mei curam gerens renovatus est in me dolor. Ista est via. Hoc enim fecit ipse Dominus Pater noster, qui etiam ipse Sponsus dictus est. *Non jejunabunt filii Sponsi, ait, quousque cum ipsis est Sponsus* (*Luc.* V, 34). Vapulavit a phreneticis filiis, occiderunt illum phrenetici filii. Rogavit pro illis. Postea sinceraverunt, agnoverunt et crediderunt, et, qui noluerunt curari per medicum, curati sunt per discipulum medici ; per Petrum enim curati sunt. Cum enim illos Petrus increparet, aiunt : *Quid faciemus ?* Ait tunc Petrus : *Pœnitemini, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi* (*Act.* II, 38). Modo furebant, modo credebant. Videtis, quid facit infirmitas, et sanitas. Quando infirmi fuerunt, tolerati sunt, quando salvi facti sunt, redempti sunt. Inde et nos, fratres quotiescumque talia patimur, taceamus, quo illa teneamus : Aut verum dicit, aut falsum. Etsi non dixerit, et feci, quid ? Quia non dicit, et ego feci, optandum est, ut dicat, ut ego confundar, quia feci. Ista misericordia Dei est. Si autem hoc dicit, quod non feci, gaudeam de mea securitate, doleam de fratris infirmitate. *Caluit cor meum intra me* (*Psal.* XXXVIII, 4), ferbuit cor meum intra me ex dilectione, quam habeo in fratrem, sed tempus loquendi non potui modo facere. Inde ipse Paulus dicit : *Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus* (1 *Cor.* III, 1). Locutus est tamen. Quomodo locutus est ? Ergo *Caluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescit ignis.* Ignis est in me charitatis. Non habeo, cui dicam, quia infirmus est. Humiliem ergo me. Erit forte aliquando tempus, ut possim aliquid loqui. Tamen *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Matth.* VI, 12). Dimittam illi, quod non habeo in conscientia. Parum est, quia nihil habeo in conscientia, sed rogem illum propter conscientiam.

IX. Jam iste percurrerat : *Dixi : Custodiam vias meas. Ponam ori meo custodiam. Humiliatus sum,* et : *In meditatione mea exardescit ignis.* Nescio quid, subito educit hic aliud majus, et post tot certamina, magnosque labores, audite quid dicat. *Locutus sum in lingua mea* (*Psal.* XXXVIII, 5). Est enim lingua animæ motus ipsius voluntatis. Quemadmodum enim lingua motus est in corpore, sic voluntas motus est in anima. Ibi est prima lingua. Inde est, inde loquitur Deo. Hæc enim lingua ministerium exhibet extra positis hominibus ; illa autem lingua, quæ est in motu voluntatis, ministerium exhibet intus manenti in templo suo. Ipsa est vera lingua. Unde dixit Dominus, eos, qui adorant eum, *In spiritu et veritate* (*Joan.* IV, 23) adorare debere. Ipsa est vera lingua. *Dixi in lingua mea : Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit, ut sciam, quid desit mihi* (*Psal.* XXXVIII, 5, 6). Si attendat Sanctitas Vestra, intelligat primo sententiam, et sic Dominus misericordia sua, qua sæpe consuevit, dabit nobis orationibus vestris, ut possimus hanc discutere, quia satis est ardua. *Locutus sum in lingua mea. Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit, ut sciam, quid desit mihi.* Vi-

(*a*) Emendo : *meæ.*
(*b*) Et paulo inferius : *sinceraverunt.* Non reperio in Glossariis, nisi participium *Sinceratus.*

dete, quid oret. *Notum mihi fac, Domine, finem meum.* Finis est, fratres, ubi tendimus, ubi permansuri sumus. Quod exivimus de domibus nostris, finis nobis fuit ad Ecclesiam veniendi. Ergo iter nostrum hic finitum est. Hinc iterum unusquisque ad domum suam finem habet redeundi. Ibi finit, ubi tendebat. Modo ergo in hac peregrinatione constituti finem habemus, ubi tendimus. Ubi ergo tendimus? Ad patriam nostram. Quæ est patria nostra? Jerusalem mater piorum, mater vivorum. Illic tendimus. Finis noster ipse est. Et quia viam nesciebamus. Ipse civis civitatis ipsius fecit se viam. Nesciebamus, qua ire. Anfractus, nescio qui, spinosi, lapidosi, omnino graves erant in via. Descendit huc ipse primus, qui est ibi principalis, descendit quærens cives civitatis illius. Aberravimus enim, et. cum simus cives Jerusalem, facti sumus cives Babyloniæ, facti sumus filii confusionis; Babylonia enim confusio est. Descendit huc quærens cives suos, et factus est civis noster. Non noveramus civitatem istam, provinciam istam non noveramus. Sed, quia nos ad illam non venimus, descendit hac ad cives suos, et factus est ipse civis, non consentiendo, sed suscipiendo. Descendit huc. Quomodo descendit? In forma servi. Ambulavit hic inter nos Deus Homo. Si enim tantummodo Homo fusset, ad Deum non perduxisset. Si tantummodo Deus fusset, hominibus conjunctus non fuisset. Suscepit nobiscum conditionis æqualitatem, habens cum Patre Divinitatem. Suscepit nobiscum temporalitatem, habens cum Patre æternitatem. Hic nobiscum æqualis, ibi Patri æqualis. Descendit huc civis noster, et ait: Quid hic facitis? Cives Jerusalem! Imago et similitudo Dei non est erecta, nisi in Jerusalem. Statuæ Dei in hac vita non ponuntur. Laboremus, redeamus! Qua redimus? Ecce substerno me vobis, fio vobis via, ero vobis finis. Initemini me! *Notum mihi fac, Domine, finem meum!* Ipsum credimus, qui est finis noster.

X. Deus Pater nunc loquitur. Ego dico tibi, o Anima, quam ego feci, o Homo, quem ego feci, ego dico tibi: Finieras. Quid finieras? Perieras. Misi tibi, qui te quæsisset; misi tibi, qui tecum ambularet; misi tibi, qui ignovisset. Inde ambulavit pedibus, ignovit manibus. Inde, quando post resurrectionem ascendit, manus, latus, et pedes ostendit: manus, unde indulgentiam dedit peccatorum; pedes, quibus pacem annuntiavit desertorum; latus, unde cucurrit pretium redemptorum. *Finis ergo legis Christus ad justitiam omni credenti* (*Rom.* x, 4). *Notum mihi fac, Domine, finem meum.* Jam factus est tibi notus finis tuus. Quomodo tibi notus factus est? Finis tuus pauper fuit, finis tuus humilis fuit, finis tuus alapis cæsus est, finis tuus sputis oblitus est, adversus finem tuum falsum testimonium dictum est. *Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversum me.* Ipse factus est tibi via. *Qui dicit se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulavit, et ipse ambulare* (1 *Joan.* II, 6). Est via. Modo ambulemus, non timeamus, ne aberremus. Foris a via non ambulemus; dictum est enim: *Circa viam scandala posuerunt mihi, et circa viam muscipulam* (*a*) *posuerunt mihi* (*Psal.* CXXIX, 6). Et ecce illam misericordiam. Ne in muscipulam incidisses, ipsam misericordiam habes viam. *Notum mihi fac, Domine, finem meum.* Ecce habes finem. Christum redemptorem imitamini. *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (*Philipp.* III, 17). Paulus quomodo imitatus est Christum? Attendite, quid dixit. *In fame, et siti, in frigore et nuditate,* et cætera usque: *Quis scandalizatur, et ego non uror* (2 *Cor.* XI, 27-29)? *Factus sum omnia omnibus, ut omnes lucrifacerem* (1 *Cor.* IX, 22). *Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator adversum me.* Quæ sunt verba Pauli, fratres. *Quis nos separabit a charitate Christi?* Finem attende. *Quis me separabit a charitate Christi? Tribulatio, an pressura, an persecutio, an nuditas, an periculum?* (*Rom.* VIII, 35). O amantem, o ferventem, o currentem, o pervenientem Virum! Quid patiebatur hæc anima, quomodo fervebat, quomodo docebat. *Quis me separabit a charitate Christi? Angustia?* et cætera usque: *An gladius?* Quid passus est iste. Et ne aliquis putaret, quia inde superbiebat, ait: *Fratres, arbitror me non apprehendisse* (*Philipp.* III, 13).

XI. Hoc ut quid: *Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit:* Quantum hic habeo vivere. Ut quid tibi, scire diem? *Ut sciam, quid desit mihi:* Quid desit, sed ad æternitatem. Modo attende Paulum. Post tantos labores dinumeratos adhuc *Me, ait, non arbitror apprehendisse.* Audi dicentem: *Quid desit mihi.* Nemo ergo dicat: Jam multum jejunavi, multum laboravi, multum donavi. Jam omnia præcepta Dei feci. Heri feci, hodie feci, et adhuc hodie erit, si aliquando fecisti. Heri semper hodie habet. Ad crastinum si veneris, hodie habebit, et ad annos decem si veneris, hodie erit. Semper tu hodie dic: *Quid desit mihi.* Si enim Paulus in tantis laboribus miles cœlestis, si enim ille post tantam exercitationem, et post tantas revelationes, raptus usque in tertium cœlum, et audivit ineffabilia verba, et tamen, ne in revelationibus extolleretur, accepit stimulum carnis, qui illum humiliaret, quis est, qui dicere valeat: Sufficit? Inde ergo *Notum fac mihi, Domine, finem meum.* Et ecce habes ante te Christum finem. Non habes jam, quod quæras. Cum jam credidisti, jam agnovisti. Sed non in fide tantum res est, sed in fide, et opere. Utrumque necessarium est. Nam et *Dæmones credunt* (audistis Apostolum) *et contremiscunt* (*Jacob.* II, 19); non autem prodest illis, quia credunt. Parum est fides sola, nisi et opera conjungantur. *Fides, quæ per dilectionem operatur* (*Galat.* V, 6), ait Apostolus. *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit.* Istud non dicitur, quia, si unusquisque nostrum sciret, quando moreretur, decerneret sibi verbi gratia, ut bene viveret. Inde ipse Magister volens nos sollicitos fieri interrogatur de die, et hora, et dicit: *De*

(*a*) Quod Hebræo רשת et Græco παγις, Augustino et hic et *Enarrat. II. in Ps. XXX.* v. 5. *Muscipula* est.

die illa, et hora nemo scit. Nolebat enim, ut illi scirent. Inde dixit : *Neque Filius* (*Marc.* XIII, 32). Hoc est : non vobis expedit, ut sciatis ; eritis enim negligentes, non solliciti. Eo magis bene vivetis, cum solliciti fueritis, non, quia nescio diem, nam *Omnia, quæ habet Pater, mea sunt* (*Joan.* XVI, 15). *Notum mihi fac, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit.* Notum fac mihi istud, ut semper sim sollicitus, quia nescio, quando veniet fur ut noverim. *Quid desit mihi.*

XII. Ibi ergo, fratres, simus cauti, ut noverimus, quid desit nobis. Tentatio Christianorum probatio Christianorum est. Nam qui tentatur, ostenditur illi, quid illi desit. Duæ res sunt. Aut ostenditur illi, quid habeat, aut ostenditur illi, quid desit. Tentatus est Abraham, non, ut ostenderetur illi, quid ille habuisset, sed, ut ostenderetur nobis, quid imitaremur. Tentatus est autem in filio. Quæ illa tentatio fuit? Optavit filium in ætate provecta, de quo jam desperabatur. Tamen, dum promissionem Dei audivit, non hæsitavit omnino, credidit, accepit; meruit, suscepit. Natus est, nutritus est, in ætatem perductus est, lactatus (*a*) est, et dictum est ei : *In semine tuo tuo benedicentur omnes gentes* (*Gen.* XXII, 18). Noverat ille, in quo semine. Habemus enim testimonium in Evangelio. *Abraham concupivit diem meum, ait, videre; et vidit, et gavisus est* (*Joan.* VIII, 56). Noverat ergo. Post illa autem omnia, quæ crediderat, audivit a Deo : Abraham, offer mihi filium tuum sacrificium. Tentatus est (*Gen.* XXII). Quare? Non noverat Deus fidem ipsius? Sed propter nos hæc ostendere dignatus est. Nobis enim dicitur : Offer mihi sacrificium saccelli (*b*) tui; et dubitamus. Quod sacrificium? *Date eleemosynam, et ecce vobis munda sunt omnia* (*Luc.* XI, 41). Et iterum : *Misericordiam volo, quam sacrificium* (*Matth.* IX, 13 *et* XII, 7). Da aliquid de saccello tuo, dicitur tibi, et ligas. Quid si tibi juberetur de filio tuo? Ecce de saccello tuo sic dubitas, de filio tuo quid fecisses? *Ut sciam, quid desit mihi.* Dicturus sum non sine dolore et pudore. Pleræque fœminæ forte volunt Deo servire, et si audaces fuerint, dicunt parentibus : Dimitte me. Virgo Dei volo esse, aut servus Dei volo esse ; et audiunt : Nec salva sis, nec salvus sis. Vere non facies, quod vis. Quod ego volo, hoc facies. Quid si diceretur tibi : Occide? Vivis, vita æterna promittitur tibi, ante te est, et resistis, et dubitas, et oppugnas? Certe Christianus es. Quare? Domne (*c*)? Quia Christianus sum, ideo non debeo habere nepotes? Debes habere nepotes? Scis, quantum tibi deest. Quod heri jejunasti? Canta, quod iste dixit : *Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum, qui sit, ut sciam, quid desit mihi.* Præstet enim Deus, et misericordia ipsius, ut quotidie agitemur, aut tentemur, aut probemur, aut exerceamur, aut (*d*) proficiamus. *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero non confundit* (*Rom.* V, 3).

XIII. Ergo, fratres mei, optemus quotidie scire, qui simus, ne, cum securi sumus, postea veniat dies, et nihil inveniatur de eo, quod putabamus, et dicatur nobis : *In inferno quis confitebitur tibi?* (*Psal.* VI, 6). Ergo, fratres mei, demus operam quotidie proficiendi in Deum, non parcendo rebus caducis, quas hic sumus dimissuri. Attendamus Abrahæ fidem, quia et ipse pater noster fuit, imitemur devotionem, imitemur fidem. Si in filiis nostris tentati fuerimus, non timeamus ; si in saccello, non terreamur; si infirmitatibus corporis nostri aliquid fuerit ingestum, spem nostram in Deum collocemus. Christiani sumus, peregrini sumus. Nemo terreatur, patria hic non est. Qui hic vult habere patriam, et istam perdet, et ad illam non veniet. Ut boni filii ad patriam tendamus, ut cursus noster approbetur, et perducatur. Conversi ad Dominum, etc.

(*a*) Rescribo fidenter : *ablactatus.*
(*b*) Ut supra *Serm. VII. n.* 3. ubi vide *notam* 6, p. 169.
(*c*) Non inusitata S. Doctori compellatio.
(*d*) Fortassis; *ut.*

SERMO XXI.

De verbis Psalmi XXXII, *vers.* 1, *Exultate, Justi, in Domino, etc.* (*a*).

SYNOPSIS.

I. Quos deceat Laus Dei. II. Non judicandum de Deo e temporali Impiorum felicitate. III. Deus a Rectis corde etiam in adversis laudatur. IV. Castigatio divina paterna est. V. Usus facit divitias bonas, aut malas. VI. Exemplum Job Christianis proponitur. VII. Rectitudo cordis Job in omni tentatione. VIII. Dei consilia adoranda, non discutienda. IX. Implorandus tamen in adversis.

I. In Dei laude gaudere, et laudi Dei vivendo congruere, admonet nos, quod modo cantavimus. *Exultate, justi, in Domino. Rectos decet laudatio* (*Psal.* XXXII, 1). Si enim rectos decet, pravos non decet. Qui autem recti, ipsi etiam justi sunt, quibus dicitur, ut exultent in Domino ; ipsos enim decet laudatio. Qui autem pravi, nisi peccatores et iniqui, qui in Domino exultare non possunt, quoniam non eos decet laudatio. Merito dicitur in alio Psalmo : *Peccatori autem dixit Deus : Ut quid tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* (*Id.* XLIX, 16)? *Quoniam rectos decet laudatio*, et utique justificationes Domini, et testamentum Domini ibi est, ubi laus Domini. Merito et alibi dicitur : *Non est speciosa laus in ore peccatoris* (*Eccli.* XV, 9). Ubi enim non decet, speciosa non est, et ubi speciosa est, ibi decet.

II. Qui sint tamen recti viri proprie, ut quisque agnoscat, utrum in ore suo speciosa sit laus Dei, quærentes Scripturas invenimus hoc modo. Psalmus qui-

(*a*) In Codice *fol.* 71, p. 2. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep. De Divite, et Lazaro.* Ex hac, et Jobi Historia contendit Noster, Virum rectum nec propter Impiorum felicitatem, nec propter calamitates Justorum a laudando Deo desistere debere. Locus hujus Sermonis in Editione post *Sermonem XV.*

dam dicit: *Quam bonus Deus Israël rectis corde.* Et sequitur: *Mei autem pene commoti sunt pedes, quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum intuens* (*Psal.* LXXII, 1-3). Confitetur iste non quidem aversionem, et casum suum, sed tamen periculum. Non enim se cecidisse dicit, sed pedes suos nutasse, ut caderet. Hoc enim ait: *Quam bonus Deus Israël rectis corde. Mei autem pene commoti sunt pedes.* Cum autem se per hoc, quod est aversus, discernit a rectis corde, confitetur se aliquando non fuisse rectum corde, et ideo pene commotos pedes suos. *Bonus ergo*, inquit, *Deus Israël rectis corde*; mihi autem aliquando bonus non est visus, quia non eram rectus corde. Non est autem ausus dicere: Non est mihi Deus visus bonus; sed tamen hoc dixit. Cum enim ait: *Bonus Deus Israël rectis corde; mei autem pene commoti sunt pedes*, ostendit, quia propterea moti sunt pedes, quia non ei videbatur bonus. Unde autem non ei visus est bonus Deus? *Paulominus effusi sunt gressus mei. Paulominus* quid est? *Pene effusi sunt.* Unde? *Quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum intuens.* Attendi, inquit, peccatores non colentes Deum, blasphemantes Deum, irritantes Deum. Vidi, quod abundent pace, abundent felicitate, et visum est mihi, quod non recte judicet Deus blasphematoribus suis donans felicitatem. Hoc ergo cum intueretur, id est, felicitatem malorum, dixit nutasse pedes suos, ut non ei videretur bonus Deus. Sed, quia postea cognovit, sicut in ipso Psalmo dicit: *Suscepi, ut cognoscerem*, et addidit: *Hoc labor est ante me;* quare sint iniqui felices, *Hoc labor est ante me*, ait, *donec introeam in sanctuarium Dei, et intelligam in novissima eorum* (*Ibid.* 16, 17); quia, quibus modo iniquis ad tempus datur felicitas, servatur in novissimo pœna sempiterna. Hoc cum cognovisset, factus est rectus corde, et cœpit laudare Deum in omnibus, et in laboribus piorum, et in ipsis felicitatibus impiorum, attendens Deum justum esse retributorem in novissimis, nunc vero dare quibusdam temporalem felicitatem, quibus servat in extremo sempiternam infelicitatem, et quosdam pios exercere in præsenti infelicitate, quibus rursus servat æternam felicitatem, et oportere, ut mutentur vices, tamquam Divitis illius, *Qui epulabatur quotidie splendide* (*Luc.* XVI, 19), et Pauperis illius ulcerosi jacentis ad januam Divitis, et de micis, quæ cadebant de mensa Divitis, saturari concupiscentis. Cum autem mortui essent ambo, ille in pœna in inferno esse cœpit; ille in sinu Abrahæ requievit, et cum indignum videretur Diviti, et vellet sibi de modico digito Lazari stillari guttam aquæ, vicissim de digito ipsius desideraus guttam, de cujus mensa ille desideravit micam, audivit ab Abraham sententiam recti Dei. *Fili*, inquit, *memento, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala. Nunc vero hic requiescit, tu autem torqueris* (*Luc.* XVI, 25). In hæc novissima intendit aspectum intrans in sanctuarium Dei ille, cui non videbatur bonus Deus, quia zelavit in peccatoribus pacem peccatorum intuens, et agnoscens judicium Dei verum, et justum, quod quidem modo agitur, sed occulte, futurum in fine in manifestatione, et tanquam correcto corde ex privitate propria, admota velut regula justitiæ Dei, qua cor tortum corrigeretur, erupit in hanc vocem, et ait: *Quam bonus Deus Israël rectis corde!* Modo intelligo bonum, quia factus sum rectus corde; antea vero non mihi videbatur bonus, quia nutabant pedes mei. *Zelavi enim in peccatoribus pacem peccatorum intuens.*

III. Si ergo jam tibi videtur bonus Deus, et quando malis dat felicitatem, unde solebas murmurare adversus Deum, factus es rectus corde, decet te laudatio; *Rectos enim decet laudatio.* Si autem sis pravus, non te decet laudatio. Quare non te decet? Non erit perseverans laus, qua laudas Deum. Laudas enim Deum, quando tibi bene est; blasphemas Deum, quando tibi male est. Etenim tunc tibi placet, quando dat felicitatem; displicet autem, quando castigat. Non es rectus corde, non poteris dicere canticum illud alterius Psalmi: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo* (*Psal.* XXXIII, 2). Quomodo enim *Semper*, si tunc, quando tibi bene est, laudas, non et quando tibi male est? Quia et ipsum; quod dicitur male tibi esse, bene est, si castigatorem patrem esse intelligas. Puer insensatus amat plerumque magistrum blandientem, odit cædentem; puer vero intelligens intelligit magistrum bonum et blandientem et cædentem. Blanditur enim, ne puer deficiat; cædit, ne pereat. Tale itaque cor cum quisquam habuerit, id est, rectum, ut non ei displiceat Deus, et quando facit quod forte illi ad tempus adversari videatur, securus laudet Deum, quia *Semper* laudabit, et vere illum decet laudatio, et vere fideliter cantat: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Flagellat autem omnem filium, quem recipit* (*Hebr.* XII, 6). Quid ergo eligis? Flagellari, et recipi, an non tangi, et non recipi? Vide, qualis sis filius. Si hæreditatem paternam appetis, flagellum non recuses. Si flagellum respuis, nega hæreditatem. Quo enim te erudit, nisi ut det hæreditatem? Hæres patris tui ut esses, non te increpavit, non objurgavit, non castigavit, non verberavit? Ut quid hoc? Ut ei succederes in domum quandoque ruituram, et fundum quandoque transiturum, et aurum non diutius in hoc sæculo mansurum, quam tu ipse, qui aurum possides. Etenim aut vivens amissurus es, quod habes, aut moriens relicturus. Propter istam tamen temporalem hæreditatem pertulisti flagella patris tui, et murmuras ad Deum erudientem, ut det tibi regnum cœlorum?

IV. Cum ergo talis es, ut placeat tibi Deus, et castigans placeat tibi; aut enim est in te aliquid, quod flagello corrigatur, aut ipsa rectitudo tua in flagello probatur; cum ergo talis es, lauda; securus enim laudas. Quare securus laudas? Quia decenter laudas, quia perseveranter laudas. Non enim timeo, ne modo laudes, post paululum blasphemes. Non timeo, ne sanus laudes, et ægrotus blasphemes. Non timeo, ne de sani ore procedat laus Dei, de ægroti lingua quæratur Mathematicus, aut Sortilegus, quæratur Præcanta-

tor, et remediorum diabolicorum Alligator (*a*). Non timeo, quia jam intellexisti bonum Deum esse, et cum castigat, et scis, quia ille, qui percutit filium, novit et quando parcat. Decebit te laudare, quia semper perseveranter laudabis, et erit semper laus Dei in ore tuo. Accipis libenter blandientem patrem, accipis libenter et flagellantem patrem. Non ad illum curris, cum blanditur, et fugis ab eo, cum flagellat. Si enim hoc feceris, eris tanquam puer, qui, cum fugeret a flagellante patre, incurrit in blandientem mangonem (*b*), et putavit eum bonum, patrem vero suum malum, et prætulit dolos blandimentorum veritati flagellorum, præferendo autem amisit hæreditatem, incurrit in conditionem (*c*). Muta tu consilium, et fac cor tuum rectum. Non enim mutatus est Deus, quia flagellat te, sed tu mutabilis es. Agit ille aliquid per commutationem, ut tu in melius commutatus percipias hæreditatem. Nam si relinquat te, et negligat te, quando tibi videtur bonus, tunc multum irascitur. Intendat Charitas Vestra, quid dicat in alio Psalmo Scriptura Dei. *Irritavit Dominum peccator*, Ait. Quare irritavit? Videte, ubi exclamaverit de irritato Deo. Utique ad iracundiam majorem irritavit Dominum peccator. *Præ magnitudine*, inquit, *iræ suæ, non exquiret* (*Psal.* x, 4).

V. Contra Job sanctus benedicens Dominum in omni tempore, in cujus ore semper erat laus ejus, cum esset dives, benedixit Dominum in divitiis suis, faciens de illis omnia opera bona, quæ in Libro ejus enumerantur, frangens panem esurienti, vestiens nudum, suscipiens peregrinum, et cætera, quæ sola divites de divitiis suis percipiunt, quæ divites sola lucrantur. Neque enim lucrantur, aut præsumunt de lucris, quæ filiis suis relinquunt. Nesciunt enim, quis post eorum mortem sit possessurus labores ipsorum. Et hanc vanitatem Scriptura dixit: *Verumtatem universa vanitas omnis homo vivens. Thesaurizat et nescit cui congreget ea* (*Psal.* xxxviii, 6, 7). Ergo lucrum totum, quod fit de divitiis, thesaurus est regni cœlorum. Unde Dominus dedit consilium, non ut perdas, sed ut mutes locum auro tuo. Non enim ait tibi: Cum dederis, perdes, sed male habens in terra, in cœlo ego tibi servabo. Quid times, ne perdas? In cœlo ponis, custode Christo. Si locus te sollicitat, cœlum erit; si custos, Christus erit. Quid times, ne perdas? Ergo cum hæc de talibus faceret Job, utique operabatur, et in ipsis operibus ejus Deus laudabatur, et benedicebat Dominum in his, quæ acceperat. Non enim vere, fratres, divitiæ accusantur. Putatis, quando videtis divites malos, divitias esse malas? Divitiæ non sunt malæ, sed illi; divitiæ autem dona Dei sunt. Da illas justo, et vide, quæ bona inde faciat. Numquid ideo malum vinum, quia nescio quis se enebriat? Da sobrio bene utenti, et vide munus Dei. Sic da aurum homini avaro. Ut amplius faciat hoc, quod habet, quærit committere omnia facinora. Da aurum homini justo, et vide, quemadmodum distribuat, quemadmodum impertiatur, quemadmodum, quibus potuerit, necessitatibus hominum subveniat. Non ergo divitiæ, sed utens male divitiis ipse est malus. Job ergo bene usus est divitiis, sicut bene usus est Abraham. Certe enim, fratres, ille mendicus ulcerosus jacens ante januam divitis ita egens erat, ut canes lingerent ulcera ejus. Sic certe legimus, sic scriptum est, et tamen quo ablatus est? *In sinum Abrahæ* (*Luc.* xvi, 22). Recense Scripturas, vide, si pauper hic fuit Abraham. Invenies illum habuisse hic multum auri, multum argenti, multum pecorum, multum mancipiorum, et prædiorum. Ergo pauper levatur in sinum divitis. Si meritum illi paupertas faceret, non eum ad requiem Abraham ipse præcederet, et eum succedentem susciperet, sed quia hoc in pauper Lazaro erat, quod erat in divite Abraham, id est, humilitas, pietas, Dei cultus, Dei observantia, nec illi obfuerunt divitiæ, nec huic paupertas, sed illius meritum pietas fuit. Inde in illo divite, qui male mutavit vices, non reprehenduntur divitiæ ipsius, sed animus ipsius. *Inducbatur enim purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide* (*Luc.* xvi, 22). Et patiebatur ulcerosum mendicum jacere ante januam suam? et eum superbe contemnens non satiabat ejus inopiam. Quid putatis dixisse divitem fastidientem mendicum? Quid hic jacet iste! Sed merito illa lingua, quæ contempsit pauperem, guttam de digito ejus desiderabat.

VI. Cum ergo Job sanctus, ut dixi, haberet multas divitias, laudavit Deum, tentatus, ut probaretur; probatus, ut ostenderetur. Latebat enim non solum homines, sed et ipsum diabolum latebat, qui diligentius inspicit, quam quisquam hominum. Latebat ergo eum, quis esset Job, sed Dominum non latebat. Permisit tentatorem probator; probator autem non sibi, sed nobis, ut nobis manifestaret, quid imitari debeamus. Non enim ipsi diabolo voluit ostendere Job, sed per diabolum nobis, ut diabolo victo nos haberemus, quod imitaremur. Ergo amissis omnibus, non paulatim, sed repente, ait: *Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Sicut Domino placuit, ita factum est* (*Job.* i, 21). Non potest pravum esse, quod recto placuit. Non potest malum esse, quod bono placuit. *Bonus enim Deus Israel rectis corde.* Rectus corde erat Job, ideo decebat eum laudatio. *Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est.* Confessus est laudans: *Sit nomen Domini benedictum. Dominus dedit, et Dominus abstulit.* Erat copia, nunc est inopia. Apud me res mutatæ sunt, ille non est mutatus. Ego aliquando dives, aliquando pauper. Ille semper dives, semper rectus, semper pater. *Sit nomen Domini benedictum!* Non enim benedictum erat nomen Domini in copia mea, et maledictum erit in inopia mea. Absit hoc a me. Hoc dice-

(*a*) *Mathematicus*, i. e. Astrologus, Divinator, ut sæpe in Opp. S. Doctoris. Pro *Sortilogo* malo *Sortilegum*, ut T. III. P. II. *In Evang. Joan. c. Tract.* 7. *col.* 344. ubi etiam *Præcantores*. Remedia, quæ memorat, alibi pluries *Ligaturas*, i. e. Amuleta vocat.

(*b*) Similia supra *Serm. VII. n.* 3.

(*c*) In servitutem. Quo pertinet sensus vocis obscenus apud *Suet. Jul. Capitol.* et *Lamprid.*

bat Job divitiis interioribus ditatus. Totam domum amiserat, sed pectus plenum erat. Amiserat domum, aurum, impleverat pectus. Deus pro his omnibus, quæ dederat, ipse aderat. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Videte, quemadmodum intelligat supereminentissimam potestatem. Ne forte Deum velis colere, o Christiane! propter regnum cœlorum, et diabolum timeas propter bona terrena. Omnino penes illum est tota potestas et summa. Diabolus nocere tantum voluit, non permissus non potuit. Apud illum ergo potestas est. Cæterum, si tantum liceret diabolo, quantum vult, quis Christianorum remaneret? Quis Dei cultor in terra relinqueretur? Non videtis templa ejus cadere, simulacra confringi, sacerdotes ejus ad Deum converti? Non putatis hinc dolere, et torqueri diabolum? Si ergo pro dolore suo et potestas ei esset, quæ Ecclesia in terra remaneret? Proinde cum Job sanctus per diaboli insidias omnia perdidisset, non dat ei aliquam potestatem. Cum laudat Deum, non ait: Dominus dedit, diabolus abstulit; sed ait: *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Nihil sibi arroget diabolus. Et quod dives eram, Dei erat, et quod pauper sum, Dei est. Et si permissus est ut tentaret, non est permissus ut suffocaret. Suffocaret autem non gulam tenens et confringens, sed spiritum intercludens. Si forte ille tribulationis passus angustias unum verbum blasphemum ex ore emitteret, tunc exhalaret extremum suffocatus excluso a se spiritu vitæ. Hoc nec in illa repentina paupertate fecit, nec in illo ultimo vulnere.

VII. Nam, cum parum fuisset diabolo abstulisse omnia, quæ ille possidebat, abstulit et filios, quibus ille possidebat, sola relicta uxore. Solam enim illam non abstulit, et hoc utique sciens, quid faceret. Noverat Adam per Evam deceptum. Servabat ergo suam potius adjutricem, quam mariti consolatricem. Cum ergo abstulisset illa omnia, et reliquisset unam, per quam rursus tentaret, parum ei fuit; petit etiam auferre sanitatem corporis. Et ipsam permissus est auferre, ut et in illo vulnere positus Job laudaret Deum rectus corde, in nullo varians, quem decebat laudatio. Accessit ad eum illa ad hoc relicta, et persuasit, imo suasit blasphemiam. Ait enim: *Quanta mala patimur! Dic aliquid in Deum, et morere* (*Job* II, 9): Primo Eva a diabolo quasi ad vitam invitata seducta est, et invenit mortem. Etenim diabolus ait: *Non morte morieris* (*Gen.* III, 4). Et putans se habituram vitam, mortem invenit, quia contra præceptum Dei fecit, et contra præceptum Dei viro persuasit. Modo contra: *Dic aliquid in Deum, et morere!* Sufficiat Evæ, quia persuasit facere contra præceptum Dei. Illa adhuc Eva. Ille jam non Adam. Illa a diabolo impleta, ille exemplo correctus. Melior Job in stercore, quam Adam in Paradiso. Ut noveritis quantum sit rectum cor habere, Job quomodo prostravit diabolum in illa inopia, in illo vulnere? Respondit enim mulieri, et ait: *Tanquam una ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona percepimus de manu Domini, mala non sustinebimus* (*Job.* II, 10)? Benedixit Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore illius. Rectus enim erat corde, propterea illum decebat laudatio. Estote recti corde. Si vultis autem esse recti corde, non vobis displiceat in aliquo Deus. Aut enim vides causam, quare faciat, quod facit, et causam intuens non reprehendis, aut, si te causa latet, scito, quia ille facit, qui in nullo poterit displicere.

VIII. Dejicit, nescio, quis domum suam, reprehenditur. Si causam noveris, fors non reprehendis hominem facientem. Utique in hac modo Basilica sumus, et angusta est, et habet aliquid parvum, et placuit Domino alteram fieri, et destruenda erit hæc. Quicumque forte viderit dejicientes, cum cœperit dejici, dicet: Hic non oratum est? Hic nomen Dei non invocatum est? Quid patiuntur isti, ut dejiciant? Displicet opus, quia latet consilium. Sic ergo et Deus aliquid facit. Quare faciat, aut scis, et laudas, aut nescis, et credis, si rectus es corde. Ipse est enim rectus corde, qui et in ipsis causis, quas novit, laudat Deum, et in his, quas nescit, non dat insipientiam Deo. Injuste, et stulte reprehenderis, Homo gubernator domus tuæ! ab ignaro causarum, et ignaro consiliorum tuorum, et tu audes Gubernatorem totius mundi, et Creatorem cœli et terræ reprehendere, quia flavit ventus, et aruerunt vites, aut surrexit nubes, et fudit grandinem? Noli reprehendere. Novit ille omnia opera sua et gubernare, et numerare. Tu certe non potuisti fabricare cœlum et terram, et tamen, si tibi liceret, diceres Deo: O si ego gubernarem, non facerem quod facis. Quando enim tibi displicet, nescio quid, factum a Deo, nonne velles te esse gubernatorem? Erubesce. Cui velis succedere, vide. Moriturus immortali, homo Deo. Melius est te illi cedere, quam quærere succedere. Cede Deo, quia Deus est, etsi forte contra voluntatem tuam fecit, non est forte contra utilitatem tuam. Quanta faciunt medici contra ægrotorum voluntatem, et tamen non faciunt contra sanitatem. Et errat medicus aliquando, Deus nunquam. Si ergo committis te medico aliquando erranti, committis te humano consilio, non ut adhibeat cataplasma, quod leve est, aut emplastrum, unde tibi dolorem non faciat, sed plerumque ut urat, ut secet, ut auferat membrum tibi, et tecum natum, committis te illi, non dicis: Hic forte errat, et ego minus habebo unum digitum; permittis ut tollat unum digitum, ne forte inde totum corpus putrescat, et non permittis Deum secare, ut tollat aliquid de fructibus tuis, si forte in ipsa moderatione habeas disciplinam?

IX. Ergo, fratres, estote recti corde, id est, ut in nullo vobis Deus displiceat. Non dico, ut eum non rogetis. Rogate, quantum potestis, in afflictione. Suspendit imbrem; rogandus est, sed et, si pluerit, laudandus, sed et, si non pluerit, laudandus, tamen rogandus. Non enim dicimus, ut non rogetis. Aliquando enim flectitur, et concedit rogantibus, et non vult concedere non rogantibus. Arrogans est Deus, ut non concedat, nisi roganti. Sed tunc anima parvula ad magnitudinem Dei proficiet, si ei in tribula-

tione subveniat, ut nobis rogantibus et tribulatis det consolationem. Dulcescere nobis vult bono nostro, non suo. Videte enim, quid mali est, ut tibi dulcis factus sit mundus, et amarus sit Deus, qui fecit mundum. Nonne mutandus es, nonne corrigendus es, ut habeas rectum cor? Imo sit amarus mundus, et dulcis sit Deus. Misceat itaque Dominus Deus noster amaritudines mundo huic. Misceat plane! Hic fruere (*a*), circumfluere, abundare deliciis, oblivisci Deum delectat. Si habet aliquid amplius pecuniæ, nugari inde vult, non vult inde aliquid utile facere, aliquid cœleste comparare; perdere vult et pecuniam, et se, et cæteros, in quos impendit pecuniam. Non vultis ergo, ut receset Deus superflua, ne de putredine totum putrescat? Novit ergo, quid agat. Dimittamus illum, tantum nos curandos demus, non medico consilium præbeamus. Conversi ad Dominum, etc.

SERMO XXII.

De verbis Psalmi LI. *vers.* 10. Speravi in misericordia Dei (*b*).

SYNOPSIS.

I. Quamdiu debeat durare Spes nostra. II. Spes humanæ longæ, inanes, fallaces III. Quænam vera Spes nostra.

I. Primo respondeam Fratri et Collegæ meo. Ego mane inquietam dixi debere esse charitatem, non pigram, sed quia hoc voluit, nos obaudiamus et illi, et Deo per illum, et vobis, et det (*c*) in vobis obedientiam. Cantavimus: *Sperari in misericordia Dei* (*Psal.* LI, 10). De spe nostra pauca dicamus. Et verba quidem sermonis nostri commetentem tempori finem habebunt, Spes autem ipsa, de qua sermo est, perdurare debet, et non cum sermone nostro cessare. Nos loquamur, et desinamus, illa semper clamat ad Deum. Sed et ipsa Spe (durum enim fortasse, quod dico, sed non offendet, si ostendero, quare dico, et credo, quia non offendet) sed et ipsa spes non erit sempiterna. Cum enim res venerit, Spes non erit. Tandiu quippe dicitur Spes, quandiu nondum tenetur res, dicente Apostolo: *Spes autem, quæ videtur, non est Spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus* (*Rom.* VIII, 24. 25). Si ergo Spes, quæ videtur, non est Spes, quia quod videt quis, quid sperat, et ideo vocatur Spes, quia, quod non videmus, speramus, cum venerit, quod videamus, Spes non erit, quia res erit. Nec tunc maledictum erit, esse sine Spe; modo vero cuicumque sine Spe esse, maledictum est, et opprobrium. Et væ illi, qui sine Spe modo est! Male est enim sine Spe esse, quia nondum est cum re. Tunc esse desinat Spes, quando tenebitur res.

II. Res autem ipsa, quæ est, quæ tenebitur? Quid est, quod succedet Spei? Videmus enim modo homines multa terrena sperare, et secundum sæculum. Ipsa vita nullius hominis est sine Spe, et, donec moriatur, quisque non est sine Spe. Spes in pueris, ut crescant, ut erudiantur, ut aliquid noverint. Spes in adolescentibus, ut uxores ducant, ut filios generent. Spes in parentibus filiorum, ut nutriant, ut erudiant, ut grandes videant, quibus parvulis blandiebantur. Ut ipsam vitam Spei humanæ potissimum (*a*) nominem, quæ quasi naturalior, et excusabilior, et tristior (*b*) est. Sunt enim multæ Spes vulgares, multum reprehensibiles; sed hanc teneamus, quæ civilis et naturalis est. Ad hoc enim quisque nascitur, ut crescat, ut conjugetur, ut filios procreet, ut erudiat, etiam ut pater dicatur filiorum. Quid amplius quærit? Et nondum est finita spes. Optat conjungere filiis suis uxores, et adhuc sperat. Et cum et hoc adeptus fuerit, optat nepotes. Et cum hos habuerit, jam ecce tertia successio est, et piger est senex dare locum pueris. Adhuc quærit sibi quid optet, quærit quid speret, et benevolus videtur. Utinam, inquit, vocet me puer ille avum, et audiam hoc de ore ipsius, et moriar! Crescit puer, vocat avum, et ille nondum se cognoscit avum. Utique enim, si avus est, si senex est, quare non agnoscit, migrare jam debere, ut succedant, qui nati sunt? Et cum audierit a voce parvuli honoris nomen, vult illum ipse erudire. Numquid deest, ut speret et pronepotem? Sic moritur, et sperat, et sperat aliud atque aliud, cum illud, quod sperabat, acceperit. Sed accipiendo, quod sperabat, non satiatur, inhiat in aliis. Quare venerat, quod sperabas? Certe jam, ut finias, quo pergis. Non finis extenditur. Et quantos fallit hæc Spes, Spes trita! Primo non satiat, cum venerit, et quantis non venit! Quanti speraverunt uxores, et ducere non potuerunt! Quanti speraverunt, cum quibus eis bene esset, et duxerunt, a quibus cruciarentur! Quam multi optaverunt filios, et suscipere nequiverunt! Quam multi de susceptis malis gemuerunt! Sic omnia. Speravit aliquis divitias; non adeptis cruciatus est cupiditate, aut adeptis tortus timore. Et nemo est, qui sperare desinat, nullus satiatur. Tam multi falluntur, et ab spe sæculi non quiescunt.

III. Sit aliquando et Spes nostra non fallax, sed satians, et aliquid tam bonum, ut amplius esse non possit. Quæ est ergo res, quam speramus, quæ cum venerit, cessabit Spes, quia succedet res. Quid est illud? Terra est? Non. Aliquid, quod in terra nascitur, sicut aurum, argentum, arbor, seges, aqua? Ni-

(*a*) Mendum Librarii pro *frui*. Sequens περιοχὴ : *Si habet — impendit pecuniam*, intrusa videtur.

(*b*) In Cod. *fol.* 74. inscriptus : *sermo sancti agustini ep.* De Spe humana et divina præclare disserit. Habitum fuisse in Officio vespertino docet Exordium. Quis fuerit Episcopus ille, qui Charitatem quietam inquietæ prætulit, ignoro. Sermonem Augustini *de Charitate inquieta* notat Possidius in *Indiculo opp.* c. 8. reperiendum fortasse, si Bibliothecarum scrutatores non contenti fuerint Elenchos Mss. percurrere, aut sola Codicum terga lustrare. Eodem C. Possidius et præsentem memorat, qui Editioni post *sermonem XX* inseri possit.

(*c*) Fortassis excidit : *Deus*.

(*a*) Lego : *ut ipsam spem vitæ humanæ potissimam.*

(*b*) Potius : *tritior*, ut paulo infra : *Spes trita.*

hil horum. Aliquid, quod in aere volitet? Abhorret anima. Numquid forte cœlum est, tam speciosum, ornatumque luminibus? Quid enim in his rebus visibilibus delectabilius, quid pulchrius? Neque hoc est. Et quid est? Delectant ista, pulchra sunt ista, bona sunt ista. Quære, qui fecit. Ipse est Spes tua. Ipse est modo Spes tua, ipse erit postea res tua. Spes est credentis, res erit videntis. Dic ei : *Spes mea es tu.* Bene enim modo dicis : *Spes mea es tu.* Credis enim, nondum vides. Promittitur tibi, nondum tenes Quandiu es in corpore, peregrinaris a Domino, in via es, nondum in patria. Ipse rector, et conditor patriæ via factus est, ut te perducat. Dic ergo illi modo : *Spes mea es tu.* Quid postea? *Portio mea in terra viventium* (*Psal.* CXLII, 6). Quæ modo Spes tua est, postea erit portio tua. Sit Spes tua in terra morientium, et erit portio tua in terra viventium. Conversi ad Dominum, etc.

SERMO XXIII.

De verbis Psalmi CXLV, *vers.* 1. Laudabo Dominum in vita mea, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Dei laus producenda ultra hanc vitam. II. Nihil in hac vita diu. III. Christiano non imponat felicitas transitoria. IV. Extrema Divitis et Lazari nos erudiant.

I. De verbis istius Psalmi, quem modo cantavimus, donet Dominus, ut vobis loqui valeamus. Diximus enim : *Laudabo Dominum in vita mea. Psallam Deo meo, quandiu vivo* (*Psal.* CXLV, 1). Quibus verbis hoc primo admoneamus Charitatem Vestram, ne, cum auditis, vel dicitis : *Quandiu vivo, psallam Deo meo;* existimetis, cum hæc vita finita fuerit, finiri nobis laudem Dei. Magis enim tunc laudabimus, quando sine fine vivemus. Si enim laudamus in peregrinatione, unde transimus, quomodo laudabimus in domo, unde nunquam migrabimus? Sicut dicitur, et legitur, et canitur in alio Psalmo : *Beati qui habitant in domo tua. In sæcula sæculorum laudabunt te* (*Id.* LXXXIII, 5). Ubi audis : *In sæcula sæculorum*, finis nullus est, et vivere beata vita, ubi Deus sine dubitatione conspicitur, sine offensione amatur, sine fine laudatur. Prorsus hoc erit nostrum vivere, Deum videre, amare, laudare. Si ergo laudamus, quando credimus, quomodo laudabimus, cum viderimus. Quomodo laudabitur species, si sic laudatur fides. Dicit enim Apostolus : *Quandiu enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, et non per speciem* (2 *Cor* V, 6, 7). Modo ergo per fidem, tunc per speciem. Modo credimus, quod non videmus, tunc videbimus, quod credebamus. Non confunditur, qui credit, quia verum est, quod videbit; Dominus autem noster prius in nobis ædificavit fidem, ubi (*a*), si merces fidei reddatur, non præpostere ante quæratur.

II. Dicit aliquis : Cur ergo Psalmus dixit : *Psallam Deo meo, quandiu vivo*, et non dixit : *Psallam Deo meo semper?* Ubi enim dicitur : *Quandiu vivo*, quasi finis significatur, sed si (*b*) non intelligatur. Si putas de hac vita dictum : *Quandiu vivo*, discute vitam istam, utrum sit diu. Quantumcumque hic vixeris, diu non est. Quomodo est diu, quod te non satiat? Dicit puer diu vixisse hominem, quem videt senem, sed cum pervenerit, quo ille pervenit, tunc videt, quam non fuerit diu. Prorsus sic volat ætas, ita in se momenta transcurrunt, ut videamus, nudiustertius fuisse nos pueros, heri juvenes, hodie senes. Ubi ergo putas de hac vita esse dictum : *Quandiu vivo, psallam Deo meo*, ideo, quia dixit : *Quandiu vivo*, ibi verax intellectus est, de hac vita non esse dictum, quia dixit : *Quandiu*. Nunquam enim diceret Veritas : *Quandiu*, de ista vita, ubi nihil est diu. Potuerunt hoc videre Sapientes hujus mundi, et non hoc possunt videre Christiani? Quidam Sapientum mundi eloquentissimus homo dixit : *Quid est enim hoc omnino ipsum diu, in quo est aliquid extremum* (*Cicero, Orat. pro M. Marcello n.* 28)? Omnino negavit diu esse, quod ad finem quandocumque potuerit pervenire. Prorsus quandocumque, non quousque tu vixisti, si forte ad senectutem ultimam pervenisti. Unius enim hominis vita, præsertim hoc tempore, *Vapor est ad modicum apparens* Hoc, quod dixi, Scriptura dixit exultantibus hominibus, et per superbiam multam pollentibus, et, an continuo moriantur, nescientibus, Scriptura divina dixit, et eos ita superbientes, et in vanis confidentes suæ transitoriæ fragilitatis admonuit. *Quæ est enim*, inquit, *vita vestra? Vapor est ad modicum apparens, deinceps exterminabitur* (*Jacob.* IV, 15). Qui ergo se erigit in elatione, confidit in vapore, extollitur in honore, et perit cum vapore. Reprimenda est ergo superbia, et quanta possumus, intentione calcanda, et intelligendum nos in hac terra mortaliter vivere, et cogitandum esse de fine, ubi non erit finis. Homo enim, si tu, ut dicere cœperam, quicumque senuisti, valde extolleris, si putas te diu vixisse, qui aliquando finiturus es, sed ipse Adam, si adhuc viveret, et non modo, sed in fine sæculi moreretur, nihil haberet diu, in quo aliquid esset extremum (*c*). Et verissime dictum est, et prudenter intellectum est, et verum esse non tantum prædicatur, sed etiam ab auditoribus agnoscitur.

III. Referamus animum ad Psalmum, quem cantavimus, et inveniamus, quia ille non diceret : *Psallam Deo meo, quandiu vivo*, nisi de illa vita, ubi diu est. Si enim in ista vita ideo nihil diu, quia est aliquid extremum, non ad istam vitam desiderandam vocamur, quando Christiani efficimur. Non enim pro

(*a*) In codice *fol.* 74. *p.* 2. inscriptus : *Sermo sancti Augustini ep.* De vitæ brevitate, et felicitate transitoria egregie rursus exemplo Divitis et Lazari illustratus. In Editione locandus post *Sermonem XXXIII.*

(*a*) Pro *ubi* videtur reponendum : *ut*, q. d. non debere quæri mercedem fidei ante ipsam fidem.
(*b*) Videtur legendum : *etsi.*
(*c*) Ineptum Επιφωνημα, quod sequitur, a margine irrepsisse putem.

pterea Christiani efficimur, ut bene nobis sit in hac vita. Si enim propterea putaverimus nos fieri Christianos, ut hic nobis bene sit secundum vitam istam temporalem, secundum felicitatem volaticam, et vapoream, valde erramus, et nutabunt pedes nostri, videntes aliquem tanta dignitate pollere, ut emineat cæteris, cum quibus vivit, sanum esse corpore, ad senectutem decrepitam pervenire. Videt hoc Christianus pauper, ignobilis, in gemitibus quotidiano labore suspirans, et dicit forte apud semetipsum : Quid mihi prodest, quia Christianus sum factus. Numquid ideo melior sum, quam ille, qui non est? Quam ille, qui in Christum non credit? Quam ille, qui Deum meum blasphemat? Admonet eum Psalmus. *Nolite fidere in principes*. Quid te delectat flos fœni? *Omnis caro fœnum*, Propheta loquitur, non solum loquitur, sed exclamat. Exclamavit illi Dominus. *Exclama*, inquit. Et respondit : *Quid exclamabo? Omnis caro fœnum, et omnis honor carnis, ut flos fœni. Fœnum aruit. Flos decidit.* Ergo totum periit? Absit. *Verbum autem Domini manet in æternum* (*Isai.* XL, 6-8). Quid te delectat fœnum? Ecce periit fœnum. Vis non perire? Tene te ad verbum. Sic et in isto Psalmo. Attendebat enim forte Christianus pauper, humilis in Pagano forte divite ac potenti, attendebat florem fœni, et eligebat eum fortasse patronum habere magis, quam Deum. Hunc alloquitur Psalmus : *Nolite fidere in principes, et in filios hominum, quibus non est salus* (*Psal.* CXLV, 3). Ille continuo respondet : Numquid de isto dicit, cui est salus? Ecce sanus est. Hodie illum vegetum video. Ego magis assidue miser ægroto. Quid attendis ista, quæ tibi placent, et quæ te delectant? Non est salus. *Exiet spiritus ejus, et revertetur in terram suam.* Ecce tota salus, *Vapor ad modicum apparens. Exiet spiritus ejus, et revertetur in terram suam.* Transeant aliquot anni. Moveatur fluvius, sicut fieri solet. Per diversa transcurrens aliqua sepulcra mortuorum discerne ossa divitis ab ossibus pauperis. Exeunte spiritu suo revertitur in terram suam. Optime de spiritu ejus nihil dixit, quia et ille, cum viveret, nihil spiritualiter cogitavit. *Revertetur in terram suam*, secundum carnem utique, secundum corpus, ubi pollebat, ubi efferebatur, ubi te decipiebat, in cujus te carnis felicitate fallebat. *Exiet spiritus ejus, et revertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* (*Ibid.* 4). Cogitationes illæ, quæ terrenæ erant : Ecce facio, ecce impleo, ecce pervenio. Ecce illud emo, ecce illud acquiro, ecce ad talem et talem honorem pervenio. *In illa die peribunt omnes cogitationes ejus.* Si autem, quoniam *Verbum Dei manet in æternum*, teneas te ad verbum, ut det tibi vitam æternam, non solum cogitatio tua tunc non peribit, sed tunc venit. Quando illius perit, tua tunc venit. Ille enim cogitabat temporalia atque terrena, opes opibus addere, pecuniarias facultates exaggerare, nitere honoribus, tumere potentia. Ergo, quia talia cogitabat, *In illa die peribunt omnes cogitationes ejus.* Tu autem, si cogitabas, quia Christianus factus es, non temporalem felicitatem, sed requiem sempiternam, quando corpus tuum redierit ad terram suam, tunc invenit anima tua requiem suam.

IV. Attende Evangelium, et vide, atque inspice cogitationes duorum hominum. *Erat quidem Dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide* (*Luc.* XVI, 19). Quotidie fœnum, et flos fœni. Non te seducat illius felicitas, qui *Induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide.* Superbus erat, impius erat, vana cogitabat, vana concupiscebat. Quando mortuus est, in illa die perierunt cogitationes ejus. Erat autem ante januam ipsius quidam Pauper, nomine Lazarus. Tacuit nomen Divitis, et dixit nomen Pauperis. Cujus nomen ventilabatur, ipsius tacuit Deus. De cujus nomine silebatur, ipsum dixit Deus. Nolo, mireris. Deus, quod in Libro suo scriptum invenit, hoc recitavit. De impiis enim dictum est : *Et in libro tuo non scribentur* (*Psal.* LXVIII, 29); itemque Apostolis, cum gloriarentur, quia in nomine Domini dæmonia illis subjecta fuerant, ne de hac re sicut homines extollerentur, seseque jactarent, quamvis de re magna, quamvis de virtute præclara : *Nolite*, inquit, *in hoc gaudere, quia dæmonia vobis subjecta sunt; sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo* (*Luc.* X, 20). Deus enim inhabitator cœli tacuit nomen Divitis, quia scriptum non invenit in cœlo; dixit tamen Pauperis, quia ibi scriptum invenit, imo ibi scribi jussit. Sed videte illum Pauperem. Diximus enim de cogitationibus impii Divitis, præclari, induentis purpuram et byssum, et epulantis quotidie splendide, quia, cum mortuus esset, perierunt omnes cogitationes ejus. Pauper autem Lazarus erat ante januam Divitis, *Ulceribus plenus, et cupiebat saturari de micis, quæ dejiciebantur de mensa Divitis, et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant, et lingebant ulcera ejus* (*Id.* XVI, 21). Ibi te volo videre, Christiane. Dicuntur enim exitus duorum istorum. Potens est quidem Deus, et in hac vita salutem dare, et egestatem auferre, et sufficientiam donare Christiano. Et tamen, si etiam hoc non esset, quid eligeres? Ut ille pauper esse, an, ut ille, dives esse? Non te fallat. Audi finem, et observa malam electionem. Sine dubio enim Pauper ille, quoniam pius erat, in ærumnis temporalibus constitutus finiendam quandoque illam vitam, et adipiscendam æternam requiem cogitabat. Mortui sunt ambo, sed illius Pauperis non illa die perierunt cogitationes. Contigit enim mori inopem illum, et auferri ab Angelis in sinum Abrahæ. In illa die sanatæ sunt omnes cogitationes ejus. Et, quoniam Lazarus in latina lingua interpretatur *Adjutus* (*a*), qui in hebræa Lazarus, bene admonuit Psalmus : *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus* (*Psal.* CXLV, 5). Quando spiritus ejus exibit, et caro ejus revertetur in terram suam, non peribunt cogitationes ejus, *Quia spes ejus in Domino Deo ejus.* Hoc discitur in schola Christi doctoris, hoc speratur ab animo fidelis auditoris, hæc est merces verissima Salvatoris.

(*a*) Ita et Hieronymus in *Interpret. Nom. Hebr.* Videlicet *a Deo adjutus* ab אל et עזר, Idem, quod אעזר, aut עזריה.

SERMO XXIV.

De verbis Evangelii Luc. XVI. *vers.* 19-31, Homo quidam erat dives, etc. (*a*).

SYNOPSIS.

I. Oraculis Propheticis de Christo, et ejus Ecclesia Judæi nondum credunt. II. Judæorum incredulitas coarguitur exemplo divitis Epulonis. III. Dives Epulo salubre nobis exemplum. IV. Satis de futuris prænoniti nullam excusationem habemus. V. Fides nostra confirmanda ex jam impletis, et ex promissis a Deo. VI. Dei promissa in Gente Judæorum ex Abraham, cujus fides commendatur. VII. Dei in exolvendis promissis fidelitas, et insania Idololatrarum. VIII. Deus quærit imaginem suam in anima, ut Cæsar in nummo. IX. Quanta promissa Dei jam exoluta sint. X. Abrahæ fides nobis exemplum. XI. De tolerandis adversis duplex similitudo. XII. Dei patientia nobis utendum est, et illa imitanda. XIII. Committere nos debemus Deo in adversis absque querela. XIV. Exhortatio ad patientiam.

I. Christianorum fides, quæ ab impiis et infidelibus irridetur, hæc est, quia nos dicimus, esse aliam vitam post istam vitam, et esse a mortuis resurrectionem, et esse post transactum sæculum in fine judicium. Hoc cum in rebus humanis non crederetur, prædicaretur autem, et annuntiaretur a Prophetis servis Dei, et a Lege, quæ per Moysen data est, et adhuc incredibile hominibus videretur, venit Dominus et Salvator noster Jesus Christus, qui hoc hominibus persuaderet. Qui cum sit Filius Dei natus de Patre invisibiliter, et ineffabiliter, coæternus Patri, et æqualis Patri, et cum Patre unus Deus, cum sit Verbum Patris, per quod facta sunt omnia, et Consilium Patris, per quod reguntur omnia, tantam magnitudinem suam, et incomprehensibilem majestatem, ac potestatem, quæ non poterat cognosci ab hominibus, deposuit ad terras (*b*) accipiendo carnem, et apparendo oculis hominum. Cum ergo Deus, id est, ipsa Divinitas, in Christo non videretur, caro visa contemnebatur; ille autem interiorem suam Divinitatem miraculis approbabat (*c*). Et cum talis videretur, qui humanis oculis posset sperni, tantum faciebat, ut in ipsis operibus appareret Filius Dei. Cum ergo magna faceret, utilia præciperet, corrigeret vitia, castigaret, virtutes doceret, sanitates etiam corporum operaretur, ut sanaret mentes infidelium, iratus populus, ubi est natus, et nutritus, et tanta ista fecit, occidit eum. Ille autem, qui nasci venerat, utique et mori venerat. Nec mortem carnis suæ, quam propter exemplum demonstrandæ resurrectionis acceperat, voluit esse infructuosam, sed permisit eam magis manibus impiorum, ut, cum illi nollent facere, quod jubebat, pateretur ille, quod volebat. Factum est. Occisus est Christus, sepultus, resurrexit, ut novimus, ut testatur Evangelium, ut jam toto orbe prædicavit (*a*), et adhuc Judæi, videtis, quia nolunt credere in Christum, jam posteaquam resurrexit a mortuis, et glorificatus in oculis Discipulorum suorum ascendit in cœlum, cum jam impleantur per totum orbem terrarum præconia Prophetarum. Etenim omnes Prophetæ, qui prænuntiaverunt Christum nasciturum, et moriturum, et resurrecturum, et in cœlum ascensurum, prænuntiaverunt etiam Ecclesiam ejus per omnes gentes futuram. Judæi autem, si non viderunt Christum resurgentem, et ad cœlum euntem, viderent saltem Ecclesiam toto orbe diffusam, quod utique cum impleretur, prædicta Prophetarum dicta implerentur.

II. Fit in illis, quod modo audivimus ex Evangelio. Ideo enim non audiunt Christum, qui a mortuis resurrexit, quia Christum in terra positum non audierunt. Hoc enim dixit Abraham illi Diviti, qui apud inferos torquebatur, et volebat aliquem mitti ad superos, ut fratribus ejus nuntiaret, quid agatur apud inferos, et antequam venirent ad loca illa tormentorum, viverent bene, agentes pœnitentiam de peccatis suis, ut mererentur ire potius in sinum Abraham, non ad illa tormenta, quo Dives ille pervenit. Cum ergo hoc ageret ille Dives sero misericors, qui Pauperem jacentem ante januam suam contempserat, et propterea forte (*b*) superbus in illum erat, ipsa lingua ardebat, et ibi stillam aquæ desiderabat, cum ergo non egisset apud superos, quod agendum illi erat, ne illuc veniret, sero cœpit esse misericors pro aliis. Sed quid ait Abraham? *Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque, si quis a mortuis resurrexerit, persuadebit eis* (*Luc.* XVI, 31). Omnino verum est, fratres. Ideo Judæis hodie non persuadetur, ut credant in eum, qui resurrexit a mortuis, quia Moysen et Prophetas non audierunt (*c*). Nam si illos audire vellent, ibi invenirent prædictum esse, quod modo impletum est, et nolunt adhuc credere. Quod ergo de Judæis diximus, de nobis agamus, ne cum alios attendimus, et nos in ipsam impietatem incidamus. Evangelium, charissimi, Judæis non legitur, Moyses et Prophetæ leguntur, quos nolunt audire. Quod si audire vellent, crederent in Christum, quia Moyses et Prophetæ Christum venturum prædicaverunt. Non ergo nos tales simus, quando nobis legitur Evangelium, quales sunt illi, quando illis leguntur Prophetæ. Apud ipsos enim, ut dixi, Evangelium non recitatur, apud nos recitatur.

III. Ecce audistis modo ex Evangelio duas vitas: unam præsentem, alteram futuram. Præsentem habemus, futuram credimus. In præsenti sumus, ad futuram nondum pervenimus. Cum in præsenti sumus,

(*a*) In Codice *fol.* 80. inscriptus: *Sermo sancti Augustini episcopi, De Divite et Lazaro.* Veritas potius Religionis christianæ comprobata ex hactenus impletis, et deinceps implendis Dei Promissis cum Exhortatione ad Patientiam. Meminit insiguis Sermonis Possidius in *Indiculo Opp. c.* 8. Collocandus in Editione post *Sermonem CXIII.*

(*b*) Rescribendum puto: *ad tempus.*

(*c*) In membranis: *approbat.*

(*a*) Nempe Evangelium. Fortasse autem legendum: *prædicatur.*

(*b*) Intersero: *quia*, quod excidisse videtur.

(*c*) Numquid potius: *audiunt.*

futuræ meritum comparemus; nondum enim mortui sumus. Numquid Evangelium apud inferos recitatur? Quod utique si recitaretur, frustra illud Dives audiret, quia jam fructuosa pœnitentia esse non posset. Nobis ibi legitur, et ibi a nobis auditur, ubi dum vivimus corrigi possumus, ne ad illa tormenta veniamus. Credimus quod legitur, an non credimus? Absit ut hoc opinemur de Charitate Vestra, quia non creditis! Christiani enim estis, nec Christiani ullo modo essetis, si Evangelio Dei non crederetis. Quia ergo Christiani estis, manifestum est vos Evangelio credere. Audivimus. Modo recitatum est. Erat utique Dives superbus, utique extollens se in divitiis, qui *Induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide* (*Luc.* XVI, 19). Jacebat autem ad januam ejus ulcerosus pauper quidam nomine Lazarus, cujus etiam ulcera canes lingebant, et cupiebat *Saturari de micis, quæ cadebant de mensa Divitis* (*Ibid.* 21), et non poterat. Ecce crimen Divitis, quia utique de micis saturari cupiebat, et non poterat, cui participanda humanitas erat. Ille ergo Dives, si compateretur Pauperi ante januam suam jacenti, et vellet esse de divitiis illis misericors, illuc veniret et ipse, quo venit et ille Pauper. Non enim illum Lazarum paupertas duxit ad requiem et non humilitas, aut vero illum Divitem ab illa tanta requie divitiæ retraxerunt, et non superbia et infidelitas. Nam, ut noveritis, fratres, quia apud superos Dives iste infidelis fuit, de verbis ipsius approbemus, quæ dixit apud inferos. Intendite. Voluit aliquem a mortuis ire, ut nuntiaret fratribus ipsius, quid agatur apud inferos, et cum illi hoc non concederetur dicente Abraham: *Habent Moysen, et Prophetas. Audiant illos. Non, pater Abraham, inquiens, sed, si quis hinc ab inferis ierit, persuadebuntur*; ostendit, quia et ipse, cum esset apud superos, non credebat Moysi et Prophetis, sed aliquem surgere sibi a mortuis cupiebat. Attendite tales modo, et videte, ubi ex exemplo hujus Divitis admonemur, si fidem habetis. Quanti sunt, qui modo dicunt: Bene nobis sit, cum vivimus! Manducemus, et bibamus, et deliciis istis perfruamur! Quid est, quod nobis dicitur, quia erit postea? Quis huc inde rediit? Quis huc inde surrexit? Dicuntur hæc. Hoc dicebat Dives ille, et, quod non credebat vivus, expertus est mortuus. Melius vivus fructuose corrigeretur, quam mortuus infructuose torqueretur!

IV. Nunc ergo mutemus verba ipsa, si quis forte in nobis est, qui hæc solet dicere. Non enim ostendit Deus modo, quod nos jubet credere. Ideo illud non ostendit, ut merces sit fidei. Si enim ostendat tibi, quod meritum habes, quia credis! Non est jam credere, sed videre. Magis tibi hoc non ostendit Deus, ut credas. Imperat tibi, quod credas, servat tibi, quod videas. Sed si non credas, cum imperat fidem, speciem suam non tibi servat, sed illud tibi servatur, unde Dives ille apud inferos torquebatur. Et, cum venerit Dominus noster et Salvator Jesus Christus, qui sic annuntiatur modo venisse, ut speretur etiam esse venturus, veniet cum retributionibus fidelium, et infidelium: fidelibus præmia daturus, infideles in ignem æternum missurus. Et dixit hoc in Evangelio, quomodo sit in fine judicaturus. Positurum se alios ad dexteram, alios ad sinistram, et discreturum omnes gentes, sicut pastor separat oves ab hœdis; justos ad dexteram futuros, impios ad sinistram; justis se dicturum: *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi.* Impiis autem et infidelibus: *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (*Matth.* XXV. 34 41)! Quid tibi amplius potuit prodesse Judex, quam ut definitivam sententiam suam tibi diceret, ne in illam possis incurrere? Fratres, omnis qui minatur, non vult ferire. Nam, si subitaret (*a*), et feriret. Qui dicit: Observa; non vult invenire, quem feriat. Homines sibi plagas conciliant, homines sibi pœnas comparant, qui tandiu dicenti Deo: Observate; nolunt credere. Et quidem errantis pœna, quæ hic est forte aliqua afflictio, et aliquod flagellum, aut emendatorium, aut probatorium est. Aut enim emendatur quisque pro peccatis suis, ne incidat in majores pœnas non emendatus, aut probatur uniuscujusque fides, qua tolerantia, aut qua patientia sub flagello patris permaneat, non murmurans de patre castigante, et gaudens ad blandientem, sed ita gaudens ad blandientem, ut gratias agat et castiganti, quia *Flagellat omnem filium, quem recipit* (*Hebr.* XII, 6). Quanta Martyres passi sunt, quanta toleraverunt! Quas catenas, quos squallores, quos carceres, quos cruciatus, quas flammas, quas bestias, quæ genera mortis! Calcaverunt omnia. Videbant enim aliquid spiritu, ut, quod videbant corpore, non curarent. Erat in illis oculus fidei, tendebatur oculus in futura, contemnebant præsentia. Cujus autem oculus de futuris extinctus est, expavescit ad præsentia, et non pervenit ad futura.

V. Est ergo fides, quæ ædificatur in nobis. Modo, quicumque non vult credere, quia natus est Christus de Maria Virgine, quia passus est, quia crucifixus est, credat Judæis, quia fuit, et occisus est, credat Evangelio, quia de Virgine natus est, et resurrexit. Est enim, unde credat. Et inimici Judæi non audent dicere: Non fuit Christus in gente nostra, aut: Non fuit iste homo, nescio quis, quem colunt Christiani. Fuit, dicunt, et parentes nostri occiderunt illum, et mortuus est, ut homo. Si ea, quæ consecuta sunt mortem ipsius, invenimus dicta (*b*) a Prophetis, quia in nomine ejus cursurus (*c*) erat totus mundus, quia adoraturæ illum erant omnes gentes, et omnes patriæ gentium, quia omnes etiam reges sub jugum ipsius mittendi erant, et videmus impleta post mortem Christi, quæ prædicta erant ante nativitatem Christi, quomodo nos fallimus, si cætera credere nolumus, cum videamus in nobis multa impleta? Nos enim ipsi, fratres, non soli nos, qui hic sumus Christiani,

(*a*) Id est: *obrueret illico.* Vox Afris familiaris, qua usus S. Cyprianus *Epist.* 57. et Pontius Diac. in ejus *Vita.* Tardius et alii.

(*b*) Puto: *prædicta.*

(*c*) Fortassis: *in nomen ejus cursurus*, vel *crediturus* pro *cursurus.*

nos totus mundus sumus modo. Ante paucos annos non eramus, et mirum est, quomodo factum sit, ut, quod per tot sæcula non erant, modo sint. Legimus illud in Prophetis. Ne putemus casu evenisse, invenimus prædictum esse. Hinc enim augetur fides nostra, hinc ædificatur, hinc confortatur. Nemo est, qui dicat: Subito accidit. Unde? Ecce hoc, quod nunquam fuit in terra. Nonnunquam in Scripturis debitor in illis (*a*) Deus tenebatur, sed tempore suo debitum redditurus. Unde autem debebat Deus? An ab aliquo mutuum acceperat, qui omnibus omnia insuper donat? Qui fecit, quibus donaret? Non enim vel ipsi homines, quibus aliqua donarentur, erant. Potest aliquis dicere: Meritis meis Deus concessit hæc bona? Puta, concessit meritis tuis bona ista. Ut es ses, cui concessit? Qui non eras, quid tibi donavit? Ut esses gratis. Non enim promerueras illud, ante quam esses. Crede ei, quia et cætera gratis tibi donare dignatus est. Habemus ergo gratiam Dei, et tenebat Deum quodam modo debitorem mundus totus. Imo non tenebat, quia cautionem, quam fecerat, nesciebat. Promittendo se fecit debitorem, non mutuum accipiendo. Nam duobus modis dicitur debitor: Redde, quod accepisti, aut quod promisisti. Quia, quod promisit Deus, non potest dici: Redde; nihil enim ab homine accepit, qui totum homini dedit; restat ut debitor non sit, nisi quia polliceri dignatus est.

VI. Hæc pollicitatio in Scripturis erat, hæ Scripturæ in una gente Judæa, quam elegit nasci de carne servi sui, fidelis sui, qui in illum credidit. Et quomodo gens illa nata est? De Abraham sene, et de Sara sterili. Ut pariturietur, ut nasceretur ipse Isaac, unde venit gens Judæorum, miraculum fuit (*Gen.* XVII *et* XXI). Nihil de membris suis senex sperabat, nihil de sterilitate conjugis suæ optare audebat. Quod omnino non computabat, Deus illi obtulit, et offerenti Deo credidit, qui a Deo optare non ausus est. Et cum credidisset, et natus ei esset filius, de quo credidit, nasciturum innumeram prolem, petiit Deus ipsum filium immolari sibi (*Id.* XXII). Tantæ autem fidei fuit Abraham, ut non dubitaret immolare unicum, de quo acceperat promissum. Numquid hæsitavit, et dixit Deo: Domine, pro magno mihi concessisti Filium in senectute, pro magnis votis, pro magna lætitia, insperato mihi natus est filius. Hunc exigis, ut occidam? Nonne melius erat, ut non dares, quam ut datum auferres? Non hæc dixit, sed credidit utile esse, quidquid Deum videbat velle. Hæc est fides, fratres. Certe Pauper ille in sinum Abrahæ sublatus est, et Dives ille ad tormenta inferorum. Ut sciatis non in culpa esse divitias, Abraham dives erat, in cujus sinu Lazarus requiescebat. Dives hic erat in terra: sicut habemus docentem Scripturam. Habebat multum auri, argenti, pecorum, familiæ. Dives erat, sed superbus non erat. Ut noveritis, quia in divite sola torquebatur superbia, sola torquebantur vitia. Ipsa meruerant pœnam, non substantia Dei. Substantia enim Dei bona cuicumque datum (*a*) fuerit. Sed bene utenti merces acquiritur, male utenti pœna retribuitur. Attendite autem, quomodo habebat Abraham divitias. Numquid filiis suis servabat? Si ipsum filium jubente Deo obtulit, divitias quomodo contempsit?

VII. Ergo hæc Scriptura, ubi se Deus promittendo fecerat debitorem, latebat apud Judæos. Venit Dominus noster Jesus Christus, secundum ipsam Scripturam natus, quia secundum ipsam redditus (*b*). Secundum ipsam Scripturam passus, quia in ipsa prænuntiatus passurus. Secundum ipsam Scripturam resurgens, quia in ipsa prænuntiatus resurrecturus. Secundum ipsam Scripturam ascendens in cœlum, quia in ipsa prænuntiatus ascensurus. Posteaquam ascendit ignoratus a Judæis, cœpit mittere Apostolos suos ad gentes, et quodam modo excitare dormientes, et dicere? Surgite, recipite debitum, quod olim vobis promissum est! Quis est, qui excitat creditorem suum, et offert illi quod debet? Non enim gentes, quia debitorem habebant Deum, surrexerunt. Vocatæ sunt, in Scripturam intendere cœperunt, et ibi invenire, quia, quod accipiebant, jam olim ipsis promissum erat. Acceperunt Christum promissum, et exhibitum, acceperunt gratiam Dei, Spiritum sanctum promissum, et exhibitum, acceperunt ipsam Ecclesiam per omnes gentes, dispersam. promissam, et exhibitam. Idola, quæ colebant gentes, promiserat Deus se eversurum. Legitur in Scripturis; ibi illud invenis (*Isai.* II, 18; *Ezech.* VI, 6; *et Mich.* I, 7). Videtis quemadmodum hoc temporibus nostris fecit Deus, quod ante tot millia annorum promisit. Etenim converterant se homines ab eo, a quo facti erant, ad illud, quod ipsi fecerant. Et cum sit semper melior, qui facit, quam illud, quod facit, ideo melior est Deus non solum homine, quem fecit, sed omnibus Angelis, Virtutibus, Potestatibus, Sedibus, Thronis, Dominationibus, quia omnia ipse condidit (*Ephes.* I, 21; *et Coloss.* I, 16), ut sit inferius, quidquid facit homo, quam est ipse homo. Ad tantam dementiam ducti erant homines, ut adorarent idolum, qui damnare deberent. Si adorarent fabrum, qui fecerat idolum, manifestum est, fratres, quia faber melior, quam idolum, quod fecit. Et cum detestandi essent homines, si fabrum adorarent, ipsum idolum adorant, quod factum est a fabro. Detestandi essent adorando fabrum, sed meliores essent, quam qui adorant idolum. Si ergo damnantur meliores, quomodo plango pejores? Si vero adorantem fabrum damnandum esse dixi, qui dimittit fabrum, et adorat idolum, qui utique meliorem dimisit, ad inferiorem se contulit, quomodo damnandus est? Sed quem meliorem primo dimisit? Deum a quo ipse factus est. Imaginem Dei quærit. In se habet. Non enim potuit facere faber imaginem Dei, sed Deus potuit facere imaginem sibi. Non fecit autem aliud tibi, sed te ipsum fecit ad imaginem suam. Adorando autem imaginem hominis, quam fecit fa-

(*a*) Aut redundat: *in illis*, aut subintelliguntur prædicta, vel promissa.

(*a*) Lego: *data*.
(*b*) Fortasse legendum: *promissus*.

ber, conteris imaginem Dei, quam tibi impressit Deus. Ideo, cum te vocat, ut redeas, reddere tibi vult illam imaginem, qua tu ipse cupiditate terrena quodam modo confricando perdidisti, et obsoletasti (*a*).

VIII. Inde est, fratres, quod imaginem suam a nobis quærit Deus. Hoc commemorat Judæos illos, quando illi obtulerunt nummum. Primo enim tentare illum voluerunt, cum dicerent: *Domine, licet tributum dare Cæsari* (*Matth.* XXII, 17)? ut, si diceret ille: Licet; calumniarentur illi, quia in maledicto vellet esse Israel, quem volebat esse tributarium, ut subjugatus esset Regi, ut daret tributa. Si autem diceret: Non licet reddere tributa; calumniarentur illi, quia contra Cæsarem præciperet, et auctor esset, ut non redderent tributum suum, quod debebant, quia subjugati erant. Vidit tentantes, tanquam veritas falsitatem, et convicit breviter mendacium ex ore mentientium. Non enim dixit in illos sententiam, ex ore suo, sed fecit, ut illi in se dicerent sententiam, quia scriptum est: *Ex ore tuo justificaberis, et ex ore tuo damnaberis* (*Id.* XII, 37). *Quid me*, inquit, *tentatis? Hypocritæ, ostendite mihi nummum.* Ostenderunt. *Cujus* ait, *habet imaginem, et inscriptionem?* Responderunt: *Cæsaris.* Et ille: *Reddite ergo Cæsari, quod Cæsaris est, et Deo, quod Dei est* (*Id.* XXII, 18-21). Sicut Cæsar quærit imaginem suam in nummo tuo, sic quærit Deus imaginem suam in animo tuo. Redde Cæsari, ait, quæ Cæsaris sunt. Quid a te quærit Cæsar? Imaginem suam. Quid a te quærit Deus? Imaginem suam. Sed Cæsaris in nummo est, Dei imago in te est. Si quando nummum perdis, plangis quia imaginem Cæsaris perdidisti. Quando adoras idolum, non plangis, quia injuriam facis in te imagini Dei?

IX. Tenete ergo, fratres, pollicitationem Domini Dei nostri, et numerate jam ex illo numero pollicitationum suarum, quanta reddidit. Christus nondum erat natus. In Scriptura erat promissus. Reddidit illum. Natus est. Nondum erat passus, nondum resurrexerat. Et hoc reddidit. Passus, crucifixus, resurrexit. Passio ipsius præmium nostrum est. Sanguis ipsius redemptio nostra est. Ascendit in cœlum, sicut promiserat. Et hoc reddidit. Misit Evangelium per omnes terras. Ideo quatuor Evangelia esse voluit, ut significaretur quaternario numero totus orbis terrarum, ab Oriente et Occidente, ab Aquilone et Meridiano. Ideo duodecim Discipulos habere voluit, ut terni quodam modo per quatuor distributi videantur, quia in Trinitate vocatus est mundus, in Patre, et Filio, et Spiritu sancto. Reddidit hoc. Misit Evangelium, sicut prædixit. *Quam speciosi pedes evangelizantium eorum, qui annuntiant pacem, evangelizantium bona* (*Rom.* X, 15)! Sicut prædixit: *Non sunt sermones, neque verba, quorum non audiantur voces eorum. Per omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Psal.* XVIII, 4, 5). Quomodo dixit, sic misit. Evangelium per omnes terras scribitur. Etiam Ecclesia persecutionem primo passa est. Reddidit, quia et Martyres promiserat. Recita cautionem: *Pretiosa in conspectu Domini mors justorum ejus* (*Psal.* CXV, 15). Reddidit etiam Martyres, quia et ipsos promiserat. Quid postea reddendum erat? *Adorabunt in conspectu ejus omnes reges terræ* (*Id.* LXXI, 11). Crediderunt et reges, qui primo persequendo Martyres fecerant. Videmus ergo et modo reges credidisse. Reddidit etiam, quod promiserat, ut jubentibus regibus idola frangerentur, quibus primo jubentibus Christiani occidebantur. Abstulit etiam idola, quia promiserat: *Et in idolis nationum non erit respectus* (*Sap.* XIV, 1). Cum tanta ergo reddiderit, fratres, quare non illi credimus? Minus idoneus debitor est Deus? Si omnino nihil adhuc nobis reddidisset, idoneum debitorem tenebamus, qui fecit cœlum et terram. Non enim pauper futurus erat, ut non haberet, unde redderet, aut fallit, cum ipse sit Veritas, aut tanta potestas est Deus, cui possit succedi, ut non habeat tempus reddendi?

X. Justum est, fratres, ut credatur Deo, antequam aliquid reddat, quia utilibet mentiri non potest, fallere non potest. Deus est. Sic illi crediderunt Patres nostri. Abraham sic illi credidit. Ecce vere laudanda fides, et prædicanda. Nihil ab illo acceperat, et credidit promittenti. Nos nondum credimus, qui tanta jam accepimus. Numquid poterat illi dicere Abraham: Credam, quia illud mihi promisisti, et reddidisti? A primo jussu credidit, nihil tale aliud acceperat. *Exi de terra tua, dictum est illi, et de cognatione tua, et vade in terram, quam tibi dabo* (*Gen.* XII, 1). Et credidit statim, et non dedit illi ipsam terram, sed semini illius illam servavit, et semini ipsius promisit quid? *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (*Gen.* XXII, 18). Semen ipsius Christus, quia de Abraham Isaac, de Isaac Jacob, de Jacob duodecim, de duodecim populus Judæorum, de populo Judæorum Virgo Maria, de Virgine Maria Dominus noster Jesus Christus. Et factus est semen Abraham Dominus noster Jesus Christus, et quod promissum erat Abrahæ, invenimus impletum in nobis. *In semine tuo*, inquit, *benedicentur omnes gentes.* Credidit hoc, antequam aliquid vidisset. Credidit, et non vidit quod promittebatur. Nos autem videmus quod illi promissum est. Et quidquid illi promittebatur, futurum erat. Quid enim nondum reddidit Deus? Labores in sæculo isto futuros denuntiavit, et sanctos suos, et fideles suos futuros in laboribus, et fructum allaturos cum tolerantia (*Luc.* VIII, 15). Prænuntiavit, et videmus. Ipsis laboribus atterimur. Qui nondum labores prænuntiati sunt? Neque enim putetis, fratres, quia, quod videtis atteri res humanas modo, non est scriptum in Scriptura Dei. Totum scriptum est, et tolerantia indicta est Christianis, et magis futura bona, quia venerunt mala, quæ prædicta ventura erant. Nam si non venirent, quæ dicta (*a*) erant, etiam de bonis nobis fidem auferrent, sed ideo venerunt ante mala, ut credamus futura bona.

(*a*) Ita Tertullianus Augustini πατριωτης Apolog. c. 5. *obsoletant.* Scorp. c. 6. *obsoletassent.*

(*a*) Certe: *prædicta.*

XI. Modo mundus sic est, quomodo et torcular in pressuris est. Sed si amurca (*a*) es, per cloacas vades; si oleum, in gemellario (*b*) manes. Nam necesse est, pressuræ sint. Attendite amurcam, attendite oleum. Pressura fit aliquando in mundo, verbi gratia : fames, bellum, inopia, egestas, mortalitas, rapina, avaritia, pressuræ pauperum, labores civitatum. Sunt ista. Videmus. Et prædicta sunt futura, et videmus, quia sunt. Invenimus homines inter istas pressuras murmurare, et dicere : Ecce temporibus christianis quanta mala sunt! Ante tempora christiana quanta bona abundabant! Non erant tanta mala ista. De pressura amurca exit. Per cloacas currit. Os ipsius propterea nigrum est, quia blasphemat. Non splendet. Oleum relucet. Invenis autem alium hominem de pressura ipsa, et de ipsa tritura, quæ illum trivit. Numquid non ipsa tritura est, quæ illum trivit? Audistis vocem amurcæ, audite vocem olei. Deo gratias! Benedictum nomen tuum! Ista omnia mala, quibus nos conteris, prædicta erant. Securi sumus, quia ventura sunt et bona. *Quando nos, et mali simul emendamur, fit voluntas tua. Te novimus Patrem promittentem, te novimus* Patrem flagellantem. Erudi nos, et redde hæreditatem, quam in fine promisisti. Benedicimus sanctum nomen tuum, quia nusquam fuisti mendax. Omnia, quemadmodum prædixisti, sic exhibuisti. In his laudibus de ipsa pressura emanantibus oleum currit in gemellario. Tamen quia torcular est totus iste mundus, unde etiam dicitur alia similitudo (*c*). Sicut in fornace probatur aurum et argentum, sic probat justos tentatio tribulationis; et de fornace aurificis similitudo ponitur. In angusto cacabo tres res sunt : Ignis, aurum, et palea. Et ibi vides imaginem totius mundi. Est ibi palea, est ibi aurum, est ibi ignis. Palea comburitur, ignis ardet, aurum probatur. Sic et in isto toto mundo sunt justi, sunt impii, est tribulatio. Mundus tanquam fornax est aurificis, justi tanquam aurum, impii tanquam palea, tribulatio sicut ignis. Numquid aurum purgaretur, nisi palea ureretur? Fit, quod impii ad cineres rediguntur. Cum enim blasphemant, et murmurant contra Deum, cinis efficiuntur. Ibi aurum purgatum justi, qui tolerabiliter ferunt omnes molestias mundi, et in suis tribulationibus laudant Deum, ut aurum purgatum, rediguntur in thesauros Dei. Habet enim Deus thesauros, quo mittat aurum purgatum; habet etiam loca sordida, quo mittat cinerem paleæ. De isto mundo totum exigit. Tu vide, quid sis. Nam necesse est, ut veniat ignis. Si aurum te invenerit, sordes tollet; si paleam te invenerit, comburet, et ad cinerem perducet. Elige tibi, quid sis. Nam non potes dicere : Sine igne ero. Jam in fornace es aurificis, *quo* necesse est, veniat ignis. Magis te ibi esse necesse est, quia sine igne esse non poteris.

XII Quare ergo non credimus, fratres, et venturum finem sæculi, et diem judicii, ut ibi recipiat unusquisque nostrum ea, quæ gessit in corpore, sive bonum, sive malum? Quando videmus tot res promissas, exhibitas, et datas, quare non nobis eligimus, cum vivimus, illud, ubi semper vivamus? Puta, quia negligentes fuimus, hodie simus diligentes. Negligentes non debemus semper (*a*) esse. Crastinus dies, nescis, quid sit. Dei patientia id agere nos admonet, ut et nos, et vitam nostram, si mala fuerit, corrigamus, et, cum tempus est, meliora eligamus. An putatis, quia Deus dormit, et non videt facientes mala? Sed forte patientiam nos docet, et patientiam prior exhibet. Invenit autem hominem forte profecisse, et non facere, quod faciebat, id est, malum. Patitur iste aliquem malitiosum, et vult, ut tollat illum Deus, et murmurat adversus Deum, quia retinet inimicum ipsius fortem, et male facientem, et non *illum tollit*. Oblitus est, quia in ipsum patienter egit, et si prius agere vellet severiter, non esset qui loqueretur. Severitatem exigis Dei? Quia tu transisti, transeat et alter. Non enim, quia tu jam transisti, præcidisti pontem misericordiæ Dei. Adhuc est, qui transeat. Fecit te bonum, cum esses malus, vult et alium, ut sit et ipse bonus ex malo, sicut tu ex malo factus es bonus. Sic omnes veniunt ordinibus suis. Sed alii nolunt venire, alii veniunt. Talibus enim dicit Apostolus : *Tu autem secundum duritiam cordis tui, et cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua* (*Rom.* II, 5). Deinde si malus vult perseverare in malo, non est socius tuus, sed erit probator tuus. Etenim, si malus est, et tu bonus, tolerando malum probaris bonus. Tu accipies coronam probationis tuæ; ille autem habebit pœnam in malo perseverationis suæ. Deus autem, quid agat, patienter expectemus bonam ejus patientiam, paternam ejus disciplinam. Pater est, benignus est, misericors est. Magis si dimiserit nos fluere, tunc male irascitur nobis.

XIII. Attendite enim, fratres, et videte Amphitheatra ista, quæ modo cadunt. Luxuria illa ædificavit. Putatis, quia illa pietas ædificavit? Non illa ædificavit nisi luxuria hominum impiorum. Non vultis, ut aliquando cadat, quod luxuria ædificavit, et surgat, quod pietas ædificat? Permisit enim Deus, quando ista ædificabantur, ut quandoque cognoscerent homines mala sua, quæ faciebant. Sed quia noluerunt cognoscere, venit Dominus Jesus Christus, cœpit illis mala sua prædicare, cœpit evertere, quod pro magno habebant, et dicunt : Mala sunt tempora christiana. Quare? Quia evertitur tibi, ubi moriebaris. Sed : Abundabant, inquiunt, omnia bona, quando ista fiebant. Utique sic, ut bona de illis fierent. Si ergo nosti, quia dedit tibi Deus aliquando abundantiam,

(*a*) Ἀμοργη ab Ἀμεργω, prima fæx olivarum premi incipientium. Vide *Plin. L. XV.* c. 18. Memorat Noster et alibi.

(*b*) Columellæ *Gemellar. L. XII.* c. 50. Noster in *Psal. CXXXVI.* T. IV. *col.* 1518. *Oleum in Gemellaria non videas.* An igitur rectius *Gemellorium*, an *Gemellaria?* Vas fortasse duplex a *Gemellis.*

(*c*) Locus turbatus : Quid si legas : *Tamen, quamvis — inde etiam ducitur alia similitudo.* Subolet pariter in mox sequentibus aliqua interpolatio.

(*a*) *Non semper* pro *nunquam.*

et male usus es, et ad perditionem usus es, vide, quia abundantia illa fecit te fluere, et perdere animam tuam. Nonne venit severus pater, et cœpit dicere : Indisciplinatus est puer iste. Commi-i illi hoc, aut illud. Quomodo illud perdidit, et illud. Si nos semen terræ, nisi bona fuerit, non damus, ne semen intereat, quomodo vultis, ut Deus nobis indisciplinatis, et negligentibus vitam nostram det abundantiam suam ad male utendum, et non vultis, ut præcidat Deus defluxus hominum? Fratres mei, medicus est, et membrum putre novit præcidere, ne putrescant inde et alia loca. Unus, inquit, digitus inde præciditur; quia melius est, ut unus digitus minus sit, quam totum corpus putrescat. Si hoc homo medicus per artem suam facit, si ars medicinæ aliquam partem membrorum tollit, ne omnia putrescant, quare Deus, quidquid novit putre esse, non secet in hominibus, ut perveniant ad salutem?

XIV Nolite ergo, fratres, tardiari (*a*) ad Deum flagellantem, ne dimittat vos, et in æternum pereatis, sed magis rogemus illum, ut moderetur ipsas plagas, et sic temperet, ne sub ipsis deficiamus, et rogemus, ut emendet cum salute, metiatur, et reddat postea, quod promisit sanctis suis. Videte, quid dixit Scriptura : *Irritavit Dominum peccator. Secundum magnitudinem iræ suæ non exquiret* (*Psal.* x, 4). Quid est : *Pro magnitudine iræ suæ non exquiret?* Quia multum irascitur, *Non exquiret*, id est, dimittet illos perire. Si ergo multum irascitur, quando non exquirit, etiam multum misericors est, quando exercet. Tunc autem exercet, quando flagellat, quando cor nostrum affigit ad se. Teneamus ergo salutare ejus, et non fugiamus flagellum ipsius. Hoc nos docet, hoc monet, in hoc nos ædificat. Ipse filius ipsius, qui ad hoc venit, ut consoletur nos, quid boni hic pertulit? Dicite mihi. Certe Filius Dei est, Verbum Dei est, per quod facta sunt omnia. Quid boni hic pertulit? Non ipse est, qui, cum dæmonia ejiceret, tales contumelias audiebat, ut diceretur illi : *Dæmonium habes* (*Joan* VII, 20)? Filio Dei, qui dæmones ejiciebat, Judæi dicebant : *Dæmonium habes*. Jam meliores dæmones, qui confitebantur Filium Dei, quam illi (*Luc.* IV, 41). Nam et illi confitebantur, et illi non confitebantur Tanta autem erat potentia illius, et tanta magnitudo, et tanta patientia, ut omnia toleraret. Flagellatus est, contumelias audivit, alapas accepit, consputus est in faciem, spinis coronatus est, irrisus est, delusus est, ad extremum ligno suspensus interfectus est, postea sepultus est. Filius Dei tanta hic pertulit. Si Magister, quanto magis Discipulus. Si ille, qui nos creavit, quanto magis nos creatura illius. Qui, ut nobis exemplum daret, patientiam nobis dimisit. Quare nos deficimus in ipsa patientia, quasi caput nostrum perdiderimus, quod nos præcessit ad cœlum? Ideo enim caput nostrum præcessit ad cœlum, tanquam dicens : Ecce qua. Venite, per molestias, per patientiam. Hæc est via, quam vobis tradidi. Sed quo ducit via, qua me videtis ascendere? In cœlum. Qui non vult hac ire, non vult illuc pervenire. Qui vult ad me pervenire, per viam veniat, quam monstravi. Et non potestis pervenire, nisi per viam molestiarum, dolorum, tribulationum, angustiarum. Sic pervenies ad requiem, quæ tibi non tollitur. Si autem vis istam requiem, quæ est ad tempus, et recedere a via Christi, observa tormenta Divitis illius, qui apud inferos torquebatur, qua et ipse requiem præsentem desideravit, et pœnas sempiternas invenit. Fratres charissimi, eligite potius duriora, quæ sine fine requiem habebunt in æternum. Conversi ad Dominum, etc.

(*a*) *Tædiare* apud Veget. Lamprid. Tertull. etc.

SERMO XXV.

De verbis Evangelii Matth. XII, *vers* 41-50. Ecce plus quam Jonas hic, etc (*a*).

SYNOPSIS.

I. Judæi deteriores Ninivitis, et Regina Saba. II. Quomodo hominis a spiritu immundo liberati novissima fiant pejora prioribus. III. Parentes a Christo docentur, non impedire filios in bono opere. IV. Cum Christus nascendo utrumque sexum honoraverit docetur officium Prolium. V. Refelluntur Manichæi asserentes Christum non habuisse Matrem. VI. Concluditur contra Manichæos Christum habuisse matrem. VII. Unde Mariæ Virginis excellentia. VIII. Quomodo Christianus fieri possit mater Christi.

I. Ea, quæ de sancto Evangelio recitata sunt, fratres charissimi, si omnia pertractare cupiamus, vix tempus sufficit singulis, quanto magis non sufficit omnibus. Jonam prophetam, qui dejectus in mare belluæ marinæ utero exceptus est, et die tertia vivus emovitus, figuram gessisse Salvatoris, qui passus est, et die tertia resurrexit, ipse Salvator ostendit. Accusatus est populus Judæorum in comparatione Ninivitarum, quoniam Ninivitæ, ad quos missus est redarguendos (*b*) Jonas propheta, agendo pœnitentiam iram Dei placaverunt, et misericordiam meruerunt. *Et ecce, inquit, plus quam Jonas hic* (*Matth.* XII, 41), volens intelligi se ipsum Dominus Christus. Audierunt illi servum, et vias suas correxerunt; audierunt isti Dominum, et non solum se non correxerunt, sed insuper illum occiderunt. *Regina Austri exurget*, inquit, *in judicio cum generatione hac, et condemnabit eam. Venit enim a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic* (*Ibid.* 42). Non fuit magnum Christo plus esse quam Jonas, plus esse quam Salomon. Ille enim Dominus, illi servi erant Sed tamen quales sunt, qui præsentem Dominum contempserunt, quando alienigenæ servos ejus audierunt?

II. Deinde sequitur : *Cum autem spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem et non invenit. Tunc dicit : Revertar in domum*

(*a*) In Codice *fol.* 89. inscriptus : *Feria quarta Hebdomadæ primæ de Quadragesima. Sermo sancti Augustini ep. contra Manichæos.* Contra hos posteriori parte subtiliter disputatur. Priora de Judæorum cæcitate, Peccatorum recidivis, Parentum, Proliumque officiis agunt. Tractatus inserendus post *Sermonem* XVII.

(*b*) Membranæ meudose : *sed arguendos.*

meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, et ornatam. Tunc vadit, et assumit secum alios septem spiritus nequiores se, et inhabitantes habitant in ea, et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ (*Matth.* XII. 43-45). Hoc ut intelligatur, si congruenter exponatur, multum sermo immorabitur. Breviter tamen attingam, quantum Dominus donat, ne vos ab hujus rei intellectu jejunos dimittam. Quando fit in Sacramentis remissio peccatorum, mundatur domus, sed habitator est necessarius Spiritus sanctus. Spiritus autem sanctus non habitat nisi humiles corde. Deus enim dicit: *Super quem requiescet Spiritus meus?* et respondet proposito: *Super humilem, et quietum, et trementem verba mea* (*Isai.* LXVI, 2). Ille ergo cum fuerit habitator, implet, regit, agit, frenat a malis, ad bona excitat, suavem facit justitiam, ut homo bene faciat amore recti, non timore supplicii. Hoc, quod dixi, agere per semetipsum homo minus idoneus est; sanctum autem Spiritum si habuerit habitatorem, ipsum in omnibus bonis etiam invenit et adjutorem. Superbi autem quidam, peccatis sibi remissis, si præsumpserunt ad bene vivendum de solo libero humanæ voluntatis arbitrio, ipsa superbia a se excludunt Spiritum sanctum, et remanet domus quasi mundata a peccatis, sed inanis omnibus bonis. Dimissa sunt peccata tua, caruisti malis, sed non te nisi Spiritus sanctus implebit bonis. Hunc repellit superbia. Præsumis de te, dimittit te. Confidis tibi, donaris tibi. Sed illa cupiditas, qua malus eras, repulsa ab homine, hoc est, a mente tua, quando remissa sunt peccata tua, vagatur per deserta quærens requiem, et non inveniens requiem redit ad domum illa cupiditas, invenit mundatam, *Adducit secum alios spiritus septem nequiores se, et erunt pejora hominis illius novissima, quam erant prima. Septem alios adducit secum.* Quid est, *Alios septem?* Ergo et ipse immundus spiritus septenarius est? Quid est hoc? Per septem universitas significatur. Totus ierat, totus venit, et utinam solus veniret. Quid est: *Adducit secum alios septem?* Quos non habebat, quando erat malus, habebit alios falso bonus. Intendite, ut, si possum, quantum adjuvor, explanem quod dico. Spiritus sanctus operatione septenaria commendatur, ut sit in nobis *Spiritus sapientiæ et intellectus, consilii, et fortitudinis, scientiæ, et pietatis, et timoris Dei* (*Isai.* XI, 2, 3). Huic septenario bono constitue a contrario septenarium malum: spiritum stultitiæ et erroris, spiritum temeritatis, et ignaviæ, spiritum ignorantiæ, et impietatis, et spiritum superbiæ contra timorem Dei. Isti sunt septem nequam. Qui sunt *Alii septem nequiores?* Alii septem nequiores in hypocrisi inveniuntur. Unus malus spiritus stultitiæ, alter pejor simulatio sapientiæ. Spiritus malus spiritus erroris, alter pejor simulatio veritatis. Spiritus malus spiritus temeritatis, alter pejor simulatio consilii. Spiritus malus spiritus ignaviæ, alter pejor simulatio fortitudinis. Spiritus malus spiritus ignorantiæ, alter pejor simulatio scientiæ. Spiritus malus spiritus impietatis, alter pejor simulatio pietatis. Spiritus malus spiritus elationis, alter pejor simulatio timoris. Septem non ferebantur, quis ferat quatuordecim? Necesse est ergo, ut, cum malitiæ fuerit addita simulatio veritatis, sint pejora hominis novissima, quam erant prima.

III. *Hæc eo loquente ad turbas* (Evangelium sequor) *mater ejus, et fratres ejus stabant foris volentes loqui cum illo. Nuntiavit ei quidam dicens: Ecce mater tua et fratres tui foris sunt, loqui tecum volunt. Et ille: Quæ mihi mater est, aut qui fratres? et extendens manum super Discipulos suos ait: Hi sunt mater mea, et fratres mei. Et quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse mihi frater, soror, et mater est* (*Matth.* XII, 46-50). Hinc solum vellem loqui, sed, quia superiora nolui præterire, non parvam partem temporis, quantum sentio, consumpsi. Hoc enim, quod modo proposui, multos habet sinus, nodosque quæstionis, quomodo pie Dominus Christus contempserit matrem, non qualemcumque matrem, sed quanto magis Virginem matrem, tanto magis talem matrem, cui sic attulit fœcunditatem, ut non adimeret integritatem, matrem Virginem concipientem, Virginem parientem, Virginem perpetuo permanentem. Talem matrem ille contempsit, ne operi, quod agebat, maternus se insereret, eumque impediret affectus. Quid enim agebat? Populis loquebatur, veteres homines destruebat, novos ædificabat, animas liberabat, vinctos solvebat, cæcas mentes illuminabat, bonum opus faciebat, in bono opere actu et sermone fervebat. Inter hæc nuntiatus illi est carnalis affectus. Audistis quid responderit, ut quid ego repetam? Audiant matres, ne impediant carnali affectu bona opera filiorum. Si enim voluerint impedire, et agentibus sic irruerint, ut saltem interpolent, quod differri non oportet, contemnentur a filiis. Audeo dicere: Contemnentur, pietate contemnentur. Et quando erit filio suo bono operi mente intento, et ideo matrem venientem contemnenti, quando erit irata mulier, sive maritata, sive vidua, quando contempta est Virgo Maria? Sed dictura es mihi: Ergo filium meum Christo comparas? Nec illum Christo comparo, nec te Mariæ. Non ergo Dominus Christus maternum damnavit affectum, sed contemnendæ matris pro opere Dei magnum in se ipso demonstravit exemplum. Et in loquendo doctor erat, et in contemnendo doctor erat, et ideo dignatus est contemnere matrem, ut pro Dei opere te contemnere doceret et patrem.

IV. Non enim poterat Dominus Christus homo fieri sine matre, qui potuit sine patre. Si oportebat, imo quia oportebat, ut homo fieret propter hominem, qui fecit hominem, considerate et recolite, unde ipsum primum hominem fecit. Primus homo factus est sine patre, sine matre. Quod potuit primo humanis instruendis rebus aptare, non potuit postea tale aliquid ad reparandas res humanas sibi coaptare? Difficile erat Sapientiæ Dei, Verbo Dei, Virtuti Dei, unigenito Filio Dei, difficile erat, quem sibi coaptaret, facere hominem, undecumque voluisset? Angeli se homines hominibus præbuerunt. Abraham sanctos Angelos pavit, et tanquam homines invitavit, nec tantum vidit;

sed et tetigit; nam pedes lavit (*Gen.* XVIII). Numquid illo, quasi per phantasmata ludicra, ab Angelis facta sunt? Si ergo potuit Angelus humanam speciem, cum voluit, veram exhibere, non potuit Dominus Angelorum, undecumque vellet, quem susciperet, verum hominem facere? Sed noluit hominem habere patrem, ne per concupiscentiam carnalem veniret ad homines, voluit tamen matrem, ut matrem haberet inter homines, quam pro Dei opere contemnendo doceret homines. Voluit sexum virilem suscipere in se, et muliebrem sexum honorare dignatus est in matre. Etenim antiquitus et fœmina peccaverat, et viro peccatum propinaverat (*Id.* III). Utrumque conjugium diaboli fraude deceptum est. Si veniret Christus vir non cum fœminei sexus commendatione, desperarent de se fœminæ, maxime, quia per illam lapsus est homo. Utrumque honoravit, utrumque commendavit, utrumque suscepit. De fœmina natus est (*a*). Nolite desperare, viri. Vir esse dignatus est Christus. Nolite desperare, fœminæ. De fœmina nasci dignatus est Christus. Ad salutem Christi sexus uterque concurrat. Veniat masculus, veniat fœmina. In fide nec masculus est, nec fœmina (*Galat.* III, 28). Docet ergo te Christus contemnere parentes tuos, amare parentes tuos. Tunc enim ordinate et pie amas parentes, quando Deo non præponis parentes. *Qui amat* (*Domini verba sunt*) *qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* (*Matth.* X, 37). His verbis quasi videtur admonuisse, ne amares. Imo, si attendas, admonuit, ut amares. Potuit enim dicere : Qui amat patrem aut matrem, non est me dignus. Non hoc dixit, ne loqueretur contra legem, quam dedit. Ipse enim legem illam per Moysen famulum suum dedit, ubi scriptum est : *Honora patrem tuum, et matrem tuam* (*Exod.* XX, 12; *et Deut.* V, 16). Non contrariam legem promulgavit, sed illam commendavit, et ordinem te docuit, non pietatem subvertit. *Qui amat patrem aut matrem, sed plus quam me.* Amet ergo, sed non plus quam me. Deus Deus est, homo homo est. Ama parentes, obsequere parentibus, honora parentes; sed, si te Deus ad aliquid amplius vocat, ubi possit impedimento esse parentalis affectus, serva ordinem, noli evertere charitatem.

V. In tanta veritate doctrinæ Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi quis credat calumniam quæsivisse Manichæos, qua conarentur asserere Dominum Jesum Christum non habuisse ullam matrem? Hoc enim sapiunt, imo desipiunt, quod Dominus Jesus non habuerit hominem matrem, contra Evangelium, contra lucem ipsius veritatis. Et, unde argumententur, attendite. Ecce, inquiunt, ipse dicit. Quid dicit? *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei* (*Matth.* XII, 48)? Ipse, inquiunt, negat, et tu ei vis imponere, quod negat. Ipse dicit : *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* et tu dicis : Habet matrem. O stulte, o contentiose, o merito odiose! responde mihi, unde scias dixisse Dominum : *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* Tu negas Christum habuisse matrem, et quod intendis, per hoc docere conaris, quia dixit : *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* Si alius existat, et dicat hoc Dominum Christum non omnino dixisse, unde convinces? Responde, si potes, ad hominem negantem, quod hoc dixerit Christus. Unde convinces, inde convinceris. Numquid enim, hoc se dixisse, in aurem tibi Christus ipse indicavit? Responde, ut ore tuo convincaris. Responde ut, hoc Christum dixisse, convincas. Novi, quod dicturus est Codicem sumam, Evangelium aperiam, verba ejus recitabo scripta in sancto Evangelio. Bene, bene. Ipso Evangelio tenebo te cum ipso, Evangelio alligabo te, de ipso Evangelio suffocabo te. In ipso Evangelio recita, quod pro te, putas. Aperi, lege. *Quæ est mater mea?* Quare hoc dixit, supra leges. Nuntiavit ei quidam : *Ecce mater tua, et fratres tui foris stant* (*Matth.* XII. 47). Nondum premo, nondum teneo, nondum suffoco, Adhuc potes dicere : Ille quidem falsus nuntius fuit, non verum dixit, mendacia suggessit. Propterea Dominus falsum nuntium refutavit. Post nuntium quippe ejus respondit : *Quæ est mater mea?* Quasi diceret : Tu dicis : Foris stat mater tua. Ego dico : *Quæ est mater mea?* Cui vis, inquit, credamus? Nuntio suggerenti, an, quod nuntiaverat, Christo respuenti. Audi ergo. Adhuc interrogo te. Tantum Evangelium tene. Noli mihi codicem projicere post te. Tene, da auctoritatem Evangelio, quam nisi dederis, non erit unde probes Dominum dixisse : *Quæ est mater mea?* Cum vero auctoritatem dignam tribueris Evangelio, vide quid interrogem. Paulo ante interrogaveram, unde scires utrum dixerit Christus : *Quæ est mater mea?* Quid præcesserat? Nuntius quidam dixerat Christo : Mater tua foris stat. An equam hoc diceret nuntius, vel, ut hoc diceret nuntius, quid præcessit? Cogo (*a*), ut legas. Video te jam timere, ne legas. *Respondit Dominus, et dixit.* Quis dixit? Non dico, quis dixit : *Quæ est mater mea?* respondebis enim : Dominus dixit. *Respondit Dominus*, quis dixit? Responsurus es : Evangelista dixit. Evangelista iste verum dixit, an falsum? Dicturus es, quod verum dixit, an (*b*) falsum. *Respondit Dominus, et ait illi*, quod Evangelista dixit, verum dixit, an falsum? Si dicturus es falsum dixisse Evangelistam, Dominum respondisse, unde scis : *Quæ est mater mea?* Dominum dixisse? Si autem propterea convincis : *Quæ est mater mea?* Dominum dixisse, quia hoc eum dixit Evangelista dixisse, non convincis hoc Dominum dixisse, nisi credideris Evangelistæ. Jam si credis Evangelistæ, quia nihil dicis, si non credideris Evangelistæ, lege superius quid dixerit ipse Evangelista.

VI. Quandiu tibi moras facio! Quandiu te suspendo! Beneficium est, ut cito vincaris. Attende, inspice, lege. Video te nolle. Da codicem. Ego lego : *Hæc eo loquente ad turbas.* Quis hoc dicit? Evangelista, cui si non credis, nihil Christus dixit. Si nihil Christus dixit, *Quæ est mater mea?* Christus non dixit. Si autem, *Quæ est mater mea?* Christus dixit, verum est

(*a*) Addo : *vir*. Ita videntur exigere, quæ sequuntur.

(*a*) Fortasse : *Rogo*.
(*b*) In membranis : *an*, quod ὅλως videtur.

quod Evangelista scripsit. Vide, quid ante dixit. *Hæc eo loquente ad turbas, mater ejus et fratres ejus foris stabant, volentes loqui cum eo.* Nondum aliquid nuntius ille nuntiavit, quem potes dicere fuisse mentitum. Quid nuntiaverit vide, quid Evangelista præmiserit attende. ***Hæc Domino loquente ad turbas, mater ejus,*** *et fratres ejus foris stabant.* Quis hoc dicit? Evangelista, cui credis, Dominum dixisse: *Quæ est mater mea?* Sed si hæc dicta non credis, ut illa, Dominus ergo non dixit: *Quæ est mater mea?* Sed vere Dominus dixit: *Quæ est mater mea?* Crede ergo ei qui dixit, Dominum dixisse: *Quæ est mater mea?* Qui enim dixit, Dominum dixisse: *Quæ est mater mea?* ipse dixit: *Hæc eo loquente, foris stabat mater ejus.* Quare ergo negavit matrem suam? Absit! Intellige. Non negavit, sed aliquid, quod faciebat, matri præposuit. Postrema sola (*a*) causa est quærere, quare Dominus dixerit: *Quæ est mater mea?* Prima causa est videre, quod habuerit, de quo diceret: *Quæ est mater mea?* Habuit, foris stabat, loqui cum eo volebat. Dic mihi, unde scis? Evangelista dicit, cui si non credidero, nihil Dominus dicit. Ergo habuit matrem; sed quid est: *Quæ est mater mea?* Ad ista, quæ ego facio, *Quæ est mater mea?* Si dicas alicui periclitanti, et patrem habenti: Liberet te pater tuus; quem scit ille non esse idoneum liberando filio suo, nonne respondet tibi summa pietate, integra veritate: Quid est pater meus? Ad hoc quod volo, ad hoc quod mihi nunc opus esse sentio, quid est pater meus? Ad illud ergo, quod agebat Christus, quod vinctos solvebat, cæcas mentes illuminabat, interiores homines ædificabat, templum spirituale sibi fabricabat, quæ est mater ejus? Sed si putas ideo Christum non habuisse matrem in terra, quia dixit: *Quæ est mater mea?* nec Discipuli ejus habuerunt patres in terra, quia dixit eis ipse Dominus: *Ne vobis dicatis patrem in terra.* Domini verba sunt: *Ne vobis dicatis patrem; unus est enim Pater vester Deus* (*Id.* XXIII, 9). Non patres non habebant, sed ubi venturum est ad regenerationem, quæratur pater regenerationis, non damnetur pater generationis, sed ei præponatur pater regenerationis.

VII. Ecce illud magis attendite, charissimi fratres mei, illud magis attendite, obsecro vos, quod ait Dominus Christus extendens manum super Discipulos suos: *Hæc est mater mea, et fratres mei. Et qui fecerit voluntatem Patris mei, qui me misit, ipse mihi et frater, et soror, et mater est.* Numquid non fecit voluntatem Patris Virgo Maria, quæ fide credidit, fide concepit, electa est, de qua nobis salus inter homines nasceretur, creata est a Christo, antequam in illa Christus crearetur? Fecit, fecit plane voluntatem Patris sancta Maria, et ideo plus est Mariæ, discipulam fuisse Christi, quam matrem fuisse Christi. Plus est felicius discipulam fuisse Christi, quam matrem fuisse Christi. Ideo Maria beata erat, quia, et antequam pareret, magistrum in utero portavit. Vide, si non est, quod dico. Transeunte Domino cum turbis sequentibus, et miracula faciente divina, ait quædam mulier: *Felix venter, qui te portavit* (*a*). *Beatus venter, qui te portavit.* Et Dominus, ut non felicitas in carne quæreretur, quid respondit? *Imo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt* (*Luc.* XI, 27, 28). Inde ergo et Maria beata, quia audivit verbum Dei, et custodivit. Plus mente custodivit veritatem, quam utero carnem. Veritas Christus, caro Christus. Veritas Christus in mente Mariæ, caro Christus in ventre Mariæ. Plus est, quod est in mente, quam quod portatur in ventre. Sancta Maria, beata Maria, sed melior est Ecclesia, quam Virgo Maria. Quare? Quia Maria portio est Ecclesiæ, sanctum membrum, excellens membrum, supereminens membrum; sed tamen totius corporis membrum. Si totius corporis, plus est profecto corpus, quam membrum. Caput Dominus, et totus Christus caput et corpus. Quid dicam? Divinum caput habemus, Deum caput habemus.

VIII. Ergo, charissimi, vos attendite. Et vos membra Christi estis, et vos corpus Christi estis. Attendite, quomodo sitis, quod ait: *Ecce mater mea, et fratres mei.* Quomodo eritis mater Christi? Et *Quicumque audit, et quicumque facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, et soror, et mater est* (*Matth.* XII, 49, 50). Puta, *Fratres* intelligo, *Sorores* intelligo; una est enim hæreditas, et ideo Christi misericordia, qui, cum esset unicus, noluit esse solus, voluit nos esse Patri hæredes, sibi cohæredes. Talis est enim illa hæreditas, quæ cohæredum multitudine angusta esse non possit. Intelligo ergo fratres nos esse Christi, sorores Christi esse sanctas et fideles fœminas; matres Christi quomodo possumus intelligere? Quid igitur? Audemus nos dicere matres Christi? Imo audemus nos dicere matres Christi. Dixi enim vos fratres ejus omnes, et matrem suam non auderem? Sed multo minus audeo, quod Christus dixit, negare. Eia, charissimi, intendite, quomodo sit Ecclesia, quod manifestum est, conjux Christi, quod difficilius intelligitur, sed tamen verum est, mater Christi. In ipsius typo Maria Virgo præcessit. Unde, rogo vos, Maria mater est Christi, nisi quia peperit membra Christi? Vos, quibus loquor, membra estis Christi. Quis vos peperit? Audio vocem cordis vestri: Mater Ecclesia. Mater ista sancta, honorata, Mariæ similis et parit, et virgo est. Quia parit, per vos probo. Ex illa nati estis, et Christum parit: nam membra Christi estis. Probavi parientem, probabo virginem. Non me deserit divinum testimonium, non me deserit. Procede ad populum, beate Paule. Esto testis assertionis meæ. Exclama, et dic, quod volo dicere. *Sponsavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (2 *Cor.* XI, 2). Ubi est ista virginitas? Ubi timetur corruptio? Ipse dicat, qui virginem dixit. *Sponsavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem*, inquit, *ne sicut serpens Evam seduxit versutia sua, sic et vestræ mentes*, inquit, *corrumpantur a castitate, quæ est in Christo.* Tenete in mentibus virginitatem mentis. Virginitas fidei catholicæ integri-

(*a*) Numquid: *solum?*

(*a*) Videtur redundare hæc sententia.

tas. Ubi corrupta est Eva sermone serpentis, ibi debet esse virgo Ecclesia dono Omnipotentis. Ergo in mente pariant membra Christi, sicut Maria in ventre Virgo peperit Christum, et sic eritis matres Christi. Non est longe a vobis, non est præter vos, non abhorret a vobis. Fuistis filii, estote et matres. Filii matris, quando baptizati estis, tunc membra Christi nata estis. Adducite ad lavacrum baptismatis, quos potestis, ut sicut filii fuistis, quando nati estis, sic etiam ducendo ad nascendum matres Christi esse possitis.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO PAPÆ VII.

BEATISSIME PATER,

QUANDOQUIDEM gratulandum mihi plane video quod illud fuerit sorte datum, ut novos quosdam Divi Aurelii Augustini Sermones in Codicibus Mss. Cassinensis hujus Archicœnobii delitescentes, omniumque oculis hactenus impervios nunc primum e blattis eruerem, lucisque usura donarem, patiare, quæso, BEATISSIME PATER, ut illorum TIBI specimen sistam, quod quidem, nec temere, in antecessum procudendum curavi. Istud, inquam, sermonum specimen BEATITUDINI TUÆ jure, meritoque sistendum putabam, tum quod monumenta exhibet pretiosissima Magni illius Ecclesiæ Doctoris, et Magistri, cujus doctrinæ præstantia, ac divina quædam celsitudo in Apostolicæ Sedis Tuæ culmine potissimum sibi semper propugnaculum vindicavit, tum quod illinc Sermones isti sunt deprompti, unde Benedictina Soboles est propagata, cui SANCTITAS TUA olim in minoribus emancipabatur, cujusque nunc et Parens existis, et Decus, et Præsidium. Renidentiori igitur fronte quam quisquam alius illos excipias ac benigniori veluti sinu foveas, præsentissimum iis columen præstans; ne quis pateat obtrectationi, invidiæque locus : eo vel magis quod Benedictina Familia illud fere privilegium non immerito sibi arroget, ut per suos præcipue Alumnos tanti Doctoris opera recognoscantur, illustrentur, edantur. Tu igitur votis, cœptisque annue, BEATISSIME PATER, quem dum Christianus Orbis Parentem publicum jamdiu colit, ac veneratur, simul et scientiarum, et Artium Mæcenatem, Patronumque beneficentissimum suspicit, ac miratur : Cujus demum Sanctissimis provolutus pedibus paternæ Benedictionis pignus in me, meumque Archicœnobium istud, Congregationemque universam quam humillime deposco.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimus, atque Obsequentissimus Filius

D. OCTAVIUS FRAJA FRANGIPANE MONACHUS CASSINAS.

Præloquium editoris.

CODICES manuscriptos Bibliothecæ hujus Cassinensis in novum catalogum digerere aggredienti, tum ad rerum materias, tum ad characterum formam, tum ad ætates ipsas æquiore qua possem lance expendendas, nihil mihi optatius, nec auspicatius contigisset unquam, quam ut in plerosque inciderem magni Doctoris Augustini sermones, quos in editis Exemplaribus, iisque probatissimis vel desiderari prorsus, vel pluribus intercipi lacunis perspexi. Horum aliquos licet enuntiatos invenerim in Bibliotheca Medicea cum Laurentiana Leopoldina, in illa S. Marci Venetiarum, aliisque, quarum exstant Catalogi Codicum Mss. typis impressi; de iis tamen singulis ibidem annotatum legi ab Editione exulare. Nonnullos vero ad numerum viginti quinque nuper reperi in lucem editos apud Germanos anno 1792 per Virum clarissimum Michaelem Denis Præfectum Bibliothecæ Vindobonensis; cæteros in tenebris adhuc delitescere dolui. Quibus lucem amplius invideri ægrius ferens nil potius habui, quam ut investigandis, si quæ forent, laciniis adlaborarem, ex quibus nimirum *unus et alter videretur assutus pannus :* neque enim me fugiebat mos ille præposterus, qui apud sequiores præcipue ætates invaluerat, concinnandi videlicet ex Patrum Excerptis unum aliquem veluti nothum partum, quem temere cui vellent adjudicarent. Verebar scilicet ne operam luderem, neve quid audacius molirer supra sedulam hoc in genere, vixque sane æquiparandam curam doctissimorum Monachorum Congregationis S. Mauri in sua Parisiensi Editione : meritoque etiam suspicabar ne cæterarum longe præclariorum Bibliothecarum dignitati, spectatæque præcellentiæ derogatum a me vel aliquantulum videretur.

Ad locupletiorem proinde rei evidentiam ipsos consulendos duxi præstantes doctrina Viros, et quavis fere exceptione majores, nec non alios egregios rerum hujusmodi æstimatores in variis Italiæ urbibus degentes, mihique litterarum familiaritate conjunctos, inter quos principem profecto locum tenet doctissimus Aloysius Vincentius Cassittus ex Prædicatorum Familia, cujus sagacitati solertiæque hac *in*

re plurimum et honorem testor, et gratiam; qui quidem omnes sermones istos (quot nempe præ oculis habuere) unanimi prope judicio novos pronuntiarunt, necnon et Augustinianam redolere dicendi formam : quin et ab iis additos mihi stimulos fateor, ad illos quam citius publici juris faciendos. Quorum mehercule gravissimorum hominum et stimulis, et votis amplius obluctari non valens, deque litterarum Republica præclare me meriturum confidens, iis morem gessi; illudque unum mihi cavendum statui, quod cautum cuique optimo novimus, ut ne quid falsi auderem, ne quid veri non auderem.

Et sane non inconsultum quoddam aucupandæ celebritatis studium, non præceps quædam judicandi libido, non ipsum denique in magnum Doctorem obsequium me illos Augustino vindicare jusserunt; at cum cæteris probatæ Critices præsidiis suffultus, tum una potissimum fretus fide Codicum, quos in reliquis omnibus ad unguem conspirare cum excusis Exemplaribus animadverti, quidni illorum auctoritati acquiescerem? Quod si qui forte vel dissonantia styli, qui dicitur, vel argumentorum levitate, vel alia quavis de causa non satis digni tanti Doctoris nomine inveniantur, quique proinde vel ut apocryphi expungendi, vel inter dubios videantur amandandi, prudentiorum judicium non moror; eosque peroptem linceis oculis instructos, quibus et Verlinus ipse, et Vindingus invideant.

Num vero ex stylo præcipue satis certum argumentum eliciatur ad auctorem definiendum hæret aqua. Perarduum sane, ac perdifficile dixerim, cæteris tamen paribus; illudque sit exemplo. In Homiliario Patris Combefisii sermo habetur : *Hodie verus sol :* (T. 1, pag. 519) quem Ipse Origeni adjudicatum refert, quem contra P. Bruni Divo Maximo vindicat, f. 413; Vallarsius putat inter Hieronymi apocrypha amandandum; Bibliotheca vero Laurentiana apud Bandinium Divo Ambrosio accenset. Anne Patrum stylus novus veluti Proteus in novas, et varias sese fingit species?

Ipse etiam Augustini stylus quantopere, quamque multis de causis varius sit, et multiplex, graphice exponunt ipsi Editores Monachi in Præfatione ad Tomum quintum : qui simul doctissime, ut assolent, persuadent unum in omnibus, eumdemque existere Augustini *spiritum*, quo veluti animatur illius stylus. *Ubique enim*, inquiunt, *agnoscitur Augustinus proprio quodam eloquentiæ gravis, ac seriæ genere, quod sibi lectorum animos subjicit, non lepore comptæ, et affectatæ elocutionis, sed efficacia quadam judicii, prudentiæ, pietatis.*

Neque illud hic prætereundum putem; dictiones ipsas, ac sententias, ipsasque fere periodos, quæ alicubi in Augustino occurrunt, in novis etiam istis sermonibus passim iterari. Cave tamen ex hoc laciniosos dixeris, dubiæque fidei : id ipsum enim præfati Editores sæpenumero deprehenderunt vel in ipsis authenticis Augustini partubus, et Augustinum legentibus ubique patet, in libris præsertim *De Quæstionibus*. Nonnulla autem in nonnullis sermonibus adesse, quæ et alibi adsunt, longe secus est ac sermones verbis ejus consarcinari. Ecquis autem neget S. Doctorem innumeros prope sermones aut ex tempore fundentem, aut scriptis consignantem facillime potuisse iisdem verbis nonnunquam easdem reddere sententias?

Quod si quis curiosius sciscitetur quî factum sit ut doctissimi illi Monachi nullibi sermones istos meminerint, percontari et mihi liceat, quî fieri unquam potuerit, ut meminissent, cum nec ipsos Cassinenses Codices in exornanda Augustini Editione vel a limine salutarint? idque ex eo vel maxime patet quod inter Manuscriptos omnes ab iis singillatim recensitos, et naviter collatos nostri prorsus silentio prætereantur. Nec tamen arguas eos idcirco fuisse posthabitos, quod vel ut minus probatæ fidei, vel ut apocryphi omnino in nullo habiti sint numero : nanique apocryphis saltem contentas Homilias accensuissent, uti pronum est colligere ex trina apud ipsos instituta sermonum classe; quos nempe integerrimis illis Editoribus libuit dispescere in authenticos, dubios, et apocryphos.

Si quem porro cupido incesserit dignoscendi penitius, qua potissimum de causa ea in Editione nulla Bibliothecæ Cassinensis habita sit ratio, fieri hoc potuit seu quod ipsa fuerit minus celebratæ famæ apud Gallos priusquam Mabillonius, Montfauconius, aliique hujusce subsellii homines suum illi testarentur honorem, seu quod ingruentia undique bella, quæ tunc temporis, ætate nimirum Ludovici Magni Regis Christianissimi Europam pene totam fatigabant, communicandi libertatem adimerent, ipsaque fortasse litterarum diribitoria præpedirent. Quod si hæc naso suspenderis adunco, nullo plane negotio evincerem ex syllabo Codicum quos contulere, hoc iis fuisse propositum, ut ex Bibliothecis Italis omnibus Vaticanam tantum, necnon et S. Crucis in Jerusalem de Urbe consulerent, reliquis universis posthabitis, vel ipsa nobilissima Medicea.

Ipsum autem Mabillonium, Montfauconium, cæterosque apud nos diversatos sæpe sæpius ad expiscanda litterarum, et vetustatis monumenta, quoad Homilias istas cæcutire pene visos esse, neque iverim inficias, neque mirari subit. Cum enim post adornatam jam Parisiensem Editionem eruditissimi illi hospites huc perrexerint, nullum putarunt pretium operæ ad Sermones istos attendere impensius, quos facile censebant cum reliquis omnibus luce donatos. Quin et suspicari merito licet Codices ipsos utpote sequioris ævi præ aliis longe remotiorum ætatum minime fuisse iis exhibitos; vel demum, quod multo verosimilius, tempus eos defecisse Codices nostros singulos trutinandi numero quidem supra quingentos. Idque Montfauconii ipsius exemplo liquido patet, qui cum cæterarum Bibliothecarum, tum et Cassinensis Codices omnes recensendo enumerat, quavis seclusa peculiari analysi. Quid quod et ab ipso in Bibliotheca Monasterii SS. Severini, et Sosii Neapoli Ordinis

S. Benedicti Codex inter cæteros recensetur, et describitur Num. 7, quin de thesauro illo nec nova proferat, nec vetera? Codex, inquam, tunc temporis Monasterio illi deputatus, nunc Bibliothecæ Vindobonensi plurimis ab hinc annis addictus, unde scilicet præfatus perspicacissimus Denisius novos Augustini sermones auspicatissimo elicuit; in quo hercle hanc nobis gloriam invidit non ita multis annis ante, vium tamen munire visus est ad confirmandam Codicum nostrorum authentiam.

Sed ad rem universam secundis curis recognoscendam, utque ex Horatiano præcepto *nonum prematur in annum*, certum mihi est decem duntaxat ex sermonibus hisce (quos complures datum est detegere) in præsens typis mandare *Specimînis* instar; atque eo vel magis quod frustrari ulterius spem publicam non liceret, neu quis illud in nos merito obgannire t: *Fortunati sua si bona norint.* Modicis vero, iisque pernecessariis annotationibus, animadversionibusque illos communire ad rem duxi, ubi et in antecessum annotatu dignum est illos e Codicibus Membranaceis prodire, et quidem sæculi ut plurimum X, et XI, characteres Longobardos præ se ferentibus, ad typum porro eorum, quos exhibet Mabillonius de Re Diplom. Tom. I, Num. 4, ex Codice Chisiano sign. Num. 1521, et Num. 5, ex Codice Mediceo Laurentiano; quosque et idem P. Bruni annotat in Editione Rom. S. Maximi; quos et Trombellius refert in sua Arte interuoscendæ ætatis Codicum Latinorum, et Italorum pag. 79, quos denique et P. Blasi meminit in serie Principum, qui Longobardorum ævo Salerni imperarunt. Tab. III. Num. III. Quibus Codicibus omnibus licet solertissimi isti Diplomatices Magistri nullam præscripserint ætatem, cum characteres Longobardi diu obtinuerint, comparati illi tamen cum Cassinensibus, cum eo inprimis, qui signatur exterius Num. 148, interius vero annum refert decimum supra millesimum, vix alter ab altero videtur internosci. Quod satis superque innuit, quotquot eosdem præ se ferunt characteres nonnisi ad sæculum X, sive XI, referri oportere.

In hisce autem Cassinensibus Codicibus ut bene multa insunt Augustini opera, sic et duplicem licuit dignoscere sermonum classem. Prima suæ integritati restituit mutilos, et imperfectos jam typis vulgatos, sarcitque fragmenta, et lacunas, quibus restaurandis Maurini Editores locupletiora expetissent Exemplaria. Sic enim ad sermonem in Natali Domini, qui et hic prodit quarto loco, annotantes dolent: *Sunt et alii quidam loci forte minus integri; sed iis sanandis necessaria Exemplaria nos deficiunt.* Secunda e tenebris evocat sermones quos tum Possidius in *Indiculo*, tum et alia æque certa indicia e regulis sanæ Critices hausta fidem faciunt fuisse illos ab Augustino elucubratos, attamen deperditos nonnisi vota supererant assequendi.

Harum Classium specimen in decem istis Homiliis deprehendere est; quarum priores quatuor ad priorem classem, posteriores sex ad secundam revocantur. Quod superest, præmonere juvat, Codices istos eosdem plane esse ac qui exarati leguntur jussu Theobaldi, et Desiderii Abbatum Cassinensium, quorum posterior ascito dein nomine Victoris III clavum tenuit Ecclesiæ, meruitque in Sanctorum Album cooptari: cujus quidem rei testis est locuples Leo Ostiensis (Lib. 2. Chron. c. 51, et lib. 3, c. 63.) qui apud Baronium dicitur *integerrimæ fidei*, quique Codices singulos enuntiat, quamvis plures temporum injuria deperierint, non semel expilata Bibliotheca Cassinensi. Characterum forma, ipsaque ætas nonnullis per eamdem manum apposita rem videntur conficere.

Ii vero Codices, licet elegantissima characterum forma, et splendidissimo maximarum Litterarum ornatu præoptandum nil habeant, tamen non satis accurate conscripti sunt. Quamvis enim librarius ipse, vel quivis alius ferme ejus æqualis qua interscribendo, qua ad marginem notando, qua eradendo litteras correxerit errata, non raro tamen vel neglectu verborum intercipitur dictionis sensus, vel maculatur mendo, vel solœcismo. In quibus emendandis eo usque mihi licuit, quod ex collatione Codicum inter se germanam lectionem successerit adipisci. Ut autem in sermonibus jam a Parisiensibus vulgatis, sed nostrorum Codicum fide instauratis, facilius internoscatur, quid nunc primum publici juris fiat, visum est idipsum litteris, quas Italicas dicunt, monere (1); seduloque opportunis animadversionibus annotare quæcumque Editio Parisiensis aut varie legit, aut lectioni nostrorum Codicum supplet: quæ vero annotanda occurrunt, ut diximus, ea vel sermonum initio præfiguntur, vel ad oram paginæ differuntur. Permagni quippe intererat sermonum istorum perspicuitati, dignitatique pro viribus consulere; nec mediocris in eo collata diligentia est.

Num vero cœptis e sententia successerit, severioris Censuræ judicium esto: quæ utinam *nec vexet Columbas*, dicam cum Juvenali, *nec veniam det Corvis!*

[1] In præsenti vero nostra Editione inter uncinos posuimus loca deprompta.

NOS D. STEPHANUS ALESSANDRI

ABBAS S. BENEDICTI SUBLACI, PROCURATOR GENERALIS, ET DELEGATUS APOSTOLICUS CONGREGATIONIS CASINENSIS.

Cum D. Octavius Fraja Frangipane Congregationis Nostræ Monacus, et in Archicœnobio S. Benedicti Montis Casini Tabularii, et Bibliothecæ Custos, Nobis constare fecerit sequentes decem Sermones in Codicibus

MSS. qui in præfato Tabulario asservantur, conscriptos reperiisse Sancto Doctori Augustino attributos, tenore præsentium, quantum nostra interest, eos publici juris faciendi facultatem eidem in Domino concedimus.

Dat. Romæ ex Æd. S. Callixti die 6. Decembris 1819.

D. STEPHANUS ALESSANDRI Ab. Proc. Gen. et Delegatus Apost.

L † S

D. ALOYSIUS BELMONTE PRO-CANC.

SANCTI AURELII AUGUSTINI,

HIPPONENSIS EPISCOPI SERMONES X

EX COD. CASSINEN. RECENS EDITI.

SERMO I.

(a) De decem plagis, et decem præceptis, quæ per Mosen data sunt Populo Judæorum.

Sermonem hunc ediderunt Maurini (Tom. V. Column. 41), uti fragmentum ex Eugipio, et in manuscriptis Regio, et Victorino repertum. Eumdem integritati quidem restituit Codex Casinensis n. 17., cui titulus Augustini Sermones de verbis Domini, et de aliis, *sed incuriosius exscriptum emendat Codex num. 13 inscriptus* Eugipii sententiæ excerptæ ex libris Augustini, *in quo tamen nonnisi vulgatum fragmentum adest, paucis variantibus. Si quæ supersunt menda, intemerata servavi, quippe qui unicum illum Codicem nactus fuerim ex tot MSS. Casinensibus Sermonem hunc integrum exhibentem Sunt autem in illo Codice 26 Sermones de verbis Domini eodem ordine dispositi, quos ediderunt Lovanienses; hos excipiunt 58 alii quorum 27 in Editione Maurina, 23 in nupera appendice Denisii, 8 denique vel ex parte, vel ex toto adhuc sub cinere latebant.*

I. [Domino Deo nostro, cujus cultores sumus, in laude dictum est quodam Scripturarum loco: *Omnia in mensura, et numero, et pondere disposuisti* (*Sap.* XI, 21). Deinde Apostolica doctrina edocemur *Ea quæ facta sunt intellecta conspicere, et ea, quæ latent per manifesta investigare* (*Rom.* I, 20). Unde interrogata quodam modo ubique creatura, Dominum Deum se artificem habere, ipsa speciei suæ voce, respondet. Deinde Apostolus Paulus ea quæ scripta sunt in libris Veteris Testamenti in figura contigisse commemorat: *Scripta autem sunt*, inquit, *ad correptionem nostram, in quos* (*a*) *finis sæculorum obvenit* (1 *Cor.* X, 11). Proinde, charissimi, ea quæ videntur in rerum natura fortuito provenire interrogata diligenter, atque discussa, et prudenter vestigata, et inventa laudem intimant Creatoris, divinamque Providentiam per cuncta diffusam, et disponentem suaviter omnia, ut dictum est, cum *Attingit a fine usque in finem fortiter* (*Sap.* VIII, 1). Quanto magis ea, quæ non solum (*b*) faverunt, sed etiam divinis Litteris commendata recitantur? Unde propositam nobis a fratribus quæstionem, imo inquisitionem, et disputationem, quid sibi velit quod decem plagis percutiuntur Ægyptii, et decem præceptis instituitur populus Dei, suscipimus in nomine Domini Dei nostri, adjuvante ipso, et donante, adveniente nobiscum pia intentione cordis vestri, quantum possumus explicare. Arbitramur enim ipsum adjutorium etsi non propter nos, certe propter vos, ut ea dicamus certe, quæ (*c*) didici, et audiri ut ille est, ut in via veritatis ejus pariter ambulantes, et ad patriam pariter festinantes, insidiatores itineris nostri, agnoscendo voluntatem legis, evitare merea-

(*a*) Maurini hunc enuntiant *de decem plagis, et decem præceptis*. Codex Eugipii habet: *Expo itio decem præceptorum, salva firmitate sui ad litteram fundamenti, ex Decalogi expositione ad Populum*. Augustinus in Psal. 77. num. 27. hunc memorat, et ibi compendiose explicat decem plagas.

(*a*) Juxta versionem antiquam, seu Italam Scripturæ Textus recitat Augustinus, qui versionem illam L. 2. De doct. Chr. c. 15. cæteris præferendam dicit. Utinam id advertisset clarissimus Denisius! Qui non sic temere censuisset in Sermone de Laude Cerei nota (*b*): *lapsus videtur memoria auctor apem formicis Proverb.* 6. 6. *substituens*; adinvenisset enim apud Italam post LXX. proferri exempla tum apis, tum formicæ.

(*b*) Sic in Codice.

(*c*) Locus intricatus, profecto irrepsit mendum librarii.

mur. Decem sunt plagæ, quibus Pharaonis percussus est populus; decem sunt præcepta, quibus populus Dei instructus est. Videamus ergo, fratres, quomodo corporaliter facta, spiritaliter intelligenda sunt. Non enim negamus esse facta, ut putemus tantum dicta, atque conscripta, non facta; sed facta credimus quemadmodum facta legimus, et tamen ipsa facta umbram fuisse futurorum Apostolica Doctrina cognoscimus. Putamus ergo spiritualiter esse investiganda, quæ facta sunt, facta tamen esse. Nemo ergo dicat: Scriptum est quidem aquam conversam in sanguinem in plaga Ægyptiorum; sed significat aliquid; non enim revera fieri potuit. Hoc qui dicit, ita quærit voluntatem Dei, ut injuriam faciat potentiæ Dei. Qui enim, si dicendo significare potuit, etiam faciendo non potuit? An non? Non est natus Isaac, aut non Ismael? Nati erant, homines erant, ex Abraham nati erant, et *Unus ex ancilla, alter de libera* (*Galat.* IV, 22). Quamvis ergo homines fuissent, quamvis nati essent, figurarunt tamen duo Testamenta, Vetus, et Novum. Ita (*a*) » prius in fundamento posita rerum gestarum firmitate (1) significantia debemus inquirere, ne subtracto fundamento in aere velle ædificare videamur. « Arbitror enim omnes qui decem legis præcepta contemnunt, et non observant, spiritaliter pati ea, quæ Ægyptii corporaliter passi sunt. Hoc propositum donec adjutorio Dei explicem, intentos vos volo, et orantes pro nobis, ut dicamus vobis. Quod enim ad nos pertinet fortasse cogitamus, quod autem loquimur vobis servimus. Illud ergo prius accipite ne in numero fallamini (2) ad plagas istas] decem non pertinere quod primo factum est signi causa, ut virga in serpentem converteretur. Aditus enim (3) erat iste ad Pharaonem, quo commendabatur (4) Moses educturus ex Ægypto populum Dei (*Exod.* VII, 10); nondum autem contumaces feriebantur, sed divino signo jam terrebantur. [Neque opus est, neque propositum nobis est de ipsa virga in serpentem conversa aliquid dicere. Verumtamen quia ejus mentionem necessitate fecimus, ne quis in numero erraret, nec debet in cujusquam auditoris animo tanquam non intellectæ rei scrupulus remanere (*b*), breviter dicimus (5),] virgas significare regnum Dei, idemque regnum esse utique populum Dei, serpentem autem tempus mortalitatis hujus; mors enim a serpente propinata est. Tanquam ergo cadentes de manu Domini in terram mortales effecti sunt; unde projecta virga ex manu Mosi serpens effecta est. Fecerunt et Magi (6) similiter: virgis eorum projectis, serpentes facti sunt. Sed prius serpens Mosi, id est, virga Mosi, devoravit omnes serpentes Magorum; tunc demum cauda comprehensa identidem virga facta est, et (1) regnum remeavit ad manum. Sunt enim virgæ Magorum populi impiorum. Qui autem populi impiorum? Victi Christi nomine; cum in ejus corpus transferuntur, tanquam a serpente Mosi devorantur: donec (2) redeamus ad regnum Dei, sed in finem mortalis sæculi, quod significat cauda serpentis, magnum signum fiat. Audistis quæ debeatis desiderare, audite quæ debeatis vitare.

II. Primum præceptum in Lege de colendo uno Deo: *Non erunt*, inquit, *tibi Dei alii præter me* (*Exod.* XX, 3). Prima plaga Ægyptiorum aqua conversa in sanguinem (*Id.* VII, 20).

III. Compara primum præceptum primæ plagæ. Deum unum ex quo sunt omnia (3) in similitudinem intellige aquæ, ex qua generantur omnia. Quo autem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem (4)? Quid ergo conversio aquæ in sanguinem? nisi quia *Obscuratum est insipiens cor* (5) *ipsorum? dicentes enim* (6) *se sapientes, stulti facti sunt, et commutaverunt gloriam* (7) *incorrupti Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*. Gloria incorruptibilis Dei (*a*) sicut aqua, similitudo imaginis corruptibilis hominis sicut sanguis. Et hoc quidem fit in corde impiorum, nam Deus incommutabilis manet; neque enim (8) quia Apostolus dixit: *Commutaverunt*, ideo mutatus est Deus.

IV. Secundum præceptum: *Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum, qui enim* (9) *accepit nomen Domini Dei in vanum, non mundabitur* (*Id.* XX, 7). Nomen Domini Dei nostri Jesu Christi veritas est, ipse enim dixit: *Ego sum veritas* (*Joan.* XIV, 6). Veritas ergo mundat, vanitas autem inquinat. Et quoniam qui loquitur veritatem (10) *De Dei veritate loquitur; qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur* (*Id.* VIII, 44): veritatem loqui est rationabiliter loqui; vanitatem (11) loqui est strepere potius quam loqui: merito, quia secundum præceptum est dilectio veritatis, cui contraria est dilectio vanitatis. Loquitur autem veritas (12), est per strepitum vanitas. Huic præcepto secundo contrariam (13) videsse secundam plagam. Quæ est illa secunda plaga? Ranarum abun-

(*a*) Ab his verbis exordiuntur Maurini, et Codex Excerptorum Eugipii, qui quidem sæpissime concordant.
(*b*) Prolixius enim dixerat in Sermone sexto n. 7., et in Psal. 73. n. 5.

(1) *Edit. habet* significantiam.
(2) *Edit.* Sed ad plagas decem non pertinet quod primum.
(3) *Edit.* ipse erat.
(4) Codex Casinensis continuo legit *Moses* pro *Moyses* uti legitur in Editione. Sufficiat semel hoc annotasse.
(5) *Edit.* virga significat regnum Dei, idemque regnum Dei esse utique populum Dei, Serpens autem.
(6) *Edit.* Magi Pharaonis.

(*a*) *Gloria incorruptibilis Dei sicut aqua, similitudo imaginis corruptibilis hominis* supplevi ex Codice Excerptorum; vix enim putes non aberrasse oculum a voce priori ad eamdem posterius redditam, animo a sensu verborum abstracto et ad exemplandum unice intento.

(1) *Edit.* ergo.
(2) *Edit.* redeat regnum Dei ad manum Dei, sed in finem.
(3) *Edit.* in similitudine.
(4) *Edit.* quid est ergo.
(5) *Edit.* eorum.
(6) *Edit.* Se esse sapientes.
(7) *Edit.* incorruptibilis. *Ad Rom.* I. 21.
(8) *Edit.* quia et Apostolus.
(9) *Edit.* accipit nomen Domini Dei sui.
(10) *Edit.* de Deo loquitur.
(11) Vanitatem autem loqui.
(12) *Edit.* perstrepit vanitas.
(13) *Edit.* videte secundum.

dantia. Habes (*a*) expressam (1) significatamque vanitatem, si attendas ranarum loquacitatem. Vide amatores veritatis, non (2) accipientes nomen Domini Dei sui in vanum, loqui sapientiam inter perfectos, etiam inter imperfectos; non quidem loqui quod capere non possunt, non tamen recedere a veritate, et pergere in vanitatem. Quamvis (3) imperfecti non capiant si quid paulo excelsius fuerit disputatum de Verbo Dei *Deo apud Deum, per quod facta sunt omnia;* possintque capere quod inter eos loquitur Paulus tanquam inter parvulos Christi. *Jesum Christum, et hunc crucifixum;* non tamen illa est Veritas, et ista vanitas. Vanitas autem esset (4) si Christus mortem non implevisset, sed finxisse diceremus. Si vulnera illa in phantasmate fuissent, si sanguis non verus, sed simulatus de vulneribus emanasset, si falsas cicatrices, tanquam post falsa vulnera demonstrasset. Cum vero ista omnia (5) dicimus facta, dicimus certa, expressa, impleta credimus, et prædicamus. Quamvis de sublimi illius, et incommutabili veritate non loquamur, non tamen imus in vanitatem. Qui autem illa omnia in Christo falsa, et simulata dicunt, ranæ sunt clamantes in palude. Strepitum vocis habere possunt, doctrinam sapientiæ insinuare non possunt. Denique in Ecclesia loquuntur hærentes veritati veritatem (*b*), per quem facta sunt omnia, veritatem Verbum carnem factum, et habitantem in nobis, Veritatem Christum natum Deum de Deo, unum de uno, Unigenitum et Coæternum, Veritatem accepta forma servi natum ex Virgine Maria, passum, crucifixum, resurgentem, ascendentem, ubique veritatem, et (6) quam parvulus capere non potest, veritatem (*c*) et in pane, et in lacte, in pane magnorum, in lacte parvulorum. Idem quippe panis, ut lac fiat, per carnem trajicitur. Qui autem huic veritati contradicunt (*d*), et in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt, tædium (7) offerentes auribus, non cibum mentibus. Audi denique homines rationabiliter loquentes : *Non sunt*, inquit, *loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum :* sed voces non inanes, quia *In omnem terram exiit* (*e*) *sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Psal.* XVIII, 4, 5). Si autem et ranas vis e contrario intelligere, illum versum Psalmi recole : *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum* (*Psal.* XI, 3).

V. Tertium præceptum : *Memento diem Sabbati sanctificare eum* (*Exod.* XX, 8). In tertio isto præcepto insinuatur quædam vacationis indictio, quæ est cordis tranquillitas, et mentis, quam facit bona conscientia. Ibi sanctificatio, quia ibi Spiritus Dei. Denique videte vacationem, hoc est quietem : *Super quem*, inquit, *requiescit Spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem verba mea* (1) (*Isaï.* LXVI, 2). Inquieti ergo resiliunt ab Spiritu sancto, rixarum amatores, calumniarum seminatores, contentionis quam veritatis cupidiores inquietudine sua (2) non admittunt quietem (*a*) Sabbati spiritalem. Contra istorum inquietudinem dicitur, tanquam ut Sabbatum habeant in corde, sanctificationem Spiritus Dei (3) : *Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas.* Quid intellecturus sum? Deum dicentem : Cessa ab inquietudine tua, non sit tumultus quidam in corde tuo, per corruptionem volitantibus (4) phantasmatis, et compungentibus te; non sit ita (*b*). Deum enim intellecturus es dicentem tibi (5) : *Vacate et cognoscite, quia ego sum Deus* (*Ps.* XLV, 11). Tu per inquietudinem vacare non vis (6), contentionumque tuarum corruptione cæcatus exigis videre quod non potes.

VI. Attende enim, et contrariam tertiam plagam huic præcepto tertio, *Ciniphes natæ sunt in terra Ægypti de limo*, muscæ (7) quædam minutissimæ, inquietissimæ, inordinate volitantes, in oculos irruentes, non permittentes hominem quiescere, dum abiguntur et irruunt, dum abactæ rursus redeunt, sicut omnino vana phantasmata cordis contentiosorum (8). Tene præceptum, cave plagam.

VII. Quartum præceptum est : *Honora patrem tuum, et matrem tuam* (*Exod.* XX, 12). Huic contraria quarta Ægyptiorum plaga (9) Cynomia (*c*). Quid est Cynomia? Cynomia est canina musca; græcum vocabulum est. Caninum est parentes non agnoscere; nihil tamen caninum, quam cum illi, qui genuerunt, non agnoscuntur : merito ergo et catuli canum cæci nascuntur.

VIII. Quintum præceptum est : *Non Mœchaberis* (*Ibid.* 14). Quinta plaga est *Mors in pecora Ægyptiorum* (*Id.* IX, 6). Comparemus. Da hominem (10) mœchantem, conjugio non contentum suo; appetitum

(*a*) Codex Excerptorum Eugipii habet : *expressius significatam vanitatem.*

(*b*) *Per quem facta sunt omnia, Veritatem Verbum carnem factum, et habitantem in nobis* supplevi ex Cod. Excerptorum Eugipii; hæc enim lacuna etiam a verbis similibus bis positis inducta est.

(*c*) Codex Excerptorum legit : *Veritatem, quæ in pane.*

(*d*) Beda ad Corinth. c. 1. comm. c. 2. legit : *et sua vanitate.*

(*e*) Codex Excerpt. *exivit.*

(1) *Edit.* significatam.

(2) Non accipientes in vanum nomen Domini Dei sui.

(3) *Edit.* quamvis enim imperfecti non capiunt.

(4) *Edit.* Si Christum mortem non implevisse, sed finxisse diceremus, si vulnera illa in phantasmate fuisse, si sanguinem non verum, sed simulatum de vulneribus emanasse, si falsas eum cicatrices.... demonstrasse.

(5) *Edit.* vera dicimus, facta dicimus certa.

(6) *Edit. addit* et quam perfecti capiunt.

(7) *Edit.* inferentes.

(*a*) Codex Excerpt. : *id est Sabbatum spiritale.*

(*b*) Editio diverse interpungit; sed Codex Excerpt. conformis est lectioni nostræ.

(*c*) *Quid est cynomia?* Supplevi ex Cod. Excerpt. Hieronymus epist. ad Sun. et Fret. omne muscarum genus designatum contendit, et exscribendam vocem illam Κωνομοία per διφθογγον οι, non Κυνόμνια per υ.

(1) *In Edit. interrogatio præponitur voci* super.

(2) *Edit.* non ad se admittunt.

(3) Ecclesiast. 5, 13.

(4) *Edit.* phantasmatibus.

(5) *Edit.* vacate, et videte quoniam.

(6) *Edit.* contentionum.

(7) *Edit.* quædam sunt. Exod. 8. 18.

(8) *Edit.* tenete.... cavete.

(9) *Edit.* Κονομνία... Κονομνία.

(10) *Edit.* mœchari meditantem, conjugio non contentum suo.

quemdam carnis in se domare non vult, qui est nobis pecoribusque communis. Etenim concumbere, et generare etiam (1) porcinum est ; et intelligere, hominum est. Ideo ratio, quæ præsidet in mente motus inferiores carnis, tanquam regnans, et dominans frenare debet ; non immoderate, et illicite, passim vageque laxare. Ideoque ipsis pecoribus natura datum est, instituente Creatore, ut non moveantur ad fœminas, et ad concubitum, nisi certis temporibus ; neque enim se ratione cohibet alio tempore pecus, sed omnino motu ipso frige-cente torpescit. Homo autem ideo semper moveri potest, quia et (2) frenare motum potest. Tibi dominationem rationis Creator dedit, tibi præcepta continentiæ, tanquam in bestias inferiores lora, concessit. Tenes tu quod pecus non (3) habet, et ideo speras tu quod pecus non potest. Labores aliquantum (4) continendo, quod non laborat pecus ; sed gaudebis in æternum, ad quod non pervenit pecus. Si opus fatigat, merces consoletur, et ipsa enim patientia est interiorem motum frenare, et quod habes commune cum pecore, non tanquam pecus in omnia (5) relaxare. Quod si contempseris te (6) in te, et imaginem Dei, in qua fecit te neglexeris victus cupiditate (7) bestiarum, tanquam amisso homine eris pecus ; non quasi conversus in naturam pecoris, sed in hominis forma habens similitudinem pecoris, qui non audis dicentem : *Nolite esse sicut equus, et mulus* (8) *quibus non est intellectus* (*Psal.* XXXI, 9). Et forte eligis tibi esse pecus, et (9) liber vagari libidine, nulla lege appetitum carnis ad continentiam refrenando : attende plagam (*a*) ; si pecus esse non times, saltem mori sicut pecus time.

IX. Sextum præceptum : *Non occides* (*Exod.* XX, 13) ; Sexta plaga : *Pustulæ in corpore, et vesicæ bullientes, et* (10) *scatentes, et incendia vulnerum ex favilla fornacis* (*Id.* IX, 10). Tales sunt animæ homicidales, ardent ira, quia per iram homicidii fraternitas deperiit. Ardent homines (11) iracundia, ardent et gratia. Sed alius est fervor sanitatis, alius fervor ulceris. Ardentes papulæ per totum corpus concepta homicidia scatent, et sanum non est, quod fervet. Fervet, sed non de Spiritu Dei. Nam et qui vult subvenire fervet, et qui vult occidere fervet; ille præcepto (12), ille morbo, ille bonis operibus (13), ille saniosis ulceribus. Nam si possemus animas videre homicidarum, plus plangeremus, quam putrescentia corpora ulceratorum.

X. Septimum (1) præceptum sequitur : *Non furaberis* (*Exod.* XX, 15). Plaga septima *Grando in fructibus* (*Id.* IX, 25). Quod contra præceptum subducis, de cœlo perdis : nemo enim habet injustum lucrum sine justo damno. (2) Furatur verbi gratia ; qui furatur acquirit vestem, sed cœlesti judicio amittit fidem. Ubi lucrum, ibi damnum. Visibiliter lucrum, invisibiliter damnum. Lucrum de sua cæcitate, damnum de Domini nube. Neque enim aliquid sine providentia, charissimi. Aut vere putatis ea, quæ patiuntur homines, Deo dormiente pati ? Passim videntur fieri hæc, nubes colligi, imbres infundi, grandinem jaci, (3) tonitru terram concuti, coruscatione terreri ; passim putantur fieri, et quasi ad divinam Providentiam non pertinere. Contra tales cogitationes vigilat ille Psalmus : *Laudate Dominum de terra* (cum laudes dictæ essent de cœlo) *dracones et omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quæ faciunt verbum ejus* (*Psal.* CXLVIII, 7, 8). Ergo qui malo desiderio suo forinsecus furantur, justo Dei judicio intrinsecus grandinantur. Oh ! Si (4) possint inspicere agrum cordis sui, profecto lugerent, dum ibi non invenirent quod in os mentis mitterent, (*a*) etsi in furto suo invenirent, quod in aviditatem ventris mitterent. Major fames (5) est hominis interioris, major fames est, et periculosior plaga, et gravior mors, multi mortui ambulant, et multi (6) famelici de vanis divitiis exultant. Denique Servum Dei Scriptura inus dicit locupletem ; inquit : *Absconditus cordis vestri homo, qui est ante Deum dives.* Non ante homines dives (7), sed ante Deum, dives ubi Deus. Vide tibi dives, quid ergo tibi prodest (8) ? Ubi homo non videt furaris, et ubi Deus videt grandinaris.

XI. Octavum præceptum : *Falsum testimonium non dices* (*Exod.* XX, 16). Octava plaga : *Locusta, animal dente noxium* (*Id.* X, 13). Quid autem vult falsus testis, nisi nocere mordendo, et consumere mentiendo ? Denique admonens homines Dei Apostolus, ne se falsis criminationibus appetant : *Si mordetis*, inquit, *et comeditis invicem, videte ne ab invicem consumamini* (*Ad Galat.* V, 15).

XII. Nonum præceptum : *Non concupisces uxorem proximi tui* (*Exod.* XX, 17). Nona plaga : *Densæ tenebræ* (*Id.* X, 22). Etenim est quædam mœchia contra quam supra (9) præceptum datum est, etiam in non appetenda castitate uxoris alienæ. Mœchus

(*a*) Codex Excerpt. Eug. legit : *Si pecus es, et non times.*

(1) *Edit.* pecorum est, ratiocinari, intelligere humanum est.
(2) *Edit.* refrenare.
(3) *Edit.* potest *pro* habet.
(4) *Edit.* in continendo, non laborat pecus, sed gaudebis semper in æternitate, ad quam.
(5) Laxare.
(6) *Edit.* et in te imaginem.
(7) *Edit.* insinuatarum rerum *pro* bestiarum.
(8) *Edit.* non habentes intellectum. Sed forte.
(9) *Edit.* libera
(10) *Edit.* scaturientes.
(11) *Edit.* ira.
(12) *Edit.* iste.
(13) *Edit.* iste famosis. *Eugip. legit cum nostro Cod.*

(*a*) *Etsi in furto suo invenirent, quod in aviditatem ventris mitterent* Supplevi ex Cod. Exc. patebat enim lacuna non dissimilis a præcedentibus.

(1) *Edit. præponit vocem* Sequitur.
(2) *Edit.* verbi gratia qui furatur, acquirit vestem.
(3) *Edit.* tonitruis.
(4) *Edit.* possent.
(5) *Edit.* esset hominis interioris, major fames, et periculosior.
(6) *Edit.* facinorosi.
(7) *Edit.* homines dives, sed ante Deum dives, et ubi Deus videt, ibi dives.
(8) *Edit.* Si ubi.
(9) *Edit.* præceptum est.

est enim et qui non it ad uxorem alienam ; tantum quia non contentus est sua. Jam vero non solum post suam peccare, sed etiam alienam attentare veræ densæ sunt tenebræ. Nihil enim sic dolet in corde patientis, et qui hoc facit alteri nihil sic (1) vellet pati. Ad alia paratior est omnis homo, hoc autem nescio (2) utrum inventus est qui tolerabiliter ferat. O densas tenebras ista facientium, talia concupiscentium ! vere excæcantur furore (3) terribili, furor enim indomitus est (4) commaculare viri uxorem.

XIII. Decimum præceptum est : *Non concupisces ullam rem proximi tui, non pecus, non possessionem, non subjugium, non aliquid omnino proximi tui concupisces* (*Exod.* xx, 17). Huic malo plaga contraria est decima : *Mors primogenitorum* (*Id.* xii, 29). In qua plaga (5) cum comparatione quædam quæro ; nihil mihi interim occurrit, fortassis occurrat melius, ac diligentius inquirentibus (6), nisi quia omnes res (*a*) quas homines habent hæredibus servant. Reprehenditur hic autem concupiscens rem proximi ; concupiscit enim et qui furto aufert : et qui furatur aliquid proximi non potest nisi concupiscendo rem proximi furari. Sed de furto jam superius præceptum est (7), ut ibi intelligas et rapinam. Non enim de furto præciperet, et de rapina taceret Scriptura, nisi te intelligere voluisset, quia si pœnale est clanculo auferre, multo majoris pœnæ est violenter eripere (8). Auferre nolenti sive occulte sive palam habet præceptum suum. Concupiscere autem rem proximi, quod notat Deus in corde, etiamsi justam ibi successionem quæras, non licet. Denique qui volunt res alienas tanquam juste possidere, hæredes se quærunt fieri a morientibus. Quid enim tam justum videtur, quam rem sibi derelictam possidere, habere jure communi? Quid apud te facit homo? Dimissum est mihi (9) ; hæreditatem consecutus sum ; testamentum lego. Nihil videtur justius ista voce avaritiæ (10). Tu : juste tenes ; et laudas quasi jure possidentem. Deus damnat injuste concupiscentem. Vide qualis es, qui optas te ab aliquo hæredem fieri : non vis ut habeat hæredes (11). In hæredibus nihil charius primogenito, proinde in primogenitis tuis (12) puniris qui concupiscendo res alienas, id, quod tibi jure non debebatur (*b*) quasi juris umbra perquiris. Et facile est quidem, fratres, corporaliter amittere primogenitos ; moriuntur enim homines sive ante parentes suos, sive post parentes suos ; morituri moriuntur. Illud molestum est, ne per hanc occultam, et injustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdas. Primogenitus enim in nobis imaginem habet gratiæ Dei : novus natus, prior natus, inter omnes tanquam natos cordis nostri primogenita fides est. Nemo enim bene operatur, nisi fides præcesserit, sicut dicit Apostolus : *Sine fide*, inquit, *impossibile est placere Deo* (*Hebr.* xi, 6). Omnia opera tua bona filii tui sunt spirituales, sed inter hos tibi (1) primo nata est fides. Quisquis ergo rem alienam occulte concupiscis (2), internam fidem perdis. Eris enim primo sine dubio simulator, obsequens non charitate, sed fraude ; veluti amans eum, a quo te cupis fieri hæredem : amando, eum mori quæris (*a*), et ut in re ejus te videas possessorem, illi invides successorem.

XIV. Eja (*b*), fratres decursis decem præceptis, et decem plagis, comparantes contemptores præceptorum contumaciæ Ægyptiorum, cautos vos fecimus, ut habeatis securi res vestras in præceptis Dei, res vestras, inquam, res vestras (3) interiores arcæ vestræ, interiores thesauri vestri ; res vestras, quas vobis nec fur, nec latro, nec vicinus potens possit auferre, ubi nec tinea, nec rubigo metuenda est, cum quibus (4) extitit naufragus. Sic enim eritis et populus Dei inter ini¡uos Ægyptios (*c*) illis hæc in corde patientibus, vobis autem incolumibus in ipsis interioribus vestris hominibus, donec educatur populus de Ægypto quodam (5) Exodo, quod et fit, nam illud semel factum est, hoc non cessat fieri.

XV. [Nam (*d*) si attendamus etiam expoliamus Ægyptios. Neque enim illud præter mysterium factum est, quomodo homines minus intelligentes accusari hic audent Deum, quia jussit peti ab Ægyptiis aurum, et argentum, et vestes ; data sunt hæc, et ablata (*Exod.* xii, 35). Fures isti essent, nisi Deo jubente fecissent Intendat Charitas Vestra, fures, inquam, isti essent nisi Deo jubente fecissent ; quia vero Deo jubente fecerunt, fures non fuerunt. Hos jam non accusas, ipsum Deum accusare paratus es. Ad illos obtemperare pertinuit (*e*) ; apud Deum fuit jubentis consilium, qui novit quid quis pati debeat ;

(*a*) In Excerp. Eugip. habetur : *quas habet hæredibus servare deprehenditur. Hic autem clamat.*
(*b*) In iisdem Excerp. legitur : *juris sub umbra.*

(1) *Edit.* volet pati. Ad alienam. *Codex Excer. conformis lectioni nostræ.*
(2) *Edit.* utrum-ne est.
(3) *Edit.* horribili.
(4) *Edit.* conculcare.
(5) *Edit.* cum comparationem quamdam.
(6) *Edit.* nisi qui omnes res quas habet hæredibus servat, reprehenditur. Hic autem clamat qui rem proximi concupiscit, et qui furto aufert, et qui furatur aliquid proximi, non potest nisi rem proximi furari.
(7) *Edit.* ubi intelligas
(8) *Edit.* auferre ergo nolens.
(9) *Edit.* hæreditate.
(10) *Edit.* tu laudas quasi jure.
(11) *Edit.* in hæredibus autem.
(12) *Edit.* vunieris. *Eugipius confirmat lectionem nostram.*

(*a*) In Editione deest conjunctio, quæ tamen habetur in Eugipio.
(*b*) Noster Codex habet : *Hæc, fratres, decursa decem præcepta, et decem plagas, comparatos contemptores præceptorum contumaciæ Ægyptiorum, cautos vos faciemus.* Huic lectioni fortasse minus integræ alteram præposui desumptam ex Codice Excerp. Eugipii.
(*c*) *Illis hæc in corde patientibus, vobis autem incolumibus in ipsis interioribus vestris hominibus, donec educatur populus de Ægypto*, Supplevi ex Cod. Exc. Eug. ex voce enim *Ægyptios* ad illam *Ægypto* manifeste aberravit oculus, ut jam vidimus in præcedentibus.
(*d*) Vide lib. 22. cont. Faust. c. 71. et seqq.
(*e*) Vide lib. 2. Quæstionum in Exodo, quæstione sexta.

(1) *Edit.* primogenita.
(2) *Edit.* interius.
(3) *Edit.* interioris.... interioris.
(4) *Edit.* exit et naufragus.
(5) *Edit.* Exodo suo.

quis, quid, quo merito patiatur. Parricidium apertissimum et funestum esset Abrahæ, si ultro filium percussisset, hoc tantum secus, laudabiliter faciebat, quia Deo jubenti obediebat, et quod esset in spontanea voluntate crudelitas, sub Dei præcepto facta est pietas (*Gen.* XXII).]

XVI. [De Actibus Apostolorum volo aliquid dicere. Petrus cum esset inclusus in carcere, venit ad eum Angelus salutis, qui (*a*) catenis de manibus ejus jussit exire (*Act.* XII). Egressus ille secutus est Angelum; de carcere liberatus est Domini imperio, Dei auctoritate. Postero die judex eum quæsivit ad audiendum; abcessisse cognovit, custodes carceris duci jussit; *Milites*, inquam, *interrogatos duci jussit;* dedit in illos sententiam, legem, quam sibi (*b*) videbatur, nisi invenirent Petrum. Quid dicis? Petrus auctor fuit mortis illorum? Nonne esset perverse pius, si voluntati Dei contradiceret, diceretque Angelo jubenti, ut exiret: Non exeam, ne propter me miseri homines, custodes carceris moriantur? Responderetur ei: Dimitte ista Creatori; quia non es artifex ut homo nascatur, non esse judex potes quomodo moriatur: nemo enim moritur, nisi quem vult Deus. Mori consilium judici Deo dimittitur, sed tamen concupiscentia homicidæ damnatur. Neque enim hic attendendum est quid Deus judicaverit, sed quid mala gens cogitaverit (*c*). Judas quippe tradidit ad passionem Filium Dei, et per passionem Filii Dei omnes gentes redemptæ sunt ad salutem; nec tamen pro salute gentium merces reddita est Judæ, sed pro ejus malitia debitum supplicium retributum est. Nam si traditio Christi, et non tradentis animus considerandus est, hoc fecit Judas, quod fecit Deus Pater, de quo scriptum est: *Qui Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum* (*Rom.* VIII, 32). Hoc fecit Judas, quod fecit ipse Dominus noster Christus, de quo scriptum est: *Qui se ipsum tradidit pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis;* et iterum: *Sic Christus*, inquit, *dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret* (*Ephes.* V, 2 *et* 25). Et tamen gratias agimus Deo Patri, qui *Unico Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Gratias agimus ipsi Filio Dei, *Qui se ipsum tradidit pro nobis, et in eo voluntatem Patris implevit.* Et detestamur Judam, de cujus facto tantum beneficium præstitit Deus, et recte dicimus: *Reddidit ei Dominus secundum iniquitatem ejus, et secundum malitiam ejus disperdidit eum* (*Psal.* XCIII, 23). Non enim pro nobis tradidit Christum, sed pro argento, quo vendidit eum, quamvis Christi venditio sit nostra redemptio.]

XVII. [Nemo ergo, fratres, nemo discutiat Deum. Superbum est, impium est, stultum est. Tu concupiscentias tuas frena, nihil facias animo malo, obtemperare paratus esto, non nocere. Itaque fecerunt illi, fecit Deus. Si illi furtum fecissent, etiam sic voluerat forte Deus Christus pati qui paterentur, quando permisit eos, qui fecerunt, facere: servaret tamen (*a*) furibus pœnam, exigeret aliquam temporalem vindictam de iis, qui passi sunt furtum. Nunc vero illi ultro non fecerunt, Deus justo judicio fieri voluit. Cum si appendas causam, forte non aurum alienum tulerunt, sed debitam mercedem exegerunt. Injuste oppressi dum in Ægypto lateres fecerunt, pro duris operibus servitutis sine mercede non exierunt, et tamen Deus certa aliqua causa fecit hoc (*b*). Si sumus, tanquam populus Israel in Ægypto, in hoc mundo, certe audeo vobis dicere, puto enim quia Spiritu Dei loquor ad vos, tollite aurum, argentum, vestes Ægyptiis. Aurum ipsorum sapientes, ipsorum argentum eloquentes ipsorum, vestes ipsorum varietas linguarum ipsorum. Nonne hæc omnia videmus in Ecclesia? Nonne quotidie hoc facit Ecclesia? Quanti sapientes in sæculo credunt Christo? Ablatum est aurum Ægyptiis (*c*). Sanctus, cujus mensa ista vocatur, fuit aliquando vel aurum, vel argentum Ægyptiorum. Vestes autem Ægyptiorum, quibus quodam modo sensus induuntur; linguæ sunt variæ. Videtis eas ex Ægypto ad populum Dei migrare: *Non sunt enim loquelæ, neque sermones, quorum non audientur voces eorum* (*Id.* XVIII, 4). Hic aurum, hic argentum Ægyptiorum, et videntes eximus, et mercedem nostram ferimus; non enim sine causa in luto Ægypti laboravimus. Sic omnia, fratres, sive quæ exponi a nobis possunt, sive quæ nondum possunt, sive quæ potestis intelligere, sive quæ nondum potestis, sive hoc modo, quo a nobis dicta sunt, sive alio meliori modo, credite omnino, quia *Omnia tunc in figura contingebant eis, scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos* (*d*) *fines sæculorum devenerunt* (*Cor.* X). Itaque ego non fierem intentus ad ea? Et tu quilibet, Christiane spiritualis, non essemus intenti, et sine causa factum diceremus, quod in tertiam plagam Magi Pharaonis defecerunt? Nihil hic quærerem, frustra factum vel scriptum putarem? Faciunt Magi Pharaonis (*e*) contra Mosen de virgis serpentes, de aqua sanguinem, faciunt ranas, faciunt hæc. Veniunt ad tertiam plagam, id est, ad illas muscas, quæ appellantur Ciniphes, et ibi deficiunt qui fecerunt serpentes, qui fecerunt ranas deficiunt, deficiunt ad muscas. Non est prorsus, non est sine causa. Pulsate mecum (*f*). Tertia plaga hæc cui contraria est? Præcepto Dei tertio, ubi de Sabbato præcipitur populo, ubi quies prædicatur, ubi sanctificatio commendatur,

(*a*) Aliquid profecto omissum est, forte adjunctum vocis *eatenis*.
(*b*) Sic in Codice; forte deest aliquid.
(*c*) Quæ sequuntur verba, iterata inveniuntur in Psal. 93. usque ad illa *nostra redemptio*.

(*a*) Vide in Psal. 104. num. 28.
(*b*) Libro sec. de Doctrina christiana ditati dicuntur Ægyptiorum divitiis. Cyprianus, Hilarius, Victorinus, Optatus aliique.
(*c*) Fortasse ad mensam Cypriani loquebatur, qui rhetoricam docuerat priusquam a Cæcilio converteretur.
(*d*) In orationibus pro tempore, et data occasione habitis Augustinum sua, ut ita dicam, facere aliquoties Scripturæ verba annotavit doctiss. Sabatier in Præfat. ad veterem Bibliorum versionem. Hinc apud eumdem S. Doctorem enatæ sunt tot ejusdem textus variantes lectiones, quarum hic vides exemplum.
(*e*) Vide resp. ad Epist. Januar. c. 11. 15. 16.
(*f*) Vide Sermonem 9. num. 6., et Serm. 251. num. 5., necnon lib. 4. de Genesi ad litteram a cap. 13. ad 20., ubi de sanctificatione diei septimi.

ibi enim dicitur : *Memento diem Sabbati sanctificare eum*. Denique et in primis operibus mundi fecit Deus diem, fecit cœlum, terram, mare, luminaria, stellas, animalia ex aquis, ex terra hominem ad imaginem suam. Facit hæc omnia, nusquam sonat aliquid sanctificatum. Peraguntur ista sex diebus, sanctificatur dies septimus vacationis Dei : opera non sanctificat, vacationem sanctificat (*Gen.* II, 3). Quid dicturi sumus? Quomodo nobis laborantibus plerumque dulcius est otium, quam opus, ita putamus et Deum? Non hoc putare debemus, nec sic laborando fecisse, et non jubendo creavisse, *Dixit Deus : Fiat, et factum est*. Hoc modo faciendo, nec ipse homo laboraret. Sed in illo die commendata nobis quædam requies ab omnibus operibus nostris, ut post bona opera nostra intelligeremus nos requieturos sine termino. Nam omnes dies ibi habent vesperum, septimus non habet; operamur enim cum fine, requiescimus sine fine. Ibi sanctificatio sonat magno quodam mysterio, pertinens ad Spiritum sanctum. At eum me dicentem, fratres : Accipite cum venia, obsecro vos, magis inquirentes quid coner, quam quid explicem : novi quis loquar, et quid vobis loquar; Divina hominibus homo (*Isai.* LXVI, 25). Ecce annitimini mecum, laborate mecum, ut quiescatis mecum, quantum Dominus donat, quantum aperit, quantum significat, quantum innuit ipsa sapientia ostendens se amatoribus suis in viis hilariter, et in omni providentia occurrens eis. Sanctificatur dies Sabbati, quies Dei. Ibi primum sonat sanctificatio, quantum mihi videtur, quantum et vos cognoscitis, quantumque credimus (*a*).] Sanctificatio nulla divina et vera est, nisi ab Spiritu sancto. Non enim frustra dictus est proprie Spiritus sanctus; cum sit et Pater sanctus, cum sit et Filius sanctus, nomen tamen hoc proprium Spiritus accepit, ut tertia in Trinitate Persona Spiritus sanctus diceretur. Ipse *Requiescit super humilem, et quietum* tanquam in Sabbato suo. Ad hoc septenarius numerus etiam sancto Spiritui deputatur. Hoc Scripturæ nostræ satis indicant; viderint meliora meliores, et majora majores, et de isto septenario numero subtilius aliquid, et divinius dicant, et explicent. Ego tamen, quod in præsenti sat est, illud video, illud vos ad videndum commemoro, septenariam istam rationem (1) numeri proprie sancto Spiritui deputatam, quia (2) septenario die sonat sanctificatio. Et unde probamus sancto Spiritui deputari septenariam (3) numerationem? Dicit Isaias spiritum Dei venire super fidelem, super Christianum, super Christi membrum *Spiritum sapientiæ, et intellectus, consilii, et fortitudinis, scientiæ, et pietatis, Spiritum timoris Dei* [*Isai.* XI, 2]. (*b*) Si secuti estis septem res percucurri, tanquam descendentem ad nos Spiritum Dei a sapientia, usque ad timorem, ut nos ascendamus a timore ad sapientiam. *Initium enim sapientiæ timor* (1) *Domini* (*Prov.* I, 7). Ita ergo et septenarius spiritus et unus spiritus septenaria ratione unus. An aliquid evidentius vultis? Pentecosten diem festum Scriptura sancta de septimanis factum commemorat. Habetis in Scriptura Tobiæ (2), ubi etiam evidenter dicitur istum diem festum de septimanis. Septies enim septem quadraginta et novem in summa redeunt; sed tanquam ut redeatur ad caput; Spiritu enim sancto ad unitatem colligimur, non ab unitate dispergimur; ideo ad quadraginta et novem additur unum honor unitatis, et fiunt quinquaginta. Non ergo jam sine causa quinquagesimo die per Ascensionem Domini venit Spiritus sanctus (3). Resurgit Dominus, ascendit ab inferis, nondum in cœlum. Ab illa resurrectione, ab illa ab inferis assumptione numerantur quinquaginta dies, et venit Spiritus sanctus in quinquagenario numero, tanquam natalem sibi apud nos faciens. Quadraginta enim diebus hic conversatus est Dominus cum Discipulis suis, quadragesima die ascendit in cœlum, et peractis ibi decem diebus, tanquam (4) decem præceptorum signa, venit Spiritus sanctus, quia nemo implet legem nisi per gratiam Spiritus sancti. Itaque, fratres, manifestum est septenarium istum numerum ad Spiritum sanctum pertinere. Quisquis autem non cohæret unitati Christi (*a*) et oblaterat adversus unitatem Christi, intelligendus est non habere Spiritum sanctum. Contentiones enim, et dissensiones, et divisiones non faciunt nisi animales, de quibus Apostolus ait : *Animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei* (*Cor.* II, 14). Deinde scriptum est et in Epistola Judæ apostoli : *Hi sunt, qui segregant semetipsos* (5) *animales spiritum non habentes*. Quid manifestius, quid evidentius? Merito veniant etsi eadem credentes, quæ nos, tamen accepturi Spiritum sanctum, quem habere non possunt quamdiu sunt hostes unitatis. Hos autem comparat Apostolus Magis Pharaonis : *Habentes*, inquit, *formam pietatis, sed virtutem ejus abnegantes* (2 *Tim.* III, 5, *et seqq.*). *Habendo formam pietatis similia fecerunt, sed virtutem ejus abnegantes* (6) *in signo tertio defecerunt.*

XVIII. [Sed adhuc quærite mecum quare in tertio signo? Defecissent enim in secundo, defecissent in quarto, quid interest ubi deficerent defecturi? Quare ergo in tertio (*b*)? Sed prius videte quod promiseram, utrum illis Magis hæreticos comparaverit apostolus Paulus. *Habentes*, inquit, *formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, et hos evita. Ex his sunt qui*

(*a*) Hic resumitur lectio editionis.

(*b*) *Si secuti estis septem res percucurri tanquam descendentem ad nos Spiritum Dei* supplevi ex Codice Excerp. Eug. manifesta enim erat lacuna.

(1) *Edit.* inveniri proprie.
(2) *Edit.* septimo die.
(3) *Edit.* numeri rationem.

(*a*) *Et oblaterat adversus unitatem Christi* supplevi ex Cod. Excerpt.

(*b*) Hac explanatione frequenter abrupta, fortasse etiam longiore, genuinitatem Sermonis non hebetari Augustini familiares noverunt, aut saltem præfationem Erasmi ad Augustini opera legentes.

(1) *Edit.* Dei.
(2) Tob. 2. 1. juxta Italam post septuaginta Interpr
(3) *Edit.* resurrexit.
(4) *Edit.* decimo præceptorum signo.
(5) *Edit. addit* (reprehendens loquebatur) hi sunt qui segregant semetipsos. *Judæ* 1. 19.
(6) *Edit.* qui *pro* in.

penetrantes domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur a variis desideriis, semper discentes et ad veritatis scientiam nunquam pervenientes. Testimonium quippe de Ecclesia catholica semper audiunt, et ad Ecclesiam catholicam venire nolunt. Semper dicentes, neque enim non semper audiunt : *In semine tuo benedicentur omnes gentes* (*Gen.* I, 2) : non semper audiunt : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* (*Psal.* II, 8) ; non semper audiunt : *Commemorabuntur, et convertebuntur ad Dominum universæ Patriæ gentium* (*Id.* XXI, 58) ; non semper audiunt : *Dominabitur usque ad mare, et a flumine usque ad fines orbis terræ* (*Id.* LXXI, 18). Semper ista audiunt, semper discentes, et ad veritatis scientiam nunquam pervenientes. Videte jam quod promisi. Quid Apostolus sequitur? *Sicut autem Jannes, et Mambres restiterunt Mosi, sic et isti restiterunt veritati ; homines mente corrupti, reprobi circa fidem.* Quid deinde? *Sed ultra non proficient, dementia enim eorum manifesta erit omnibus hominibus, sicut et illorum fuit* (2 *Tim.* III, 8, *et seqq.*). Jam videte quare in tertio signo defecerunt. Mementote eos, qui adversantur unitati, non habere Spiritum sanctum. Tria vero illa præcepta prima in Decalogo ad Dei dilectionem pertinere intelliguntur, ut septem cætera intelligantur ad dilectionem pertinere proximi ; ut duabus tabulis legis, et decem præceptis, duo illa tanquam summaria præcepta teneantur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua ; et diliges proximum tuum* (1) *sicut te ipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet, et Prophetæ* (*Matth.* XXII, 37, 38). Referamus ergo tria prima præcepta ad dilectionem Dei. Quæ tria prima? Primum : *Non erunt tibi dii alii præter me ;* Cui contraria plaga est aquæ conversæ (2) in sanguinem, propter quod summum principium Creatoris ad simulationem (3) humanæ carnis adductum. Secundum præceptum : *Ne accipias in vanum nomen Domini Dei tui.* Pertinet, quantum arbitror ad verbum (4) Dei quod est Filius Dei. *Unus enim Deus, et unus Dominus noster Jesus Christus, per quem omnia* (*Rom.* XI, 36). Contra verbum ranæ. Vide (5) contra verbum ranas, contra rationem strepitus, contra veritatem vanitatem. Tertium præceptum de Sabbato, pertinens ad Spiritum propter sanctificationem, quæ prima in Sabbato sonuit, quod vobis paulo ante vehementer, quantum potuimus, commendavimus. Huic præcepto contraria plaga inquietudo in muscis de corruptione nascentibus, in oculos irruentibus. Ideo in hoc tertio signo defecerunt, qui unitatis inimici Spiritum sanctum non habuerunt, facit enim hoc Spiritus sanctus pœna : aliud enim facit gratia, aliud pœna : aliud enim facit implendo, aliud deserendo. Denique ut jam evidenter ipsis confitentibus Pharaonis Magis agnoscere valeamus, quomodo appellatus est in Evangelio Spiritus Dei videamus, quod nomen (1) accipit. Objicientes Domino convicium Judæi, cum dixissent : *Hic non ejicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum,* respondit ille. *Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia, certe supervenit in vos regnum Dei* (*Matth.* XII, 24) ; quod alius Evangelista sic enarrat : *Si ego* (2) *digito Dei ejicio dæmonia.* Quod alius Evangelista dixit, *Spiritus Dei* (*Luc.* X, 20). Alius dixit *Digitus Dei ;* ergo Spiritus Dei digitus Dei. Ideo lex data, scripta digito Dei ; quæ lex data est in monte Sina quinquagesimo die post occisionem ovis, celebrato Pascha a populo Judæorum. Implentur quinquaginta dies post occisionem ovis, et datur lex scripta digito Dei ; implentur quinquaginta dies post occisionem Christi, et Venit Spiritus sanctus. Gratias Domino occultanti providenter, aperienti suaviter. Jam videte hoc etiam (3) Pharaonis Magos evidentissime confiteri ; deficientes in tertio signo dixerunt : *Digitus Dei est hic* (*Exod.* VIII, 10). *Laudemus Dominum Datorem intellectus, Datorem verbi.* Hæc si non mysteriis gererentur, non studiose quærerentur ; si autem non studiose quærerentur, non tam suaviter invenirentur.]

(1) *Edit.* tanquam.
(2) *Edit.* aqua conversa.
(3) *Edit.* simulationem, *et in animadversionibus,* simulationem. *Eugip. conformis est nostro Codici.*
(4) *Edit.* regnum Dei.
(5) *Edit.* Videte.

SERMO II.

(a) *De proprio Natali.*

Codex MS. num. 17, *de quo supra, discerptos ex hoc uno indicat Sermones* 339 *et* 40. *Editionis Maurinæ. Conjectanti mihi qui factum quod in Gallia præsertim distractum, et mancum habeant hunc Codices, juxta quos Amerbachius, Erasmus, Parisienses, Lovanienses, et Maurini editiones suas concinnarunt, hæc subit cogitatio fortasse minus absonas fidei ; quoniam scilicet, iisdem Maurinis fatentibus* (*præf. tom.* V), *Cæsarius Arelatensis jam gravis ætate jubere solitus erat a Sacerdotibus, et Diaconis recitari non modo Sermones proprios, verum etiam Augustini, aliquando mutilos, quandoque etiam novo exordio, et peroratione donatos, potuit quispiam illorum disjungere præcipua Sermonis argumenta, prout opportunitas ipsi erat, his posthabitis, quæ partem redditam ex omissa nectebant. Id autem cum non fecerit, qua decebat sagacitate præstitum, supersunt adhuc indicia, quibus firmatur auctoritas nostri Codicis copulantis in unum partita illa membra. Interea Sermo Arelate concisus, et ita perlatus in publicum, Codices primum Gallos pervasit, deinde regiones dissitas, ad quas Cæsarius, ut lib.* 1 *ejus vitæ fatetur,* transmittebat per eosdem Sacerdotes quid in Ecclesiis suis prædicare facerent. *Operæ pretium hinc*

(*a*) Editio inscribit : *In die Ordinationis suæ :* Natalem dici Anniversarium Consecrationis Episcopi, eumque solemnem diem esse testantur S. Paulinus epist. 20 ad Delphin. Sixtus PP. epist. ad Cyrill. anno 430. Leo M. Ser. 1. et 3. Hilarius PP. epist. 2 ad Episc. Terracon. Et Augustinus ipse epist. 255, et alibi.

(1) *Edit.* accepit.
(2) *Edit.* in digito.
(3) *Edit. addit* fratres.

erit pristinam integritatem vindicare Sermoni in editis hactenus Bibliothecis desiderato.

I. Hodiernus dies (1), fratres, me admonet attentius cogitare sarcinam meam, de cujus pondere etiamsi mihi dies, noctesque cogitandum sit, nescio quo tamen modo anniversarius dies iste impingit eam sensibus meis, ut ab ea cogitanda omnino dissimulare non possim, et (2) quantum anni accedunt, imo decedunt, nosque propinquiores faciunt diei ultimo, utique quandoque sine dubitatione venturo, tanto mihi est acrior cogitatio, et stimulis plenior, qualem Domino Deo nostro rationem possim reddere pro vobis. Hoc enim interest inter unumquemque vestrum et nos, quod vos, pene de vobis (3) solliciti estis reddituri rationem, nos autem et de nobis, et de omnibus vobis. Ideo major est sarcina, sed bene portata majorem comparat gloriam, infideliter autem (4) gestata ad immanissimam præcipitat pœnam. Quid ergo mihi hodie maxime faciendum est, nisi ut commendem vobis periculum meum, ut sitis gaudium meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, et dissimulem quomodo (5) vivitis. Ille autem novit, sub cujus oculis loquor, imo sub cujus oculis cogito, non me tam delectari laudibus popularibus, quam stimulari, et augi quomodo vivant qui laudant. Laudari autem a male viventibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est, non voluptati; laudari autem a bene viventibus, si dicam nolo, mentior, si dicam volo, timeo ne sim inanitatis appetentior, quam soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana pericliter; nec plene nolo, ne ingrati sint quibus prædico Sarcina autem mea est, quam modo audistis cum Ezechiel propheta legeretur. Parum est enim quia dies ipse admonet nos eamdem sarcinam cogitare; insuper talis lectio (6) recitatur, quæ nobis incutiat magnum timorem, ut quid portemus cogitemus; quia nisi nobiscum, qui imposuit, portet, deficimus. Ecce audistis: *Terra*, inquit, *super quam* (*a*) *induxero gladium, et posuerit sibi exploratorem, qui videat gladium supervenientem, et dicat, et denuntiet* (7). *Veniente autem gladio taceat ille explorator; superveniens* (8) *gladius super peccatorem occidat; peccator quidem pro sua iniquitate morietur, sanguinem autem ejus de manu exploratoris inquiram. Si autem viderit gladium supervenientem, et tuba cecinerit, et* (9) *nuntiaverit, et ille, cui* (10) *nuntiat, non observaverit, ille quidem in sua iniquitate morietur, explorator autem animam suam* (11) *liberaverit. Et tu, fili hominis, exploratorem posui te filiis Israel* (*Ezech.* XXXIII, 2, *et seqq.*). Exposuit quid dixerit gladium, exposuit quid dixerit exploratorem, exposuit quam (1) dixerat mortem: non nos permisit in obscuritate lectionis excusare negligentiam nostram. *Posui ergo te*, inquit, *exploratorem. Si dixero peccatori: Morte morieris, et tu tacueris, et ille in peccato suo mortuus fuerit, ille quidem in peccato suo morietur* digne et juste, *Sanguinem autem ejus de manu tua* (2) *inquiram. Si autem tu dixeris peccatori: Morte morieris, et ille si non observaverit, ille in iniquitate sua morietur, tu vero animam tuam liberasti.* [Et addit verbo, quæ voluerit dici populo Israel. *Dices itaque filiis Israel: Quid est quod dicitis apud vosmetipsos: iniquitates nostræ super nos sunt, in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere possumus? Hæc dicit Dominus, quoniam nolo mortem impii, quantum reverti impium a via sua perversa, et vivere.* Hoc voluit, ut nuntiemus vobis. Hoc si non annuntiamus, malam rationem hujus speculationis reddituri sumus. Hoc autem si nuntiamus, egimus quod ad nos pertinet. Vos videte; nos jam securi sumus. Sed quomodo securi? vos periclitantes, et morituri. Nolumus sit nostra gloria cum vestra pœna. Data est quidem securitas, sed facit sollicitos charitas. Ecce dicimus, et scitis me semper dixisse, scitis me numquam tacuisse: *Hoc dicit Deus, nolo mortem impii, quantum reverti impium a via sua pessima, et vivere.* Quid est quod dicebat impius? *Dixit verba impiorum, et iniquorum: iniquitates nostræ super nos sunt, in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere possumus?* Æger desperat, sed medicus spem promittit. Homo sibi dixit: *Quomodo possum vivere?* (*Rom.* III, 4). Deus dicit, potes vivere. *Si omnis homo mendax, Deus solus verax* deleat quod dixit homo, et scribat quod dixit Deus. Noli desperare, potes vivere, non de præteritis malis tuis, sed de futuris bonis tuis: delebis mala, si recedis a malo. Omnia sive bona, sine mala mutatione delentur. De vita bona inclinasti te ad malam, delesti bonam; de vita mala profecisti ad bonam, delesti malam. Vide quid attendas, quid percipias, thesauri duo sunt tibi præparati; quod miseris, hoc invenies; fidelis custos est Deus, reddet tibi quod feceris. Sunt autem alii, qui non desperatione pereunt, non sibi dicunt: *Iniquitates nostræ super nos sunt, in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere poterimus?* Sed alio modo se fallunt. De nimia misericordia Dei blandiuntur sibi, ut nunquam corrigantur; hoc enim dicunt: Etsi facimus mala, etiamsi iniquitates committimus, etiamsi luxuriose, et facinorose vivimus, etiamsi pauperem, et egentem contemnimus; etiamsi superbia nos extollimus, etiamsi nullum dolorem cordis de nostris malis habemus, perditurus est Deus tantam multitudinem, et paucos liberaturus (*a*)? Duo sunt ergo pericula, unum quod modo audivimus ex Propheta, alterum quod non tacuit Apostolus; nam

(*a*) Ita septuaginta Interpretes ἐφ' ἣν ἂν ἐπάγω quibuscum sæpissime Itala

(1) *Edit.* dies iste.
(2) *Edit.* quanto.
(3) *Edit.* Solis *pro* Solliciti.
(4) *Edit* gesta.
(5) *Edit.* vivatis.
(6) *Edit.* recitata est.
(7) *Edit.* Si veniente.
(8) *Edit.* et superveniens.
(9) *Edit.* annuntiaverit.
(10) *Edit.* annuntiat.
(11) *Edit.* liberavit.

(*a*) Vide Serm. 20. N. 3. 4. ubi similia occurrunt.
(1) *Edit.* dixerit.
(2) *Edit.* requiram

contra eos, qui desperando moriuntur, quomodo gladiatores quasi destinati ad ferrum, inhiando voluptatibus, et vivendo nequiter, quasi addictas jam animas suas contemnunt (*a*), ait quod dicunt sibi : *Iniquitates nostræ super nos sunt, et in peccatis nostris contabescimus, quomodo vivere poterimus?* Aliud autem unde Apostolus dicit : *An divitias bonitatis, et misericordiæ, et longanimitatis ejus contemnis* (*Rom.* II, 4). Contra eos qui dicunt : Bonus est Deus, misericors est Deus, non perdet tantam multitudinem peccatorum, et liberat paucos, nam utique si nollet illos esse, nec viverent; quando faciunt tanta mala, et vivunt, utique si Deo displiceret, de terra eos statim auferret (*b*). Contra hos Apostolos ignoras, inquit, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? *Tu autem secundum duritiam cordis tui, et cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus.* Quibus hoc dicit? qui dicunt : Bonus est Deus, non reddet. Reddet prorsus unicuique secundum opera ejus. Tu quid facis? Thesaurizas, quid? Iram. Appone iram super iram, auge thesaurum; reddetur tibi quod thesaurizas, non defraudat cui commendas. Si autem in alium thesaurum mittas bona opera fructus justitiæ, vel continentiam, vel virginitatem, vel pudicitiam conjugalem; a fraude, ab homicidio, ab scelere alienus sis; memineris egentis quia et tu eges; memineris pauperis, quia et tu pauper es; quantumlibet abundes divitiis, pannis carnis indutus es. Si hæc cogitans, et hæc agens mittis in thesaurum bonum per diem judicii, ille qui neminem fraudat, et reddet unicuique secundum opera sua, dicet tibi : Tolle quod misisti, quia abundat : Quando mittebas, non videbas, sed ego servabam quomodo redditurus eram. Quia et revera, fratres, unusquisque quod mittit in thesaurum quia mittit scit, nec videt cum miserit. Pone thesaurum in terra obrutum habentem unum aditum, vel rimulam, qua mittas; paulatim quidquid acquisieris mittis, et non vides; si quod miseris et non videris servat tibi terra. Non tibi servabit qui fecit cœlum, et terram?]

II. Relevate ergo, fratres, relevate sarcinam meam, et portate mecum, bene vivite (*c*) pascendos habemus hodie compauperes nostros, et cum eis communicanda est humanitas. Vobis autem fercula mea verba ista sunt. Pascere omnes panc tractabili, et visibili, non sufficio, inde pasco unde pascor; minister sum, paterfamilias non sum; inde vobis appono, unde et ego vivo de thesauro Dominico, de epulis illius patrisfamilias *Qui propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut ejus paupertate nos ditaremur* (2 *Cor.* VIII, 9). Si panem vobis ponerem, fracto pane singuli frusta ablaturi eratis; et si ego multum ponerem, perparum ad singulos perveniret. Modo autem quod dico et omne totum habent, et singuli quique totum habent. Numquid enim verbi mei inter vos syllabas divisistis? Numquid ipsius (*a*) producti sermonis singula verba abstulistis? Unusquisque vestrum totum audivit. Sed videat quomodo audivit, quia erogator sum, non exactor. Si non erogem, et pecuniam servem, terret me Evangelium. Possem enim dicere : Quid mihi est tædio esse hominibus? dicere iniquis : Inique agere nolite? sic vivite? Sic agite? Sic agere desistite? Quid mihi est, oneri esse hominibus? Accepi quomodo vivam. Vivam quomodo jussus sum, quomodo præceptus sum. Assignem (1) quod accepi, de aliis (2) reddere rationem quo mihi? Evangelium me terret. Nam ad istam securitatem otiosissimam nemo me vinceret : nihil est melius, nihil dulcius, quam Divinum scrutari nullo strepente thesaurum; tante Natali verba faciens, illius Episcopi Sententiam cum Augustini sermone consuit, immutando vocem *hodie* in illas : *Natalis Domini imminet*, ut de conviviis pauperum diceret, arrepta occasione a metaphora spiritualis alimoniæ, in quam perhumaniter luserat Augustinus. Sed quæres cur ea denegem Episcopi Hipponensi? Nullibi, quod sciam, S. Doctor de peculiari hac præparatione ad Domini Natalem locutus est, hic proinde unus esset locus, in quo pro illa institisset. Ecquis autem in Augustini lectione vel minimum versatus dixerit, potuisse Eum hujusmodi præparationis necessitatem furtim, raptimque, simplici commate urgere, ne dum prolixius in ea immorari? Siquidem ejus Scripta legentem non fallit, eumdem ipsum qui in speculativis auditores acutos requirit, in practicis, et moralibus exposcere homines laboris patientes, dicam cum Erasmo (præfat. ad Oper. Aug.), ut eis æque semper arrideant Sententiæ, quibus instandum ipse duxerit. Præterea difficile suasu credam, S. Doctorem præoptasse illo die onus spiritaliter pascendi fideles a futura Solemnitate mutuari, potius quam a Pastoris ministerio, de quo tanta præmiserat. Sed Pagium, Bollandianos, Maurinos, Tillemontium, cæterosque primi subsellii criticos insciens offendo, qui omnes textui Editionis lubentissime adstipulantur, ut inde Ordinationem Episcopi Hipponensis peractam concludat mense Decembri. Porro ad hanc Epocham definiendam nullam de penu meo, sed Divi Prosperi sententiam recito, quam Cassiodorus in Cronico, et Hermannus Contractus apud Canisium secuti sunt, quamque ipse Tillemontius auctoritate Domini Pontac certam fatetur (Mémoires pour servir à l'histoire Ecclésiast. tom. 13. not. 24, §. 83). Dignus autem ille Augustini discipulus testatur (Chronici parte Secunda) imperante adhuc Theodosio cum filiis Arcadio, et Honorio, Coss. autem Olybrio, et Probino anno scilicet 395 ad Hipponensem Cathedram evectum fuisse inclytum illud Ecclesiæ decus : At cum Socrates dicat hist. Ecclesiast. l. 6, c. 1. Theodosium vita functum XVI Kal. Februar. ejusdem anni, omnesque chronographi ad unum consentiant; profecto Augustinus mense Januario renuntiatus est Episcopus Hipponensis. His omnibus ergo positis, firmatur veritas Codicis Cassinensis *hodie* pro *Natalis Domini imminet* legentis.

(*a*) Forte aliquid deest.

(*b*) Vide Serm. 18. n. 3. et in Psal. 101. Serm. 1. n. 10. et in Psal. 144. n. 11. Vide etiam lib. 1. cont. advers. leg. et Proph. c. 17. n. 34.

(*c*) Editio addit *natalis Domini imminet*. Dandum ne incuriæ Librarii, quod verba : *natalis Domini imminet* prætereantur in MS.? An invecta fuerunt in tot Codicibus Gallis a quopiam Cæsarii Ministro, vel alio nescio quo de Episcopi ordinatione dicente circa Nativitatis festum? Dicam quod sentio, conjectura sequens probabilia. A Maurinis tom. V in appendicem rejicitur Sermo 116 Cæsario inscriptus a Codice Corbeiensi, cujus n. 6 legitur : *Natalis Domini imminet..... ad convivia vestra frequentius pauperes evocate* et num. 3. *Pauperes ante omnia ad convivium frequenter vocemus* : Cæsarium vero mense Decembri renuntiatum Episcopum conjicere haud prohibet ejus vitæ scriptor, qui Æonio e vivis sublato XVI Kal. Septembris *non longo tempore post* Cæsarium Arelatensi Ecclesiæ præpositum dicit : Quibus verbis maluerim designari intervallum paucorum mensium, potiusquam dierum nonnullorum spatium opinatum a Bollandianis. Quidam ergo ex Diaconis, vel Sacerdotibus Cæsarii, de ejusdem Ordinatione, adven-

(*a*) Quomodo *productus* dicitur Sermo, si vix dimidiam Editionis paginam excrevit. Ablata ergo fuerant, quæ a MS. Cassinensi restituuntur.

(1) *Edit.* quomodo.
(2) *Edit.* de aliis me reddere.

dulce est, bonum est, prædicare autem, arguere, corripere, ædificare, pro unoquoque satagere, magnum onus, magnum pondus, magnus labor. Quis non refugiat istum laborem. Sed terret me Evangelium. Processit servus quidam, et ait Domino suo : *Sciebam te hominem molestum metere ubi non seminasti* servavi pecuniam tuam, nolui eam erogare ; tolle quod tuum est ; si aliquid minus est (1) judica ; si integrum est, noli mihi molestus esse. Ait autem ille : *Serve nequam, ex ore tuo te* (2) *condemno* (*Luc.* XIX, 21, *et seq.*). Quare hoc ? quia avarum me dixisti, lucra mea quare neglexisti ? Sed timui dare, ne perderem. Hoc dicis ? plerumque enim dicitur : Quid corripis ? perit ad illum quod dicis ; non te audit ; et ego, inquit ille, nolui dare, ne perderem pecuniam tuam. Ait illi : Si tu dares pecuniam meam et ego veniens cum usuris exigerem ; erogatorem, inquit, posueram te, non exactorem ; si tu exerces erogationem, mihi relinqueres exactionem. Hoc timens ergo, unusquisque videat quomodo accipiat. Si ego erogans timeo, qui accipit securus esse debet ? Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Hæc est erogatio mea : qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Malus fuit heri et non est mortuus ; si mortuus esset (3) malus, isset, unde non rediisset. Malus fuit heri, vivit hodie ; prosit illi quod vivit, non male vivat. Quare ergo diei hesterno hodiernum vult addere malum ? Longam vitam vis habere, bonam non vis ? Quis longum ferat malum, vel prandium ? Usque adeo cæcitas mentis obcalluit, usque adeo surdus est homo interior, ut omnia bona velit habere, præter se ipsum ? Vis habere villam ? nego te habere velle malam villam. Uxorem vis habere (4) nonnisi bonam ; domum nonnisi bonam. Quid curram per singula ? Caligam non vis habere malam, et vis habere vitam malam ? quasi plus tibi noceat mala caliga, quam vita mala. Cum tibi caliga mala, et constricta nocuerit, sedes (5) dedecalceas te, abjicis, aut corrigis, aut mutas ne digitum lædas, et calceas te (6). Malam vitam, qua animam perdit, corrigere non curas. Sed hoc plane video unde falleris. Caliga nocens dolorem facit, vita nocens voluptatem facit ; illud nocet, illud libet, sed quod ad tempus libet, postea pejus dolet ; quod autem ad tempus dolet salubriter, postea infinita voluptate et abundantia gaudio lætificat (7). « Videte (*a*) libentem, et dolentem, divitem illum libentem, et pauperem illum dolentem ; ille epulabatur, ille cruciabatur ; ille circumdatus familia honestabatur, ille a canibus lingebatur ; ille epulis crudior reddebatur, ille nec micis saturabatur (*a*). Transiit voluptas, transiit necessitas ; præterierunt bona divitis, mala pauperis ; successerunt mala diviti, bona pauperi. Quæ præterierunt, non revocabantur ; quæ successerunt, non minuebantur. Ardebat dives apud inferos, lætabatur pauper in gremio Abrahæ. Desideraverat prius pauper de mensa divitis micam, desideravit postea dives de digito pauperis guttam. Illius egestas satietatis fine terminata est, illius voluptas succedente dolore sine fine peracta est. Epulis successit sitis, voluptati dolor, purpuræ ignis (*b*). Hoc est prandium, quod Lazarus visus est habere in gremio Abrahæ, hoc volumus, ut omnes habeatis ; hoc volumus, ut simul habeamus. Numquid esset prandium, quod vobis exhiberem, si omnes vos invitarem, et ista Eccl̃esia plena esset mensis epulantium ? Transitoria ista sunt. Ista cogitate, quæ dico ut ad illas epulas veniatis, quas nunquam finiatis. Ibi enim nemo est indigestus epulando, nec ipsæ epulæ tales sunt, ut sua corruptione nos pascant, et sua defectione reficiant. Et illæ integræ erunt, et nos ab eis reficiemur. Si oculus noster pascitur luce, nec deficit lux, quales erunt illæ epulæ in contemplatione veritatis, in conspectu æternitatis, in laudibus Dei, securitate felicitatis, mente stabili, corpore immortali, nullo senio tabescente carne nostra, nulla fame laxante animam nostram ? Ibi nemo crescit, nemo decrescit ; ibi nemo nascitur, quia nemo moritur : ubi nec ulla opera vos cogimini facere, quæ modo hortamur, ut faciatis. Modo enim audistis (*c*) Dominum dicentem, omnibus nobis dixit : *Quando facis epulum, noli vocare amicos tuos.* Ostendit ubi esses largus : *Noli parentes, qui habent unde tibi retribuant ; sed voca pauperes, debiles, cæcos, claudos, egentes, qui non habent unde tibi reddant* (*Luc.* XIV, 12). Et numquid perdes ? *Retribuetur tibi in retributione justorum* (*Id.* v. 14) Tu eroga, inquit, ego accipio, annoto, reddo : Deus hoc dixit, et hoc nos hortatus est, ut faciamus ista, et reddet nobis. Quando nobis reddiderit, quis nobis auferet ? *Si Deus pro nobis, quis contra nos* (*Rom.* VIII, 31) ? Peccabamus, et mortem Christi nobis donavit ; juste vivimus, et nos decipiet ? *Non enim Christus pro justis, sed pro impiis mortuus est* (*Ibid.* 5, 6). Si donavit iniquis mortem Filii sui, justis quid servat ? quid illis servat, non habet melius quod illis servet, quam quod pro illis dedit. Quid pro illis dedit ? *Filio proprio non pepercit* (*Ibid.* 32). Quid illis servat ? Ipsum Filium. Sed Deum ad fruendum, non hominem ad moriendum. Ecce quod vos vocat Deus ; sed quomodo attendis ? quo dignare attendere, (*d*) et qua dignare attendere, et quomodo ? sed plane cum veneris,

(*a*) Editio subnectit insuper clausulam Augustino a Maurinis denegatam, ibique desinit sermo 339. Natalis Alexander (hist. Eccles. Sæc. V, c. 4.) opinatur rejiciendam esse integram ultimam periodum, et perorationem ab illis verbis : *postea pejus dolet :* Verum nullus dubito quin nostræ adhæsisset lectioni, si novisset.

(1) *Edit.* indica.
(2) *Edit.* condemnabo.
(3) *Edit.* Si mortuus esset, et malus esset, isset,
(4) *Edit.* non vis *pro* nonnisi.
(5) *Edit.* discalceas.
(6) *Edit.* mala vita est.
(7) *Edit. addit :* Secundum illud quod Scriptum est : Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Et illud : Beati qui lugent, quoniam ipsi saturabuntur.

(*a*) Vide in Psal. 48. Serm. 1. n. 10, et Serm. 56, num. 6.
(*b*) Forte aliquid deest, nullum enim antecedens, cui referantur voces illæ *Hoc est prandium.*
(*c*) Lectum fuerat eo die de Evang. Lucæ c. 14., quod frequenter assignatum in antiquis Lectionariis videmus.
(*d*) Sic in Cod.

numquid hoc dicetur tibi : *Frange panem tuum esurienti ; si vides nudum, vesti* : numquid recitatur tibi hoc capitulum? *Cum facis epulum, vocâ claudos, cæcos, egentes, inopes* (*Isaï.* LVIII, 7). Ibi inops nullus, ibi erit nullus claudus, cæcus nullus, nullus debilis, nullus hospes, nullus nudus, omnes sani, omnes vegeti, omnes abundantes, omnes æterna luce vestiti. Quem ibi vides peregrinum? Patria nostra ipsa est; hic sumus peregrini. Illam desideremus, jussa faciamus, ut promissa exigamus. Imo non bene dixi; emendo quod dixi : absit, ut promissa exigamus, ultro data sumemus. Si enim exigimus, quasi Deus nolit dare; prorsus dabit, neminem fraudabit. Hoc considerate, fratres mei, videte Dominus Deus noster quanta bona det malis, lucem, vitam, salutem, fontes, fructus, generationes, plerumque honores, celsitudines, potestates, hæc omnia dat bona et bonis et malis. Putamus-ne nihil est quod servat bonis, qui tanta bona dat et malis? Nemo hoc inducat in cor suum. Fratres mei, magna bona servat Deus bonis, sed *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (*Cor.* I, 2-9). Non potes cogitare antequam accipias, videre potes cum acceperis; cogitare antequam accipias non potes. Quid est quod vis videre (*a*)? Non est cithara, non est tibia, non est sonus, qui facit in auribus voluptatem. Quid vis cogitare? In cor hominis non ascendit. Et quid facio? Nec video, nec audio, nec cogito. Quid facio? Crede magnum compendium. Vas magnum, ubi possis accipere magnum donum, fides est. Para tibi vas, quia ad magnum fontem habes accedere : para tibi vas. Quid est para? Crescat fides tua, augeatur fides tua, firmetur fides tua, non sit lubrica, et lutea fides tua, tribulationibus hujus mundi non frangatur, sed coquatur fides tua. Cum autem feceris, et habueris fidem, tanquam vas idoneum, capax, firmum, implebit illum Deus. Non enim dicet tibi quomodo dicunt homines deprecanti, et dicenti : Da mihi aliquid vini, rogo te : et ille : Do, veni, et facio. Ille urnam attulit, et dicit : Ut jusseras veni; et ille : Ego putabam te allaturum unam lancellam, quid attulisti, aut quo venisti? Ego non sufficio tantum dare, revoca vas majus, quod attulisti, et affer aliquid breve; affer mihi, cui possit paupertas mea sufficere. Non hoc dicit Deus; plenus est, plenus eris, et cum te impleverit, ipse tantum habebit quantum habebat antequam te impleret : copiosa sunt dona Dei, nulla talia invenis in terra; crede et probabis. Sed non modo; et quando inquies? sustine Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, ut cum acceperis dicas : Dedisti lætitiam in cor meum (*b*). Sustine (1) Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Quid est : Sustine Dominum? ut tunc accipias, quando dabit, non tunc exigas quando vis. Tempus dandi nondum est; sustinuit te, sustine illum. Quid est quod dixi, sustinuit te, sustine illum? si jam juste vivis, si jam ad illum conversus es, si tibi displicent facta tua præterita, si jam placuit tibi eligere vitam bonam novam, noli festinare exigere, sustinuit te, ut mutares vitam malam, sustine illum, ut coronet vitam bonam. Si te ille non sustineret, non esset cui daret; sustine ergo quia sustentatus es (*a*). Tu vero, qui non vis corrigi; o quisquis hic es, qui adhuc non vis corrigi; quasi unus sit; magis dicere debui quicumque hic estis. Tu tamen qui hic es, si tamen hic es, qui non statuisti corrigi; sic loquar quasi ad unum. Quisquis non vis corrigi, quid tibi promittis? Desperando peris, an sperando? Quisquis desperando peris hoc dicis in animo tuo : *Iniquitas mea super me est, in Peccatis meis contabesco, quæ mihi spes est vivendi?* Audi Prophetam dicentem : *Nolo mortem impii, quantum* (1) *revertatur impius a via sua pessima, et vivat* (*Ezech.* XXXIII, 11). Sperando (2) peris? quid est, sperando peris? Hoc dicis in animo tuo : Bonus est Deus, misericors est Deus, ignoscit omnia, non reddet mala pro malis. Audi Apostolum dicentem : *Ignoras* (3) *quoniam patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quid ergo restat (4)? Quasi fecisti aliquid, si intravit in cor quod dixi. Video quid mihi (5) respondeatur : verum est, nec despero ut desperando peream, nec male spero, ut sperando paream; non mihi dico : Iniquitas mea super me est, jam nullam spem habeo; nec illud mihi dico : Bonus est Deus, nemini (6) reddet mala, nec illud dico, nec illud dico; premit me Propheta, premit (7) Apostolus. Et quid dicis? Adhuc modicum tempus vivam quomodo volo. Isti sunt qui nos fatigant; plurimi sunt, molesti sunt. Adhuc modicum tempus vivam quomodo volo, postea, quando me correxero; utique verum est quod dixit Propheta; Nolo mortem impii (8), quantum revertatur impius a via pessima, et vivat : quando conversus fuero, delebit omnia mala mea, quare non addo aliquid voluptatibus meis, et vivo quantum volo, quomodo volo, postea me conversurus ad Deum? Quare hoc dicis, frater? quare? Quia tres cum Psalmista cantavimus : Sustine.

(*a*) Aliquid omissum, uti patet ex his verbis Serm. 331. n. 3. Oculus non videt, quia non est color; Auris non audit, quia non est sonus : etc.

(*b*) Hic incipit Sermo 40 Editionis sic inscriptus : *De eodem loco Ecclesiastici* 5. 8. Ne tardes converti ad Deum, etc. *In eos qui conversionem de die in diem differunt, quorum alii male sperando, alii desperando pereunt* : Qui Sermo ab iisdem codicibus proferitur, a quibus ille 339. fuerat evocatus.

(1) *Editio sic exorditur Sermonem* 40 Frequenter, fratres cum Psalmista cantavimus : Sustine.

(1) *Edit.* tantum.

(2) *Edit.* Qui sperando peris hoc dicis in animo tuo et *omissis interrogationibus.*

(3) *Edit.* quia.

(4) *Edit.* quia si obtinuimus apud te aliquid.

(5) *Edit.* respondeas.

(6) *Edit.* reddit.

(7) *Edit.* premit me Apostolus.

(8) *Edit.* tantum.

(*a*) Emunctæ naris judices legant, perlegant, meditentur, nexum denique edisserant inter hanc primam periodum, uti jacet in Editione, exordii vice fungentem, et Sermonis partes reliquas. Quod si nullo conatu præstiterint, fateantur Sermonem Editionis integritate destitui, periodum hanc primam præcedentibus colligari, et disquisitionem de nimia fiducia et desperatione hic demum urgeri, tum quia moralis locus erat, tum quia in illa annuntianda universam rationem suæ Pastoralis sollicitudinis sitam esse jam dixerit.

promisit Deus indulgentiam, si me mutavero. Video, scio (1) promisit indulgentiam per sanctum Prophetam, hanc promittit (2) per me minimum servum suum. Promittit? verum est quod promittit, hanc promisit per unicum Filium suum. Sed quid vis addere dies malos diebus malis? sufficiat diei malitia sua : malus dies hesternus, malus et hodiernus, malus et crastinus. An putas bonos dies esse, quando facis satis voluptatibus tuis? quando in luxuriis enutris cor tuum? quando insidiaris alienæ pudicitiæ? quando fraude contristas proximum tuum? quando commendata negas? quando falsum pro nummo juras? quando exhibes tibi bonum prandium, ideo putas quia bonum diem ducis? Unde fieri potest, ut dies bonus sit, cum malus sit homo? malos dies addere vis malis diebus? rogo aliquantum, inquit, dimittatur mihi; quare? quia promisit mihi Deus indulgentiam, sed crastino die te victurum nemo tibi promisit, aut lege mihi. Quomodo mihi legis Prophetam, Evangelium, Apostolum; quia cum te converteris delet Deus omnes iniquitates tuas : lege mihi, ubi tibi promissus est crastinus dies, et vive crastino die male. Quanquam, frater meus, non tibi hoc debui dicere. Longa erit forte vita tua : si longa erit, bona sit. Quare vis habere vitam longam, et malam? aut longa non erit : et illa longa te debet delectare, quæ non habet finem. Aut longa erit, et quid mali erit quia diu bene vixisti? Tu male vis diu vivere, bene non vis, et tamen crastinum diem nemo tibi promisit. Corrige te (*a*), audi (3) de Scriptura. Ne me quasi hominem natalitiarium contemnas. De Scriptura tibi loquor : *Ne tardes converti ad Dominum* : Verba ista mea non sunt, sed et mea sunt; si amo, mea sunt; amate et vestra sunt. Sermo iste, quem modo dico, Scriptura sancta est, si contemnis illum, adversarius tuus est. Sed audi Dominum dicentem : *Concorda cum adversario tuo cito* (*b*) (*Matth.* v, 25). [Quis est iste sermo terribilis? Ad lætitiam venistis : natalis hodie Episcopi dicitur : numquid aliquid ponere debeo, unde vos contristem? imo hoc pono, unde gaudeat dilector, irascatur contemptor : melius est mihi contemptorem contristare, quam fidelem fraudare.]

III. Audiant omnes, verba recito (4) de Scriptura, o male dilator, o crastini male appetitor, audi Dominum dicentem, audi Scripturam sanctam prædicentem; de isto loco speculator sum : *Ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem.* Vide, si non vidit illos, vide si non inspexit illos, qui dicunt : Crastino bene vivo, hodie male vivam. Et cum cras venerit, hoc dicturus es. *Ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te* (*Eccle.* v, 8, 9). (1) Quid ego feci? delere illud possum? timeo deleri. Tacere illud possum? timeo taceri (2). Prædicare cogor, territus terreo. Timete mecum, ut gaudeatis mecum. *Ne tardes converti ad Deum.* Domine, vide, quia dico, Domine, tu scis quia terruisti me, cum tuus Propheta legeretur; Domine, nosti in illa cathedra (3) tremorem meum (*a*) cum tuus Propheta legeretur. Ecce dico : *Ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem, subito veniet ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te*, sed nolo perdat te; nolo mihi dicas. Perire volo; quia ego nolo : melius (4) est nolo meum, quam volo tuum. Si lethargicus pater tuus ægrotaret inter manus tuas, at adesses juvenis ægrotanti seni, et diceret medicus : Periclitatur pater tuus, somnus iste gravedo est quædam lethalis, observa eum, noli eum permittere dormire. Si videris eum dormire (5) excita; si parum est excitare, vellica; si et hoc parum, stimula eum, ne moriatur pater tuus. Adesses (6) et esses juvenis seni onerosus. Ille in dulcem morbum resolutus iret, oculos gravedine illa premente clauderet. Tu contra (7) : Noli dormire; at ille : Dimitte me, dormire volo; et tu : Sed medicus dixit : Si voluerit dormire, non dormiat; at ille : Rogo, dimitte me, mori volo; sed ego nolo, dicis (8) filius patri. Cui? utique optanti se mori. Et tamen vis differre mortem patris tui, et aliquanto diutius vivere cum morituro sene patre tuo. Dominus tibi clamat : Noli dormire, ne in æternum dormias; evigila ut mecum vivas, et Patrem habeas, quem nunquam efferas; et tu surdus es. Quid ergo feci speculator? liber sum, non vos gravo. Scio dicturos quosdam, quid nobis voluit dicere? terruit, gravavit nos, reos nos fecit. Imo a reatu volui liberare. Fœdum est, turpe est, nolo dicere malum, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum; turpe est, ut vos fallam, si Deus me non fallit. Dominus minatur mortem impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus, suis contemptoribus, de temporibus murmurantibus, et mores suos non mutantibus; Dominus illis mortem minatur, gehennas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt, ut ego promittam, quod ille non promittit? Ecce (9) dabit tibi securitatem procu-

(*a*) En verba de industria omissa ab eo, qui orationem mutilam fecit, ut de sola conversione loqueretur. Vox *Natalitiarius* deest in Glossariis.

(*b*) En rursus verba consulto omissa; vide interim *Natalem* dici diem Anniversarium Ordinationis. Sententiam vero hic *terribilem* non illam Matthæi, sed Ecclesiastici dixisse ex sequentibus patet.

(1) *Edit.* promisit Deus.

(2) *Edit. Sic legit verba quæ sequuntur.* Promisit Deus indulgentiam per sanctum Prophetam, hanc promittit et per me minimum servum suum promittit. Verum est, etc.

(3) *Edit.* audi Scripturam.

(4) *Edit.* Scripturæ divinæ.

(*a*) Vide Augustinum dicentem se esse speculatorem, se fuisse territum, et a Propheta territum cum legeretur. At de speculatione, et de illa Ezechielis lectione nihil dictum in hoc Serm. 40 Editionis, sed tantum in Serm. 339; ergo illi duo conjungendi; ergo certa est fides nostri Codicis illos copulantis.

(1) *Edit. Sic legit verba quæ sequuntur* : Numquid ego hoc scripsi? Numquid ego delere illud possum? Si delevero, timeo deleri, etc.

(2) *Edit.* tacere.

(3) *Edit.* timorem.

(4) *Edit.* melius est ergo.

(5) *Edit.* excita eum.

(6) *Edit.* adesses juvenis seni.

(7) *Edit.* Tu contra clamares patri.

(8) *Edit.* dicit.

(9) *Edit.* dat.

rator ; quid tibi prodest, si Paterfamilias non acceptet? Procurator sum, servus sum. Vis dicam tibi : Vive quomodo vis, Dominus te non perdet ? securitatem tibi procurator dedit ; nihil valet securitas Procuratoris. Utinam Dominus tibi daret, et ego te sollicitum facerem ! Domini enim securitas valet, etiamsi nolim ; mea vero nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autem securitas, fratres, vel mea, vel vestra, nisi ut Domini jussa intente, et diligenter audiamus, et promissa fideliter expectemus ? In his, quibus fatigamur, quia homines sumus, ipsius adjutorium imploremus, ad illum ingemiscamus ; preces nostræ non sint pro rebus sæcularibus, prætereuntibus, transitoriis, et vice vaporis evanescentibus ; sed sint preces nostræ pro ipsa implenda justitia, et sanctificatione pro nomine Dei ; non pro vincendis vicinis, sed pro vincenda libidine ; non pro (1) satianda, sed pro domanda avaritia. Hinc sint preces nostræ ; intus nos adjuvent luctantes, ut coronent vincentes.

SERMO III.

(*a*) *De contemptu temporalium rerum.*

Codex MS. num. 173, *cui titulus* Augustini Operum Tom. 12. *Tractatus, et sermones continet, quorum potior pars cum editis ad unum congruit, reliqui vero præter lectiones variantes exhibent periodos ab editis exulantes. Ex his postremis unum selegi variantibus prope innumeris refertum. Cum enim dijudicare non ausim utrum a Notariis præpropere exscribentibus, scriptaque postea instaurantibus eædem profluxerint, an illas intulerit Augustinus, qui forte sermonem ex tempore prius dictum postea conscripsit, ut lib.* 15 *de Trinitate alias a se factum professus est, satius esse duxi, ut id judicent eruditi, et ex hoc uno statuant quid de aliis in eodem Codice exaratis sentiendum sit. Sed et Codex num.* 219, *inscriptus*, Dydimus de Spiritu Sancto, et alia, *habet sermonem hunc, nihilo quidem a priori codice disparem. Maurini Tom.* 5, *num.* 345, *hunc ediderunt a Colbertinis, et Sirmondianis exemplatum, quem sua integritate destitui nullimode suspicati sunt.*

Admonet (*b*) nos et solemnitas Martyrum, et Dominicus dies hoc (2) loqui Charitati Vestræ, quod pertineat ad contemptum præsentis sæculi (3), et ad spem futuri (4). Si quid contemnas (5) quæris? Omnis (6) sanctus, et pius Martyr etiam vitam præsentem contempsit. Si quid speres quæris (7) ? Hodie Dominus resurrexit (1). Si titubas in re, esto (2) fortis in spe. Si (3) te opus turbat, erigat (4) merces (*a*). Prima Apostolica lectio in Epistola, quam scribit ad Timotheum (5) nos quoque admonet, quod ei præcepit dicens : *Præcipe divitibus mundi hujus non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed* (6) *in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam* (1 *Tim.* VI, 17, *et seqq.*). [Et ista lectio non nobis videatur minus congrua solemnitati Martyrum beatorum ; habet enim contemptum sæculi. Nam cum divitibus præcipitur, ut thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, et apprehendant veram vitam (*b*), sine dubio ista falsa vita est.] Et maxime hoc divites audire debent (7) quos quando pauperes intuentur, murmurant, gemunt, laudant, invident, (8) æquari optant (9), impares se esse dolent, et inter laudes divitum hoc plerumque dicunt : soli isti sunt (10), isti soli vivunt (11). Propter hæc ergo verba, quibus homines tenues divitibus adulantur (12) [Quia ipsi vivunt, et soli vivunt, ne his adulantium inflati verbis putent se vivere, *Præcipe*, inquit, *divitibus hujus mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum* (*c*). *Divites sint* sed ubi? *In operibus bonis : facile tribuant* quia non perdunt quod tribuunt : communicent cum eis, qui non habent. Et quid ex hoc? *Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram justitiam*, non assentientes adulantibus, qui eos dicunt vivere, et solos vivere.] Vita ista (13) somnium est ; divitiæ istæ velut in somnis fluunt (14). Audi (15) Psalmum ? o dives pauperrime (16) *Dormierunt somnum suum, et*

(*a*) Inscribitur a Maurinis, *de Contemptu mundi*, et habitus est diebus Paschalibus, et in Solemnitate SS. Tuburbinatarum, quæ ex Sirmondo duæ, Felicitas, et Perpetua ; ex Henrico Valesio tres, Maxima, Donatilla, et Secunda, testantibus iisdem Maurinis Patribus.

(*b*) Exordium ab adjuncto temporis evidentius hic aperitur quam ed editione.

(1) *Edit.* Sananda carne.
(2) *In Edit. Exordium est :* loquar hoc Charitati Vestræ, fratres, quod pertineat, etc.
(3) *In Edit. deest*, etc.
(4) *In Edit. additur* sæculi.
(5) *In Edit. præponitur* το quæris.
(6) *In Edit.* omnis Martyr.
(7) *In Edit. additur* resurrectionem dico, quia hodie, etc.

(*a*) Primæ lectionis nomine venit Epistola Pauli, quam sequebantur Psalmi et Evangelium, aperte hoc innuit Augustinus Ser. 177, ubi tria illa indiscriminatim lectionum nomine donavit. In præsenti Liturgia etiamsi idem servetur ordo, sola tamen Epistola nomen lectionis retinet.
(*b*) Frequenter Augustinus hunc Pauli textum commentans reputat falsitatem præsentis vitæ. Aptissime autem hoc in loco, ut nulla suspicio sit de genuinitate istius periodi. Vide præ cæteris Serm. 39. n 5.
(*c*) Non dissimilis sententiam, et ordo verborum in Serm. 39. n. 5.

(1) *In Edit.* o tu homo si, etc.
(2) *In Edit.* firmus *pro* fortis.
(3) *In Edit.* Si autem.
(4) *In Edit.* ipsa merces.
(5) *In Edit.* nos quoque admonet Apostolus cum præcipit Timotheo, dicens.
(6) *Edit.* in Deum vivum.
(7) *Edit. addit* audite divites qui aurum, et argentum habetis, et tamen cupiditate ardetis, quos quando, etc.
(8) *Edit. legit.* et invident.
(9) *Edit. addit*, etc.
(10) *Edit.* ipsi *pro* isti.
(11) *Edit.* pro his verbis, *quibus*.
(12) *Edit.* cum dicunt isti soli vivunt ; ne in superbiam erigamini, o vos divites ; sed potius Apostolum audite morbi curatorem, et non verbi adulatorem, Vita ista, etc.
(13) *Edit.* vita ista somnus vester est.
(14) *Edit. addit.* Paulus dicit : Ut apprehendant vitam veram. Paulum audite et superbire nolite.
(15) *Edit.* Audi et Psalmum.
(16) O tu dives pauperrime, quid habes, si Deum non habes ? vel quid non habes, si Deum habes ? De divitibus dicit Psalmus ; Dormierunt, etc.

nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis (*Psal.* LXXV, 6). Aliquando et mendicus in terra jacens (1), frigore tremens, occupatus (2) tamen somno thesauros somniat, et gaudet (3) et superbit in somnis, et patrem suum pannosum (4) non dignatur agnoscere, et donec evigilet dives est. *Cum ergo dormierit invenit quod falsum gaudeat? cum evigilaverit invenit quod verum doleat.* Dives ergo moriens, similis est (5) pauperi vigilanti, qui thesauros videbat in somnis. Nam et (6) ille induebatur purpura, et bysso. Quidam dives nec nominatus, nec nominandus, contemptor pauperis jacentis ante januam suam, induebatur purpura, et bysso, sicut Evangelicum testimonium est, et epulabatur quotidie splendide (7); mortuus est (8), sepultus est : evigilavit et se in (9) flammis invenit (*Luc.* XVI, 19). *Dormivit ergo somnum suum et* (10) *nihil invenit ille vir divitiarum in manibus suis*, quia nihil boni egit (11) manibus suis (12). Propter vitam ergo quæruntur divitiæ, non vita propter divitias. Quam multi cum suis hostibus pacti sunt, ut (13) totum tollerent, et vitam relinquerent (14) : quantumcumque habuerunt (15) tanti vitam emerunt. Quanti comparanda est vita æterna, si tam pretiosa est vita peritura (16)? Da Christo aliquid, ut vivas beatus, si totum das hosti, ut vivas mendicus. A vita tua temporali, quam tanto pretio redimis, appende quanti valeat æterna quam negligis, ut (17) vivas diebus paucis, etsi ad senectutem perventurus sis. Omnes enim dies hominis ab infantia usque ad (18) senectam pauci dies sunt (*a*). Et si ipse Adam hodie moreretur, paucos dies vixerat, quia omnes finierat (19). *Paucos ergo dies, et hos laboriosos in tanta inopia ; in tanta* (20) *tentatione redimis? Quanti? nihil habere vis, ut habeas te. Vis nosse quanti valeat vita æterna? adde et te.* Ecce inimicus qui te captivaverat (1) dixit tibi : Si vis vivere quidquid habes da mihi, et ut viveres dedisti totum, hodie redemptus, cras forte moriturus ; ab isto (2) dimissus, forte ab illo trudendus. Erudiant nos (3) pericula, fratres mei. Quid tam indocti, et inter Dei verba, et inter humana experimenta? Ecce totum dedisti, et (4) abiisti gaudens quia vivis (5) etsi pauper, etsi nudus, etsi egens, etsi mendicus (6), gaudes tamen quia vivis, et dulcis est lux. Appareat Christus, paciscatur et ipse (7), non qui te (8) captivavit, sed qui pro te captus est, non qui te quærit occidere, sed qui pro te occidi dignatus est (9), qui dedit se pro te. Quantum pretium? Qui te fecit (10) dicit tibi. Mecum paciscere (11) : te vis habere, et totum perdere? Si habere vis te (12), me habere oportet, ut oderis te (13), ut diligas me et vitam tuam perdendo (14) invenias, ne tenendo perdas (15). De divitiis istis tuis, quas amas possidere, et quas tamen pro vita tua præsente paratus es dare (16), jam dedi salubre consilium (*b*). Si (17) amas et ipsas, noli (18) et illas perdere (19) : sed ubi eas amas, tecum perituræ sunt. Consilium et de ipsis do (20) : Amas eas? Mitte (21) eas quo sequaris eas, ne cum eas amas in terra aut vivus (22) amittas, aut mortuus dimittas. Et hinc, inquit (23), consilium dedi : non dixi : Perde, sed serva (24) : thesaurizare vis, non dico noli, sed dico ubi, Consultorem (25) accipe, non (26) prohibitorem. Ubi ergo dico thesaurizare (27)? *Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, quo fur non accedit, nec tinea, nec rubigo exterminat* (*Matth.* VI, 20). Sed (28) non video, inquis (29), quod pono in cœlo (30). Vides enim quod obruis in terra. Securus es obruendo

(*a*) Hac ipsa lectio in serm. 301. n. 9.

(1) *Edit.* et frigore.
(2) *Edit.* occupatus a somno.
(3) *Edit.* gaudet, exultat, superbit.
(4) *Edit.* pannosum videre indignatur. In somnis est quod vides o tu mendice, qui dormis, et gaudes. Tamen donec eviliget dives est : cum dormierit invenit quod certum doleat.
(5) *Edit.* illi pauperi dormienti et thesauros somnianti.
(6) *Edit.* Nam ille dives qui induebatur.
(7) *Edit.* postea mortuus est.
(8) *Edit.* et sepultus.
(9) *Edit.* in flamma.
(10) *Edit.* post somnum nihil.
(11) *Edit.* nihil operatus est de manibus.
(12) *Edit. addit* id est, de divitiis suis.
(13) *Edit.* vitam solam redimerent.
(14) *Edit. habet interrogationem, quam silet Codex.*
(15) *Edit. addit* totum dederunt tantum ne vitam amitterent. Totum dedisti barbaris quod habuisti, frater? totum, inquit, dedi, nudus remansi ; et si nudus vivam. Et quare? totus occidendus eram, ideo totum dedi. Et quare hoc tibi contigit? Vis dico tibi? quia antequam barbarus superveniret, pauperi non subveniebas, ut per pauperem eleemosyna ad Christum perveniret? Christo modicum non dedisti, et barbaris totum quod habuisti dedisti, et hoc cum Sacramento dedisti. Christus rogat et non accipit : ille torquet, et totum aufert. Si tanti redemisti vitam perituram, quanti comparanda, etc.
(16) *Edit. transponit commata hujus hypotheticæ sententiæ, et habet* qui *pro* si.
(17) *Edit.* ut vivas paucis diebus, quod hostis exigit, facis, et quod Christus exigit, contemnis?
(18) *Edit.* ad senectutem.
(19) *Edit. addit* qui utique sex millia annos vixerat et tamen pauci erant, quia cunctos finierat.
(20) *Edit.* tentationibus plenas redimis, ut modicam terram habeas, id est, villam.

(*a*) Vide sermonem 38 a n. 7 usque ad finem. Ibi omnes hujus Sermonis Sententiæ iteratæ leguntur.

(1) *Edit.* dicit.
(2) *Edit.* redemptus ab alio trucidandus. Ecce quanta a barbaris patiuntur homines propter vitam temporalem, et nos piget aliquid pati pro vita æterna.
(3) *Edit.* ista pericula.
(4) *Edit.* et subjecisti ; et gaudes.
(5) *Edit.* et hoc dicis etsi.
(6) *Edit.* gaudeo quia vivo, et istam lucem dulcem non perdidi.
(7) *Edit.* ipse tecum : non barbarus.
(8) *Edit.* captivaverat.
(9) *Edit.* ille qui se dedit pro te, ipse tibi dicit.
(10) *Edit.* ipse tibi dicit mecum.
(11) *Edit. cum interrogatione legit.*
(12) *Edit. habet et* me. Oportet.
(13) *Edit.* et pro ut.
(14) *Edit. punctum præponit voci* vitam, *sicque legit* vitam tuam perdendo invenies.
(15) *Edit. addit* eam.
(16) *Edit.* do consilium quid facias.
(17) *Edit.* si et ipsas amas.
(18) *Edit.* noli eas.
(19) *Edit.* quod si hic eas amas.
(20) *Edit.* si eas amas *absque interrogatione*.
(21) *Edit.* præmitte eas.
(22) *Edit.* vivus eas amittas.
(23) *Edit.* jam dedit consilium.
(24) *Edit* jam dixi : Thesaurizare vis? bene non dico.
(25) *Edit.* me accipe.
(26) *Edit.* non perditorem.
(27) *Edit.* scriptum est : Thesaurizate.
(28) *Edit.* sed forte dicis.
(29) *Edit.* non video locum in cœlo, ubi ponam.
(30) *Edit. addit* quam scalam, quam machinam quæsiturus sum, quæ ad cœlum attingat ut videam ubi ponam pecuniam

in terra (1) et sollicitus et (2) ei dando, qui fecit cœlum, et terram (3)? Serva (4) ubi vis, si inveneris meliorem (5) Christo, (6) custodi, commenda. (7). Commendo, (8) inquis, servo meo (9). Quanto melius Domino tuo (10)? Servus (11) fortassis (12) aufert (13), atque fugit; et inter tanta mala, quæ jam acciderunt, hoc optandum fuit, ut servus auferret, et fugeret, non ad Dominum suum hostes duceret (14). Multi (15) servi dominis suis repente inimici extiterunt, et eos cum (16) illo quod habebant, hostibus (17) prodiderunt. Cui ergo commendas? Interim, inquis, servo (18) meo (19) commendo aurum meum (20). Aurum tuum (21) servo : animam tuam cui (22)? Commendo, inquis, Deo animam meam. Quanto melius (23) illi et aurum tuum, cui et animam tuam? An forte fidelis est in custodiendo animam tuam, et infidelis est in custodiendo pecuniam tuam? Non servat tibi, qui servat te? Fac ergo fidem. Servus agit ne tollat : numquid agit ne perdat? Tota fides ejus est ne te fraudet; fidem ejus attendis (24), et infirmitatem non attendis? Posuit, non latuit (25); venit alius (26), abstulit. Numquid hoc Christo quisquam facturus est? Pigritiam excute, consilium accipe : thesauriza in cœlo. Et quid dixi', pigritiam excute? quasi labor sit in cœlo thesaurizare : etsi labor esset, faciendum erat (27) et suscipiendus labor erat, et reponenda ea, quæ pro magno habemus in loco munito unde (28) ea nemo posset auferre. Non tamen dicit tibi Christus, in cœlo thesauriza (29), scalas quære (30), pennas apta (31), sed mihi in terra da, et ibi (32) servabo. In terra, inquit, mihi da, ideo meam? Quid dicis? Vides in terra locum ubi obruis? Video inquit. Bene satis : si securus.

(1) *Edit.* quare *pro* et.
(2) *Edit.* de Deo.
(3) *Edit. addit* da securus Deo. Ipsi te commenda, qui tibi pecuniam in cœlo servat; quia ipse et te in terra, quandiu vivis, gubernat. Pecuniam servare vis? serva.
(4) *Edit.* quomodo vis.
(5) *Edit.* custodem quam Christum.
(6) *Edit.* commenda ei pecuniam tuam.
(7) *Edit.* inquit.
(8) *Edit. addit* bene.
(9) *Edit. addit* o Christianum virum!
(10) *Edit.* servus tuus.
(11) *Edit.* auferet.
(12) *Edit.* et fugiet.
(13) *Edit.* numquid Christus hoc facturus est? Multi.
(14) *Edit.* Multi ad dominos suos servi repente.
(15) *Edit.* cum ipso auro hostibus tradiderunt.
(16) *Edit.* tradiderunt *pro* prodiderunt.
(17) *Edit.* servo *inquit* meo.
(18) *Edit. addit* novi fidem servi mei, ideoque commendo servo meo aurum.
(19) *Edit. addit* bene satis, præfers servum tuum.
(20) *Edit.* tuum commendas servo tuo.
(21) *Edit.* animam meam commendo Deo meo.
(22) *Edit.* o homo, illi.
(23) *Edit.* et te? Laudas fidem servi tui? Etiam ego novi fidem servi mei. Tota fides ejus est, ne fraudet, ne tollat.
(24) *Edit.* ecce posuit, et.
(25) *Edit.* invenit alius, et tulit.
(26) *Edit.* da Christo esurienti, thesauriza in cœlo. Numquid labor est in cœlo thesaurizare?
(27) *Edit.* ad ponendum pecuniam tuam in loco munito.
(28) *Edit.* nemo eam possit auferre. Cum tamen.
(29) *Edit.* dicit tibi.
(30) *Edit.* machinas liga, pennas.
(31) *Edit.* Hoc dicit mihi.
(32) *Edit.* et tibi in cœlo servo.

veni (1) pauper hic esse, ut (2) tu ibi dives sis. Fac trajectitium (3). Times fraudatorem ne perdas (4). Quæris qui portet (5) quo migras? Christus tibi in utroque adest. Non (6) facit imposturam, sed facit (7) laturam. Sed Christum, inquis, ubi invenio (8)? Cum habeat fides mea, quod (9) audivi in Ecclesia; hoc didici, sic credidi, hoc Sacramento imbutus sum (10) : sepultus est, resurrexit tertia die, post quadraginta dies ascendit (11) in Cœlum coram oculis Discipulorum suorum, sedet (12) in dextera Patris, in fine venturus est; quando hic enim invenio? cui dabo (13)? Noli satagere, totum audi, aut si totum audisti, totum dic. Scio quia hoc accepisti, suspensus est Christus in cruce, depositus est de ligno, positus est in sepulcro, resurrexit, ascendit in Cœlum (14); sed et illud legisti (15) quia cum ejus Ecclesiam Saulus persequeretur (16) superbiens, crudelis, anhelans cædes, et Christianorum sanguinem sitiens, cum sæviret, cum persequeretur litteras portans Damascum, ut quos inveniret hujus disciplinæ viros ac mulieres vinctos ad pœnas adduceret (*Act.* VI, 2) (17). Audisti quid declamavit, quem sedentem confiteris in cœlo? Recole (18) ergo quid dixit, quid audisti, quid legisti : *Saule, Saule, quid me persequeris* (19)? Paulus enim nec eum videbat, nec tangebat (20) et tamen dicebat ille : *Quid me persequeris?* Non ait : Quid persequeris familiam meam, servos meos, sanctos meos, adde honorem (21), fratres meos, nihil horum; sed quid ait? *Quid me persequeris* (22)? id est, membra mea, pro quibus in terra calcatis caput de cœlo clamabat; quia (23) et pro pede tuo, si calcetur in terra, clamat lingua tua; non calcas pedem meum, sed calcas me (24). Quid ergo dubitas cui des (25)? Qui dixit : *Saule, Saule, quid me persequeris?* ipse tibi dicit : Pasce me in terra (26) : Saulus sæviebat, et (27) tamen Christum persequebatur. Sic et tu in terra eroga, et Christum (28) pascis. Nam istam quæstionem, qua moveris, prædixit ipse Dominus. *Com-*

(1) *Edit.* ideo veni egere ego in terra.
(2) *Edit.* ut sis tu.
(3) *Edit.* Forte times.
(4) *Edit. aufert interrogationem, et addit* et quæris.
(5) *Edit.* qui migret.
(6) *Edit.* faciet.
(7) *Edit.* faciet insuper et laturam.
(8) *Edit.* invenio, inquit, in terra? Eum ibi invenio, ut dem illi? Cum.
(9) *Edit.* audio :
(10) *Edit.* passus est, mortuus, et sepultus.
(11) *Edit.* in cœlos.
(12) *Edit.* ad dexteram.
(13) *Edit. addit* ut ad eum deferat?
(14) *Edit.* vel legisti.
(15) *Edit. addit* an istud nunquam audisti.
(16) *Edit.* superbus.
(17) *Edit.* Non audisti quid ei clamaverit.
(18) *Edit.* Recole. Quid ergo dixit?
(19) *Edit.* Quem Paulus nec videbat.
(20) *Edit.* In cœlo clamat.
(21) *Edit.* vel fratres? nihil eorum dixit. Et quid dixit?
(22) *Edit.* ait, id est, membra mea. Pro.
(23) *Edit.* et si pedem tuum in terra calcet aliquis, lingua tua de capite clamat.
(24) *Edit.* dicis : Quid ergo?
(25) *Edit.* Qui dicis? Qui dixit Saulo : Quid me.
(26) *Edit.* in terra Saulus saviebat.
(27) *Edit.* et Christum in cœlo tangebat.
(28) *Edit.* Christum in cœlo pascis.

movebuntur, et illi qui ad dexteram ponentur, et cum dixerit: Esurivi, et dedistis mihi manducare; respondebunt: Domine, quando te vidimus esurientem? et audient continuo: Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis (*Matth.* LXXV, 35) (1). Si ergo non vis dare, habes quod in te accuses, nam non habes quod excuses. De divitiis ergo (2) istis dicit tibi Dominus tuus: dedi consilium (3) Saluberrimum: amas (4) eas? migra eas; et cum migraveris (5) sequeris, sequere eas interim corde (6) *Ubi enim est thesaurus tuus* (7), *illic erit et cor tuum* (8). Si terræ commendas thesaurum, in terra obruis et cor: cum autem in terra obrueris cor, erubesce (9) cum respondes, (quando audis *Sursum cor*) *habemus ad Dominum*. Dedi ego, inquit, salubre consilium (10) de divitiis tuis, si feceris, si audieris, si talis dives fueris, qualem describit Apostolus, ut non superbe sapias, neque speres in incerto divitiarum, facile tribuas, communices (11). Thesaurizes tibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendas veram vitam. Jam interroga (12) me, inquit Dominus tuus; ecce obmigravi in cœlum quod habeo, sive totum erogando, sive quod remansit sic habendo tanquam non habens, utens hoc mundo tanquam non utens. Tanti valet regnum cœlorum (1 *Cor.* VII) (13)? Ecce si feci hoc, tanti valet. Chare est? Charius valet. Non enim vere tale est ut tanti (14) valere debeat; in æternum vives. Qui omnes thesauros istos pro vita paucorum dierum dares, ibi verus dives eris, quia non egebis. Sed hoc agis cum esse dives vis, ne in terra egeas. Et ideo tibi exaggeras, et congeris densum lutum, quo graveris. quo premaris, quo siccato arctius concludaris (15). Ideo itaque ne egeas, quæris ad vectionem multa animalia, ad victum epulas copiosas, ad indumentum (16) pretiosissimas vestes. Ne vero multa habendo tu dives (17) et Angelus pauper, qui nec equo utitur, nec rheda vehitur, nec (1) implet apparatibus mensam, nec ei vestis texitur, quia luce (2) vestitur (3), disce veras divitias. Tu istas (4) habere vis, ut habeas unde (5) fauces mulceas, et ventrem impleas: ille te vere divitem facit, qui tibi donat ne (6) esurias. Hoc est non egere omnino, non esurire: Nam quantumvis habeas, cum venerit hora (7) qua prandeas, vel antequam ad mensam accedas, cum esuris (8) egenus es. Postremo (9) remotis epulis anhelas superbus. Non est expletio ista indigentiarum, sed fumus curarum (10). Vide quid cogitas de divitiis istis tuis augendis. Vide si facile dormis (11) cum cogitas vel ne perdas ubi servasti, vel ut augeas quod servasti. Divitias ergo invenisti, qui requiem invenisti. Cum vigilas, augmentum divitiarum cogitas; cum dormis, latrones somnias: in die sollicitus (12), in nocte pavidus, semper mendicus (13). Verum divitem te vult facere, qui tibi promittit regnum Cœlorum. Et (14) quanti putas empturus es illas veras divitias, illam veram(15) vitam, eamque æternam? Quid? Ideo veram putas quod tanti eam empturus es, quanti paratus fuisti emere paucos istos laboriosos, et miseros dies? Aliquid (16) plus valere debet quod (17) longe majus est. Et quid faciam, inquis (18)? Totum quod habui pauperibus dedi, et quod habeo cum indigentibus communico, quid plus possum (19)? Habes (20) plus, te ipsum; te habes plus; tu es de rebus tuis; tu addendus es. Attende consilium Domini tui (21) quod dedit diviti: *Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus.* Et numquid dimisit eum posteaquam dixit hoc? Et ne se ille quod amabat perdere putaret (22), primo eum securum fecit, quia non perdidit, sed condidit: *Habebis*, inquit, *thesaurum in cœlo* (23). Sufficit hoc? Non. Et quid? *Veni, sequere me* (*Matth.* XIX, 21)(24). Ama-

(1) *Edit.* si audieras hoc aperte dic: Nolo dare et non habes unde te excusare, sed voce tua te damnare.
(2) *Edit.* ergo tuis dicit.
(3) *Edit.* quid facias.
(4) *Edit.* amas divitias. Amo, inquit. Ergo migra.
(5) *Edit.* migraveris eas, sequere eas.
(6) *Edit. addit* cum vivis: quin ubi fuerit thesaurus,
(7) *Edit.* ibi *pro* illic.
(8) *Edit.* Si autem in terra obruis cor tuum, erubesce.
(9) *Edit.* erubesce quia mentiris cum respondes quando audis sursum cor. Nam dicitur: Sursum cor, et continuo respondes: Habemus ad Dominum. Deo mentiris. Una hora in Ecclesia verum non dicis, Deo mentiris, quod semper hominibus facis. Dicis: Habemus ad Dominum, et in terra obrutum habes cor, quia ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum.
(10) *Edit.* si feceris de divitiis tuis, quod audisti, si talis dives fueris qualem Apostolus dicit, non superbe.
(11) *Edit.* ut thesaurizes.
(12) *Edit.* interroga Deum, et Dominum tuum, et dic illic: Ecce jam migravi, Domine, in cœlum quod habeo sic habeo, tanquam si non habeam. Tanti valet.
(13) *Edit.* quantum patrimonium meum? Charius valeat.
(14) *Edit.* tanti valeat. Hoc dicit Dominus tuus, quem interrogasti de patrimonio tuo: ad tempus victurus es et postea morituras, in regno meo nunquam moriturus, sed in æternum victurus es. Verus ibi dives eris ubi nunquam egebis.
(15) *Edit.* Nam ideo ad subvectionem multa animalia quæris, ne deficias; ad victum, etc.
(16) *Edit.* pretiosas.
(17) *Edit.* Re vera tu multa habendo dives es, et Angelus meus pauper est, nihil habet, nec equo, etc.
(1) *Edit.* nec mensam honestis implet apparatibus.
(2) *Edit. addit* æterna.
(3) *Edit.* Disce o homo dives, veras divitias appetere.
(4) *Edit addit* divitias.
(5) *Edit.* unde multum manduces, quia deficis.
(6) *Edit. addit* in æternum.
(7) *Edit.* hora quinta, antequam.
(8) *Edit.* esuris et deficis, quia miser es. Numquid Angelus sustinet? Absit, nec esuriem, nec defectionem habet Angelus.
(9) *Edit.* his epulis.
(10) *Edit.* cum cogitas de divitiis augendis, vide.
(11) *Edit.* Ni fallor, ubi divitias invenisti, requiem perdidisti.
(12) *Edit.* et in nocte.
(13) *In editione adest transpositio verborum in hoc commate.*
(14) *Edit.* et putas quia tanti empturus.
(15) *Edit.* veram et beatam vitam, quanti paratus es redimere istos miseros et laboriosos dies?
(16) *Edit.* multo plus.
(17) *Edit.* quod multo plus est, quia regnum cœlorum est.
(18) *Edit. addit* ecce sancte Episcope, monita tua audivi, consilio tuo parui, jussum Domini non sprevi, quod habui.
(19) *Edit. addit* facere?
(20) *Edit.* habes, adhuc temetipsum habes, tu ipse plus es, tu dees rebus tuis.
(21) *Edit.* tui fecisti? Feci, inquit. Quid mentiris? Non totum fecisti: ex una parte fecisti, ex alia nihil tetigisti. Audi quod jubet, vade, etc.
(22) *Edit.* quod pauperibus erogavit, securum eum reddidit dicens: Et habebis.
(23) *Edit.* numquid sufficit.
(24) *Edit. dicit.* Amas et sequi vis eum; quis eum?

sti? sequi vis? Cucurrit, volavit; quære qua? nescio qua. O Christianum? nescis qua ivit Dominus tuus? Vis dico tibi qua eum sequaris? per pressuras, per opprobria, per falsa crimina, per sputa in faciem, per (1) alaparum, et flagellorum verbera, per coronam spineam, per crucem, per mortem. Quid piger es (2)? Sequi volebas, demonstrata est via. Et tu: quis illum sequitur? Erubesce, barbate (3). Fœminæ secutæ sunt, quarum hodie natalitia celebramus. Fœminarum Martyrum (4), Tuburbitanarum solemnitatem hodie celebramus. Dominus vester, Dominus noster, Dominus illarum, Dominus omnium, Redemptor vitæ nostræ, de via angusta, et aspera præcedendo stratam (5) fecit, stratam regalem, munitam (*a*), [et puram, in qua delectaret et fœminas ambulare, et adhuc piger es? Non vis fundere sanguinem pro tanto sanguine? hoc dicit tibi Dominus tuus; prior pro te passus sum; da quod accepisti, redde quod bibisti. Non potes tu? Potuerunt pueri, et puellæ; potuerunt delicati, et delicatæ; potuerunt divites, et magni divites, qui subito irruente tentatione passionis non retenti sunt copia divitiarum, nec capti hujus vitæ dulcedine, cogitantes illum divitem finientem divitias, et invenientem tormenta, et non suas divitias præmiserunt, sed eas potius in martyrio præcesserunt. Tantis exemplis præcedentibus piger es? Et tamen festa Martyrum celebras. Natalis est hodie Martyrum; præcedam, dicis, et forte cum meliore tunica. Vide qua conscientia, ama quod agis; imitare quod celebras; fac quod laudas. Sed ego non possum. Dominus in proximo est, nihil solliciti fueritis (*Philip.* IV, 6). Ego, inquis, non possum; tu fontem ipsum noli timere: unde impletæ sunt illæ potes et tu impleri, si avidus accedas, si non quasi collis tumescas, sed quasi vallis humilieris, ut impleri merearis. Non ergo nobis dura sint, fratres, maxime his temporibus abundante (*b*) pressura: Contemptus est a Martyribus mundus cum floreret. Vere magna laude contemptus est florens, et amatur periens. Contempserunt illi flores ejus, et tu amplecteris spinas ejus. Si migrare piger es, vel domus ruinosa te terreat. Sed insultat tibi Paganus. Unde tibi insultat Paganus? Re vera tempus est ut insultet tibi Paganus, quia implentur prædicta Domini tui. Rectius tibi insultaret, si non implerentur quæ ille prædixit. Ille Deum negat, quem colis, tu ex his quæ patitur mundus, ostende veracem, et non contristatus prædictis, gaudeas promissis. Venit enim eo tempore, quo jam mundus, ætate vergente, quasi ita factus, ut finiendus, abundaturus erat cladibus, et calamitatibus, et angustiis, et molestiis. Ad solatium tuum venit qui tunc venit; ne deficeres in pressuris vitæ pereuntis, atque transeuntis, promisit alteram vitam. Antequam mundus his afflictionibus, et calamitatibus laboraret, missi sunt Prophetæ; missi sunt servi ad ægrotum istum grandem, ad genus humanum, quasi unum hominem languidum ab Oriente usque ad Occidentem distentum, et jacentem; misit Medicus potens servos suos. Ventum est ut tales accessiones venirent ægroto huic, in quibus multum laboraturus erat. Et ait Medicus: Multum laboraturus est iste ægrotus, ego sum necessarius. Jam stultus ægrotus dicat Medico: Domine, laboro ex quo venisti: Stulte non laboras de eo, quia veni, sed, quia eras laboraturus, veni. Compendio igitur, fratres, quid multa dicimus? *Verbum consummans breviavit Dominus super terram* (*Rom.* IX, 28). Bene vivamus, et pro bona vita nostra bona terræ transeuntia non speremus (*a*). Vilis merces est bonæ vitæ terrena felicitas; non tanti valet quod hic bene vivis, quanti valet quod hic concupiscis; quamvis talia concupiscendo nec bene vivis, si vis mutare vitam, muta concupiscentiam. Servas fidem Deo, et ideo ut in terra sis felix; et hoc tibi est totum. Quare servas fidem Deo? fides tua tanti valet? tanti illam æstimas? sic illam adducis? si aliquid venale habeas in terra, et cum emptore paciscaris, tu charius pretium dicis, ille vilius; tanti valet, inquis, quoniam quod vendis exaggeras; et ille: Non valet tanti, sed tanti; et dat sibi minus pretium, volens vilius emere. Dominus Christus corrigit te. Dicis tu Domino tuo Christo: Domine, servo tibi fidem, et tu da mihi in terra. Stulte, non tanti valet quod vendis; erras, nescis quod habes. Servas fidem, et quæris terram? Plus valet fides tua, quam terra, nescis illam appretiare. Ego novi quanti valeat, qui tibi donavi; tanti valet quantum est tota terra; adde terræ et cœlum: plus valet. Et quid est plusquam terra, et cœlum? Ille qui et terram fecit, et cœlum. Conversi ad Dominum (*b*).]

(*a*) Vide Serm. 255, n. 1 et mutilam periodum restauratam agnosces.

(*b*) Ingruente prima persecutione Vandalica, sermonem habitum duco post annum 427. Vide Serm. 296 a n. 6 ad 11. Sed ibi de urbis Romæ vastatione, hic Africam ipsam vexatam dicit.

(1) *Edit.* per alapas, et flagellorum.

(2) *Edit.* ecce demonstrata est tibi via. Sed dura est, inquis, via; quis per istam illam sequatur?

(3) *Edit. addit* erubesce: a virtute vir diceris.

(4) *Edit.* Suburbitarum, in *animadversione autem* Suburbitanarum *ex Sirmondo*.

(5) *Edit.* stratam eam vobis fecit, stratam, securam, munitam. Christus Dominus noster, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen. *Sicque explicit sermo.*

SERMO IV.

De Natali Domini.

Sermonem num. 189 *Tom. V. Maurini dolent nusquam vidisse in MS. ut loca minus integra, vel male sarta reficerent. Eumdem in integritatem suam restitutum exemplavi a septem Codicibus, quorum tres sunt antiqua lectionaria, quibus in officii recitatione solemni Monachi utebantur in choro, quos inter præstat Codex num.* 106. *elegantissime exscriptus manu propria Leonis Ostiensis, qui epocham, et nomen suum apposuit, et Codicem figuris ornavit. Duo alii Codices sunt Breviaria characteribus latinis sæculi XIV. ante ætatem*

(*a*) In Epilogum arctissime cum reliquo Sermone connexum, ejusque perficientem integritatem.

(*b*) Sermones editi varias post hæc verba *Conversi ad Dominum* subjiciunt clausulas; anceps ergo est, qua potius usus fuerit Augustinus, quoties nihil insuper additur. Vide Serm. 67, 100, 141, etc.

Urbani V. nam Psalmos ex editione Romana legunt, non ex Gallicana, quam ille Pontifex Cassinensibus præscripserat. Reliqui duo continent sermones diversorum, sicque etiam inscribuntur. In his vero septem Codicibus una et constans est sermonis lectio, unaque inscriptio, quæ cum Maurina editione concordat. Bibliotheca Medicea Laurentiana monet extare in Cod. 1. Plut. XIV. hunc eumdem sermonem integrum, ut in nostris Codicibus.

SANCTIFICAVIT nobis (1) istum diem dies, qui fecit omnem diem, de quo Psalmus (2) cantat *(a) Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra; cantate Domino*, *et benedicite* (3) *nomen ejus* (*Psal.* xcv, 1, 2). (4) bene nuntiate de die in diem salutare ejus. Quis est iste dies de die, nisi Filius de Patre, lumen de lumine. Sed dies ille (5) qui genuit diem, qui de Virgine nasceretur hoc die. Dies ergo ille non habet ortum, non habet occasum. Diem dico Patrem Deum. [Non enim esset Jesus dies de die, nisi esset et Pater Dies.] Quid est dies nisi lumen? non oculorum carnalium, non lumen, non lumen commune hominibus (6), et pecoribus, sed lumen quod Angelis lucet, lumen cui videndo corda purgantur. Transit enim ista nox, in qua modo vivimus, in qua nobis accenduntur lucernæ Scripturarum, et veniet illud, quod in alio Psalmo canitur *(b)* : *Mane astabo tibi*, *et contemplabor te* (*Id.* v, 5). Dies ergo ille Verbum Dei, dies, qui lucet Angelis, dies, qui lucet in illa Patria, unde peregrinamur, vestivit se carne, et natus est de Maria Virgine. Mirabiliter natus est. Quid mirabilius Virginis partu (7)? Concepit et virgo est? parit et virgo est. Creatus est enim (8) de illa quam creavit, et attulit ei fœcunditatem, non corrupit (9) integritatem, Maria unde? ex Adam. Adam unde? de terra (10). Si Adam de terra, et Maria de Adam, ergo et Maria terra. Si (11) Maria terra, agnoscamus quod cantamus : *Veritas de terra orta est*. Quale nobis beneficium præstitit *(c)*, *Veritas de terra orta est? et justitia de cælo prospexit* (*Id.* LXXXIV, 12). *Judæi enim*, sicut dicit Apostolus, *ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti* (*Rom.* x, 3). Unde potest homo esse justus? a semetipso? Quis pauper sibi dat panem? quis nudus cooperitur, nisi acceperit vestem? [Justitiam non habebamus; peccata hic sola erant.] Unde justitia? quæ justitia sine fide? *Justus enim ex fide vivit* (*Id.* I, 17). Qui sine fide se dicit justum, mentitur (1). Quomodo non mentitur in quo non est fides? si vult verum dicere convertat se ad veritatem. Sed (2) longe erat. *Veritas de terra orta est.* Dormiebas, venit ad te; stertebas, excitavit te; viam tibi fecit per se, ne perderet te. Ergo (3) quia veritas de terra orta est, Dominus noster Jesus Christus de Virgine natus est; *Justitia de cælo prospexit* (4), ut haberent homines justitiam non suam, sed Dei. Quantam dignationem! Qualis præcessit indignatio! Indignatio quæ præcessit? Mortales eramus, peccatis (5) premebamur, pœnas nostras portabamus. Omnis homo, quando nascitur, inchoat a miseria. Noli quærere prophetantem; interroga nascentem, et vide flentem. Cum (6) ergo ista esset in terra magna Dei indignatio, qualis subito facta est dignatio? *Veritas de terra orta est.* Creavit omnia, creatus est inter omnia; fecit diem, venit in diem; erat ante tempora, signavit tempora. Dominus Christus in æternum sine initio apud Patrem (7); [et tamen hodie quære quid est. Natalis est. Cujus? Domini. Habet Natalem? Habet. In principio Verbum, Deus apud Deum, habet natalem? Habet.] Nisi haberet ille humanam generationem, nos non perveniremus ad divinam regenerationem : natus est, ut renasceremur. Nemo dubitet renasci, Christus natus est; generatus est, non regenerandus. Cui enim necessaria erat regeneratio, nisi cujus est damnata generatio? Fiat itaque in cordibus nostris misericordia ejus. Portavit eum Mater in utero, pertemus (8) in corde; gravidata est Virgo incarnatione Christi, gravidentur pectora nostra fide Christi; peperit (9) Salvatorem, pariamus laudem. Non simus steriles; animæ nostræ fœcundæ sint Deo. Generatio Christi a Patre sine Matre (10); generatio Christi a Matre sine Patre : ambæ generationes mirabiles. Prima generatio æterna, secunda temporalis. [Quando natus est de Patre? Quid est quando? Quæris ibi quando, ibi, ubi non invenies tempus? Noli ibi quærere quando. Illic quære quando : Quando de Matre bene quæris. Quando de Patre non bene quæris; natus est, et non habet tempus;] natus est æternus de æterno, coæternus. Quid miraris? Deus est. Fit consideratio Divinitatis, et perit causa admirationis, [Et quando

(a) Versio Itala habet : *Cantate Domino*, *benedicite nomen ejus*, *bene nuntiate diem de die salutare ejus.* Idcirco Maurini opinati sunt hunc Psalmi versum a Mss. ad hanc lectionem restitui posse. At Codices nostri conjecturæ illi stabiliendæ non sufficiunt. Sed annotat Cl. Sabatier in sua veteri versione Bibliorum, semel tantum usum fuisse Augustinum lectione illa, cæteris autem in locis semper scripsisse *de die in diem*, vel *de die ex die*

(*b*) Singularis prorsus hic locus. Licet enim in Psal. 36, 58, 148, et in Tract. 34 in Joan. legatur : *Mane astabo tibi*, *et contemplabor* ; hic tamen solum additur pronomen *te.*

(*c*) Diverse interpungitur in editis : præcedit enim interrogatio.

(1) *Edit. addit* Fratres.
(2) *Edit.* canit.
(3) *Edit.* nomini.
(4) *Edit.* benedicite.
(5) *Edit.* hunc genuit diem, qui de Virgine natus est hodie.
(6) *Edit.* cum *pro* et.
(7) *Edit.* concipit.
(8) *Edit.* de ea.
(9) *Edit. addit* ejus.
(10) *Edit. legitur :* Si Maria de Adam, et Adam de terra, ergo, etc.
(11) *Edit.* si autem.

(1) *Edit. ait sine interrogatione* quoniam mentitur.
(2) *Edit.* Longe enim veritas est. Dormiebas, venit ad te, gravi opprimebaris somno, excitavit te.
(3) *Edit.* Ergo veritas de terra orta est, quia Christus de Virgine natus, etc.
(4) *Edit.* ut per justitiam homines resipiscerent qui per injustitiam desipuerunt. Mortales, etc.
(5) *Edit.* opprimebamur.
(6) *Edit.* hæc esset.
(7) Hæc *omnia desunt in editione pro quibus hoc solum legitur :* habet et natalem in principio Verbum, qui nisi, etc.
(8) *Edit.* et nos in corde.
(9) *Edit. addit* Virgo.
(10) *In editione pro verbis* Generatio Christi *habetur*, etc.

dicimus, natus est de Virgine; magna res! miraris? Deus est; noli mirari :] transeat admiratio, (1), accedat laudatio. Fides adsit; crede (2) quia factum est. [Si non credideris illud factum est, tu remanes infidelis. Dignatus est homo fieri, quid quæris amplius?] Parumne pro te humiliatus est Deus? Qui Deus erat, homo factus est; angustum erat diversorium, involutus pannis in præsepe positus (3) : audistis cum Evangelium legeretur. Quis non (4) miretur. Ille, qui mundum (5) implebat, in diversorio locum non (6) inveniebat; in præsepe positus (7) cibaria nostra factus est. Accedant ad præsepe duo animalia, duo populi (8) : agnovit enim bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui. Attende ad præsepium; noli erubescere (9) esse jumentum Domini. Christum portabis, non errabis (10); ambulans per viam, [sedet supra te via. Meministis asellum illum adductum ad Dominum? Nemo erubescat, nos sumus.] Sedeat supra nos Dominus, et quo vult nos (11) vocet. Jumentum ipsius (12) sumus, ad Jerusalem (13) imus. Ipso (14) sedente non (15) premimur, sed elevamur; ipso ducente non (16) erramus, ad illum imus, per illum imus, non perimus.

SERMO V.

Habitus Carthagine ad (a) *Mensam B. Cypriani sexto Idus Septembris de eo, quod Apostolus ad Galatas dicit : Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales*, etc.

Non adhuc vulgati sequentes sermones classem alteram constituentes nunc primum lucem aspiciunt, habituri, ut opinor, vindices quotquot in Augustini lectione tantisper versati fuerint. Primum hunc exscripsi ex cod. 17, *de quo supra, eumdemque signavi titulum quem in cod. præfert. In bibliothecis editis non reperi, eumque si adamaveris inserere sermonibus Editionis Maurinæ, præpones serm.* 164. *Ex hoc fonte hausisse Florum sententias ad priores versiculos capit.* 6. *epistolæ ad Galatas explanandos ipsius commentarium legentibus patet. Maurini sermonem hunc ignorantes ex laudato serm.* 164 *easdem transtulisse Florum censuerunt; sed ibi de proprio et alieno onere ferendo tantum agitur, hic autem sex priores versiculi exponuntur, et Flori commentarium ab hac expositione non abhorret.*

I. Recolite commemorantem Epistolæ apostolicæ lectionem : *Fratres*, inquit, *si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis Legem Christi. Qui enim putat se esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso tantum habebit gloriam, et non in altero. Communicet autem qui catechizatur verbum ei, qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare, Deus non subsannatur; quod enim seminavit homo, hoc et metet; quia qui seminaverit in carne, ex carne metet corruptionem; qui autem seminaverit in spiritu, de spiritu metet et vitam æternam. Bonum autem facientes non infirmemur; tempore enim suo metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei* (*Galat.* VI, 1, *et seqq. juxta Italam versionem*). Huc usque recitatum est de Epistola Pauli : huc usque vobis tanquam lector fui. Sed, fratres mei, si intellectus est lector, cui rei necessarius est disputator? Ecce audivimus, intelleximus, faciamus et vivamus. Et quid opus est vestram onerare memoriam? tenete ista et inde cogitate. An forte movet aliquem vestrum quomodo intelligendum sit quod ait : *Invicem onera vestra portate*, et paulo post ait : *Unusquisque proprium onus portabit?* Dicitis enim in cordibus vestris qui tamen hoc advertistis : Quomodo invicem onera nostra portamus, si unusquisque proprium onus portabit (*b*)? si invicem onera nostra portamus? Fateor, quæstio est. Pulsate, et aperietur vobis : pulsate intendendo, pulsate studendo, pulsate etiam pro nobis, ut aliquid dignum vobis dicamus, orando: ita pulsantes adjuvatis nos, et cito ista quæstio soluta erit. Utinam quam cito solvetur, tam efficaciter quisque quod intellexerit operetur? In pondere infirmitatis *Invicem onera nostra portamus : in ratione pietatis unusquisque proprium onus portabit.* Quid est quod dixi? Omnes homines quid sumus nisi homines, ac per hoc infirmi, et qui omnino sine peccato non sumus? In hoc enim *Invicem onera nostra portamus.* Si enim tædium passus fueris ad peccatum fratris tui, et ille ad tuum, negligitis invicem, et facitis vere grande peccatum. Si autem quod ille non potest toleras tu, et quod tu non potest toleret ille, invicem onera vestra portatis, et quia invicem onera vestra portatis, impletis legem sacratissimam charitatis. Ipsa est enim Lex Christi, lex charitatis est Lex Christi. Ideo venit quia nos amavit, et non erat quod amaret, sed amando amabiles fecit. Audistis quid sit, *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis Legem Christi.* Quid est ergo *Unusquisque proprium onus portabit?* Unusquisque pro peccato suo rationem reddet; de peccato alieno nemo redditurus est rationem. Habet quisque causam suam; Deo redditurus est rationem suam. Sed et ipsi Præpositi, qui rationem reddunt de gregibus Christi, de peccato suo rationem reddunt, si

(*a*) Quæ fuerit Carthagine B. Cypriani mensa videsis in serm. 310. n. 2.

(1) *Edit.* ascendat.
(2) *Edit.* quod *pro* quia.
(3) *Edit.* positus est.
(4) *Edit.* admiretur.
(5) *Edit.* implet.
(6) *Edit.* invenit.
(7) *Edit.* cibus noster.
(8) *Edit.* cognovit.
(9) *Edit.* Dei esse jumentum.
(10) *Edit.* ambulans per viam, sedet super te.
(11) *Edit.* dirigat *pro* vocet.
(12) *Edit.* simus.
(13) *Edit.* eamus.
(14) *Edit.* insipiente.
(15) *Edit.* opprimemur.
(16) *Edit.* errabimus, per ipsum ad ipsum eamus, ut cum nato hodie puero in perpetuum gaudeamus.

(*a*) Fortasse abundat in Codice hæc altera interrogatio.

neglexerint de gregibus Christi. Ergo, fratres, *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, quicumque estis qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis.* Et si clamas, intus ama; hortaris, blandiris, corripis, sævis; dilige et quidquid vis fac. Non enim pater odit filium; et tamen pater, si opus est, verberat filium, incutit dolorem ut tueatur salutem. Hoc est ergo *In spiritu lenitatis :* si enim *Præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto* et dixeris : Non ad me pertinet; et dixero tibi : Quare ad te non pertinet? et responderis mihi : *Quia unusquisque proprium onus portabit :* respondebo tibi : Certe libenter audistis, et intellexistis : *Invicem onera vestra portate. Ergo si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto*, tu qui spiritualis es, instrue hujusmodi in spiritu lenitatis. De peccato quidem suo ipse redditurus est rationem, quia *Unusquisque proprium onus portabit :* sed tu vulnus illius si neglexeris, de peccato negligentiæ tuæ malam redditurus es rationem : ac per hoc si invicem onera vestra non portaveritis, malam rationem habebitis in eo quod *Unusquisque proprium onus portabit.* Facite illud ut invicem onera vestra portetis, et parcit vobis Deus quod unusquisque proprium onus portabit. Si enim portabis onus alterius, quando præoccupatur in aliquo delicto, ut in spiritu lenitatis instruas eum, venies ad eum locum ubi audisti : *Unusquisque proprium onus portabit :* et bona conscientia dicis Deo : *Dimitte nobis debita nostra.* Ergo, fratres, mementote *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto*, non transeuntes accipias, homo : potuit enim dicere : Si præoccupatus fuerit quispiam, si præoccupatus fuerit quicumque. Non hoc dixit, sed dixit, homo. Valde autem difficile est, ut non in aliquo delicto præoccupetur homo; quia quid est homo? Sed spirituales isti, quos admonuit, ut in lenitate instruant eum hominem, qui delicto fuerit præoccupatus, forte dicebant in cordibus suis : Portemus onera eorum qui præoccupantur delictis, quia nos non habemus quid in nobis ipsi portare possint. Audi, quia non debes esse securus, sequentia verba : *Vide, intendens te ipsum, ne et tu tenteris.* Ne superbirent spirituales, ne se extollerent; quamquam si sunt spirituales non se extollent; timeo ne propterea se extollant, quia carnales sunt; tamen attendat et spiritualis, ne et ipse tentetur. Numquid enim quia spiritualis est, homo non est? numquid quia spiritualis est, non portat corruptibile corpus quod aggravat animam (*Sap.* IX, 15)? Numquid quia spiritualis est, finivit hanc vitam, quæ *Tota tentatio est super terram* (*Job,* VII, 1, *juxta Italam*)? Ergo bene illi dictum est, omnino bene : *Intendens te ipsum, ne et tu tenteris.* Et cum admonuisset illos, id est, spirituales, intulit continuo generalem illam sententiam : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis Legem Christi.* Quid est alter alterius? Carnalis portet onus alterius carnalis; Spiritualis portet alterius spiritualis : *Invicem onera vestra portate;* peccata vestra invicem nolite negligere : apud quos fiducia est vobis, arguite; apud quos arguendi fiducia non fuerit, admonete (2 *Cor.* VII, 4); et si hoc necesse est, ne quisquam peccet, orate, rogate. An forte humiliavi vos, quia dixi, rogate? Apostolum audite : *Præcipientes autem*, inquit, *et rogamus, ne in vacuum gratiam Dei suscipiatis* (*Id.* VI, 1, *ex Itala*). Medicus si vires invenerit in ægroto, corripit; si autem vires non invenerit, et timet ne sub amaritudine correctionis forte deficiat, supplicat, rogat ut audiat, faciat, et vivat. Constat ergo propter hoc dixisse Apostolum, *Invicem onera vestra portate;* quia spiritualem admonuerat, et dixerat : *Intendens te ipsum, ne et tu tenteris;* ne tantum sibi arrogaret iste spiritualis, ut putaret se non habere onus, quod debeat ab altero supportari. Audi ipsum rursus propter typhum, propter tumorem, propter inflationem, audi ipsum iterum : *Qui enim putat se esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit.* Non potuit dici melius, *Se ipsum seducit.* Non in omnibus diabolus est accusandus; aliquando enim ipse homo diabolus suus est. Cur enim cavendus est diabolus? Nempe ideo ne te seducat. Nonne ergo tu ipse es diabolus tuus, quando te ipsum seducis? Quid deinde? *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso tantum habebit gloriam, et non in altero.* Quando facis aliquid boni, si propterea tibi placet, quia laudat te alter; si autem alter te hinc non laudaret, in faciendo opere bono deficeres destitutus vocibus laudatoris : in altero habes gloriam, non in te ipso. Si laudat, facis; si forte bonum opus tuum displicuerit homini stulto, non facis. Nonne vides homines res suas effundentes histrionibus, et nihil pauperi porrigentes, quam multorum ore laudantur? Numquid ideo bonum est quod faciunt quia laudantur? Expergiscere tandem : *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ.* Omnes acclamastis, quia Scripturam sanctam, unde testimonium commemoramus, nostis. Audiant et qui nesciunt. Scriptura sancta dixit, Scriptura sancta prædixit, quoniam *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et qui inique gerit, benedicitur* (*Psal.* IX, 24). Modo jam si laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et qui iniqua gerit benedicitur, quære laudatores. Dilanient te desideria mala? fac iniquitates quotidie ad explenda desideria tua, et quære laudatores. Mihi crede, non invenis, nisi adulatores, aut seductores. Quomodo seductores, quomodo adulatores? Debeo verborum meorum reddere rationem. Adulatores sunt qui sciunt te male facere, et tamen laudant; qui vero ideo te laudant malum facientem, quia bonum putant esse quod facis, non sunt adulatores, quia ex animo laudant, sed sunt seductores, quia ad illa mala facienda te suarum laudum frequentatione seducunt, et respirare non sinunt : is enim in auras inanes, putas bonum esse quod facis; præcipitas bona tua; exinanis domum tuam; nudos relinquis filios tuos : laudes illæ insanum fecerunt; curris, manus moves, favores accipis, ad os ponis, fundis domum, et colligis ventum. Quomodo, inquis, sunt isti seductores mei qui me ex animo laudant? Ideo sunt seductores tui, quia

prius errando fuerunt et sui. Itane vero scalas ad te ponere laborabit, ut non te seducat, qui se ipsum seducit? Ergo *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, et qui iniqua gerit, benedicitur*. Cave talem laudatorem, vita hujusmodi benedictorem. Imo tu bonum fac. Sed inquies, displicebo tali illi, si fecero : et displice illi, et place Deo. Si enim illi displicueris et Deo placueris, in te ipso habebis gloriam, et non in altero. Sed detrahunt mali bonis, et amatores hujus sæculi maledicunt contemptoribus sæculi, dicunt opprobria, quærunt quid reprehendant ; mox ut aliquid mali dictum fuerit, continuo credunt ; si aliquid boni dictum fuerit, credere nolunt, et turbatur cor tuum, ut deficias in bono faciendo, quia non est inventus laudator, vel adulator, vel deceptor. Et non tibi sufficit testimonium conscientiæ tuæ? In theatro pectoris tui, sub oculis Dei quare turbaris : obsecro te, quare turbaris? Quia multa dicuntur de me mala. Hoc dicis? non turbareris in navi cordis tui, nisi Christus dormiret (*a*). Audisti cum Evangelium legeretur : *Irruit magna tempestas, et navis turbabatur, et operiebatur fluctibus ;* quare? quia *Christus dormiebat* (*Matth.* VIII, 24). Quando dormit Christus in corde tuo, nisi quando oblivisceris fidem tuam? Fides Christi in corde tuo tanquam in navi Christus est. Audis opprobria, fatigaris, turbaris : dormit Christus. Excita Christum, excita fidem tuam. Habes quid facias vel turbatus : excita fidem tuam, evigilet Christus, et loquatur tibi ; turbant te opprobria? quæ non ego prior audivi pro te? Hoc tibi dicit Christus, sic te alloquitur fides tua. Audi illam, et vide quia si te alloquitur an forte oblitus es, quia *Pro nobis passus est Christus* (1 *Petr.* II, 21)? et antequam pro nobis tanta mala pateretur, audivit opprobria? Dæmonia ejiciebat, et dicebatur ei : *Dæmonium habes* (*Joan.* VIII, 48). De illo per Prophetam dictum est : *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me* (*Psal.* LXVIII, 12). Excita ergo Christum, et dicet tibi in corde tuo : *Cum vobis detraxerint homines et dixerint omne malum adversum vos propter me, gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis* (*Matth.* V, 11, *ex Itala*). [Crede quod dictum est, et fit in corde tuo tranquillitas magna.] Si ergo *Putat se esse aliquid homo, cum sit nihil, se ipsum seducit ; opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso gloriam habebit, et non in altero*. Sive laudet, sive reprehendat, tu in temetipso habes gloriam, quia gloria tua Deus tuus est in conscientia tua, et eris similis virginibus sapientibus, quæ tulerunt oleum secum in vasis, ut non in altero haberent gloriam, sed in se ipsis (*Matth.* XXV, 8). Nam illæ, quæ non tulerunt oleum secum, mendicaverunt ab ipsis, et extinctæ sunt lampades earum et dixerunt : *Date nobis de oleo vestro*. Quid est, *Date nobis de oleo vestro* (*b*) nisi, laudate opera nostra, quia non nobis sufficit conscientia nostra? Quod obscurum videbatur in apostolica lectione, sicut Dominus donavit, exposui. Cætera plana sunt, non quærunt expositionem, sed factorem. Ut autem quod audivimus faciamus, ipsum rogemus, sine cujus adjutorio facere nihil boni poterimus, quoniam ipse dixit suis Discipulis : *Sine me nihil potestis facere* (*Joan.* XV, 15). Conversi ad Dominum, etc.

(*a*) Ad cognoscendam liturgiam Carthaginensem vide eo die lectum fuisse de capite 6. Epistolæ ad Galat., et de cap. 8. Evang. Matth.

(*b*) Hunc eumdem Matthæi locum sæpe de inani gloria interpretatus est S. Doctor. Vid. enarr. in Psal. 140. n. 13.

(*a*) *Et post Sermonem.*

Quia plebs postulavit ut ante diem Natalis beati Cypriani non proficisceretur, adjecit : Vere dico Charitati Vestræ, quia nostrum desiderium, et querelas etiam per litteras ferre non possumus; sed quia hoc, quod petitis, jam jussit et sanctus Senex, sic concludo sermonem : Natalis beati Cypriani jam propinquat ; propter eam solemnitatem in me retinendo violenti esse voluistis ; ergo qui verbo studemus, bonum est ut etiam corpore jejunemus.

SERMO VI.

(*b*) *De pluribus Martyribus.*

Ex Cod. n. 12, *cui titulus* Sermones Augustini et aliorum, *prodit hic Sermo Augustini quidem nomine insignitus, et genuinis ejusdem fœtibus permixtus. In bibliothecis editis, quas adire licuit, nulla occurrit sermonis istius memoria. In Maurina editione collocabis post sermonem* 326. *Exordium, et sententia in eo posita iterantur serm.* 286, *et fere iisdem verbis. Vide etiam serm.* 328, *n.* 2, *post medium.*

Martyrum nomen græcum est, latine testes dicun-

(*a*) Hujusmodi additiones frequentes sunt in sermonibus editis. Prima autem verba sunt alicujus notarii, vel exceptoris. Porro ex hoc loco confirmatur, quod Possidius in Augustini vita testatus est, sæpe Episcopos, et populum, apud quos S. Doctor diversabatur, non solum fuisse deprecatos, sed eum insuper ad sermocinandum adegisse : quod eximium argumentum est probatissimæ scientiæ, florentisque famæ illius inclyti.

(*b*) Licet sermonis inscriptio sit indiscriminatim *de Pluribus Martyribus*, certos tamen hic laudari Martyres constat ex actorum lectione, quæ præcessisse dicitur his verbis : « Quando sanctorum passio legebatur. » Arbitror autem hic locutum fuisse Augustinum de Martyribus Carthaginensibus, quorum meminit in Breviculo Collationis diei tertiæ c. 17 ubi hæc leguntur : « Confitebantur in passionibus suis se collectam, et Dominicum egisse. » Eos XLVIII. fuisse narrant Optatus Milevitanus, Balutius, et Ruinartus, et martyrium subiisse pridie Idus Februarii an. 304. Et revera collectæ hic exprobrantur a judice veluti unica reatus causa, easque Martyres cum gratiarum actione se peregisse fatentur. Vix autem credibile est nullum sermonem habuisse Augustinum de his Martyribus tota Africa celebratissimis, cum Carthaginense Calendarium recenseat quinque distinctas istorum solemnitates, quibus deinceps et sexta accessit postquam Justinianus Imperator in suis ædibus templum extruxit inclytæ Virgini Primæ, ut refert Procopius (de ædific. a Justinian. extruct. 6), quam inclytam Baronius ex his Martyribus unam fuisse tenet. In editis autem huc usque collectionibus desiderabatur aliquis sermo de his Martyribus, quem duo Codices Cassinenses 12 et 17 servabant, Carthagine fortassis habitum, ubi celebrior eorum memoria compulit Augustinum, ut peculiari coercitione moneret fideles, ne in ebrietates, et comessationes diffluerent nimia gestientes lætitia. Sic enim dicendi finem fecit : « Celebremus Martyrum dies, honorando Martyrum passiones, non amando potiones ; » quod etiam fere similibus verbis in solemnitatibus Divi Cypriani Carthagine monuit, et in festivitate viginti Martyrum Hippone Regio celeberrima. Porro ubi res ista se habeat, falsitatis arguendus erit Collector Donatista apud Optatum,

tur : si ergo testes sunt, pro testimonii sui veritate tanta perpessi sunt. Serviebat veritas Deo, mentiebatur iniquitas sibi. Sic enim scriptum est ; corpus Christi loquitur in Psalmo, quod est Ecclesia *Et surrexerunt mihi testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi* (*Psal.* xxvi, 12). Testes et testes ; testes iniqui, et testes justi ; testes diaboli, et testes Christi. Utriusque testis genus vidimus, expectavimus, audivimus cum beatorum Martyrum, quorum dies solemnitatis agitur, passio legebatur. Interrogati, responderunt collecta se egisse, quia Christiani essent. Hoc est testimonium veritatis. Judex dicebat : Quoniam de scelere confessi estis. Hoc est testimonium iniquitatis. Prædicabatur Deus, et vocabatur scelus. In prædicatione Dei obediebat veritas Deo ; in appellatione sceleris mentiebatur iniquitas sibi. In ipsos enim quod dicebat, revertebatur, et falsum scelus vero scelere damnabatur. Non faciebant scelus Martyres nostri ; non faciebant scelus Christi Martyres congregando se in collecta ad laudandum Deum, ad audiendam veritatem, ad sperandum Regnum Cœlorum, et contemnendum præsens nequissimum sæculum. Non faciebant isti scelus. Hæc pietas vocatur. Hujus rei nomen religio est. Hujus rei nomen devotio est. Hujus rei nomen verum testimonium est. Quod ergo scelus faciebant qui de pietate confessos insuper occidebant ? Illum et illum, ait judex iniquitatis, testis falsitatis, illum et illum et illum gladio animadverti placet. Ecce scelus. Audi et vocem pietatis : Deo gratias, dixit testimonium primus (*a*). Primus clausit testimonium victoria perpetua. Credo quod advertit Charitas Vestra, quando Sanctorum passio legebatur, qui primus confessus est ; primus vocabatur ante novissimum ; victoria in fine perpetua. O victoria sine labe ! o finis sine fine ! Quid est enim victoria perpetua, nisi victoria sine fine ? Hoc est vincere carnis illecebras, vincere perversi judicis minas, vincere corporis dolorem, vincere vitæ amorem. Dicam si potuero, Domino adjuvante, fratres mei, quod sentio : in sanctis Martyribus amor vitæ amore victus est vitæ. Qui acclamastis, intellexistis, sed propter eos qui non intellexerunt, patimini me qui intellexistis, paulisper aperire quod dixi. Hoc dixi : in sanctis Martyribus amor vitæ amore victus est vitæ. Amando vitam contempserunt vitam. Quis amando argentum contemnit argentum ? Quis amando aurum contemnit aurum ? Quis amando prædia contemnit prædia ? Nemo contemnit quod amat. Invenimus Martyres, qui amaverunt vitam, et contempserunt vitam. Non pervenirent ad illam, si non calcarent illam. Noverant quod agebant, qui erogando acquirebant. Ne putetis eos, charissimi, consilium perdidisse, quando vitam amabant, et vitam contemnebant ; non consilium perdiderunt. Semina spargebant, et messem quærebant. Video agricolæ consilium, et cognosco in Martyribus sapientiam. Agricola amando triticum spargit triticum (*a*). Qui nescis quid faciat seminator, forte corripies illum, et dicis : Quid agis, insane ? quod tanto cum labore collegisti, profers, spargis, ab oculis tuis aufers, in terram projicis, insuper obruis ? Respondet tibi : Amo triticum, ideo projicio triticum ; si non amarem, non projicerem ; crescat volo, non pereat. Ecce quod fecerunt Martyres nostri incomparabiliter sapientiores agricolis. Pauca enim grana spargunt seminatores, et colligunt multa messores. Sed et quod spargunt, et quod colligunt habet finem. Quod spargitur non est multum, multum est quod colligitur, tamen utrumque finitur. Et nolebatis ut Martyres nostri spargerent vitam quandoque mortem finiendam, ut acciperent vitam, quæ non habet mortem ? Boni fœneratores, boni seminatores, qui multiplicat Deus est. Ipse multiplicat et in agro fruges ; ipse quidquid de terra gignitur nutrit. Grana multiplicare Deus potest, Martyres suos servare non potest ? Ecce dico vobis, audite quod audierunt. Audistis et vos modo cum Evangelium legebatur ; quid eis promissum sit, accepistis : (*b*) *Tradent*, inquit, *vos in conciliis, et in synagogis suis ; flagellabunt vos, et ex vobis occident : dico autem vobis : Capillus de capite vestro non peribit, et in vestra patientia possidebitis animas vestras* (*Matth.* x, 19 ; *et Luc.* xxi, 18, 19). Possidebitis, et non perditis (*c*). Nemo enim ibi persequitur inimicus ; nemo moritur amicus. Ibi eritis ubi perpetuus dies non habet hesternum præcedentem, nec crastinum consequentem. Ibi eritis boni fœneratores, quo vos diabolus sequi non potest. Ferte ad tempus ; gaudete in æternum. Dura sunt quæ toleratis, sed magnum fructum habet quod seminatis. Legite quid de vobis, cum seminaretis, dictum est : *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua* (*Psal.* cxxv, 6, 7). Quo fructu ? quo fine ? qua consolatione. *Venientes autem venient in exultatione por-*

et Balutium (tom. 1. Miscell. p. 14 edit. 1761.), qui in suis additamentis refert, Martyres sanctos famis atrocitate adhuc in custodia detentos occubuisse ; siquidem judex nonnullos saltem eorum gladio hic jubet animadverti. Baronius, et Ruinartus jam additamenta illa rejecerant Mensurii, et Cæciliani historiam improbantes ; non igitur abs re si auctor Donatista in uno falsus, etiam in cæteris falsus extiterit. Denique Codices Colbertinus, Compediensis, et Pratellensis quibus Ruinartus usus est, et additamentis illis destituuntur, at in actorum titulo inscribunt sanctos illos Martyres diebus locisque diversis sanguinem suum fudisse. Ex quo titulo etiam illud cognoscere datur, cur discretis anni diebus Sanctorum illorum memoria sigillatim ageretur Carthagine. Cassinensibus ergo codicibus acceptam referamus veridicam martyrii historiam, quæ et illorum codicum fidem astruit.

(*a*) Aliquid hic positum per figuram, quam rethores *notationem nominis* dicunt, verba illa *vincere*, et *victoria* toties iterata forsitan evincunt. In sermone enim 325 de Fidentio et Victoria per eamdem figuram dixit S. Doctor : « Initium a Fide, finis ad Victoriam. » Certum est autem unam ex his Martyribus Carthaginensibus nominari Victoriam, cui nisi mea me fallat opinio, animum hoc loco intendit Augustinus.

(*a*) Eamdem hanc similitudinem reperies serm. 331. n. 1.

(*b*) Duo Scripturæ testimonia hoc loco permixta sunt, quamvis de Evangelio eo die in lithurgia posito se dicere profiteatur Augustinus. Scilicet hoc illud est, quod cum Cl. Sabatier (præfat. ad vers. Antiq. Biblior.) annotavi in primo sermone, SS. Patres non semper recitasse Scripturæ textus ex libris, sed quandoque solum retinuisse verborum sensum, quandoque compendium exhibuisse, quandoque prout suggerebat memoria protulisse, quandoque etiam textus similes confudisse, quod factum hic vides.

(*c*) Hanc sententiam sexcentis in locis iteratam reperies, præsertim in sermonibus de Martyribus.

tantes manipulos suos. De manipulis istis coronæ fiunt. Celebremus ergo Martyrum dies honorando Martyrum passiones, non amando potiones. Conversi ad Dominum, etc.

SERMO VII.

De Sancto Joanne Baptista.

Extat hic Sermo in quatuor codicibus MS. Cassinensibus, in Cod. videlicet n. 12, *et in tribus lectionariis sæculi XII. constanter Augustino nuncupatus. In bibliotheca vero Leopoldina Blandinii tribuitur auctori anonymo. Sermonis exordium excripsi ex cod.* 12, *breviatum enim legitur in Leopoldina, et lectionariis forsan ex eo, quod alienum tantisper visum fuerit ab hac festivitate. At clausulam a lectionariis positam retinui, ne mutilus prodiret sermo; Codex enim* 12. *clausulæ loco subdit quæstionem* de verbo et voce, *quæ et lacunis intercepta, et insoluta omnino ab incurioso librario relicta fuit. Cæterum hujusmodi immutationum in lectionariis frequentium exempla passim afferunt Editores Maurini, qui in serm.* 44. *de verbis Isaiæ. c.* 53. *hæc scite annotant :* « *Nam qui in Ecclesia legendi essent Augustini tractatus, necessario plerumque decurtabantur, iisque exordium aptabatur, et idonea conclusio.* » *Possidii Indiculus plures enumerat* (c. 8. 9. 10.) *de hac festivitate sermones, quos inter accensendos esse hunc, et sequentem confirmant jam edita Maurinis Tom.* V. *n.* 288, 293. *et seqq.; nam cum iis sæpe cohærent horum sermonum verba, et sententiæ. In illa autem editione hunc inseres post Serm.* 293, *critque VIII. de Nativitate* S. *Joannis Baptistæ.*

Quoniam (*a*). Voluit Dominus hodierno die reddere Charitati Vestræ vocem et præsentiam nostram, et hoc fecit ipse non secundum dispositionem nostram, sed secundum voluntatem suam, agimus ei gratias vobiscum, et reddimus vobis sermonis obsequium, quod est ministerium nostrum, in quo nos servire vobis et oportet, et decet. Vestrum est autem, charissimi, dispensationem q: lemen:aque servorum Dei accipere cum charitate et illi gratias agere nobiscum (*b*), qui nobis donavit hunc diem simul agere vobiscum. Unde ergo loquimur hodie, nisi de illo cujus natalis est hodie? Joannes ergo sanctus natus de sterili, Præcursor Domini nati de Virgine, factus est Domini sui salutator, ex utero annuntiator. Huic Joanni mater sterilis, quæ parere non noverat, Salvatoris autem mater virgo unde pareret non habebat : genuit sterilis præconem, virgo peperit judicem. Sed multos præcones Dominus ipse Jesus Christus ex utero virginis venturus ad homines præmiserat ante se. Omnes Prophetæ ab ipso præmissi sunt, sed ipse in illis loquebatur; qui venit post illos erat ante illos. Cum ergo multos præcones ante se miserit Dominus, quid tantum iste meruit? quid tantæ excellentiæ amplius habuit, cujus natalis hodie commendatur? Nam neque hoc sine signo cujusdam magnitudinis est ut non lateat dies natalis ejus, sicut non latet dies natalis Domini ejus. Alii Prophetæ quando nati fuerint ignoramus, de Joanne nescire non licuit quando natus sit. Etiam hinc magnum ipsius meritum apparuit, quia cæteri prænuntiaverunt Dominum, et videre desideraverunt, et non viderunt, et si viderunt in spiritu, futurum viderunt; præsentem autem non hic fuerunt ut viderent. Dicit autem ipse Dominus de illis ad Discipulos suos, quia *Multi prophetæ, et justi voluerunt videre quæ videtis, et non viderunt, et audire quæ auditis, et non audierunt* (*Matth.* XIII, 27). Numquid non ipse illos mittebat? Sed erat in omnibus desiderium, si fieri posset, videre hic in carne Christum. Sed quia præcesserunt moriendo, sicut præcesserant nascendo, non hic eos Christus invenit, sed tamen eos in æternam vitam Christus redemit. Et ut noveritis quale circa omnes desiderium erat videre hic Christum, recordamini senem illum Simeonem, cui non pro parvo bono nuntiavit Spiritus Dei, quod non es:et exiturus de hoc sæculo, nisi vidisset Christum. Natus est Christus; cognovit illum infantem in manibus matris, accepit, tenuit in manibus, cujus Divinitate ipse portabatur; et tenens in manibus infantem Verbum, benedixit Deum dicens : *Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum* (*Luc.* II, 29). Prophetæ ergo alii non hic viderunt Christum, Simeon infantem vidit; Joannes conceptum agnovit, et salutavit : Joannes annuntiavit et vidit, digito demonstravit, et dixit : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (*Joan.* I. 29). Excellentior ergo iste omnibus cæteris. Audi de illo testimonium Domini, ubi se illi prætulit, neminem aliu:n. Valde magnus erat cui qui se præferretur, præter Christum, non erat. Proinde ipse Dominus ita dicit : *In natis mulierum nemo exurrexit major Joanne Baptista* (*Matth.* XI, 11). Et ut se illi præponeret, secutus adjunxit : *Qui autem minor est in regno cœlorum major illo est.* Se dixit minorem, et majorem; minorem nascendo, majorem dominando; minorem ætate, majorem vero majestate. Post Joannem natus est Dominus. Sed in carne, sed de Virgine, ante illum autem *In principio erat verbum.* Magna res post Joannem Christus, et tamen Joannes per Christum: *Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (*Joan.* I, 1). Quare ergo venit Joannes? Ostendere viam humilitatis, ut præsumptio hominis minueretur, gloria Dei augeretur. Venit ergo Joannes magnus commendans magnum; venit Joannes mensura hominis. Quid est mensura hominis? Plusquam Joannes nullus homo esse poterat : quidquid Joanne plus erat, jam plusquam homo erat. Si enim mensura magnitudinis humanæ fuerat, terminata in Joanne, non inveniebas jam hominem majorem, et tamen invenisti majorem, confitere Deum, quem profecto homine potuisti invenire majorem.

(*a*) In Leopoldina, et lectionariis exordium sic se habet: « Solemnis dies hodie, fratres charissimi, de Nativitate « S. Joannis Baptistæ, et præcursoris Domini illuxit. Quid, « inquam, et primum admirer, o charissimi, nativitatem « Salvatoris, an Præcursoris? Huic Joanni mater sterilis, « quæ parere non noverat, etc. »

(*b*) Fortasse hæc verba indicant se loqui ex tempore, et extra suam Ecclesiam : nimis enim officiose diceret, si suos alloqueretur.

Joannes homo, et Christus homo ; sed Joannes solum homo, Christus Deus et homo. Secundum quod Deus est, ipse fecit Joannem ; secundum quod homo, natus est post Joannem. Sed tamen ille præcursor Domini sui Dei et hominis quantum se humiliat videte : quo nemo exurrexit major inter natos mulierum interrogatur, utrum ipse esset Christus? Tam magnus erat, ut possint falli homines : dubitatum est de illo, utrum ipse esset Christus, et ita dubitatum est ut interrogaretur. Jam si esset filius superbiæ, non doctor humilitatis, apponeret se hominibus errantibus, et non ageret ut id putarent, sed jam quod putabant, acciperet. Forte nimium illi erat velle persuadere hominibus, quod ipse esset Christus? Si conaretur persuadere, ei non crederetur : remansisset abjectus et dejectus, et inter homines comtemptus, et apud Deum damnatus. Sed non illi opus erat persuadere hominibus, jam videbat eos hoc putare ; acciperet errorem illorum, et augeret honorem suum. Sed absit hoc a fideli amico Sponsi, ut se pro illo ab sponsa diligi vellet. Confessus est se non esse quod non erat, ne perderet quod erat. Non enim erat ille Joannes sponsus ; nam cum interrogaretur, ait : *Qui habet sponsam, sponsus est : amicus autem sponsi stat, et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam : qui autem venit post me, major me est* (*Joan.* III, 29). Quantum major? *Cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere.* Videte quantum minor esset, si dignus esset ; quantum se humiliaret, si hoc diceret : Major me ille, cujus ego dignus sum corrigiam calceamenti solvere ; dignum enim se curvare ad pedes ejus dixerat. Nunc autem quam multum commendavit humilitatem, quando et ipsis pedibus, imo calceamentis ejus indignum se dixit ! Venit ergo Joannes docere superbos humilitatem, annuntiare viam pœnitentiæ. Venit vox ante Verbum. Quomodo vox ante Verbum? De Christo enim dicitur : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum ; hoc erat in principio apud Deum* (*Id.* I, 1). Sed ut veniret ad nos, Verbum caro factum est, ut habitaret in nobis. Ergo quia Christum Verbum audivimus, quia vox Joannes est audiamus. Nam dum diceretur illi : *Tu quis es?* respondit : *Ego sum vox clamantis in eremo : parate viam Domino, rectas facite semitas ejus.* Audiamus Joannem clamantem, et paremus viam Domino, veniat ad nos Verbum (*a*), quoniam *Omnis caro fœnum, et claritas hominum, ut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit ; Verbum autem Domini manet in æternum* (*Isai* XL, 7, 8).

SERMO VIII.

De Sancto Joanne Baptista.

Appellationem hanc, Fratres charissimi, *initio sermonis positam Maurini Editores annotarunt* (*serm.* 243. *Append. T.* 5.) *in spuriis Sermonibus solemnem, et consuetam esse. At cum hic manifeste sese prodat Augustinus, dicere præoptarem exordium in lectionariis n.* 115 *et* 123, *a quibus exscripsi immutatum fuisse ea ipsa ex causa, quam a Maurinis Patribus in præcedenti mutuam sumpsi. Quod si ibi sorte datum, ut germanum principium detegerem, de clausula autem ambigerem, hic e contrario anceps mihi exordium est, clausula vero certissima. Permagni autem faciendum sermonem hunc ea docent, quæ sub finem posita sunt ; nam superstitionem in pervigilio festivitatis hujus a plebe servari solitam monent, quam nullus huc usque ejusdem S. Doctoris sermo indicaverat. Incassum hunc quæsivi in Bibliothecis editis, quem in Maurinam editionem transferre poteris sub num.* 295, *et* nonus *erit* de Nativitate S. Joannis Baptistæ.

1 Fratres charissimi, natalem hodie magni hominis celebramus ; et vultis nosse quam magni? *Nemo*, inquit Scriptura, *surrexit major inter mulierum natos Joanne Baptista* (*Matth.* XI, 11). Hoc de illo dixit Virginis natus ; hoc testimonium perhibuit testi suo ; hanc sententiam protulit Judex de præcone suo ; sic voluit Verbum honorare vocem suam ; sicut nostis, et audistis hodie etiam in Sermone (*a*) matutino.

II. Verbum Christus est ; vox Joannes. Quoniam de Christo scriptum est, quia *In principio erat Verbum* (*Joan.* I, 1). Joannes autem cum de se ipso loqueretur : *Ego sum*, inquit, *vox clamantis in deserto* (*Ibid.* 23). Verbum ad cor pertinet ; vox ad aurem. Quando vox fuerit ad aurem, et verbum non perducit ad mentem, habet inanem usum, sed non habet utilem fructum. Ut autem nascatur in corde meo Verbum, voce non indiget ; ut autem perferatur ad tuum cor, quod in corde meo jam natum est, ministerium vocis assumit. Potest ergo verbum vox (forte *vocem*. Sed in Codicibus *vox*) præcedere, sed non potest Verbum sine voce procedere. Ad hoc vox creatur, non ut Verbum, quod noverat, gignat ; sed ut quod erat emittat. Hoc ergo quod de Verbo, et voce diximus, id est, Christo, et Joanne, videamus quale Christus Verbum, qualis sit et Joannes vox. *In principio erat Verbum.* Ubi erat? *Et Verbum erat apud Deum.* Quantum ante nos ! Quantum supra nos ! *Et Verbum caro*

(*a*) Quæ sequuntur ex lectionariis, et ex Leopoldino Codice exscripta fuerunt. Codex enim n. 12 loco hujus clausulæ hæc subdit : « Paululum ergo, charissimi, paululum, quantum dat Dominus, de verbo et voce tractemus. « Christus verbum est, Verbum quod non sonat et transit, « vox est, non verbum ; Verbum ergo Dei, per quod facta « sunt omnia, Dominus noster Jesus Christus est. Vox cla« mantis in eremo, Joannes est. Quid est prius, vox, an « verbum? Videamus quid est verbum, et quid est vox, et « ibi videmus quid sit prius. Quid putatis esse verbum, « fratres? Omittamus illud verbum Dei, per quod facta « sunt omnia ; de verbis nostris aliquantum loquamur, si « possumus de his ad summa capere gradus aliquos simili« tudinis. Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, quis « comprehendit? quis dignus, qui vel cogitare possit, ne« dum eloqui paululum? Ergo illius Majestatem ineffabilem, « æternitatem, et cum patre coæternitatem ponamus, ut « credendo videre mereamur. » Quis porro non videt tot lapides hic sine calce positos, et confusim in aggerem redactos, ne imaginem quidem tugurii mentis oculis exhibere?

(*a*) Patet sermonem fuisse habitum in Officio vespertino ; quisnam vero sermo fuerit mane habitus hariolari non auderem. nullus enim sermo est de Joannis nativitate, in quo Augustinus illud Evangelii testimonium non protulerit, et nominibus testis, præconis, et vocis Joannem non decoraverit.

factum est, ut hàbitaret in nobis (*Joan.* I, 1 *et* 14). Et hoc unde sciremus, si vocem non audiremus? Ambulabat enim inter homines Christus mortali jam carne vestitus, et tamen veniebant homines ad Joannem, et dicebant ei : *Tu es Christus?* respondebat Joannes : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* (*Ibid.* 29). Audite illum, agnoscite illum; ipsum præcedo, ipsum annuntio. Mementote quid dixerit : *Ego sum vox clamantis in deserto : parate viam Domino;* Non mihi, sed Domino. Quando enim ego clamo, illum annuntio; quoniam vox præconis, adventus est Judicis. Quando autem venerit ille, quem ego annuntio et in vestro corde requieverit, *Illum oportet crescere, me autem minui* (*Id.* III, 30). Nostis enim? (*a*) Dixerunt novimus. Quoniam Verbum quando adjumento vocis arrepto per semitas arctius in regionem cordis influxerit, verbum illud in corde crescit, in aure vox deficit. Non enim permanet sonus, qui percussit aurem; quia non permanet infinitus, quia descendit ad mentem. Hoc quare? quia *Illum oportet crescere, me autem minui.* Baptizat Joannes, baptizat et Christus. Dictum est Joanni : *Super quem videris Spiritum descendentem sicut Columbam, et manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto, et igne* (*Matth.* III, 15). Nostis hoc, fratres. Factum est quando baptizatus est Christus. Ecce jam toto orbe terrarum, ipse est, qui baptizat. Crevit ubique baptismum Christi; baptismum vero Joannis quamvis habeat mysterium in recordatione præteriti, non tamen habet mysterium in celebratione præsenti. Cessavit baptismum Joannis, et crevit baptismum Christi : Unde et dicit : *Illum oportet crescere, me autem minui.* Hanc sententiam et in nativitatibus amborum, et in passionibus invenimus. Quamvis enim de Joanne dixerit Joannes, hoc est, Joannes Evangelista de Joanne Baptista; quamvis dixerit de eo : *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes; hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine* (*Joan.* I, 6); hodie tamen natus est, fratres, quando nox crevit, et minui incipit dies. Christus vero hyemali solstitio, sicut nostis, natus est, quando in luctum lucis noctis incipiunt damna transferri : *Quoniam fuimus aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* (*Ephes.* III, 8). Quare sic nati sunt? *Quia illum oportet crescere, hunc autem minui.* In passionibus etiam : Joannes decollatur gladio; Christus autem exaltatur in ligno. Ille vero erigitur, iste vero prosternitur. Iste ut minuatur est capite truncatus; ille vero ut crescat, in crucis patibulo est exaltatus. Hi vero duo, Dominus, et servus. Dominus in patibulo crucis, servus in decollatione mortis; unde et dicimus : Illum oportet crescere, hunc autem minui. Non immerito, quantum arbitror, etiam ætates in Parentibus eliguntur. Parit enim Joannem mulier grandæva, Christum Virgo Juvencula. In utero portabatur Virginis, et in cœlis adorabatur ab Angelis. Istum desperata edit sterilitas, illum intacta virginitas. Postremo illum Juvencula crescens, istum senecta deficiens. Illud autem, quale est, fratres mei? quanta est hujus hominis dignitas quod nasciturum, sicut Dominum Christum, Angelus parentibus nuntiavit? Quare hoc meruit? *Quia nemo surrexit major inter mulierum natos Joanne Baptista* (*Matth.* XI, 11). Sicut enim vos scitis, Gabriel angelus et ad Virginem Mariam mittitur, promittitur utrique filius, accepit ab utraque responsum. Respondit Zacharias ad Angelum filium promittentem : *Unde hoc sciam? Ego enim sum senex, et uxor mea sterilis, et provecta in diebus suis* (*Luc.* I, 18). Respondit et Maria : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco* (*Ibid.* 34)? Ambo de naturæ lege desperant, adhuc, credo, nesciebant, [accedente dono gratiæ Dei, legem cessare Naturæ.] Ergo ambo (*a*) de dubitatione respondent, et tamen ille punitur, ista benedicitur. Illi dicitur : *Ecce eris tacens.* Mariæ dicitur : *Benedicta tu inter mulieres* (*Ibid.* 42). Zacharias amittit vocem; Maria concipit Verbum. Post hæc vero quid? Verbum caro fit in Virgine, et vox nascitur de tacente. Joannes natus reddit patri vocem; pater loquens dat filio nomen. Mirantur omnes, stupescunt omnes, et inter se murmurant alterna miscentes. Dicunt sibi : *Quid putas erit puer iste* (*Ibid.* 66)? De Evangelio loquamur (*b*), *Etenim manus Domini erat cum illo.* Quid putas erit qui sic cœpit; adhuc tantillus est, et jam magnus est; et si iste qui modo cœpit, magnus erit, qui semper erat, quid erit? Ille, quem Joannes adhuc in secreta materni ventris inclusus etiam ipsum jacentem in thalamo uteri virginalis agnovit, et quia nondum poterat vocibus, motibus salutavit. Ille ergo quid erit? Vultis scire quid erit? breviter dicam, audite Prophetam : *Ipse* inquit, *Dominus universæ terræ vocabitur* (*Isaï.* LIV, 6). Beati ergo Joannis Dominici præcursoris, hominis magni natalem diem festis cœlestibus celebrantes orationum ejus auxilia postulemus. Quia enim sponsi amicus est, potest etiam et nobis præstare, ut ad sponsum pertinere possimus, ut ejus gratiam invenire mereamur.

III. Sed si volumus invenire ejus gratiam, non faciamus natali ejus injuriam. Cessent religiones sacrilegiorum, cessent studia, atque joca vanitatum; non fiant illa, quæ fieri solent, non quædam jam in dæmonum honorem. Sed adhuc tamen secundum dæmonum morem. Hesterno die post vesperam putrescentibus flammis antiquitus more dæmoniorum tota civitas flagrabat, atque putrescebat, et universum aerem fumus obduxerat. Si parum attenditis Religionem, saltem injuriam cogitate communem. Scimus, fratres, hæc a pauperibus fieri, sed a majoribus fieri prohiberi debuerant. Ait enim quidam : Qui non vetat peccare, cum potest, jubet quidem. Fratres, in nomine Domini, et Dei nostri Jesu Christi, quia proficit Ecclesia per annos singulos, ista utique, et om-

(*a*) Fortasse hæc duo verba ab exceptoribus notata sunt : *Dixerunt Novimus.*

(*a*) Vide Serm. 291. n. 5. ubi distincte exponitur hæc sententia; forte in matituno sermone fusius de ea pertractaverat, quam breviter innuere hic tantum voluit.

(*b*) Liturgia illius Ecclesiæ idem Evangelium præscribebat, quod hodie in Missa legitur.

nis diminutio tendit ad nihilum, sed nondum ita consumpta sunt, ut securi tacere possimus. Nihil est vetustas et novitas, nisi pervenerit ad debitos fines, et vetus superstitio consumatur et nova religio perficiatur; Per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est honor et gloria, et potestas, una cum Deo Patre omnipotente, et cum Spiritu sancto, nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SERMO IX.

De Evangelio Luc. XVII, 4. Dimitte, et dimittetur tibi.

Ex Codice Ms. n. 170, *cui titulus : S. Augustini Operum T. IX ; hunc exscripsi tractatum (sic enim inscribitur in Codice) aliis jam editis permixtum in Codice illo contentis. Augustinus de hoc ipso Lucæ capitulo alias locutus fuerat ad mensam S. Cypriani, præsente Comite Bonifacio, ut testatur sermo* 114. *Editionis Maurinæ, post quem locandus hic noster erit. Collatis autem in se his duobus, una eademque manus recognoscitur. Hunc in Bibliothecis editis non reperi. Elucubratum vero fuisse opinor post annum* 429, *postquam divus Prosper ad Augustinum scripserat de hæresi Semipelagianorum jam in Gallia gliscente, qua gratiam ad initium fidei necessariam inficiabantur presbyteri Massilienses ; nam, occasione arrepta a laudibus Dei, sibi ipsi quæstionem movet, num primitiæ fidei sint a Deo? quam ex Apostolo ad Philipp. confirmat. Cæterum egregius sane sermo est, continetque maximi momenti doctrinas ad fidem, et mores spectantes.*

Præceptum saluberrimum audivimus de sancto Evangelio ut dimittamus fratri, qui in nos peccaverit. Ne sufficiat hoc semel fecisse, sed quotiescumque peccaverit dimittendum esse, si veniam postulabit; hoc ergo ait : *Si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te dicens : Pœnitet me; dimitte illi* (*Luc.* XVII, 4). Si septies in die intelligas, ergo quotiescumque; solet enim numerus septenarius pro universitate poni. Unde est illud : *Septies cadet justus, et resurget* (*Prov.* XXIV, 16) ; id est, quotiescumque fuerit aliqua tribulatione humiliatus, non deseritur, sed ab omnibus suis tribulationibus liberatur. Inde etiam est illud : *Septies in die laudabo te* (*Psal.* CXVIII, 164). Hoc est enim *Septies in die* quod est semper. Hoc ergo *Septies in die* quod alibi dicitur : *Semper laus ejus in ore meo* (*Id.* XXXIII, 2). Non enim laudes Domini lingua tantummodo personamus, et quando tacemus non laudamus. Plane in omnibus bonis cogitationibus nostris, in omnibus actibus, et bonis moribus nostris illum laudamus, a quo hæc nos accepisse gaudemus. Videmus enim etiam Apostolos petere, ut augeatur eis fides (*Luc.* XVII, 5). Numquid primitias fidei ipsi sibi dederunt, et augmentum a Domino petiverunt? Absit. Hoc ergo petierunt, ut qui inchoavit ipse perficiat, secundum Apostolum : *Quoniam qui in vobis opus bonum cœpit, perficiet usque in finem* (*Philip.* I, 6). Et quod cantavimus modo (*a*) quid aliud demonstrat, charissimi : *Deduc me, Domine,* inquit, *in via tua, et ambulabo in veritate tua* (*Psal.* LXXXV, 11). Non ait : Adduc me ad viam tuam; nam et hoc ipse facit; sed non, cum adduxerit, dimittat. Parum ergo est ad viam adduxisse, nisi sequatur, in via deduxisse, et ad patriam perduxisse. Cum ergo bona omnia habeamus a Deo, in bonis omnibus operibus nostris quando datorem bonorum omnium cogitamus, Deum sine fide laudamus; cum autem Deum, si bene vivimus, sine fide laudamus, *Benedicamus Dominum in omni tempore, et semper laus ejus propter hoc in ore sit nostro* (*Psal.* XXXIII, 2). *Septies,* inquit, *in die laudabo te,* septenario numero universitatem significans. Ergo si septies in die frater tuus peccaverit in te, et veniens dixerit: Pœnitet me; dimitte illi. Non tibi sit tædium semper ignoscere pœnitenti. Si non es debitor, impune esses molestus exactor; cum vero debitor habeas debitorem, et tu ejus sis debitor, qui non habet debitum, vide quid facias cum debitore tuo; hoc enim Deus facturus est cum suo. Audi, et time : *Lætetur,* inquit, *cor meum, ut timeam nomen tuum* (*Id.* LXXXV, 11). Si lætaris quando tibi dimittitur, time ut dimittas. Quantum enim timere debeas, idem ipse Salvator ostendit proponens servum illum in Evangelio, cum quo rationem Dominus fecit, et invenit eum debitorem centum millium talentorum; *Jussit eum venumdari, et omnia quæ habebat, et reddi* (*Matth.* XVIII, 32). Ille provolutus ad pedes Domini sui orare cœpit, ut acciperet dilatationem, et meruit remissionem. Ille autem exiens a facie Domini sui, omni sibi debito relaxato, invenit etiam ipse debitorem suum conservum suum, qui ei debebat centum denarios, et obtorto collo cœpit trahere ad solutionem. Quando ei dimissum est, lætatum est cor ejus; sed non sic ut timeret nomen Domini Dei sui. Servus dicebat conservo quod servus dixerat Domino : *Patientiam habe in me, et reddam tibi.* At ille : Non : hodie reddis. Renuntiatum est patrifamilias; et quod nostis, non solum minatus est ei quod deinceps non esset remissurus (*a*), si debitorem inveniret, sed totum quod relaxaverat, in caput ejus replicavit, et redderé eum quidquid donaverat jussit. Quomodo ergo timendum est, fratres mei, si est in nobis fides, si credimus Evangelio, si mendacem Dominum non putamus? Timeamus, observemus, caveamus, dimittamus. Quid enim perdis ex eo, quod dimittis? Veniam das, non pecuniam; quanquam et in ipsa eroganda pecunia, aridæ arbores non esse debetis. In eroganda pecunia, indigenti tribuis; in danda venia, peccanti ignoscis; utrumque Dominus videt, utrumque remunerat, utrumque uno loco commendavit : *Dimittite, et dimittetur vobis, date et dabitur vobis* (*Luc.* VI, 37). Tu autem nec ignoscis, nec erogas; tenes iram, servas pecuniam. Observa iram, ubi non possis liberari per pecuniam : (*b*) *Non proderunt thesauri iniquis :* non est ista mea, sed divina sententia. Noverunt qui legerunt. Legi ut dicerem, credidi ut loquerer : *Non proderunt thesauri iniquis* (*Prov.* X, 2). Videntur prodesse, sed non proderunt. Forte in præsenti? forte; si tamen aliquid prosunt; sed in die illo non proderunt. Teneantur et non proderunt; contemnantur et proderunt. Justitia tunc bene uteris si amaveris, quia si non amaveris, non habebis fortitudinem, temperantiam, castitatem, charitatem. Aliis animi bonis bene uteris si amaveris; pecunia tunc bene uteris, si non amaveris. Postremo pecunia

(*a*) Ex tribus lectionibus in Liturgia positis eo die duas solum commemorat, secundam de Psal. 83. v. 11., tertiam de capite 17. Luc., de quo sermocinatur; primam vero omisit, ni forte illis verbis : *videmus etiam Apostolos petere ut augeatur eis fides*, innuere voluerit lectum fuisse de Ep. ad Philip., cujus attulit testimonium.

(*a*) Quamvis in Evangelio id non legatur, Augustinus tamen ad moralem locum inculcandum deducit illatione legitima, et tanquam in Evangelio positum reputat; unde etiam in Ser. 5. n. 2. Editionis ex eadem deductione loquens dixit : « Caveant ne si quis in illos peccaverit, et « noluerint ipsi dimittere, non solum deinceps non illis « dimittatur, sed etiam omnia, quæ dimissa fuerant, re« plicentur. »

(*b*) Vide juxta Sixti Senensis criticem Augustini genus dicendi mixtim quam plurima secum rapiens aliquando, quod lectorem, et familiarem, et acutum, et attentum, et bene memorem requirit. (Bibliot. Sanc. Voc. Aug.) Etenim cum docuisset iram temperare quem eleemosynæ liberare non possent, occasione data prius de usu divitiarum loqui autumavit, ut postea a contrariis primam illam sententiam firmaret, resumens ab his verbis periodum, quam producta quidem digressione abruperat : hæc dicis cum vis pecuniam servare, etc.

si amatur, in cœlo servetur. Si timendum est ne amittatur, loco tutiore custodiatur. Neque enim in conservanda pecunia fidem tibi servat servus tuus, et fallit te Dominus tuus. Non eum dicentem audis : *Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo?* Ecce non tibi præcepit perdere, sed migrare : *Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, quo fur non accedit, neque tinea corrumpit; ubi enim est thesaurus tuus, ibi et cor tuum* (*Matth.* VI, 20, 21). In terra thesaurizas, in terra cor ponis. Quid futurum est in terra cordi tuo? Tabescit, putrescit, cinerescit. Sursum leva quod amas, et ibi ama, et noli putare hoc te recepturum esse quod ponis. Ponis enim mortalia, recipies immortalia; ponis temporalia, recipies æterna; ponis terrena, recipies cœlestia; postremo erogas quod tibi dedit Dominus tuus, et mercedem accipies ab ipso Domino tuo. Sed dices : Quomodo sum in cœlo positurus, per quas machinas cum auro, et argento meo sum ascensurus in cœlum? Quid quæris machinas? Migra (*a*). Laturarii tui pauperes sunt, et per contritionem mundi facti sunt laturarii. Postremo trajectitium facis; hic das, et ibi accipis. Prorsus si hic dederis, ibi accipies, et cui dederis, ab illo accipies. Non tibi modo veniat in mentem pannosus quisque mendicus; sed veniat in mentem, *Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (*Id.* XXV, 40). In paupere accipit, qui pauperem fecit; a divite accipit, qui divitem fecit; quod enim dedit inde accipit; de suo das Christo, non de tuo. Quid enim te jactas, quia hic multa invenisti? Recole qualis venisti. Cuncta hic invenisti, et multis inventis si male uteris, superbia tumuisti. Nonne de ventre matris nudus existi? Da ergo, da, ne perdas quod habes. Si dederis, ibi inventurus es; si non dederis, hic relicturus es : tamen dederis non dederis, migraturus es. Sed aliquando, etsi nugatoriam et improbandam et respuendam ab auribus fidelium, tamen habet aliquam excusationem avaritia nolens erogare pauperi ex eo quod abundat. Dicit enim sibi : Si dedero, non habebo : et multum dando, egebo; et postea requiram a quo et ipse accipiam; debet mihi abundare non solum ad victum, et tegumentum, et domui meæ, et familiæ meæ, sed etiam propter bonos casus, ut habeam quid calumniatori impendam, ut habeam unde redimam; casibus plenæ sunt res humanæ, debeo mihi servare unde me possim liberare. Hæc dicis cum vis pecuniam servare. Quid dicturus es quando peccanti non vis dare veniam? Si pecuniam piget erogare indigenti, eroga veniam pœnitenti. Quid perdis si dederis? Novi quid perdas, novi quid amittas; video, sed bono tuo amittis. Amittis iram, amittis indignationem, amittis de corde odium fratris. Maneant illic ista? ubi eris? Ira, indignatio, odium permanent; quid de te facit? Quid mali de te non facit? Audi Scripturam : *Qui odit fratrem suum, homicida est* (*Joan.* V, 15). Ergo et si septies in die peccaverit in me, dimittam illi? Dimitte, Christus hoc dixit, veritas dixit cui cantasti : *Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua.* Noli timere, non te decipit. Sed nulla, inquies, erit disciplina; impunita erunt semper quæcumque peccata; delectat enim semper peccare, quando te ille qui peccat cogitat semper ignoscere. Non est ita. Et disciplina vigilet, et benevolentia non dormitet. Quid enim putas malum pro malo te reddere, cum peccanti dederis disciplinam? Absit. Bonum pro malo reddis, et tunc non bene facis si non dederis. Aliquando quidem etiam ipsa disciplina mansuetudine temperatur, data tamen est. Sed non aliud est eam negligentia extinguere, aliud mansuetudine temperare? Vigilet disciplina, ignosce et cæde (*b*). Videte ipsum Dominum, audite ipsum Dominum, cogitate cui quotidiani mendici dicimus : *Dimitte nobis debita nostra* (*Matth.* VI, 12). Et tædia pateris quando tibi frater assidue dicit : Ignosce mihi pœnitenti. Tu quoties hoc dicis Deo? taces ab hac supplicatione in omni oratione. Numquid vis ut dicat tibi Deus : Ecce heri ignovi, nudiustertius ignovi, per tot dies ignovi, quoties adhuc ignosco? Non vis ut dicat tibi : Semper cum illis verbis venis, semper dicis : *Dimitte nobis debita nostra :* semper pectus tundis, et tanquam ferrum durum non corrigis? Sed quia egebamus de disciplina, numquid non dimittit nobis Dominus Deus noster, quia ex fide dicimus : *Dimitte nobis debita nostra?* Et tamen quamvis dimittat nobis, quid de illo dictum est? quid de illo scriptum est? *Quem enim diligit Deus corripit :* sed forte verbis? *Flagellat autem omnem filium, quem recipit* (*Hebr.* XII, 6). Ne indigetur peccator filius flagellatus corripi, et ipse unicus sine peccato dignatus est flagellari. Ergo da disciplinam, sed ex corde dimitte iram. Sic enim ait et ipse Dominus, cum de illo ageret debitore, cui replicavit omne debitum, quod inhumanus fuerit in conservum : *Sic et vobis*, inquit, *faciet Pater vester cœlestis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* (*Matth.* XVIII, 35). Ubi Deus videt, ibi dimitte; inde noli perdere charitatem; exerce salubrem severitatem; dilige et cæde; dilige et verbera. Aliquando enim blandiris et sævis. Quomodo blandiris et sævis? quia peccata non arguis, et illa peccata interfectura sunt eum, quem perverse parcendo diligis. Verbum tuum aliquando asperum, aliquando durum; quod est læsurum, attende, quid est facturum. Peccatum cor vastat, interiora demolitur, animam suffocat, animam perdit : miserere, cæde. Constituite vobis, charissimi, ante oculos, ut planius intelligatis, quod loquor, homines duos (*a*). Puerulus quilibet incautus volebat sedere ubi noverant in gramine latere serpentem. Si sederet, morderetur, et moreretur. Noverant hoc homines duo. Ait unus : Noli ibi sedere; contemptus est. Ivit sedere, ivit perire. Ait alter : Non vult iste nos audire, corripiendus, tenendus, avellendus, colapho est percutiendus, quidquid possumus faciamus ne hominem perdamus. Ait alius : Dimitte, noli ferire, noli offendere, noli lædere. Quis horum misericors? Parcens, ut homo a serpente moriatur; an sæviens, ut homo liberetur? Et sic intelligite, eos qui sunt vobis subditi corrigitis, moribus imponite disciplinam. Servate benevolentiam, de corde dimittite, intus non sit ira, quia ira illa recens festuca est, tenuis, et quasi contemptibilis. Ira recens turbat oculum tanquam festuca in oculo : *Turbatus est in ira oculus meus* (*Psal.* VI, 8). Sed festuca illa suspicionibus nutritur, productione temporis roboratur, ad trabem perventura est ista festuca. Inveterata ira odium erit; jam ubi odium homicidium erit : *Qui odit fratrem suum, homicida est*, inquit (*b*). Et aliquando homines habentes in corde odium, reprehendunt irascentes : odium tenes, irascentem reprehendis? *Festucam in oculo fratris tui vides, trabem in tuo non vides* (*Matth.* VII, 3)? sermo concludatur. Dominus invocetur, ut quod præcipit, donare dignetur : *Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis* (*c*) (*Luc.* VI, 37, 38).

(*a*) Vocem hanc *laturarii*, et aliam *trajectitium* solemnes Augustino fuisse demonstrant Maurini. Vide Ser. 18. n. 4. serm. 38. n. 9. serm. 60. n. 8, etc.

(*b*) En excursu alio abruptam periodum, ad quam redit per illa verba : *sed quia agebamus de disciplina.*

SERMO X.

In Dedicatione Ecclesiæ.

Ex codicibus Ms. n. 98, 115, 123 *et* 543, *quorum duo inscribuntur collectiones sermonum Augustini, duo*

(*a*) Eamdem fere similitudinem posuit serm. 82. n. 2. Edit.

(*b*) Brevis quidem digressio, stylum tamen indicans Augustini. Vide Pope Blount Censura Auctor. pag. 271. edit. 1710. Sententiam autem eamdem iterat Augustinus sæpissime; præcipue serm. 5. 42. 82.

(*c*) In fine sermonis legitur in Codice, *explicit de Evangelio Luc.* 17. *Tractatus.*

vero sunt lectionaria variorum sermones complectentia, sermonem hunc exemplavi, nomine Augustini insignitum, et tanto Doctore dignum. Sed et in Codice n. 2. Biblioth. Pomposianæ Monasterii S. Benedicti Cartusiæ Ferrariensis, cujus index completus in Archivo Casinensi inter Miscellanea asservatur, extat fol. 77 a ter. Hic idem sermo Augustino pariter nuncupatus, et in tres lectiones divisus, VI, VII, VIII. Codex vero ille est membranaceus in folio characteribus Latinis sæculo XI, exaratus, 79 habens paginas, et ad oram primi folii legitur recentiori manu annotatum. Iste liber est Monachorum Congregationis S. Justinæ de Padova, deputatus usui Conventus S. Mariæ de Pomposa, signatus n. 5. *In editis Bibliothecis non reperi. In editione Maurina inseres post serm.* 338, *eritque IV*, in Dedicatione Ecclesiæ. *Familiares autem in Augustini lectione, inspectis sententiis simul cadentibus, aliisque figuris, quas in deliciis habuit S. Doctor, non secus ac transitionibus, ambagibus, argutiis, quibus Auditores recreare solebat, germanum Augustini partum recognoscent.*

I. Admoneo vos, dilectissimi, ut demus operam, ut simus domus Dei, ut habeamus in nobis habitantem Dominum; nam si habeamus in nobis Deum habitatorem, semper cum habebimus adjutorem. Congratulemur istis bonis operibus, quæ in suis fidelibus operatus est Christus, et unusquisque in quantum divinitus adjuvatur bonorum operum profectus jugiter imitetur. Hoc est autem necessarium, fratres, ut omnis ædificet domum Deo. Ædificet autem dives, ædificet pauper; ædificet sublimis, ædificet humilis; ædificet dominus, ædificet servus. Sed quomodo simul hæc dicimus et diviti, pauperi, et sublimi et humili, et domino et servo? Quandoquidem nec facultas illis æqualis, nec dignitas, nec potestas? Potest denique fiducialiter respondere dives, et dicere: Ædifico domum Deo, quia copiosam possideo facultatem. Respondet sublimis: Ædifico domum Deo, quia excelsam adeptus sum in sæculo dignitatem. Respondet dominus: Ædifico domum Deo, quia magnam habeo in subditis potestatem. Quam bene gaudemus in istis, qui nos lætificant, et sermonibus, et operibus bonis! Sed ut isti nobis talia responderent, securus est dives de abundantia facultatum, attendit sublimis excellentiam honorum, considerat Dominus multitudinem subditorum. Audivimus ergo responsum divitis, audiamus et pauperis; audivimus responsum sublimis, audiamus et humilis; postremo audivimus responsum domini, audiamus et servi. Illi enim habuerunt quod promitterent, habent isti forsitan quod excusent. Dicit enim nobis sine dubio pauper: Quomodo possum domum Deo ædificare, qui sum inopia paupertatis astrictus? Dicit nobis humilis: Quando possum fabricare domum Deo, qui sum ignobilitate dejectionis comprehensus? Deinde dicit servus: Quomodo possum fabricare domum Deo, qui teneor jugo servitutis obnoxius, et cum a domino meo vix diurni panis mihi prorogetur annona, ad ædificandum domum Deo unde mihi sufficiens potest esse substantia? Quasi videntur rationabiliter respondisse. Sed si responsionem nostram velint libenter accipere, nullatenus se ab ædificatione domus Dei poterunt excusare. Respondemus ergo primitus pauperi quod donaverit Dominus, ut ipse potius ædificetur dum ad ædificandum domum Deo salubriter admonetur. Audi quisquis de paupertate conquereris, et ideo ad ædificandum domum Dei te invalidum protestaris. Quare solam attendis paupertatem tuam, et despicis interiorem substantiam? Ibi enim domum Deo construere, ibi oportet te spiritualibus divitiis abundare: Proinde si pauper es inopia terrenæ facultatis, esto dives abundantia charitatis; non possides villam, possides sapientiam; non est nummus in sacculo, sit Deus in animo. Esto nitidus paupertate mentis, quod multo melius est, quam si pretiosis splendeas indumentis; non habes deliciosos cibos, quibus corpus pascitur, sint tibi boni mores, quibus anima saginatur: deliciosi enim cibi quod aliud noverunt, quam in corpore nutrire libidinem? boni autem mores sanctam in corde enutriunt charitatem. Noli ergo pro magno quærere divitias, quæ hic remanebunt; spirituales enim divitias si habueris, pauper non eris; imo si talis fueris, ut per corporales divitias spirituales inquiras, in eo vere dives eris, quia pauper laudabilis eris: Sic vere domum Deo ædificabis, quia ipsa domus Dei tu eris. Ædificando quippe domum Dei non necesse est abundantia nummorum, quia non placet Deo numerositas solidorum, sed puritas animorum. Veram ergo domum Dei charitas ædificat, non facultas. Quod nobis donavit Deus respondimus pauperi; tempus est ut respondeamus et humili. Opponit enim nobis excusatione, quia nullum habuit in sæculo celsitudinis dignitatem.

II. Audi, et esto, charissime, humilis in corde, ut ob hoc existimes domum Dei ædificare te posse. Humilitas tua plus sit in voluntate, quam in necessitate. Esto humilis in corde, et incipiens in te domum Deo ædificare. Ipse enim dicit: *Super quem requiescit Spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem verba mea* (*Isai.* lxvi, 2). Quanto ergo te fecit voluntas humilem, tanto te cognosce esse in sublimem; et in quantum servaberis humilitatem cordis, in tantum Deo sanctissima fabricabis.

III. Jam nunc servis respondeamus, qui dum nobis opponunt servitutis conditionem, putant sibi ad fabricandum domum Deo nullam suppetere facultatem. Audi quisquis es temporaliter servus, quisquis teneris quocumque jure dominationis obstrictus, quisquis conditione qualibet obnoxius, ut ædifices domum Deo esto servus, esto et liber. Esto servus humiliter obediendo, esto liber fideliter serviendo, esto servus Domini tui, et noli esse servus peccati. Cum servieris homini, Deum cogita, Dei præcepta conserva, Dei voluntati semper obtempera, a Deo mercedem bonæ servitutis expecta: custodi fidem, fuge fraudem, cognosce Deo te reddere rationem de omni opere tuo: non te faciat pigritia contemptorem, non segnitia negligentem. Ista fiet, ut dum bonam exhibes servitutem, a Deo recipies perpetuam libertatem. Sit ergo in tuo corpore libertas, quæ in se habet veras magnasque divitias, non quibus homo mortalis inflatur, sed ex quibus Deo domus delectabilis fabricatur. *Apud Deum enim, ubi non est servus neque liber* (*Galat.* iii, 23), ille veram domum Deo ædificat, qui bonam conversationem in Dei timore conservat. Quantum existimo, fratres, donante Domino, pauperibus, humilibus, servisque respondimus, ut agnoscant ædificare se debere domum Deo non extra se, sed in se. Verumtamen quia et divitum et pauperum, et sublimium et humilium, et dominorum et servorum servi sumus in Christo, quia ipse hoc præcepit, qui primum hoc fecit, *Qui cum sit verus dives, pro nobis pauper factus est, ut illius paupertate nos divites essemus* (2 *Cor.* viii, 9); cum sit verus Altissimus, *Humiliavit semetipsum pro nobis factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (*Philip.* ii, 8); cumque sit verus rerum omnium Dominus, semetipsum servus fecit, quando formam servi non solum pro nobis, verum ex nobis accepit. Ergo quia in Christo servi omnium sumus, sicut pauperibus, humilibus, et servis, ita divitibus, et sublimibus, et dominis debemus servitutem nostri redhibere sermonis. Facilius enim solet et divites facultas inflare, et sublimes dignitas ventilare, et dominos potestas extollere. Proinde ipsi sunt sollicitius instruendi, ut studium quod habent in construendis Ecclesiis adhibeant semper operibus bonis, donumque veram Deo in semetipsis ædificent, cujus sancta ædificatio nulla vetustate concidat, nulla reprehensione succumbat. Vos ergo nunc alloquimur, vos in charitate ipsius nostri ædificatoris hortamur, qui divitiis abundatis, qui honoribus excellitis, qui dominatione potestatis gaudetis. Curam gerite, ut domum

Dei ædificetis in vobis non lapidibus, et lignis, sed moribus sanctis. Talis autem erit ædificatio vestra, qualis fuerit operatio vestra. Principaliter itaque estote stabiles in fundamento, et permanete in Christo. Deinde contra ipsam copiam, et abundantiam vestram custodite congruam in corde cautelam. Tunc enim ædificatis Deo veram domum, si nullum patiamini vestræ animæ detrimentum. Fugite superbiam, si non vultis pati rainam; *Nolite sperare in incerto divitiarum* (1 *Tim.* VI, 17), et stabile semper habetis ædificii firmamentum. Divites estote semper in operibus bonis, ut non destructioni, sed ædificationi vestræ proficiant. Estote proni ad misericordiam, et nolite esse faciles ad rapinam. Facultas vestra non sit violenta; dignitas vestra non sit superba; potestas vestra non sit injusta. Omnes ergo fideles ædificate domum Deo bene vivendo. Attendamus, fratres, quid nos beatus Petrus admoneat, et quomodo nobis curam hujus ædificationis injungat. Dicit enim: *Et vos tanquam lapides vivi superædificamini domus spirituales* (1 *Petr.* II, 5). Ecce, fratres, in ista Ecclesia, quam cernimus, quomodo nobis placet lux, novitas, et firmitas. Proinde et nos, qui domus Dei sumus, bonis operibus luceamus, *Veterem hominem deponamus* (*Ephes.* IV, 22), et novum laudabiliter induamus; firmitatem quoque sanctæ charitatis indefessam jugiter habeamus. Ecce videmus columnas, quibus sunt superpositi parietes, videmus etiam lapides in ædificio sibi invicem cohærentes. Qui sunt in domo Dei columnæ, a quibus lapidum multitudo portatur, nisi viri spirituales, per quos multitudo fidelium gubernatur? Qui sunt lapides mutua sibi connexione conjuncti, nisi omnes fideles, qui sunt unitatis vinculo colligati, qui habentes animam unam et cor unum in Deum, ædificant in semetipsis Deo habitaculum sempiternum? Conjungantur ergo lapides vivi lapidibus vivis in ædificio domus Dei; adhæreant sibi invicem sancti lapides, et insolubiliter socientur non admixtione calcis, sed dulcedine charitatis. Quisquis ergo intras in domum Dei, esto domus Dei; custodi fidem, tene unitatis Ecclesiæ charitatem, *Declina a malo, et fac bonum* (*Psal.* XXXVI, 28), fuge avaritiam, dilige misericordiam, fuge fornicationem, dilige castitatem; et si nondum potes esse in domo Dei columna, ut onus multorum lapidum portes, esto lapis adhærens lapidibus, ut in ædificio perseveres. Bonum est quidem, ut ædifices Deo etiam visibilem domum in jure tuo, in solo tuo, in prædio tuo; sed multum melius est ut ædifices Deo domum invisibilem in animo tuo. Extra te est domus orationis humanæ, intra te sit domus orationis tuæ. Hic frequenter habeto illam, et in te jugiter porta: ibi te Deus tanto exaudiet libentius, quanto in ea dignatur licentius habitare. In corde ergo tuo domum Deo semper ædifica, ipsam munda, illam Deo præpara, ubi et tu Deum semper possis habere præsentem, et ille te salubriter audiat orantem. Cui est honor, et regnum, et summa potestas in sæcula sæculorum. Amen.

INDEX SUPLEMENTI.

SERMONES RECENS EDITI A MICHAELE DIONYSIO,

CUI INDICI JUNGIMUS INITIA SERMONUM.

PRÆFATIO. 813-814
SERMO I. De Cereo paschali. *Deo et Domino nostro.* 817
SERMO II. In Sabbato sancto. *Multas divinas lectiones.* 821
SERMO III. De Sacramento altaris ad infantes. *Reddendi sermonis officium.* 826
SERMO IV. De Paschate. *Sicut veritas per Apostolos.* 828
SERMO V. Iterum de Paschate. *Audivimus Evangelium. Lecta est.* 830
SERMO VI. Iterum de Sacramento altaris ad infantes. *Hoc quod videtis.* 834
SERMO VII. De Paschate. *Dies Paschæ nos celebrare.* 836
SERMO VIII. In octava Paschatis ad infantes. *Sermo mihi est ad vos, modo nati.* 838
SERMO IX. De Psalmi CXVII, vers. 1. *Confitemini Domino. Quod nos voce,* etc. 841
SERMO X. De Psalmi CXLIX, vers. 1. *Cantate Domino canticum novum. Venerant dies ut cantemus.* 843
SERMO XI. In Natali Joannis Baptistæ. *Loquimur Charitati vestræ.* 846
SERMO XII. In vigiliis apostolorum Petri et Pauli. *Omnia, quæ modo leguntur.* 851
SERMO XIII. In Natali Laurentii martyris. *Propter fastidium auditoris.* 853
SERMO XIV. In Natali Cypriani martyris. *Sancta solemnitas beatissimi Martyris.* 862
SERMO XV. Item in Natali Cypriani martyris. *Psalmum cantavimus: Benedictus.* 866
SERMO XVI. In Natali Martyrum Scillitanorum. *Martyres sancti, testes Dei.* 869
SERMO XVII. In solemnitate sanctorum Machabæorum. *Evangelium et verbum Dei vivum.* 874
SERMO XVIII. In Natali Quadrati martyris. *Præstitit Dominus Deus noster.* 881
SERMO XIX. De verbis Apostoli 1 Cor. XII, 31. *Supereminentem vobis viam demonstro. Bonum est loqui.* 887
SERMO XX. De verbis Psalmi XXXVIII, 1-3: *Dixi: Custodiam vias meas,* etc. *Christianorum est, quotidie.* 898
SERMO XXI. De verbis Psalmi XXXIII, 1: *Exultate, justi, Domino. In Dei laude gaudere.* 905
SERMO XXII. De verbis Psalmi LI, 18: *Speravi in misericordia Dei. Primo respondeam fratri.* 915
SERMO XXIII. De verbis Psalmi CXLV, 1: *Laudabo Dominum in vita mea. De verbis istius Psalmi.* 917
SERMO XXIV. De verbis Evangelii Luc. XVI, 19-31: *Homo quidam erat dives,* etc. *Christianorum fides.* 921
SERMO XXV. De verbis Evangelii Matth. XII. 41-51: *Ecce plus quam Jonas hic. Ea quæ de sancto Evangelio.* 932

SERMONES X RECENS EDITI AB OCTAVIO FRAJA FRANGIPANE.

DEDICATIO PIO PAPÆ VII. 939-940
PRÆLOQUIUM EDITORIS. Ibid.
SERMO I. De decem plagis, et decem præceptis, quæ per Mosen data sunt populo Judæorum. *Domino Deo nostro.* 945
SERMO II. De proprio Natali. *Hodiernus dies, fratres.* 960
SERMO III. De contemptu temporalium rerum. *Admonet nos et solemnitas.* 971
SERMO IV. De Natali Domini. *Sanctificavit nobis istum diem dies.* 980
SERMO V. De verbis Apostoli ad Galatas VI, 1. *Si præoccupatus fuero. Recolite commemorantem.* 983
SERMO VI. De pluribus Martyribus. *Martyrum græcum nomen est.* 988
SERMO VII. De sancto Joanne Baptista. *Quoniam voluit Dominus.* 991
SERMO VIII. Iterum de sancto Joanne Baptista. *Fratres charissimi, natalem hodie.* 994
SERMO IX. De Evangelio Luc. XVII. *Dimitte et dimittetur tibi. Præceptum salutiferum.* 997
SERMO X. In Dedicatione Ecclesiæ. *Admoneo vos, dilectissimi, ut demus.* 1000

FINIS TOMI UNDECIMI.